Digitized by Google

6
28- C

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
6
9 H
28

69 69
C C
57 38

6-28.C.23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNIS MOLLERI,
Flensburgo Cimbri,

HOMONYMO-SCOPIA

Historico-Philologico-Critica,

Sive

SCHEDIASMA ΠΑΡΕΡΓΙΚΟΝ

DE SCRIPTORIBUS HOMONYMIS QUADRIPARTITUM,

In Species horum varias, & Multitudinis immensæ Causas, inquirens,

Παροράματα Veterum pariter atque Recentiorum, in Confusione illorum, plurima detegens.

Quibus ista modis præcaveri possit, ostendens, Consiliaque & Subsidia varia BIBLIOTHECAM HOMONYMORUM Scripturo suggerens.

Accedit,

Præter Digressiones,

De Nominibus Vulgo acceptis & invisis,

Eruditorumq; Μετονομασίᾳ atq; Agnominibus,

Prolixiores,

SEMICENTURIA

SCRIPTORUM AUTORI IPSI COGNOMINUM,

Bibliothecæ Homonymorum

Specimen qualecunque exhibens.

HAMBURGI,

Sumtibus Gothofredi Liebezeitii.

Typis FRIEDR. CONR. GREFLING. A. C. MDCXCVII.

BIBLIOTECA ... ROMA

Digitized by Google

Pythagoras.

ΤΗ ΛΕΩΦΟΡΩΙ

ΜΗ ΒΑΔΙΖΕΙΝ.

Aristoteles L. 6. Ethic. cap. 5.

Ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν.

A. Persius *Sat. I.*

- - - - - Non, si quid turbida Roma Elevet, accedas, examenque improbum in illa Castiges trutina, nec te quæsiveris extra.

Digitized by Google

VIRIS,

QUOTQUOT,

IN CHERSONESO CIMBRORUM PATRIA,

GERMANIA,

ALIISQUE REGIONIBUS EUROPÆIS,

SUPERSTITES ETIAMNUM SUNT,

ERUDITIS,

SIBI ὉΜΩΝΥΜΟΙΣ PARITER ATQUE

ὉΜΟΘΥΜΟΙΣ,

PROBITATIS SCILICET LITERATÆ

CULTORIBUS,

ΠΟΛΥΜΑΘΕΙΑΣ ELEGANTIORIS

AMASIIS,

VULGIQUE DE ISTIS JUDICIORUM

CONTEMTORIBUS,

SCHEDIASMA HOC,

ET

SCRIPTORUM, IPSIS SIBIQUE

COGNOMINUM,

SEMICENTURIAM,

ILLI SUBJUNCTAM,

D.D.D.

AUTOR

JOH. MOLLERUS.

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA

Digitized by Google

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

De Scriptoribus Homonymis παρέργως commentandi primam mihi, LECTOR BENEVOLE, ante Annos aliquot, præbuere occasionem coetera, quæ Historiæ Literariæ Studiosis jampridem sum pollicitus, & Horis etiamnum Subcisivis, vel augeo, vel pertexo, Opera majora, *Cimbria* scil. *Literata*, & *Apparatus ad Notitiam Reipublicæ Literario-Ecclesiasticæ Geographicam*. Cum enim in his occupato Scriptores se sæpius offerrent Homonymi, vel ab aliis confusi, vel mihi ipsi negotium aliquod facessentes, & Scrutinii Historiæ illorum diligentioris ope distinguendi, subitaneo Animi Impetu Consilium cepi *Bibliothecæ Homonymorum* concinnandæ, quã, inter tot alia Hist. Liter. Desiderata, Tyronibus hujus ac Amasiis mage coeteris necessariam esse, Judicabam. Manum operi confestim admovi, & studio quidem eo majori, quod calcar currenti adderent Scriptorum aliquot ætatis nostræ

Digitized by Google

ſtræ *Bibliothecariorum*, & *Biographorum*, Monumenta, quæ eodem tempore prodibant, complura, non paucis circa Cognomines, ut Lapſus reliquos taceam, deformata παρορά́μασι, quæ, una cum geminis aliorum Erroribus, emendari commode in eodem poſſe videbantur. Verum, cum, in progreſſu Laboris, Vaſtitatem Argumenti hujus incredibilem accuratius conſiderarem, & nec pauxillum iſtud Temporis, quod Occupationes Publicæ, Cura Valetudinis, & Commentationes aliæ, huic forſitan relicturæ eſſent, nec Apparatum Librarium Urbis, in qua vivo, Patriæ perquam tenuem, illi, qua par eſt, ἀκριβείᾳ pertractando ſufficere, animadverterem, mente mutata Conſilium iſtud mature abjeci, & palmam hanc aliis, quibus plus ſupereſt otii, relinquere conſtitui. Perrexi tamen, Amoenitate Argumenti delectatus, MOLLEROS, mihi cognomines, alioſque, a Molendinis, ac Re Molari, Cognomina adeptos, congerere, in *Mola* aliquando *Muſarum Caſtalia*, *Schola Eruditorum Panepiſtemonica*, ſex illorum, & forte plures, exhibitura Centurias, accurate recenſendos & diſtinguendos,

dos,

Digitized by Google

dos. Reliqua mea de Homonymis Collectanea, quod imperfecta essent, diu neglexi, donec, ante biennium, forte fortuna illa evolvens, alicui Historiæ Literariæ Tyronibus usui fore, deprehenderem, &, ne omnia perirent, Noctes Anni istius Hybernas potioribus seligendis, & congruo digerendis ordine, destinarem. Id dum ago, enatum est mihi, quod, post moram in Typographeo Annuam, jam demum vides, Schediasma τετραμερὲς, in Caussas & Species Homonymiæ Eruditorum inquirens, Confusiones illorum Erroneas Novantiquas quamplurimas, ex hoc fonte ortas, detegens, Rationes Homonymos distinguendi varias, a quibusdam illorum usurpatas, enumerans, hac occasione, ad Narrationes, de Metonomasia atque Agnominibus Eruditorum, prolixiores digrediens, Methodumque tandem Bibliothecæ Homonymorum commodissimam, & Scriptores Subsidiarios, eidem inservituros, Laborem hunc aggressuro suggerens. Quæ in illo locum invenire, ob brevitatis amorem, haud potuerunt, Analecta hujus Argumenti, Animadversionibus, quas in potiores ali-

quot

Digitized by Google

quot Hiſtoriæ Literario-Librariæ Scriptores, potiſſimum modernos, jampridem meditati ſumus, Criticis reſervamus. Eodem Brevitatis permoti ſtudio, Scriptorum, de quibus diſſeruimus, Vitæ Hiſtoriam prolixiorem, Librorumque, quorum ſubinde Mentio paulo accuratior fuit injicienda, Editiones varias, quamvis adjicere iſtas, nec inutile, nec nobis moleſtum, fuiſſet, plerumque omiſimus. Major contra Cura eſt adhibita, in Ætatis illorum atque Mortis tempore definiendo. In cujus Scrutinio, quoad Scriptores Græcos ac Latinos Antiquiores, Gerh. J. Voſſius ac J. Jonſius, quoad Eccleſiaſticos Ævi Veteris & medii, Phil. Labbeus, Guilh. Cavius, & Joh. Gotfr. Olearius, quoad Recentiores autem, Henn. Wittenius, inſigni, præ aliis, ſubinde fuere adjumento, ac grata ideo mente, a nobis, hic commendantur, quod nominetenus illos, in ipſo Schediaſmate, ubique laudare Calamo feſtinabundo haud ſemper fuerit integrum. Ob Errores, in hoc Argumento, plurimos, non ſolum Veterum, ſed & Modernorum atque Superſtitum, detectos, Judices æqui mihi haud indignabuntur,

cum, sine istorum Indicio, recte illud non potuerit illustrari, & non nisi paucissima, ex innumeris pene, quæ passim se obtulerunt, Confusionum Exemplis, prolixitatis tædio, aliasque ob causas, sint allata. Vere Eruditi, qui rarius ad Scopulum istum impegerunt, παρορά̂ματα quædam sua modeste indicari, ægre haud ferent, cum, eorum indicio, nihil famæ ipsorum atque Existimationi decedat. Nec enim cujusquam Mortalium tanta est πολυϊστορία aut πολυαναγνωσία, ut perpetuam sibi a Lapsibus, tum in reliqua Literatura Elegantiori, tum in Historiæ imprimis Literariæ Labyrinthis, immunitatem queat polliceri. Coeteroum, qui, ob Imperitiam, Negligentiam, aut ἀκρισίαν, crebrius, in hoc stadio, cespitarunt, iras, φιλαληθείας meæ, nullo Affectuum contagio infectæ, fretus Conscientiâ, parum moror, te autem, L. B., ut omnia, Animo, quo scripta sunt, solius Veritatis studioso, perlegas, teque magnam a me initurum esse gratiam, si & meos, sive publice, sive privatim, absque Maledicentia, Eruditis indigna, detexeris Errores, tibi persuadeas, obtestor. Sphalmata Typographica non pauca in

Scri-

Digitized by Google

Scriptum hoc irrepſiſſe, haud miraberis, cum mihimet ipſi, longius a Civitate, in qua excuſum illud eſt, Hamburgenſi ſemoto, Emendationi ejus manum admovere haud licuerit. Potiora, ex Octernionibus, hactenus a Bibliopola transmiſſis (iis ſcilicet, qui *Lit. Fff.* præcedunt, coeteri enim nondum mihi ſunt viſi) in Indicem congeſſi peculiarem, ſub finem Libri obvium. Hujus ductu, antequam Lectioni te accingas, expleri a te velim Lacunas aliquot Linearum foediores, *p.* 95. *lin.* 30., & *p.* 735. *l.* 24. *ac* 25., mihi obſervatas, emendari Parachroniſmos, in Annorum Numeris, *p.* 49. *l.* 18., *p.* 76. *l.* 27., *p.* 431. *l.* penult., *p.* 434. *l.* 6., alibique, te turbaturos, ſingulisque Nominibus Rabbinorum Hebræis, per Scripturæ compendium abbreviatis, duos Apices ("), a Typotheta in Punctum, vel unicum, vel duplex, inepte mutatos, ſuperimponi. Coeterorum iteratam *h. l.* injicere mentionem haud vacat. Memoriæ meæ Lapſui imputabis, quod *P. I., c.* 4., *§.* 8., *p.* 100. 101., duo, uti in eodem eſt monitum, Ludovici Wolzogenii, ex unico, perperam effingantur, & *P. II., c.* 5., *§.* 26., *p.*

458. 459., Eugippius, Scriptor Latinus Ecclesiasticus, Græcis accenseatur. Hæc sunt, quæ moneri te, L. B., mea intererat. Vale, &,

- - - si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti, si non, his utere mecum.

Dabam Flensburgi Cimbrorum, d. 20. Sept. Anno Æræ Christianorum Dionysianæ MDCXCVII.

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑ quædam, ex Accessionibus, quibus Schediasma hoc altero tanto reddi potuisset auctius, plurimis, obiter selecta.

Ad *P. I., Cap.* 1. §. 5., *p.* 10. Coranum, *Insignem Mahometanorum Legislatorem*, vocat Mich. ab Isselt, Theol. Pontificius, Libri Titulum Autoris esse Nomen stolide persuasus, in *Præf. ad Ludovici Granatensis* Ducem Peccatorum, teste J. G. Dorscheo, *P. II, Vindic. ad Exod., Diss. IX.*, §. 20., *p.* 179.

Ad *P. I., c.* 3., §. 10., *p.* 60., *lin.* 18. Joh. Fischerus, Parochus, per Annos 50., Wiidenesensis, Osterlekensis, Zutphaniensis & Amstelodamensis, A. 1694., æt. 77., decessit. V. (ex Adriani a Wesel *Serm. Funebri*) Pet. Rabi *Bibliothecam Europæ Belgicam*, *A.* 1694. *M. Febr. p.* 183., *&* *M. Jun. p.* 567. 568.

Ad *P. I., c.* 5., §. 10., *p.* 150., *num.* 64. Simonis

hujus

hujus Simonidis Filius ὁμώνυμος, Ecclesiastes Buikeslotensis, Amstelodami A. 1693. in 8vo edidit *Synopsin Theologiæ Catechismi Heidelbergensis* Belgicam, de qua V. Pet. Rabum *l. c., M. Jan. & Febr. A.* 1694., *p.* 144. 145.

Ad *P. II. c.* 1., §. 8., *p.* 165. Jacobum Justum, Fratrem Domini, Episcopum Hierosolymitanum, a duobus Jacobis Apostolis, Majore & Minore, diversum esse, multis etiam probare nititur Argumentis Joh. Conr. Danhauerus, alios Confusionis illorum insimulans, in *Christeide, Act. I., Theatr. I., Phan. III., p.* 112-117.

Ad *P. II., c.* 1, §. 27., *p.* 211. 212. De Confusione hac Thomæ Apostoli cum Thoma Manichæo Conf. Thomæ Ittigii *Heptadem Dissertt., Diss. I., c.* 4., *p.* 123. 124.

Ad *P. II., c.* 4., §. 28., *p.* 377. Julii Celsi *Commentarios*, cum Jul. Cæsare, & Dion. Vossii in hunc Commentario, propediem, e Biblioth. J. Georg. Grävii, Amstelodami denuo esse proditurum, testatur Celeb. Tenzelius, *in Dialog. Menstr. Germ., M. Nov. A.* 1695., *p.* 989.

Ad *P. II., c.* 4., §. 49., *p.* 393. 394. De Novella Hadr. Valesii, Petronium Gallum fuisse, e Sidonio, sub Antoninis autem vixisse, e Macrobio (qui Apulejo illum junxit), post Henricum Fratrem, probare conati, Sententia, Conf. Dn. Cousini *T. XX. Diarii Erud. Gallici, n.* 29., *ad d.* 28. *Jul. A.* 1692., *p.* 508. 509.

Ad *P. II., c.* 5., §. 15., *p.* 431. Clementis Romani *Epistolam Secundam ad Corinthios*, alium, illi forte co-

te cognominem, Autorem agnoſcere, e ſtylo colligit Joh. Conr. Danhauerus, in *Chriſteide*, *Act. I.*, *Theatr. I.*, *Phæn.* 8. *p.* 280.

Ad *P. II.*, *c.* 5., §. 38., *p.* 479. 480. De Heſychio, Levitici Exegeta; Confer, quæ, e Lud. Eliæ Pinii (pro Presbytero Sec. VII. Hieroſolymitano militantis) *Tomo VI. Biblioth. Autt. Eccleſ.*, monent Lipſienſes, *in Actis* Erud., *T. II. Supplem.*, *Sect. X.*, *p.* 476. 477.

Ad *P.* II., *c.* 5., §. 42., *p.* 484. Chr. Sandium, *Opus Imperfectum in Matthæum* Chryſoſtomo aliquot aſſerentem ratiunculis, refutat Thom. Ittigius *in Tr. de Hæreſiarchis*, *Sect.* I., *c.* 3., *p.* 40. 41. De Joh. Jejunatoris *Homilia de Pſeudoprophetis*, Chryſoſtomo ſuppoſita, V. Ejusd. *Append. ad Diſſ. de Hæreſiarchis*, §. 114., *p.* 87. 88.

Ad *P.* II., *c.* 5., §. 44., *p.* 489. De *Libro de Inſtitutione Monachorum*, Johanni Hieroſolymitano affiсto, Conf. Lipſienſium Excerpta, e Conr. Janingi, Jeſuitæ, *Apologia pro Actis Sanctorum*, *contra Seb. a S. Paulo*, in *Actis Erud.*, *M. Mart. A.* 1696., *p.* 138.

Ad *P.* II., *c.* 5., §. 51., *p.* 501. 502. De Maximi Conſtantinopolitani *Sententiarum Centuriis*, Maximo Taurinenſi, ab Henr. Petri & Vinc. Opſopæo, Editoribus, falſo attributis, Conf. (ex Nic. Nourrii *Apparatu ad Biblioth. Patrum Maximam*) *Acta Erud.*, *T.* II. *Suppl. Sect.* XI., *p.* 527. 528.

Ad *P.* II., *c.* 6., §. 24., *p.* 548. De Birgitta Svedica uberius a nobis eſt dictum, in *Hypomnematis ad*

Joh.

Digitized by Google

Joh. Schefferi Sveciam Literatam, quæ, una cum *Animadversionibus ad Alb. Bartholini Lib. de Scriptis Danorum*, lucem propediem videbunt publicam.

Ad *P.* II., *c.* 6., §. 32., *p.* 556. Bernhardum Lützenburgensem, qui, *in Catal. Hæretic.*, Schisma Donatistarum a Donato, contra quem Cyprianus scripsit, excitatum esse, falso, Donatum cum Novato confundens, perhibet, refutarunt Alph. a Castro, *L.* 6. *contra Hæreses*, &, qui hunc laudat, Celeb. Ittigius, *in Heptade Dissertatt.*, *Diss.* II., §. 25., *p.* 259.

Ad *P.* II., *c.* 6., §. 62., *p.* 588. *& sqq.* Josephi Saenz de Aguirre, Card. Hispani, Argumenta plurima, quibus *Collectionem Conciliorum*, *atque Epistolarum Decretalium*, A. 1693., *in Apparatu ad T.* I. *Collectionis conciliorum Hispanicorum Maxime*, Isidoro Hispalensi postliminio vindicare, operose quidem, sed incassum, allaboravit, accurate recensent Lipsienses, in *Actis. Erud.*, *M. Mart. A.* 1696., *p.* 121-127.

Ad *P.* II., *c.* 6., §. 70., *p.* 597. De Marcelli Fragmento hoc consuli meretur Th. Ittigii *Appendix ad Diss. de Hæresiarchis*, §. 13., *p.* 8. 9.

Ad *P.* II., *c.* 6., §. 74., *p.* 599. 600. Illos, qui Patricium, Episc. Malacitanum, qui Concilio Illiberitano Sec. IV. interfuit, eundem esse credunt cum Patricio Hyberno, *miseratione potius, quam refutatione, dignos esse*, Jos. Saenz de Aguirre, *in Apparatu* paulo ante allegato, merito judicavit. V. *Acta Erud. Lips.*, *M. Mart. A.* 1696., *p.* 130.

Ad

Digitized by Google

Ad *P*. II., *c*.6., §. 81., *p*. 608. Mentionem h. l. aliquam meretur Thomæ de Simeonibus, Vibo Valentiniani, vulgo a Monte Leone nuncupati, Theol. Magistri, & Præpositi Ord. D. Aug. in Æmilia Provincialis, *Diss. Historica Romano-Ecclesiastica, de tollenda penes gravissimos Scriptores inolita Ambiguitate & Confusione, inter duas Antiquas Matronas Romanas, Professione Christiana celebres, videlicet Aniciam Faltoniam Probam, Sex. Petronii Probi, V. C., Uxorem, Olybrii, Probini & Probi, Consulum, Matrem, & Valeriam Faltoniam Probam, Adelphii Proconsulis Conjugem, Poetriam* Ingeniosissimam, *qua Centonem de Christo Virgilianum confecit*, cum *Centone* illo Bononiæ A. 1692. in 4to excusa. In ea enim Vossium (*in Lib. de Poet. Lat. c.* 4.), Casp. Barthium (*in Animadv. ad* Claudiani *Paneg. in Olybrium & Probinum*), Baronium (*ad* A. 395.), aliosque, qui Priori *Centonem* attribuerunt, Confusionis τῶν ὁμωνύμων, aliorumque de utraque Errorum, convincit. V. Recensum Scripti hujus, in Dn. Cousini *Ephem.* XI. *Erud. Gall.* A. 1694., *p*. 249-254.

Ad *P. II., c.6., §.95., p.627.* Tertullianum, Presb. Cartaginensem, cum JCto eundem esse statuit etiam *J.* C. Danhauerus, in Christeide, Act. 1. Theatr. I., Phæn. 8., p. 360.

Ad *P*.II., *c*. 6., §.98., *p*.631. Confer, quæ, de Turibiis diversis rite distinguendis, ex Jos. Saenz de Agvirre *Tomo* II. *Collect. Maxima* *Concill.* Hi*span.*, A. 1694. edito, monent Lipsienses, *in Actis Erud.*, M. Apr. A. 1696., *p*. 170.

Ad *P*. II., *c*. 7., §. 39., *p*. 669. Jac. Fabrum, Stapulensem (de quo *P*. I., *c*. 3., §. 10., *p*. 58., allata

relegans

relegantur), Aug. Varenius, *in Rationario Scriptt. Eccl. Sec.* I., *p.* 150., perperam Episcopum Salutat Viennensem, & ita cum Joh. Fabro, Episc. Viennensi, qui *h. l.* memoratur, confundit. Cujus Confusionis accusari etiam posse videtur And. de Saussay (*in Continuat. Lib. Bellarm. de Scr. Eccl. p.* 25.), Episcopum Viennensem *Jacobum* appellans. Utriusque Errorem notavit Thom. Ittigius, *in Heptade Dissert., Diss.* I. *c.* 6., §. 10., *p.* 139.

Ad *P.* II., *c.* 7., §. 87, *p.* 704., Memetipsum, cum Jac. Mollero, Francofurto Marchio, Civitatis Patriæ Advocato, *Discursuum duorum de Cornutis & Hermaphroditis Philologico-Juridicorum*, Francofurti ad Viadr. A. 1692. in 4to excusorum, Autore, eundem esse, Cognomine utrique communi deceptus, credidit Vir in Civitate Berolinensi Eruditus, cujus Literarum, *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr.* obiter memorantium, Excerpta Celeb. Basnagius, *in Hist. Opp. Erud. Gall. M. Aug.* A. 1692., *p.* 544., exhibet. Verum Errorem hunc suum, Idem, e Basnagiano Libri mei Recensu (*ibid. M. Oct.* A. 1692., *Art.* II., *p.* 20-26., obvio) certiora forsan edoctus, biennio post, in Literis aliis (*ibid. M. Nov.* A. 1694. *p.* 137.), ipsemet tacite emendasse videtur.

Ad *P.* II., *c.* 7., §. 141., *p.* 731-732. Joh. Wolfii, Consil. Bipontini, *Lectionum Memorabilium Tomos* II. Hieronymo Wolfio (Oettingensi, Scholæ Augustanæ Rectori, d. 8. Oct. A. 1580. æt. 64., denato, de quo Melch. Adamus, *in Vitis*

Digitized by Google

tis Philos. Germ. p. 304-308., Consulendus, quemque Rettsnerus, *p.* 732. a nobis allegatus, male *Johannem* appellat) perperam tribuit *Bibliographia Curiosa* Joh. Henr. Boecleri, ἀνωνύμως edita, *lit. G. 7. a.*

Ad *P. II. c.*, 8., *p.* 744. 745. Exemplum Homonymiæ cum Malefico, capitis damnando, Reo innocenti, sua ætate, coram Tribunali Romano, Lethalis, recitat Sim. Majolus, *in Diebus Canicul. p.* 157., &, ex istis, repetit Otto Melander, *T. I. Jocoseriorum p.* 426. 427.

Ad *P. III.*, *c.* 2., *§.* 3., *p.* 755. Gerhardi a Stöcken, Hafniensis, JCti Argentinensis, *Diss. ad L. Un. C. de Mutatione Nominis* prodiit Argentinæ A. 1674. in 4to.

Ad *P. III.*, *c.* 3., *§.* 8., *p.* 785. Euricus Cordus (de quo, *§. sequ.* 13., *p.* 794., plura narrantur) Prænomen *Henrici*, quod in Baptismo acceperat, Hassique, ejus Populares Riz / vernaculo Idiomate, appellare consveverant, cum altero *Euricii*, svasu Conr. Mutiani Ruffi, Canonici Gothani, boni Ominis ergo, commutavit, uti ipsemet, *Epigramm.* 27., hisce testatur Versibus:

Legerat ut RicI versus, Euricius esto,
Ruffus ait: studii est Syllaba prima tui.

V. de Metonomasia hac, ex Henr. Meibomii *Vita Cordi ἀνεκδότῳ*, Gebh. Theod. Meieri *Monumenta JCtorum Acad. Juliæ p.* 138. 140.

Ad *P. III.*, *c.* 4. *§.* 14. Nuperrime Metonomasiam Metaphrasticam, Vir quidam in Batavia Eruditus, peculiari, improbavit, *Schediasmo Vernaculo*, quod Pet. Rabus, *in Bibliotheca Europæ Belgica*, *M. Maj. & Jun. A.* 1694., *p.* 528-532., ἀνωνύμως exhibet.

Ad *P. III.*, *c.* 4., *§.* 21. In Græcam etiam Linguam, teste Anonymo, quem modo laudavimus, Batavo (*p.* 531.), Cognomen suum Vernaculum *Sans Malice*, non absque κακοφωνίᾳ aliqua, e Gallis transfudit *Mart. Akakia*, Catalaunensis, Medicinæ, in Acad. Parisiensi, circa A. 1541., Professor, cujus Monumenta Literaria Lindanus (*in Tr. de Scr. Med. p.* 463. 464.) enumerat.

SCHE-

SCHEDIASMATIS DE SCRIPTORIBUS HOMONYMIS HISTORICO-PHILOLOGICI

SECTIO PRIMA,

In Species illorum varias & Multitudinis immenſæ Cauſas, accuratius inquirens.

CAPUT. I.

De Homonymia, Errorum in Diſciplinis omnibus, ac Hiſtoria imprimis Literaria, plurimorum Fonte præcipuo.

§. I.

VEriſſimum omnino, & ex Tripode, quod ajunt, prolatum eſſe πολυθρύλλητον iſtud Dialecticorum, ſive Axioma, ſive Oraculum ἔμμετρον, quod

Errorum Genitrix fiet Æqvivocatio ſemper,

A omnes

Digitized by Google

omnes uno ore teſtantur Scientiæ, Artes ac Diſciplinæ, & tot clamant Lexica, ad præcavendos hujusmodi Lapſus, circa voces atque terminos ſingularum *πολυσήμȣς*, diverſasque horum ſignificationes, operoſe coacervandas, & accurate diſtinguendas, occupata. Laudant Theologi, ob operam talem induſtrie ſibi navatam, Pet. Berthorium, Joh. Altenſtaigium, Matth. Flacium, Paulum Crellium, Pet. Ravanellum, Macros, Svicerum, Francum, Paſorem, Scriptoresque Concordantiarum varios, à Conr. Kirchero & And. Glauchio Libellis peculiaribus enumeratos. Celebrant JCti, præter tot in Titulum Libri *P*andectarum Ultimi penultimum, *de Verb. Signif.*, Exegetas, ob ſimilem diligentiam, Æl. Ant. Nebriſſenſem, Pet. Gromorſum, Alex. Scotum, Pard. Prateum, Franc. Hotomannum, Joh. Calvinum, Dav. Doringium, Joh. Strauchium. Medicis inſerviunt Erotianus, Symphor. Campegius, Joh. Fiſchartus, Barthol. Caſtellus, Jac. Pancr. Bruno, Steph. Blancardus, ut Mart. Rulandum & Gvilh. Johnſonum, qui Chymiæ, voces atque Phraſes ambiguas, obſcuras ac Allegoricas, ſtudioſe ſectantis, iſtisque *C*orvos, Auro ſuo ac Lapidi *P*hiloſophico inhiantes, deludentis, *P*rocos atqui Amaſios infelices, ſubſidii hoc genere, in labore ſuo Siſypheo, ſublevare ſunt conati.

II. In ſola Botanica, ut reliquam Materiam Medicam, cujus *ὀνοματολογία* non minoribus laborat incommodis, taceam, tantam obſerves

No-

Nominum, Plantis Singulis, Veteribus pariter atque Modernis, impoſitorum, multitudinem & confuſionem, tot de iſtis Rei Herbariæ Amaſiorum Litigia, tantam denique incertitudinem, ut exigua ac nulla propemodum, ex Labyrintho iſto eluctandi, ſpes etiam Doctioribus ſuperſit. Non defraudandus quidem laude ſua Labor plane Herculeus, poſt Conatus Ott. Brunsfelſii & Dav. Kyberi rudiores, circa Nomina Plantarum, in ſcriptoribus *P*riscis, Græcis Latinis, *A*rabibus, obvia, Interpretum præſtantiſſimorum ductu; à *F*ratribus Bauhinis, Caſparo & Johanne, Scholæ Baſileenſis Luminibus, exantlatus; ab iſto quidem in *Phytopinace*, ſive Plantarum 2460. Enumeratione, A. 1596. edita, & *Pinace Theatri Botanici*, XL. Annorum Opere, A. 1623. publicato, ſex earundem, cum Nominibus atque Synonymis omnibus, exhibente Chiliades; ab hoc autem in *Hiſtoria Plantarum Univerſali*, in III. Tomos diſtributa; & Eboduni A. 1650. excuſa. Merito certe ſcripta hæc Virorum de Arte ſua optime meritorum, ab Herm. Conringio (1.), aliisque iſtius Myſtis nobilioribus, præclaris ornantur Elogiis. Imperfecta tamen eſſe, & ab Erroribus variis haud immunia, & alii antehac oſtenderunt, & nuperrime confirmavit Poſthumus *de Hyles Iatricæ Homonymis* Commentarius Viri Magni, Claudii Salmaſii; *Exercitationibus in Solinum Plinianis*, Ultrajecti *A.* 1689. recuſis; à Filio Ludovico, &

 Joh.

(1) *Introd. ad Art. Med. c. 10. §. 12. p. 180.*

Joh. Bapt. Lantino, Senatore Divionenſi, adjectus, ſuos & ipſe poſthac, ob difficultatem Argumenti iſtius pene inſuperabilem, reperturus Cenſores. Ex interioribus utique Literaturæ Orientalis Adytis, Botanicos omnes, plurima, ipſi etiam Salmaſio ignota, edocuiſſet, Vir illo, & Medicinæ, & Linguæ Arabicæ, peritia longe ſuperior, Georg. Hieron. Welſchius, in Auguſtæ ſuæ, & Germaniæ Univerſæ, gloriam natus, ſi, per violentiam Fatorum præmaturam, elucubrare ipſi, cum aliis operibus affectis, Cedro digniſſimis, licuiſſet *Pinacem*, quem moliebatur, *Botanicum*, Commentarium ejusdem Argumenti atque tituli Bauhinianum, Linguarum variarum aucturum Synonymis, diſtorta reſtituturum, omnia adcuraturum, & plurima, ex Novo Orbe atque oriente petita, adjecturum (2) Noviſſime lucem huic Argumento aliquam etjam eſt fœneratus Chriſt. Menzelius, Archiater Brandeburgicus, in *Indice Nominum Plantarum Univerſali, Alphabetico & Multilingui*, Berolini A. 1682. impreſſo, Appellationibusque, quibus Europææ has Linguæ inſigniverunt, Exoticas etiam Idiomatum Aſiæ, Africæ, atque Americæ, potiorum, ſubjungente.

III. Si ad Philoſophos porro progrediamur, nec iis ſui deſunt Lexicographi, Terminorum πολυσήμων Nomenclatores pariter atque Illuſtratores, quos inter, poſt Rod. Goclenium, Joh. Micræ.

(2) V. Lucæ Schröckii Jun. *Memoriam Welſchianam c. 9. p. 59.*

Digitized by Google

Micrælium, & alios, Sectæ ſtudioſiores Peripateticæ, nuper in Scenam prodiit Steph. Chauvinus, Nemauſenſis, *Lexici Rationalis*, *ſeu Theſauri Philoſophico-Alphabetici*, Roterodami An. 1692. editi, Scriptor, modernæ Philoſophandi Rationi magis accommodatus. Circa ſola Vocabula Matheſeos τεχνικὰ occupantur Hieron. Vitalis, Clericus Regularis, in *Lexico Mathematico*, Pariſiis A. 1668, & dein, cum Acceſſionibus longe plurimis, Romæ A. 1690. Alphabetico ordine, edito, &, qui eodem A. 1690. *Dictionarium* ſuum Gallice evulgavit, ſed, neglecta Alphabeti ſerie, Diſciplinarum ſectatus eſt Ordinem φιλοσοφικώτερον, Jac. Ozanamius, Prof. Math. Regius Pariſienſis. Philologica Linguarum ſingularū Lexica, Onomaſtica, Gloſſaria, in quib⁹ Vocum, non Etyma ſolum inveſtigantur, ſed ſignificatus etiam & Translationes variæ, ex Autoribus probatis, exponuntur atque diſtinguuntur, Recenſu ſuo, etiam breviori, Volumen facile implebunt integrum. Hebræa, atque Orientalia reliqua, enumeravit Aug. Pfeifferus, tum in *Introductione ad Orientem*, A. 1672. edita, tum in *Conſultatione de Editione Novi Lexici Biblici, Hebræo-Chaldaici, Epiſtolica*, Dresdæ A. 1679. excuſa. Græcis ſimilem impenderunt operam, ac Judicium ſimul de illis tulerunt, A. 1658. Joh. Henr. Bœclerus, *in Diſſ. Acad. XVIII va*, ac An. 1689. Joh. Alb. Faber, Juvenis Eruditus, in peculiari *Decados Decadum*, *ſive Centuriæ Plagiariorum*, *Appendice*, Latinorum Nomenclaturam pa-

riter atque Cenſuram invenies accuratiſſimam, in Ol. Borrichii noſtratis, Critici inter Modernos principis, *Diſſertatione*, quæ Hafniæ A. 1660. prodiit, *de Lexicorum Latinorum Jejunitate*, pereleganti.

IV. Pleræque, quas hactenus enumeravimus, ſcientiæ, ac Polymathiæ Elegantioris *Partes*, circa Univerſalia potiſſimum, ſubſtantias ſcil. quas Philoſophi vocant, ſecundas, & harum Differentias, Propria & Accidentia, illorumque Appellationes, vel Vulgares, vel Technicas, occupantur. Quarum ſingulæ cum ſignificatibus gaudeant haud adeo numeroſis, Homonymias illæ ſuas plenius pariter atque facilius evolvunt, & Errores, inde ſuborientes, ſi Accuratio adhibeatur mediocris, haud difficulter evitant. Longe autem diſpar eſt ratio Hiſtoriæ, & Miniſtrarum illius, Geographiæ atque Proſopographiæ, circa ſingularia, & ſubſtantias, quas vocant, Primas, ſive Individua potiſſimum occupatarum. Harum enim Nomina, uti ſubjectis ſæpe innumeris ſunt communia, ita *ὁμωνυμίας* Errori magis evadunt obnoxia, &, quamvis ſumma utaris diligentia atque circumſpectione, plene tamen atque accurratisſime, quoad ſignificatus diverſos, ob immenſam Perſonarum atque Locorum, quibus iſta tribuuntur, Multitudinem, non poſſunt diſtingui. Hinc plurimos obſervamus Lapſus, partim graviores, partim leviores, tum in aliis Hiſtoriæ Triplicis (Sacræ, Profanæ & Literariæ) Scriptoribus, tum imprimis

mis in Nominum, quæ vocamus, Propriorum Lexicographis, non Antiquis ſolum, ſed & modernis, quos inter duo Stephani, Robertus atque Carolus, cum Continuatoribus ſuis, &, ex Recentiſſimis, Ludov. Morerius ac Joh. Jac. Hofmannus, eminent. Fatendum utique eſt, omnes ὁμωνύμων confuſiones evitari à Scriptoribus, ſtadium hoc emenſis, ob amplitudinem illius, atque Salebras longe plurimas, neutiquam potuiſſe. Frequentiores tamen illæ apud nonnullos ſunt, apud alios autem rariores, prout quisque ſcilicet Argumenti, quod tractandum ſuſceperat, minori vel majori fuit inſtructus peritia, aut diligentius negligentiuſve in iſto verſatus. Noſtri haud eſt inſtituti Lapſus iſtiuſmodi, qua Veterum, qua Recentiorum, Hiſtorico-Topographicos, atque *P*roſopographicos, ex Homonymiæ Fonte ſubortos, fuſius h. l. recenſere. Notati illi paſſim ſunt Virgula Cenſoria ab Hiſtoricis, Geographis & Criticis accuratioribus, è quorum ſcriptis integra facile Obſervationum iſtius generis colligi poſſunt Syntagmata. Nec tamen inglorius is Labos erit illum ſuſcepturo, perſonasque, Gentes, Regiones ac Urbes, Ævi Priſci atque recentioris, Illuſtres à Vulgo, & *L*iteratioribus etiam non paucis, ob ejusdem Nominis Communionem, confuſas, Judicio accuratiori, ductu iſtorum, diſtincturo. Partem illius haud exiguam jam olim exantlavit Demetrius Magnes, Ciceronis in Rhetoricis *P*ræceptor, non de Scriptoribus ſolum Homonymis,

uti ſuo poſtea loco prolixius monebitur, ſed & de Urbibus ejusdem Nominis (περὶ τῶν πόλεων συνωνύμων,) Libro, quem Stephanus & Harpocration allegant, ſed Temporis Injuria nobis invidit, peculiari, Græco ſermone, commentatus (3.) Nec in vera ſolum Hiſtoria, ſacra pariter atque profana, imprimis Veteri, hæc Ὁμωνύμων Diſtinctio accuratior eſt neceſſaria, ſed etiam in ficta, ſive Mythologia Antiquiori. Quis enim ignorat, plures uno Joves, Hercules, Mercurios, aliosque Heroas cognomines, de genere Humano, gentibusque diverſis præclare meritos, in Deaſtrum paulatim unicum, Autorum Matæologiæ Paganæ ſuperſtitioſorum incuria, coaluiſſe, à Scriptoribus hanc illuſtraturis, ſollicite, quatenus caliginoſa rerum ævi iſtius obſcuritas id fieri permittit ſi Spartam ſuam ornare velint, viciſſim diſcernendos?

V. Quamvis autem omnes, uti dictum, Hiſtoriæ Partes atque Species iſto Confuſionis τῶν Ὁμωνύμων facillimæ, ac ſæpius inevitabilis, laborent defectu, Literaria tamen Scriptorum & Hominum Eruditorum, quam illuſtrare Schediasmate hoc ſumus aggreſſi, præ cœteris, fato quodam occultiori, magis illi eſt obnoxia. Hinc merito Joh. Jonſius noſtras Criticus πολυμαθέστατος ac ſagaciſſimus, præcipuisque Ἐμπειρίας Βιβλιακῆς Magiſtris accenſendus, (4.) ſex Fontes E rorum circa Autores Ævi Veteris frequen-

(3.) V. Joh Jonſii *Lib. 2. de Scriptt. Hiſt. Philoſ. c. 17. p. 207.*
(4.) *Lib. 1. de Scriptt. Hiſt. Philoſ. c. 2. p. 11. 12. 13.*

quentiſſimorum detecturus, Locum inter hos ſecundum attribuit iſtorum Homonymiæ, *quæ ignorata, ut alibi, ſic & in Nominibus Perſonarum, multum tenebrarum & Caliginis Animo, Veritatis cupido, offundere ſolet, imo ſine cujus diſtinctiori cognitione non poteſt in Antiquitatis Oceano, absque Erroris periculo, navigari.* Proclive certe eſt oſtenſu, ſolam hanc longe pluribus Eruditorum, circa Autores Veteres Pariter atque Recentiores, Lapſibus occaſionem præbuiſſe, quam reliquos quinque Fontes univerſos, à Viro Doctiſſimo indicatos, Mendoſam ſc. Nominum ſcripturam, Cognominis pro Nomine ſubſtitutionem, Nominativi ſub Genitivo latentis Ellipſin, Agnominum unius ejusdemque ſcriptoris Localium Multitudinem, & Partis Libri alicujus allegatæ in Librum integrum & peculiarem transmutationem. Potuiſſet vero Sex hiſce Fontibus, ut obiter hoc addam, ſcriptor Eximius, alios complures, non minoris Momenti, nec minus frequentes, adjungere. E quibus h. l. unius ſaltem injicere lubet mentionem, quo ſeducti complures, *L*ibri Titulum Autoris eſſe Nomen, crediderunt. Exemplorum loco, non allegabo Nomina atque Agnomina, Autoribus à ſcriptis ſuis, vel Vulgi Errore atque imperitia, vel tacito Eruditorum Conſenſu, impoſita, quorum Indicem Adr. Bailetus (5.) exhibuit. Licet enim Imperitiori-

(5.) *In Tr. des Auteurs Deguiſetz, P. III. c.* 10. *p.* 321. 322 V. Excerpta Lipſienſium ex illo, *in Actis Erudd. T. II. Supplem. Sect. V. p.* 240. 241.

tioribus iſta nonnunquam imponant, paulo tamen accuratius in Literis hiſce verſati, Paſtorem ab Herma, Stromateum à Clemente Alexandrino, Climacum à Johanne Sinaita, Meliſſam ab Antonio, Gnomographo ſeculi VIII. Græco, Florilegum à Matthæo Weſtmonaſterienſi, Ligurinum à Günthero, *P*œmatis de Friderici Barbaroſſæ Rebus Geſtis Scriptore, Apiarium à Thoma Cantipratenſi, Policraticum à Joh. Sarisberienſi, Speculatorem à Gvilh. Durante, Conciliatorem à Petro Aponenſi, Amadiſium à Nugivendulo, cui Fabula iſta Erotica debetur, Hiſpano, Euphormionem à Joh. Barclajo, tanquam Autores diverſos, diſtinguendos haud eſſe noverunt, & Originem Agnominum iſtorum probe habent perſpectam. Longe vero gravius impingunt, qui, cum τῶ δεῖνα (5.) *Kabbalam, Hominem* fuiſſe, credunt, *perfidum & Diabolicum*, cum M. A. (6.) *Moreh Nebochim* (*Doctorem Perplexorum*, Librum R. Moſis Maimonidæ) *Autorem* vocant *Arabicum*, qui cum Geſnero, Aldrovando, J. Bapti. Porta, Nic. Cauſſino, Caſp. Barthio, *A*nd. Rivino, Editore, àliisque à Thoma Reineſio (7.) refutatis, iisque addendo Joh. *A*ntonide Lindano, Biblioth. Medicæ ſcriptore (*p.m.*232.) ex Pſeudo Hermetis Kyranidibus, ſeu Collectaneis

(5.) Apud Hottingerum *in Thes. Philol. p.* 434. & Joh. Ad. Schertzerum *in Programm. p.* 246.

(6.) Quem obelo notat Chr. Græſius *in Dyota Sacra, P. I. p.* 20.

(7.) *L.* 1. *Var. L c.* 2. *p.* 6. 7. 8. & *L.* 3. *c.* 15. *p.* 564. *it. in Defenſ. Var. L. p.* 150.

Digitized by Google

neis Medicis, ob Linguæ Arabicæ Imperitiam, *Kyranum*, Regem (Κοίρανον) *P*erſarum Chimaricum, Autorem iſtorum nobis exſculpunt, aut, cum Sim. Goulartio Seniore (8) *ſpeculi ſtultorum*, à Nigello Wirekero conſcripti, Scriptorem confingunt *Brunellum*, qui Libr. ipſius eſt Titulus. Dubiam his Solertiæ iſtius, in Novis Scriptoribus effingendi, nimiæ palmam haud ita pridem reddidit nuperus τῆς χρυσοποιίας in Vicinia Patronus, & Defenſor Morhofiani de *Metzahabo*, Chemico inter Rabbinos Antiquos Scriptore, παροράματος, adverſus *Iſagogen* meam, audaculus, ſed infelix, J. L. H. (9.) qui *Eddam* (Librum Islandicum, Mythologiam Gentium Borealium complexum, & à Snorrone Sturleſonio, Islandiæ Nomophylace, A. C. 1215, congeſtum) Fœminam fuiſſe ſibi perſvadet, famam ſcriptis editis conſecutam, ac Philoſophis, quos Chymici jactant, Adeptis accenſere non dubitat. Verum ſolabitur ipſius, in Conjectura hac, infelicitatem, Viri Summi, Thomæ Bartholini, circa Librum eundem Error, ſed aliquanto levior, & venia, quoniam, ante iſtum à Pet. Reſenio A. 1665. editum, aliorum forte Relatione infida deceptus, heic ceſpitavit, dignior. Eddam enim is *A.* 1645. in ſuis *de Unicor-*

nu

(8.) In *Augmentis* Catalogi Teſtium Veritatis Flaciani. V. Jac. Thomaſii *Diſſ. de Nigello Wirekero*, §. 18. & *ſeqq.*

(9.) *In Tr. de Auro p.* 142.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

nu Obſervationibus (10.) tanquam *Hiſtoriæ Patriæ*, ſive Danicæ, *Conditorem*, allegavit, veriora, A. ſeq. 1646. ab Affine ἰσοςικωτάτῳ, Ol. Wormio, in Epiſtola Familiari (11.) edoctus. Nec circa ſolos Veteres, hoc pacto nonnulli cœcutierunt. Similem enim, circa Recentiores, aliorum obſerves ἀνιςορησίαν. Cujus non Aures ipſo Nominis ſono offendat *Articulus Alsmalcaldus*, ſcriptor *de Poteſtate & Primatu Papæ*, è Germanis, Lutheranus, quem, ex *Articulis Smalcaldicis*, Libro Eccleſiæ Lutheranæ Symbolico, à Civitate in Finibus Haſſicis haud incelebri, Smalcaldia, agnomen ſuum, quod iſtic conſcriptus eſſet, adepto, Ludov. Jacobus à S. Carolo, Carmelita Gallus, & Regis ſui Eleemoſynarius, Hiſtoriæ alioquin Literariæ ſatis peritus (12.) Sagacitate ridicula, exſculpſit? Unicum addam adhuc Erroris hujusmodi, ex *Biblioth. Vet. & Nova* G. M. Königii, Exemplum, ſed illuſtre. Memoratur in iſta (*p*. 744.) *Sedvardus* JCtus. de Jurisprudentia *A*. 1590. commentatus. Non vero alius is eſt, quam Joach. Hopperi, Friſii, ex Anteceſſore Lovanienſi Protedicaſterii Mechlinienſis, & ſupremi ſenatus Belgici, *Aſſesſoris*, *Sedvardus*, ſive *de vera Jurisprudentia* Commentarius, in memoriam Sedvardi, Filii ſui Primogeniti, Fato im-

(10.) *C*. 34. *p*. 259.

(11.) Exſtat illa in *Cent, I. Epp. Med. Barthol. num*. 90. *p*. 376. Conf. de Edda utraque *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr*. *P. II. c*. 1. §. 4. *p*. 4. 5. 6, & *Addenda p*. 215. 216.

(12.) *P. II. Biblioth. Pontificiæ p*. 455. 459.

immaturo exſtincti, Nomine illius proprio donatus, & Antwerpiæ initio A. 1590. Typis Plantinianis, in fol. excuſus, deinde vero An. 1656. Brunsvici, curante τῶ πάνυ Conringio, cum eximia illius de Prudentia Nomothetica Præfatione, recuſus.

VI. Sed in viam tandem, è Diverticulo hoc, redeamus. Eandem, quam diximus, Homonymiæ, in Hiſt. Literaria, è Scriptorum Confuſione, Noxam, ante Jonſium, & alii obſervarunt Eruditi, Joh. Wouwerius ſc. qui, *qui, in Lib. de Polymathia* (13.) Locum illi, inter tres ſuppoſitionis Librorum, Autoribus falſis & adulterinis factæ, Cauſas, vindicat principem; Joh. de Launoy, Theologus Pariſienſis Cordatisſimus, qui (14.) *Nominum Similitudinem multos quondam Errores peperiſſe, & Scriptoribus Egregiis Tenebras offudiſſe*, conqueritur, ac Thom. Reineſius, qui, *in Ep. LI. ad Daumium*, A. 1653. ſcripta (15) ſuum de Theodoris duobus, Prisciano & Moſchione, ingenue faſſus παρόραμα hæc addit: *Iſtud genus συγχυσίας multos Magnos Viros, decepit.* Similia, de facilitate Erroris circa cognomine & NeceſſitateDiſtinctionis illorum, Monita, inDan. etiamGeorgii Morhofii *Polyhiſtore* (16) Chriſt. Thomaſii *Cogitatis circa Libros varios Menſtruis* (17.) & aliorum Jonſio Recentiorum, Monumen-

(13.) C. 16. p. 164.
(14.) *In Diſſ. de Victorino Martyre, in Proœmio.*
(15.) *p.* 137.
(16.) *P. I. Lib.* I. *c.* 9. *p.* 79.
(17.) *M. Febr. A.* 1688. *p.* 236. 237.

mentis, paſſim offendas. Si Exempla Lapſuum iſtiusmodi deſideras, ex Veteribus te vel unicum conſulere Jubebo Lexicon Svidæ, incuria atque ἀβλεψίας circa Homonymos, non exiguæ à compluribus merito inſimulati. Gerh. Joh. Voſſius certe (18.) ſcribere de illo non dubitavit: *Solennia errat Svidas, cum ejusdem Nominis Scriptores confundit.* Sed & Κριτικώτατος Reineſus ſuo illum Calculo itidem damnat(19. & Philoxenorum, ab eo confuſorum, Exemplo adducto, monet *Excerpta* ipſius ex *A*ntiquioribus *indiligenter, eſſe diſpoſita & ſine Judicio, uti locis vel ſexcentis queat probari, convaſata, ac, quæ de diverſis ejusdem Nominis narrantur, omnia uni adſcribere.* Inter Recentiores, ut ſequioris ævi Bibliographos taceam, ejusdem culpæ rei ſunt Ioh. Trithemius, & Conradus Gesnerus, *Bibliotheca Univerſalis* Scriptor Inclytus hujusqve Continuatores, Joſ. Simlerus & Joh. Jac. *F*riſius, imo & exſcriptor, Ant. Poſſevinus, Jeſuita. Qvos inter, tres illi Scholæ Tigurinæ Profeſſores, & *Bibliotheca* (cui nulla hactenus palmam extorſit) *Univerſalis A*rchitecti, eo faciliorem nævorum iſtiusmodi, merentur veniam, qvod non ipſorum hos cauſata ſit incuria ac negligentia, ſed Ævi potius iſtius, in hac Literaturæ parte, a Triumviris hiſce primum Juſto cœpta excoli ſtudio, Infelicitas. Laude certe digna eſt Joh. Jonſii, in ferenda de Opere hoc eximio, & *Summa,*

(18.) *Lib. 1. de Hiſt. Gr. c. 24. p. 156.*
(19.) *Lib. 3. Var. Lect. c. 2. p. 362.*

ma, uti veriſſime judicat, *induſtria* ſcripto, Sententia, æqvitas. Licet enim, *parum feliciter* in iſto *ſcriptores ὁμωνύμους recenſeri*, haud diſſimulet, Geſnerum tamen *primum*, *noſtris temporibus*, *id ſtudii reſuſcitaſſe* agnoſcit (20.) imo alibi (21.) ſuam, de Libro ipſius, mentem hiſce Verbis exponit: *Utut mendis ſcateat iſta Bibliotheca qvamplurimis, longe plus tamen laudis, ob ea, qvæ bene dicuntur, qvam reprehenſionis, ob menda nonnunqvam levia, meretur.*

VII. Haud pari contra facilitate excuſari poteſt Negligentia Scriptorum Hiſtoriæ Literariæ plurimorum, qvi, Seculo hoc, & Ætate noſtra, illuſtrare iſtam aggreſſi, in tanta ſtudii iſtius Luce, miſere cœcutierunt, &, ut alios errores haud exiguos prætercam, in Scopulum hunc Homonymiæ juſto crebrius impegerunt. In qvem Cenſum Jure referas, præter Indicum Expurgatoriorũ plerorumqve Sarcinatores, & Catalogorum, qvi Libros vel Bibliothecarum vel Bibliopoliorum Celebrium enumerant, Vulgarium *Autores*, Lexicographos item Nominum Propriorum modernos, §. 4. jam notatos, Mart. Lipenium (a Cl. Tenzelio, jam ante me, Confuſionis hujus τῶν Ὁμωνύμων inſimulatum, (22.) *Bibliothecarum Realium*, Georg. Matth. Königium, *Bibliotheca veteris & Novæ*, Paulum Fre-

(20.) *Lib. 1. de Scriptoribus Hiſt. Phil. c. 2. p. 12.*

(21.) *Lib. 3. c. 20. p. 310.*

(22.) *V.* Tentzelii *Colloqv. Menſtr. Vernac. M. Jan. A. 1689. p. 99.*

Freherum, *Theatri Eruditorum* (a Chriſt. Thomaſio merito, ob cauſam non unam, improbati,) Chriſtoph. Hendreichium, *Pandectarum Brandeburgicarum*, Pet. Borellum, *Bibliotheca Chymica*, Scriptores, aliosqve complures, brevitatis ſtudio h. l. prœtereundos. Similibus Erratis ſæpe ſcatent Monumenta Virorum etiam accurate, in hoc Literaturæ genere, Eruditorum poſthuma, qvæ cum illi vel affecta tantum reliqverint, vel privato ſaltem Auditorum uſui, non autem luci publicæ, deſtinaverint, ab Hæredibus nihilominus, & Bibliopolis, lucro inhiantibus, ſed Famæ atqve Exiſtimationibus Autorum incurioſis, in publicum Orbis Literati conſpectum temere protruduntur. Documentum infelix audaciæ hujus improbæ aliis præbent, Joh. Gerhardi *Patrologia*, a Labbeo toties exagitata, Joh. Henr. Bœcleri *Bibliographia Hiſtorico-Politico-Philologico-Curioſa*, Germanopoli Ann. 1677. ἀνωνύμως publicata, ex Voſſio, & aliis maximam ſui partem verbotenus compilata, mendoſiſſima inſuper, & paucis admodum Auri Ramentis, ex ſtercore colligendis, Lectori ſe commendans. Adde his futilem ejusdem *de ſcriptoribus Græcis & Latinis* Libellum, ac Morhofianas, qvæ non ita pridem prodierunt, *de Arguta Dictione, ac Epiſtolis conſcribendis*, Acroaſes.

VIII. Indicem Errorum, circa Autores ὁμωνύμους, a Scriptoribus Bibliothecariis, hactenus recenſitis. commiſſorum, h. l. exhibere, nec inte-

integrum nobis eſt (cum omnes jam non ſint ad manum,) nec neceſſarium. Nonnullorum Recenſus commodius *Sectioni IIdæ*, prolixam παροραμάτων iſtiusmodi; ex illis pariter atque aliis, Farraginem coacervaturæ; reſervabitur. Nunc, in generali illorum Conſideratione, pergamus. Fontem omnium, ex notiſſimo Dialecticorum de Homonymis *A*xiomate, perſpicies; quod, *Æquivocum; non diſtinctum; pro ſignificatu ſemper famoſiori ſtare*; contendit; ſed in Hiſtoria (nec enim alias jam moramur diſciplinas) ſæpe falſum deprehenditur; ac multas admittit Exceptiones atque Reſtrictiones. Solenne ſcilicet eſt Vulgo Literatorum; & Viris etiam cœteroquin Eruditis; ſed in hac Polymathiæ Elegantioris Parte minus verſatis, ubi de Scriptore, cui Nomen ſuum cum pluribus aliis eſt commune, quidpiam; ſine deſcriptione ac diſtinctione illius accuratiori; relatum, aut ex ſcriptis ipſius allegatum, legerint vel audierint, neglecto ſcrutinio ulteriori, tædioſo ſcil. ac moleſto; omne iſtud confeſtim ad Celebriorem cœteris, ſibique notiorem, falſæ iſtius perſuaſionis ductu, pertrahere. Qua in re facilius utique erratur, circa eos, qui ſolo nobis innotuerunt Nomine, ac, gentis ſuæ Inſtitutorum tenaces, nullis uſi ſunt cognominibus, ſed Agnominibus ſaltem Localibus, Fortuitis aut Arbitrariis; hodie ab Eruditis, non ſemper tamen; diſtinguuntur, Græcos ſcilicet, & pleroſque veteris ævi Orientales. Rarius contra confunduntur πολυώνυμοι; Romani ſcilicet

cet Veteres, præter Nomina, Cognominibus etiam atque Agnominibus Hæreditariis gaviſi iſtorumque, hac in parte, Æmuli plerique Scriptores Europæi Recentiores. Quos inter tamen merito reprehendendi videntur Galli complures, qui, neſcio qua inani faſcinati perſuaſione, Monumentis ſuis Literariis Vernaculis, omiſſa Nominum Mentione, ſola præfigere conſueverunt cognomina, & hoc pacto ipſi confuſionem ſui, cum aliis, iisdem gaudentibus, ſæpiſſime cauſantur.

IX. Cauſam hactenus plerorumque circa Homonymos, Errorum deteximus. Reliquum eſt, ut, quinam illorum ſint tolerabiles, ac venia digni, quinam contra eadem indigni, diſpiciamus. Excuſabiles ſunt, ſi ætatem errantis reſpicias, qui Ævo ſequiori, omnis Literaturæ Elegantioris, & Accuratioris Hiſtoriæ Literariæ incurioſo, aut ſub Initia ſeculi ſuperioris, quo eadem, à Literarum Vindicibus ac Inſtauratoribus primis, nondum ſatis erat exculta, ſunt commiſſi. Si objectum conſideres, tolerari aliquatenus poſſunt, qui ſcriptorem vel obſcuriorem, ac pauciſſimis cognitum, vel Controverſum etiamnum, cujusve Rerum & Monumentorum Hiſtoria, ſuis laborans difficultatibus, coram Tribunali Critico, Diſceptionibus Eruditis adhuc ventilatur, cum aliis Cognominibus confundunt. Veniam tandem merito ab Æquis impetrant Judicibus παροράματα Virorum magnorum, & de Re Literaria præclare meritorum,

quæ

quæ in illorum ſcriptis, cœteroquin accuratiſſimis & Exaſciatiſſimis, rarius occurrunt, & nævorum inſtar, in Facie *P*ulcherrima obviorum, *πολυίστορας* quidem illos, ſed non omniſcios; nec *ἀναμαρτησίας*, humanam ſuperantis conditionem; participes, fuiſſe, oſtendunt. Sunt, non in *P*oeſi ſolum, ſed & in reliquis Eruditionis ac Polymathiæ Partibus; *Delicta*, *quibus*, cum Vate Venuſino, *ignoviſſe velimus.* Occurrunt, in Scriptoribus etiam Præſtantiſſimis, & *τῶν ἄλλων ἀνταξίοις*; *Maculæ*, *quas non incuria fudit*, *verum Humana parum cavit Natura*, quibusque, uti idem inculcat, *ſi plura* in Libro *niteant*, non decet *offendi. Facilis hic Lapſus*, uti Jonſius (23.) de hoc ipſo Homonymiæ Scopulo Cavendo diſſerens, ſcite ait, *facilis Venia.* Etiam Oculatiſſimi, in Stadio tam vaſto ac Salebroſo, quale Hiſtoriæ Literariæ Cultoribus eſt emetiendum, nonnunquam ceſpitant ac impingunt, uti Scaligeri, Voſſii, Reineſii, Jonſii, ac aliorum Literaturæ hujus Principum, *παροράματα* ac *Σφάλματα* hujusmodi *Μνημονικὰ*, in *Sectione* II. modeſte à nobis ſubinde, nec ſine debita tantis Heroibus Veneratione, indicanda, liquido oſtendent. Imo accidit nonnunquam, ut Cenſor alieni *E*rroris rigidus, dum ſuam in iſtum ſtringit Virgulam, ipſe imprudens ejusdem reus evadat. Fuit hæc, uti ab And. Riveto recte obſervatum (24.) Ant. Poſſevini Jeſuitæ Infelicitas, qui, cum, in *Appa-*

(23.) *l. 1. de Scr. Hiſt. Phil. c. 2. p. 13.*

(24.) *Lib. 3. Crit. Sacri, c. 12, p. 300. 301. 302.*

Apparatu Sacro (25.) in Centuriatores Magdeburgenſes, ob Confuſionem Hilarii, Diaconi Romani, Anabaptismo Hæreticorum Patrocinati, & Hieronymum nacti Antagoniſtam, cum Hilario, Epiſc. Pictavienſi, eſſet invectus, ipſe paulo poſt, non huic ſolum Scomma, quo illum Hieronymus *Orbis Deucalionem* Ironice ſalutavit, tanquam Elogium inſigne, aſſeruit, ſed & cum alio ſcriptore ὁμωνύμῳ, Hilario ſc. *P*ræſule Arelatenſi, Epiſtolas hujus ad Auguſtinum Pictavienſi tribuens, eundem confudit. Ipſe certe, ne quid diſſimulem, etſi in hoc Schediasmate de Homonymis ex profeſſo commentari, & aliorum circa eosdem lapſus detegere, qua par eſt, modeſtia, ſim aggreſſus, non immerito tamen vereor, ne, in Argumento tam amplo atque impedito, in quo neminis præviis mihi licuit inſiſtere veſtigiis, ſubinde itidem, humani quid pasſus, à ſcopo aberraverim. Nec ægre feram, ſed beneficio ſingulari me affectum putabo, ſi quis Eruditorum eadem, qua ego alios notavi, παῤῥησίᾳ, malignitatis atque acerbitatis neſcia, ſolius autem veritatis ſtudioſa, ſive publice, ſive privatim, aberrationes iſtas detexerit, ac rectiora me edocuerit. Ut rem in pauca redigam, Nemo Hiſtoriam illuſtraturus Literariam, immunitatem ab omni Errore, ob Nodos, quibus Interiores ejus Receſſus abundant, indiſſolubiles propemodum atque Gordios, Multiplices item Anfractus, Labyrinthos inevitabiles, ac Via-

(25.) *T. I. p. 759.*

Viarum Lubrica, ſibi, quantacunque ſit doctrina, induſtria & Circumſpectione, perpetuo poterit polliceri. *Bonus* etiam *interdum*, ut verba Horatii mea iterum faciam, *Homerus dormitat*,

Verum, opere in longo, fas eſt obrepere Somnum.

X. Nolim tamen, hactenus, ad excuſandos Virorum ſolide ac vere Eruditorum lapſus infrequentiores, allata, tanquam ad Scribacitatis ſuæ ineptæ defenſionem dicta, aliorum detorqueri ab iis, qui, vel ob ruditatem & imperitiam, vel ob negligentiam ſupinam, crebrius ad hunc Homonymiæ Scopulum, in ſcriptis ſuis, impingunt, & ſingulas fere illorum paginas iſtiusmodi Erroribus polluunt. Obſerves ſcilicet, ætate noſtra, complures, qui vel Muſarum limina vix ſalutarunt, vel in ſtudiis aliis, Grammaticis, Logicis, Metaphyſicis, omne tempus contriverunt, cum videant iſta non tanto jam, quanto olim, in pretio haberi, Hiſtoriæ autem Literariæ, & Polymathiæ Elegantioris reliquæ, Cultores, ſeculi & Orbis Eruditi gaudere applauſu, illotis in hujus ſacra manibus involare, & Chartis Futilibus, luculentis inſcitiæ Autorum ſuorum Teſtibus, iſta non illuſtrare, ſed obſcurare, ac meras ineptias, cum meſſe Errorum uberrima, Lectoribus obtrudere. Nec deſunt alii, qui vel lucro & fami, non famæ, ſcribentes, vel ex grandibus hanc & ſeſquipedalibus cumulatiorem ſibi obventuram ſperantes Commentariis, nec in memoriam ſibi revocantes, *Perſium in Libro uno, quamvis exiguo, ſæpius, quam Marſum levem, in*

tota Amazonide, memorari, in hoc Literaturæ genere (cujus haud omnino ſunt imperiti) μεγάλα tantum βίβλια, μεγάλα κακὰ parturiunt, & ut citius ea in lucem protrudant, nihil non chartis, absque juſta diligentia illinentes, vera falſis miſcent, cœcosque hoc pacto, nimiæ feſtinationis vitio, pariunt catulos. Horum Errores innumeri Erroribus aliis, ne iſti pelluceant, cumulati, nullam merentur excuſationem, ſed Virgula Eruditiorum Cenſoria, ac juſta ſeveritate, ſunt Caſtigandi, ut audacia illorum, atque Cacoethes Scribacitatis inſanabile, à quibus plurimum Reip. Literariæ, ac Muſis Elegantioribus, imminere videtur Detrimenti, ſi non omnino, ſaltem aliquatenus, coerceantur.

XI. Reſtat, ut & de illis dicamus, qui non incaute, uti hactenus memorati, nec judicii memoriæve errore, ſed ſtudioſe, ac data opera, imo malitioſo ſæpius Animo, Scriptores Homonymos confundunt, uniusque Scripta alteri temere adjudicant, Cordatorum atque Bonorum omnium Odio atque Abominatione digniſſimi. In horum Cenſum refer criticos ſeculi noſtri profanos, qui ut Codicis Sacri Autoritatem, quam palam impugnare non audent, per cuniculos evertant, atque ſubruant, de Librorum iſtius Autoribus Lites movent Eccleſiæ periculoſas, &, in locum Scriptorum Θεοπνεύςων, alios ipſis cognomines, ſed obſcuriores, haud paris Autoritatis, & nonnunquam fictitios atque Chimæricos, ſubſtituunt. Exempla hujus audaciæ,

daciæ, uti & geminæ illi τῶν ὁμωνύμων, circa Monumenta veteris Eccleſiæ Symbolica, Confuſionis, merito itidem improbandæ, *Sectio IIda* ſuppeditabit. In eadem Errorum Malitioſorum tribu, locum ſibi depoſcunt contentioſi ſectarum orbis Chriſtiani, circa Sacra diſſentientium, Promachi, qui Doctorum priſcæ Eccleſiæ Monumenta, ſuis Hypotheſibus adverſantia, ut Autoritatem illorum elevent, fraudulento ὁμωνυμίας abuſu, Veris, quibus tot Seculorum Conſenſus Unanimis illa aſſeruit, Autoribus, ob leviculas quasdam ſuſpiciones ac Ratiunculas, ereptum eunt, & Scriptoribus aliis, vel Junioribus, vel minoris Exiſtimationis, audacter, ſed in caſſum, vindicant. Exemplorum vicem ſubire poterunt, quæ de Gelaſiis & Gennadiis, circa Scripta, Hæreticis atque Schismaticis Ævi ſui oppoſita, temere confuſis, de Johannis Chryſoſtomi ad Cæſarium Epiſtola, aliis ejusdem Nominis Præſulibus, Jejunatori ſc. Eleemoſynario & Winceſtrienſi, attributa, de Caroli M. adverſus Iconolatriam Libris, And. Carolſtadio, per Sixtum ſenenſem & Ant. Poſſevinum, Huldarici autem Epiſc. Auguſtani, contra Cœlibatum Clericorum Epiſtola Huldarico Hutteno, per Alph. Piſanum, affictis, ut alios Critices Sacræ abuſus fraudulentos taceam, eadem *Sectione IIda* monebuntur. Heic enim mentione illorum prolixiori conſulto abſtinemus, ne Crambe bis cocta tædium pariat legentibus. *Tantum Relligio*, quæ *ſæpius*, Lucretio teſte, *fa-*

cta ſceleroſa peperit atque impia, Zelotis his Sacris potuit *ſuadere malorum.* Parem merito incurrunt reprehenſionem Literatores ſuperciliosi, qui, vel ſola inſtigati novaturiendi prurigine, vel, ut Opiniones ſuas ac Præjudicia, contra Adverſarios, eo felicius tueantur, circa Scripta Autorum Paganorum vetuſtiora, Conſenſui Orbis Eruditi, majori faſtu, quam Argumentorum apparatu, obſtinate repugnant. Quos inter Locus Princeps merito debetur Jeſuitæ, in Literatura Exotica verſatiſſimo, ac in Galliis etiamnum ſuperſtiti, quem de omnium fere Ævi Veteris Scriptorum Claſſicorum, ſi tres quatuorve excipias, γνησιότητι Scepticismum ſuum, inſigni temeritate pariter atque abſurditate, publice eſſe profeſſum, nuper alicubi legiſſe recordor.

CAPUT. II.

De XI. diverſis Scriptorum Homonymorum Claſſibus.

§. I.

ὝΣτερον πρότερον ſtudioſe hactenus commiſiſſe nos, ingenue fatemur, dum de Confuſionibus Scriptorum ὁμωνύμων, partim erroneis, partim vero fraudulentis ac malitioſis, ne iſtæ ab Erroribus, quibus Æquivocatio reliquas perturbat atq; polluit diſciplinas, ſejungerentur, diſſeruimus, antequam quinâ Homonymi nobis audi-

audiant, & quomodo iſtos in Claſſes certas apte diſtribui poſſe arbitremur, eſſet expoſitum. Erit iſta Διάσκεψις capitis hujus ſecundi Argumentum. Homonymi, à nobis, ſive Cognomines (Salom. Glaſſius (1.) *Uninomines* appellat) ductu Stagiritæ [Homonyma eſſe pronunciantis (2.) illa, *ὧν μὲν ὄνομα κοινὸν, λόγος δὲ ἕτερος, quorum Nomen quidem commune eſt, Ratio vero Eſſentiæ diverſa,*] vocantur, quicunque Nomen, vel omnino, aut maxima ſui parte idem, vel ſoni atque Scripturæ ſimilitudine inſigni affine, ſortiti, quoad eſſentiam nihilominus ſunt diverſiſſimi, & Patria, Gente, Ætate, Vitæ Genere, Eruditione, Fama, Officiis atque ſcriptis, diverſis itidem utplurimum atque diſparibus, à ſe invicem diſtinguuntur.

II. Noſtro hi Judicio in Claſſes XI. commode diſtribuentur. Occurrunt enim inter Scriptores, & Viros Eruditos:

8. Qui totum Nomen, ſive unico id conſtet Vocabulo, ſive duobus pluribusve (Prænomie ſcil. cognomine & Agnomine) habent comune, quorumve Exempla, ubivis obvia, paulo ſt allegabimus quamplurima.

Qui ſolum Prænomen habent commune, v. Marinus Barletius & Marinus Becichemus.

Qui ſolum Cognomen habent commune, v. Leonh. Aretinus & Pet. Aretinus, Franc. Balius & Frid. Balduinus.

Lib. 4. Philol. S. Tr. III. Obſ. XI. p. 960.

n Lib. Categor. c. 1.

cta ſceleroſa peperit atque impia, Zelotis his Sacris potuit *ſuadere malorum.* Parem merito incurrunt reprehenſionem Literatores ſupercilioſi, qui, vel ſola inſtigati novaturiendi prurigine, vel, ut Opiniones ſuas ac Præjudicia, contra Adverſarios, eo felicius tueantur, circa Scripta Autorum Paganorum vetuſtiora, Conſenſui Orbis Eruditi, majori faſtu, quam Argumentorum apparatu, obſtinate repugnant. Quos inter Locus Princeps merito debetur Jeſuitæ, in Literatura Exotica verſatiſſimo, ac in Galliis etiamnum ſuperſtiti, quem de omnium fere Ævi Veteris Scriptorum Claſſicorum, ſi tres quatuorve excipias, γνησιότητι Scepticiſmum ſuum, inſigni temeritate pariter atque abſurditate, publice eſſe profeſſum, nuper alicubi legiſſe recordor.

CAPUT. II.

De XI. diverſis Scriptorum Homonymorum Claſſibus.

§. I.

Ὕστερον πρότερον ſtudioſe hactenus commiſiſſe nos, ingenue fatemur, dum de Confuſionibus Scriptorum ὁμωνύμων, partim erroneis, partim vero fraudulentis ac malitioſis, ne iſtæ ab Erroribus, quibus Æquivocatio reliquas perturbat atq; polluit diſciplinas, ſejungerentur, diſſeruimus, antequam quinâ Homonymi nobis audi-

audiant, & quomodo iſtos in Claſſes certas apte diſtribui poſſe arbitremur, eſſet expoſitum. Erit iſta Διάσχεψις capitis hujus ſecundi Argumentum. Homonymi, à nobis, ſive Cognomines (Salom. Glaſſius (1.) *Uninomines* appellat) ductu Stagiritæ [Homonyma eſſe pronunciantis (2.) illa, *ὧν μὲν ὄνομα κοινὸν, λόγος δὲ ἕτερος, quorum Nomen quidem commune eſt, Ratio vero Eſſentiæ diverſa,*] vocantur, quicunque Nomen, vel omnino, aut maxima ſui parte idem, vel ſoni atque Scripturæ ſimilitudine inſigni affine, ſortiti, quoad eſſentiam nihilominus ſunt diverſisſimi, & Patria, Gente, Ætate, Vitæ Genere, Eruditione, Fama, Officiis atque ſcriptis, diverſis itidem utplurimum atque diſparibus, à ſe invicem diſtinguuntur.

II. Noſtro hi Judicio in Claſſes XI. commode diſtribuentur. Occurrunt enim inter Scriptores, & Viros Eruditos:

א. Qui totum Nomen, ſive unico id conſtet Vocabulo, ſive duobus pluribusve (Prænomine ſcil. cognomine & Agnomine) habent commune, quorumve Exempla, ubivis obvia, paulo poſt allegabimus quamplurima.

ב. Qui ſolum Prænomen habent commune, v. g. Marinus Barletius & Marinus Becichemus.

ג. Qui ſolum Cognomen habent commune, v. g. Leonh. Aretinus & Pet. Aretinus, Franc. Balduinus & Frid. Balduinus.

(1.) *Lib. 4. Philol. S. Tr. III. Obſ. XI. p. 960.*
(2.) *in Lib. Categor. c. 1.*

ד. Qui ſolum Agnomen habent commune, v. g. Q. Mutius Scævola & Cervidius Scævola, Cyrillus Hieroſolymitanus & Johannes Hieroſolymitanus.

ה. Qui Cognomen, &, ex duobus pluribuſve Prænominibus, unum ſaltem, habent communia, v. g. Caſp. Bauhinus & Joh. Caſp. Bauhinus, Pet. Faber & Joh. Pet. Faber, Mich. Beutherus, Profeſſor Acad. Argent. Hiſtoricus, ejusque Filii Mich. Phil. Beutherus, Theologus, & Joh. Mich. Beutherus, JCtus, Joh. Gerhardus, Theol. Jenenſis, ac Tres ejus Gnati, Joh. Ern. Joh. Frid. & Joh. Andr. Gerhardi, Pet. Lotichius & Joh. Pet. Lotichius, Henr. Meibomius & Joh. Henr. Meibomius, Joh. Picus & Joh. Franc. Picus, Marcus Ant. Severinus, & Marcus Aurelius Severinus, Gerh. Voſſius & Gerh. Joh. Vosſius.

ו. Qui nomen & Agnomen habent communia, diverſum autem Cognomen, v. g. Tres Heraclidæ Pontici (de quibus *V. Voſſ. Lib.* 1. *de Hiſt. Gr. c.* 9. *p.* 44. 45.) Baptiſta Spagnolus Mantuanus, Theol. ac Poeta, & Baptiſta Fiera Mantuanus Medicus ac Poeta.

ז. Qui Cognomen & Agnomen habent communia, diverſum autem Prænomen, v. g. III. Aurelii Victores, quos inter II. Sexti vocantur (*V. Voſſ. Lib.* 2. *de Hiſt. Lat. c.* 8. *p.* 195. 196.) C. Fabius Pictor. Numer. Fabius Pictor, Q. Fabius Pictor, & Serv. Fabius Pictor [*V. Voſſ. l. c. Lib.* 1. *c.* 3. *p.* 12. 13. 14.]

ח. Homonymi iſti, è quibus Unius Nomen Idem

eſt

eſt cum alterius Cognomine, vel Agnomine, v. g. Marcus Evangeliſta & Joh. Marcus [Pauli ac Barnabæ comes,] Porphyrius *P*hiloſophus, & Publ. Optatianus Porphyrius, Marcellinus *Co*mes, Marcellinus *P*resbyter, & Ammianus Marcellinus Adamus Bremenſis & Melch. Adamus, Sedulius Scotus & Cœlius Sedulius, Durandus à S. Portiano & Guilhelmus Durandus ſpeculator, Alardus Amſtelredamus & Guilh. Alardus.

III. Hactenus, cum Ariſtotele & Dialecticis, in Doctrina de Homonymis, haud male, niſi fallimur, nobis convenit. Licet vero Circulos illorum, in Diſceptationibus Philoſophicis, turbare nolimus, in hoc tamen *A*rgumento Hiſtorico, à Sententia Ammonii, & aliorum Stagiritæ, Interpretum, ne leviſſimum quidem inter Voces ὁμωνύμȣς, quoad Sonum & Scripturam, Diſcrimen, imò nec varietatem ullam, quoad Accidentia illarum Grammatica (Genera ſc. Declinationes, Syllabarum Quantitatem, &c.) admittente, diſcedere haud veremur. Quia enim παρονομασία, ſive Nominum, quoad Sonum & Scripturam, *A*ffinitas inſignis, non minores, quam Homonymia, & Satis crebros, cauſatur Errores, atque Scriptorum diverſorum confuſiones, licere nobis arbitramur, ὁμωνύμȣ Voce h. l. uti Senſu paulo laxiore atque improprio, NONÆ quæ proinde CLASSI aſſerimus Scriptores ac Eruditos, Nomina maxima ſui parte eadem, ſive Soni & Scripturæ, quam diximus, Affinitate ingenti amice conſpirantia, adeptos.

Qua-

Quales ſunt, ex Scriptoribus Sacris atque Hebræis, Job & Iobab, Jeſus Siracides & Ben Sira, Onkelos & Aquila; Ex Græcis, Superſtitioni Paganæ addictis, Ariſtoteles & Ariſtocles, Alexis & Alexinus, Calliſthenes & Calliſtratus, Carneades & Charmides, Charon & Charondas, Eudemus & Euthydemus, Sixtus & Xyſtus; Inter Latinos Veteres, itidem Paganos, Modeſtus & Herennius Modeſtinus, Sex. Pompejus & Sex. Pomponius, & Servius & Servilius, Tertullus & Tertullianus; Inter Scriptores Græcos Ævi Veteris Chriſtianos, Anaſtaſius & *A*thanaſius, Euſtathius, Euſtratius & Eumathius, Hermas & Hermes, Nicetas & Nicetius; Inter Latinos Ævi *P*riſci & Medii, Thomas Angelicus [ſive Aqvinas] & Thomas Anglicus, Robertus & Rogerius Baconi, Berno & Bernhardus, Joh. Gerſon & Joh. de Geſſen, Helinandus & Helmoldus [qvibus adde Ludov. Helmoldum,] Henr. de Hervordia & Henr. de Erfordia, Lactantius & Luctatius, Lebuinus & Lævinus, Cl. Mamertus & Cl. Mamertinus, Raymundus Martini & Raym. a S. Martino, Novatus, Novatianus & *D*onatus, Vicelinus & Aſcelinus; Inter Recentiores deniqve, Baldus Baldius & Baldus de Ubaldis, Thom. Bangius & Henr. Bangertus, Joh. Carnarius & Johan. Cornarius, Pet. Caſtellus & Pet. Caſtellanus, Rodericus a Caſtro & Steph. Rodericus Caſtrenſis. Dan. Chamierus & Dan. Cramerus, Laur. Codomannus & Laur. Rhodomannus,

Joh.

Fichardus & Joh. Sichardus, Sim. Grunæus
im. Grynæus, Joh. Haſſelius & Joh. Heſſeli-
Joh. Heurnius & Joh. Heunius, Nic. Leo-
nus & Nicol. Leonicus Thomæus, Balth.
nzerus & Balth. Menzius. Guilh. Pellicerius
ac. Pelletarius, Pet. Pithoeus & Joh. *P*itſeus,
. Rajus & Joh. de Raey. Joſ. Scaliger &
Scala, Joh. Semeca & [ut *P*aganum huic
gam] L. Annæus Seneca, Franc. Svarez &
nc. Soarez, Pet. Svavenius & Pet. Scaveni-
Joh. Georg. Volcmarus & Joh. Georg Vol-
mmerus, Mart. Zeilerus & Chriſtoph. Zel-
us; Pleriqve, ob *παρονομασίαν* iſtam, uti
tio II. oſtendet, inter ſe confuſi.

IV. CLASSIS DECIMA Scriptores nobis
ſtit ψευδωνύμους, qvi Monumenta ſua Literaria,
ub aliorum *A*utorum, vel olim, vel nuper,
evulgarunt nominibus, atqve ita Homonymi-
am, ſive ejusdem cum illis Nominis communio-
nem, qva revera non gaudebant, fraude inter-
dum honeſta, ſæpius autem dolo malo, affecta-
runt, nec raro confuſioni ſui cum iſtis, Inſtituto
hoc, occaſionem præbuerunt. Ex hoc certe fonte
profluxit Viri Doctiſſimi, Henric. Whartoni
(3.) *παρόραμα*, qvo *γνησίοις* Alphonſi Toſtati,
Epiſcopi in Hiſpania Abulenſis, An. 1454. de-
functi, Libris annumerare non dubitavit *Cen-
ſuram Colloqvii* inter Pontificios & Lutheranos
Ratisbonenſis, integro poſt obitum ejus ſeſqviſe-
culo

(3.) *in Appendice ad Hiſt. Literariam Script. Eccl. Guilh. Ca-
vii, p. m. 75.*

culo elapſo, *A.* 1601. habiti, ſub nomine ejus fraudulenter adoptato, a Jeſuita, ni fallor, aliqvo, *A.* 1608. in lucem protruſam. Facta eſt autem hæc ſuppoſitio, varias ob cauſas. *Priſcis* temporibus, uti Franc. Patricius (4.) ſcite obſervat, *in more fuit, ut, ſi cui Libro Autoritatem accedere cuperent Scriptores, vel Dei alicujus, ut Ægyptii Mercurii, vel Hominis inſignis, nomine ornarent: reverentia ſcilicet qvadam, vel etiam, qvod vendibiliorem eo Nomine ſperarent fore; vel qvod fœtui proprio, alieni nominis qvam ſui inſignibus, gratiam majorem conſeqvi ſperarent, ac immortalitatem.* Hinc factum, ut Judæi, ſub Abrahami, Salomonis, Esdræ, Philoſophi Ethnici, ſub Hermetis, Zoroaſtris (5.) Pythagoræ, Democriti, Platonis, Ariſtotelis, Hippocratis, Theophraſti (6.) & aliorum Nominibus, in publicum larvati Prodirent; ut Chriſtiani Sibyllis Oracula de Religionis ſuæ Myſteriis ἔμμετρα, Gentilibus, apud quos ſumma fatidicarum harum mulierum erat Autoritas, Veritatem iſtorum ac Sanctitatem commendatura, affingerent. Hinc factum, ut Joſephus Gorionides, Nugator inter Apellas Mendaciſſimus atque impudentiſſimus, Fl. Joſepho

(4.) *Tomo I. Diſcuſſ. Peripatet, Lib.* 3. Verba ipſius allego ex Joh. Henr. Urſini *Exercc. de Zoroaſtre; p.* 61. Confer, eandem in rem, Joh. Wouwerii *Tr. de Polymathia; c.* 16. *p.* 162-166. Et Pſeudonymorum Nomenclatores, infra recenſendos, pasſim.

(5.) V. Urſini *Exercc. de Hermete & Zoroaſtre,* modo allegatas, & Herm. Conringii *Lib.* 1. *de Medicina Hermetica, pasſim.*

(6.) V. Woweriunm *l. c.*

no, Nobiliſſimo Gentis ſuæ Hiſtorico, abor-
ingenii proprii infelices transſcriberet, ut
retici Eccleſiæ priscæ, aliique Impoſtores, in
ıngeliis, Actis, Epiſtolis, Apocalypſibus, &
urgiis variis, Petro, Paulo, Matthæo, Marco,
ıanni, Jacobo, Philippo, Andreæ, Matthiæ,
ıomæ, Judæ Thaddæo, Bartholomæo, Stepha-
, Barnabæ, Nicodemo, Lino, Dionyſio Areo-
gitæ, ſuppoſitis, opiniones ſuas erroneas at-
ıe deliras clam ſpargerent [7.] Eadem Cauſa
igilium impulit, Epiſc. in Africa Seculo VI.
ıapſenſem, ut Libris ſuis contra Arium, Pho-
ıum, Sabellium & Eutychen, *Polemicis*, ce-
berrimo Athanaſii, Hæreticomaſtigis decan-
ıtiſſimi, nomine præfixo, majorem conciliaret
utoritatem, Impoſtorem autem Frontis perfri-
tæ, qui plerisque Iſidorus audit Mercator, & à
Blondello egregie vapulavit, ut Sanctiones Ec-
cleſiaſticas, & Pontificum Epiſtolas ſpurias, à
ſe fraudulenter confictas, Iſidoro, Hiſpalenſis Ec-
cleſiæ Præſuli, Inclyto, tribueret. Eadem permo-
tus Car. Sigonius, Philologus Italiæ Eruditiſſi-
mus (licet, Carvianellum, Secretarium Vene-
tum, ab aliis audaciæ hujus accuſari, haud igno-
rem,) *Conſolationem* Ciceronis deperditam, ex
variis ſcriptorum ejus Laciniis, & ingenio ſuo,
reſtituere, &, tanqvam Fœtum Tullii genuinum,
Orbi Literato obtrudere, Seculo ſuperiore,
allaboravit, ab Ant. Riccobono, & Jano Guli-
elmio

(7.) V. Patrologos, & imprimis Rivetum *Lib. 1. Crit. Sacri*, ac Chr. Sandium *in Nucleo Hiſt. Eccl. p. 4-28.*

elmio noſtrate, caſtigatus. Hoc Seculo, non Chymici ſolum, ſimili impoſtura, Antiqvitatis gloriam Chryſopoeiæ ſuæ conciliare ſæpius ſunt conati, ſed alii etiam, ſub ſcriptorum, ſe Antiqviorum, Larva, aut Adverſarios laceſſiverunt, aut Eruditorum de Laboribus ſuis Judicia, tanqvam Apelles poſt Tabulam, expiſcari voluerunt, Ita Caſp. Scioppius, ſub Alphonſi Vargas, Epiſcopi Sec. XIV. Hiſpalenſis, Larva, Jeſuitarum Stratagemata & Sophiſmata, A. 1636 Orbis Chriſtiani Monarchis detexit, Rich. Simon, Joh. Reuchlinum, Inclytum Literaturæ Hebraicæ in Germania Reſtauratorem, ſimulans, ſuos in Critice Sacra Labores, diverſa expertos judicia, defendit, &, iisdem ſe cum illo fatis eſſe obnoxium, ſimul forte ſubindicare voluit. Sub Ortwini autem Gratii, Profeſſoris Colonienſis, Reuchlino fruſtro adverſati, perſona, Joh. Chriſtoph. Becmannus, Theologus ac Polyhiſtor Acad. Viadrinæ eximius, Hiſtoriam Sacram inter Lutheranos ac Reformatos Diſſidii, A. 1671. expoſuit, contrario Ludov. Liebhardi, Profeſſoris Baruthini, Schediaſmate impugnatam. Franc. Irenici Ettelingiacenſis, de Hiſtoria Germanica, *Exegeſi* ſua illius, Libris XII. Hagenoæ *A.* 1518. edita, non male meriti, Nomen Phil. Andr. Oldenburgerus A. 1670. adſcivit, de Jure S. R. I. Publico commentaturus, & *Diſcurſus* ſuos ad *Inſtrumentum Pacis Monaſterienſe*, Anno præcedenti, ſub Larva Burgoldenſis Anagrammatica, publicatos, novo ulterius

Digitized by Google

ulterius illuſtraturus Collegio. Philippus Melanchton, ut Famam Amico ſuo, Joh. Carioni, Aulæ Brandeburgicæ Mathematico, majorem conciliaret, huic tranſcripſit Chronicon ſuum Univerſale, de qvo ita Georg. Fabricius:

Hos alius fecit, tu Cario nomine ſignas,
Ingenio ſcriptos a Meliore, Libros.

Eodem pacto, & alii complures Famæ atqve Honori Filiorum, Fratrum, Conjugum, Præceptorum, Diſcipulorum, Amicorum ac Miniſtrorum, ſunt velificati, qvorum prolixum invenies Recenſum in Adr. Baileti Tractatu de Scriptoribus Pſeudonymis Gallico (8.) Ferrantes Imperatus, Neapolitanus, *Hiſtoriam Naturalem* Nicolai Antonii Stelliolæ, Placcio teſte, 100 Scutatis ab Autore fertur redemiſſe, ſimulqve poteſtatem illam, tanqvam Ingenii proprii Fœtum, publicandi eſſe pactus, qvod &, Sermone Italico, A. 1599. ab illo eſt factum (9.) Armandus contra Richelius, Comœdiam, a ſe elaboratam, Apici, qvo eminebat, Purpuræ, Cardinalitiæ, & ſummæ in Aula Gallica dignitatis, non ſatis decoram ratus, aut congruam, Johannem Capellanum, Poetam ſummæ apud Gallos Exiſtimationis, ut ſub ſuo illam nomine excudi pateretur, domo nummario permovit (10.) Inventi ſunt etiam, qvi, ut Periculum ſcriptoribus, Religionem, in patria receptam, impugna-

(8.) *P. III. Cap. III.*
(9.) V. Vinc. Placcii *Tr. de Script. Anon. & Pſeudon. p.* 213.
(10.) V. Baeletum *l. c. P. III, c. 2. p.* 245.

impugnaturis, ex Nominis ſui profeſſione, imminens, ſibi autem, longius remotis, haud extimeſcendum, ab iſtis averruncarent, ſuum, in illorum gratiam, Libris iſtiusmodi præfixerunt. Hoc officii genus præſtiterunt Alanus Copus Anglus, e Regno Patrio Exul, Nicolao Harpsfeldio, *Dialogos* Sex, pro Religione Pontificia, adverſus Centurias Magdeburgenſes, *A*n. 1566. evulganti, Amicus Amico atqve Populari (11.) & Chriſtoph. Sandius Junior, Amſtelodami vivens, Parenti ſibi Cognomini, Aulæ Boruſſico-Regiomontanæ Secretario, Sectæ Arianæ Patrono, cum *Interpretationes* is An. 1670. *IV. Evangeliorum Paradoxas* juris faceret publici (12.) Nec ſilentio a nobis h. l. ſunt involvendi Scriptores Satyrici, qvi Adverſariis Scripta inepta, a ſe compoſita, plurimisqve Barbariſmis & Solœciſmis ſtudioſe fœdata, affinxerunt, ut hoc pacto illis, ſub proprio ipſorum Nomine, Ironice inſultarent. Huc ſpectant *Virorum Obſcurorum Epiſtolæ*, ſub initium Seculi ſuperioris, ab Ulr. Hutteno, & aliis Joh. Reuchlini Amicis, hujus ex Ordine Cucullato Antagoniſtis, illorumqve *P*romachis, Jac. Hogoſtrato & Ortwino Gratio, Acad. Colonienſis Profeſſoribus, non ſine Mimeſi perpetua ac facetiſſima Styli illorum, pro ævi iſtius genio,

barbari

(11.) V. Jac. Tomaſii *Tr. de Plag. Lit.* §. 186. Vinc. Placcium *l. c. p.* 137. & Autores alios, ab illo laudatos.

(12.) V. (ex Joh. Henr. Maji *Examine Hiſtoriæ Criticæ N. T. Rich. Simonis*) *Acta Erud. Lipſ. M. Jul. A.* 1695. *p.* 340.

bari atqve ſalebroſi, ſumma cum illorum in-
gnatione, publice affictæ, Ad qvarum exem-
am, a Viri Celeberrimi, Sam. Puſendorfii,
yperaspiſta qvodam ſunt concinnatæ, qvæ ſub
col. Becmanni, ICti Londinenſis, Æmuli
ſius in felicis, in *P*ontificiorum tandem caſtra
ansgreſſi, aliorumqve ejusdem ex Ordine
acro Adverſariorum, Nominibus, ante Luſtra
liqvot, prodierunt. Claudemus παρέκβασιν
anc Mentione Satyræ Sotadicæ, Libelli Erotici
purciſſimi, & Oculis ac Lectione Bonorum
mnium Indigni, Hanc Autor illius atqve Edi-
tor, D. Ioh. Weſtrene, ICtus Hagienſis, a
Chr. Thomaſio (13.) Literis tantum Nominis
Initialibus ſubindicatus, a Cel. Tenzelio autem,
ex Hadr. Beverlandi Schedis, detectus (14.)
(ab Iſaaco enim Voſſio profectam eſſe falſo
ſuſpicabatur Morhofius,) malitia execrabili, ab
*A*loyſia Sigæa, Toletana, Matrona apud Hi-
ſpanos, Seculo ſuperiori, non caſtitatis minus
qvam Eruditionis gloria celebri, & Alphonſi
Cuevæ Uxore, Idiomate patrio eſſe ſcriptam,
a Ioh. autem Meurſio Iuniore veſte Latina do-
natam, in Titulo illius, impudentiſſime Lecto-
ribus perſuadere eſt conatus (15.) Verum ſuf-

 ficiant

(13.) *In Cogitatis circa Lib. Recentt. Menſtruis vernaculis, A.* 1688. *editis, p.* 586.

(14.) *In Colloqv. Menſtruis, M. Febr. A.* 1693. *p.*166. 169.

(15.) Plura, de Libelli hujus obſcœni Hiſtoria, ſuggerent Thomaſius ac Tenzelius, *locis citatis,* Dan. Georg. Morhofius *in Polyhiſtore, P. I. Lib.* 1. *c.* 8. *p.* 76. 77. & Chriſt. Junckerus *in Centuria Fœminarum Eruditarum, Tractatui de Diariis Erud. adjecta, p.* 126. 127.

ficiant hæc de ſcriptoribus iſtiusmodi *ψευδω-νύμοις*. Plene Hiſtoriam illorum perſeqvi noſtri jam haud eſt inſtituti. Conſulantur de iis, præter Patrologos, & Criticos, in Monumentis Ævi veteris *γνησίοις* ac *ὑποβολιμαίοις* diſcernendis, occupatos, Autorum Pſeudonymorum Nomenclatores varii, Henr. ſcil. Ernſtius, Ioh. Rhodius, Pet. Scavenius, Frid. Geiſlerus, Iac. Beckerus, Vinc. Placcius (cœteris omnibus locupletior,) Ioh. Deckherus, *P*aulus Vindingius, *P*et. Bælius. Pet. Iac. Villanius (ſive Angelicus Aproſius,) Ioh. Frid. Mayerus, Ioh. Alb. Faber, ac Noviſſimus omnium, qvi in certas eosdem Claſſes apte digeſſit (16.) Adr. Bailetus.

V. Undecimam, ſive Ultimam Claſſem, Apellæ ſolis Gentis ſuæ Doctoribus, ſive Rabbinis, vindicant, qvorum, Celebriorum imprimis, Nomina, in ſcriptis eorum, plerumqve haud integra allegantur, ſed per רָאשֵׁי תֵיבוֹת, qvæ vocant, ſive Scripturæ Compendia, ſingularum, qvibus illa conſtant, vocum (ne Titulo qvidem Rabbinico excepto) Literas initiales, in unam Technicam, coagmentantia, more avito, abbreviata. Cujusmodi Nominibus, qvæ duobus ſuperne Apicibus notantur, & per vocalem Pathach in lectione animantur, Technicis, *P*oetarum aliqvatenus æmulantibus Acroſticha, Homines minus Lectioni Rabbinorum aſſveti, & ex Contextu, ac Circumſtantiis, qvis allegetur,

(16.) *In Tr. Gall. des Auteurs Degviſez, P. III. cap. 2. & 3.*

getur, conjectare nescii, facile, dum scripta Judaici versant, turbabuntur, nisi Libelli *de Abbreviaturis Hebraicis* Buxtorfiani, Fili in hoc Labyrintho Ariadnei, ope se expediverint. Iisdem debetur Rabbinorum complurium, diversis cœteroqvin gaudentium nominibus, subita & inexpectata, & exactissima tamen, in his scribendi Compendiis, Homonymia, imperitiores ad illorum Confusionem facillime seductura, uti ex seqventibus perspicies Exemplis:

בע (Ba:) 1. Ben Esra 2. Ben Usiel.

ראבד (Rabad:) 1. R. Abr. Ben. Dior. 2. R. Abrah. Ben. David.

ראבע (Raba:) 1. R. Abr. Ben Esra, 2. R. Elieser Ben Akiva.

רג (Rag:) 1. R. Gamaliel, 2. Rabbenu Gerson.

רח (Rach:) 1. R. Chanina, 2. Raf Chasda, 3. R. Chananeel.

רי (Raj:) 1. R. Jose, 2. R. Jehudah, 3. R. Ismael, 4. R. Isaac.

רל (Ral:) 1. Resch Lakis, 2. R. Levi.

רם (Ram:) 1. R. Meir, 2. R. Moses.

רמבן (Ramban:) 1. R. Moses Ben Nachman, 2. R. Meir. Ben Nathan.

רע (Ra:) 1. R. Akiva, 2. R. Elieser.

רשבא (Raschba:) 1. R. Salom. Ben Adras, 2. R. Schimson Ben Abraham.

רשי (Raschi:) 1. R. Salom. Jarchi, 2. R. Solom. Isaac. Plura suggerent Buxtorfius Pater, in Libro ante allegato, & alii Rabbinorum Nomenclatores.

CAPUT. III.

De Multitudine Scriptorum Primæ Claſſis Homonymorum Incredibili.

§. I.

UNdecim hactenus Scriptorum Homonymorum Claſſes enumeravimus, & ſingulis ſua adjecimus Exempla, talium plerumqve, qvi, ob Nominis Communionem, vel affinitatem, inter ſe ſubinde ſunt confuſi, uti *Sectio IIda* poſtmodum oſtendet. Cœteras jam omnes, qvia Scriptores earum, ab Homine mediocriter Hiſtoriæ Literariæ perito, ſimulqve induſtrio & *L*aborioſo, vel ex ſolis Nominibus, accuratius conſideratis, ſine ſubſidiis extrinſecus accerſitis, haud difficulter poſſunt diſtingui miſſas faciemus, & ſoli Primæ, Scriptores *κατ᾽ ἐξοχὴν ὁμωνύμους*, aut eadem omnino Appellatione (ſive uno, ſive duobus, ſive pluribus conſtet Vocabulis,) nullo ſcripturæ aut ſoni diſcrimine notabili, gaudentes, complexæ, paulo diutius immorabimur. Horum incredibilis tibi occurret Multitudo, ſive ſingula Orbis Seculo ordine percurras, ſive Partes ac Regna ejusdem præcipua pervageris, ſive, juxta Diſciplinarum & ſcientiarum ſeriem, in ſuas, illos, Claſſes, malis digerere. Noſtri non eſt inſtituti, Indices illorum plurimos, ex ſcriptoribus Bibliothecariis,

riis, aliisqve Hiſtoriæ *L*iterariæ Argumenta nobiliora perſecutis, coacervare. Bibliothecam enim Homonymorum, *uti in Præfat. monitum*, haud molimur amplius, ſed privatæ cujuslibet hunc *L*aborem transſcribimus diligentiæ. Qvædam tamen, ut aliis ad iſtum exantlandum, & Commoda Reip. *L*iterariæ hoc pacto promovenda, calcar addatur, Capite hoc, *ὡς ἐν παρόδῳ*, eam in rem afferemus.

II. Scriptores, aliosqve Viros Doctrina & Sanctitate Illuſtres, S. Codicis *ὁμωνύμȣς*, cum Celebriores etiam Illiteratis ſint notiſſimi, reliqvi autem ex Hieronymi Indice Nominum S. Scripturæ Propriorum (qvi, plerisqve verſionis vulgatæ Editionibus adjectus, in *A*pparatu Bibliorum Regiorum Antwerpienſium, & inter Appendices *πολυγλώττου* *L*ondinenſium, ſive Waltonianorum, Correctior pariter atqve auctior exhibetur:) Andreæ Althammeri *Sylva Nominum Biblicorum*, Baſileæ A. 1535. excuſa, Dav. Chytræi *Onomaſtico* Theologico, Greg. Franci *Lexico Sancto*, Georg. Paſoris *Appendice ad Lexicon N.T. Græco-Latinum*, & Translationum etiam vernacularum plerarumqve Prolegomenis, nullo negotio poſſint colligi, præterimus. Specimen iſtius *L*aboris exhibuit Salom. Glaſſius, *Qvarto Philologiæ Sacræ libro* (1.) qvem exſcribere ſuperſedemus. Hebræos, qvi, poſt Æræ Chriſtianæ initium, & Regni Judaici Excidium, ſcriptis inclaruerunt, haud parce ſuppeditabunt

(1.) *Tr. III. Obſerv. XI. p. 960. 966.*

ditabunt Uterqve Buxtorfius, Ant. Legerus, Joh. Moltherus, Guilh. Schickardus, Nic. Serarius, Joh. Plantavitius, Joh. Henr. Hottingerus, Jul. Bartoloccius, Car. Joſ. Imbonatus, &, ex ipſius Recutitis, R. David Ganz, Salomon Ben-Virga, Jul. Conr. Otto, Menaſſes Ben Iſrael, noviſſimusqve omnium R. Scabhtai Ben Joſeph (cujus Operis Verſionem Latinam, Notis illuſtratam, publiceqve jam promiſſam, vel a Guſtavo Peringero, Prof. *LL.* Or. Upſalienſi, vel a Juvene Doctiſſimo, nobisqve Amiciſſimo, Chriſt. Wormio, Dano, Paternæ atqve Avitæ Famæ & Eruditionis ex Aſſe Hærede, expectamus,) aliiqve Bibliothecarum Rabbinicarum ſcriptores, *in Apparatu ad Notitiam Reip. Lit. Geographicam* fuſius enumerandi. Syris & Chaldæis Homonymos ſuos itidem haud deeſſe, docebunt te Hebed Jeſu, Aſſyriorum Patriarchæ, *Catalogus* ſcriptorum in Gentibus iſtis Celebrium, Notis ab Abrahamo Ecchellenſi illuſtratus, ac Joh. Henr. Hottingeri Index in eundem Alphabeticus, *Libro III. Bibliothecarii Qvadripartiti* inſertus (2.) in qvibus X. Abrahami, III. Babai, totidem Danieles, II. Dodi Jeſchu, III. Ebedi Jeſchu, V. Eliæ, Ephremi complures, V. Gabrielis, II. Hanani Jeſchu, Jacobi complures, IV. Jeſchu *Ja*bebi, aliiqve haud pauci, eodem *Je*ſchu Nomine gaviſi, X*III. J*ohannes, *II.* Simeonis Filii Zabobo, & Simeones alii qvamplurimi, occurrunt. Apud Arabes, in tam immenſa ſcriptorum omnis Generis

(2.) *c. 2. p.* 229. 237.

Generis Multitudine, longe plures tibi ſe offe-rent, multiqve imprimis *A*hmedes, Alii & Muhammedes. Notitiam illorum tibi parabis (ut ad ſcriptores Gentis hujus Bibliothecarios, ac Proſopographos, fere innumeros, *in Apparatu*, paulo ante allegato, recenſendos, ſed *I*neditos, atqve idcirco rariores, te non allegem) ex Greg. Abulfaraji, Malaccenſis, Medici Chriſtiani, *Specimine Hiſtoriæ Arabum*, *A*. 1650. & integra *Dynaſtiarum Gentis ejusdem Hiſtoria*, *A*n. 1663. Oxoniæ ab Edv. *P*ocockio publicatis, Notisqve Editoris *I*nclyti Eruditiſſimis, *J*ohannes item *L*eonis, Granatenſis, Fidei Chriſtianæ Proſe-lyti, de Philoſophorum atqve Medicorum *Ara*-bum Vitis *L*ibro, cujus Verſionem *L*atinam primus *in Bibliothecario Qvadrip.* (3.) edidit Hottingerus, cum ſuo ſpecimine Bibliothecæ *A*rabum *A*lphabeticæ, qvoad primam *A*lpha-beti *L*iteram, ex *I*bn Chalican, Proſopogra-pho Celebri, collecto (4.) *A*dde his ejusdem *Bibliothecam Orientalem*, cujus Pars maxima circa *A*rabes occupatur, & Catalogos Mstorum Cœnobii Scorialenſis, *J*oſ. Scaligeri, Thom. Eorpenii ac *J*. Bapt. Raymundi, eidem ſubjun-ctos, Chriſt. item Ravii *Spolium Orientis*, ac *I*n-dices Codicum *A*rabicorum Bibliothecarum Vaticanæ, Mediceæ, *L*eidenſis (a *J*ac. Golio iis auctæ,) & privatæ Domini de Breves, *L*egati ad Turcas Gallici, a Phil. Labbeo, *A*n. 1653.

(3.) *Lib. 3. c. 3. pag. 246. 291.*
(4.) *ibid. p. 291. 294.*

Appendici Supplementi VIti Speciminis Novæ Mſtorum Bibliothecæ inſertos.

III. E Græcis Vetuſtioribus, Diogenes Laertius jam olim, Philoſophorum, Nominibus hiſce gaviſorum, Biographiis, Demetrium Magnetem, Operis περὶ ποιητῶν Συγγραφέων ὁμωνύμων deperditi Scriptorem, ſecutus, nobis exhibuit VIII. Æſchynes, IV. Anaxagoras, III. Anaximenes, IV. Antiſthenes, IV. Arceſilaos, IV. *A*rchelaos, IV. Archytas, VI. Ariſtones, IV. Ariſtippos, VIII. Ariſtoteles, X. Biones, X. Cratetes, XX. Demetrios, VI. Democritos, V. Diogenes, IV. Epimenides, IV. Eudoxos, XIV. Heraclidas, V. Heraclitos, VI. Menippos, V. Platones, III. Protagoras, IX. Pythagoras, IV. Simones, V. Socrates, XX. Theodoros, VI. Xenocrates, VII. Xenophontes, VIII. Zenones. Longe plures noſtræ Ætatis Critici ac *P*hilologi, è Veterum, quæ ſuperſunt, Monumentis, eruerunt, & Joh. Jonſius quidem, omnibus reliquis, in iſta Homonymorum Indagine, ſolertior pariter atque felicior, in *Libris IV. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ*:

IV. Æſchyriones (L. 2. c. p. 123. 124.)
III. *A*etios (L. 4. p. 318. 319.)
XII. Alexandros (L. 2. c. 16. p. 197. 198. 199. & L. 4. p. 351. 352.)
IV. Andrones (L. 1. c. 8. p. 41. 42. Voſſius *L. 3. de H. Gr. p.* 320. 321. ſex enumerat.)
VIII. Antipatros (L. 1. c. 13. p. 71. Conf. Voſſ. *l. c. p.* 324. 325.)
V. Antiphanes (L. 1. c. 6. p. 34.)

Antiphontes

XIII. Antiphontes (L.4.p.322--399.
XII. Apollodoros (L. 2.c. 17. p. 204. 205. XV. recenſet Voſſ. *l. c. p.* 326. 327.)
XXII. Apollonios (L. 3. c. 9. p. 256--259.) & diverſos quidem à ſex iſtis, quos Voſſius (*L.* 1. *de Hiſt. Gr. c.* 23. *p.* 149.) aliis item compluribus, quos J. Meurſius [*in Notis ad Apoll. Dyscolum*] enumeraverat.
III. Apollophanes [L. 2. c. 6. 144.]
IV. Apulejos [L. 3. c. 11. p. 267.]
V. Areos [L. 3. c. 1. p. 215. 216.)
IV. Ariſtocles (L. 4. p. 330.)
IV. *A*riſtophanes [L. 2. c. 10. p. 166. 167.]
XXXII. Ariſtoteles [L. 1. c. 12. p. 60--68. & *in Diſſ. I. de Hiſt. Peripatetica*, A. 1652. edita,)
IV. Ariſtoxenos [L. 1. c. 14. p. 78.]
VII. Artemonas [L. 3. c. 11. p. 268. 269. & L. 4. p. 330. 331.]
XI. Aſclepiades [L. 2. c. 10. p. 167. 168. & c. 17. p. 205. 206. 207.]
III. Batones [L. 2. c. 12. p. 181. 182.]
VII. Callimachos [L. 2. c. 5. p. 133--143.]
III. Caſtoras [L. 2. c. 15. p. 193. 194.]
VI. Celſos [L. 4. p. 332.]
V. Cephisodoros [L. 1. c. 13. p. 70.]
XIX. Chryſippos [L. 2. c. 8. p. 150-159.]
LII. Demetrios [*L.* 2. c. 18. p. 209. 210. 211.]
X. Democritos [L. 1. c. 4. p. 24. 25.]
III. Dicæarchos [L. 1. c. 16. p. 90.]
X. Didymos [L. 3. c. 2. p. 221.]
IV. Dinarchos, ex Demetrio Magnete jam ante

à Dio-

à Dionyſio Halicarnaſſeo, *in Lib. de Oratoribus Atticis* [ubi de Dinarcho agit) recenſitos;

III. Diones (L. 3. c. 14. p. 283.)

LIV. Dionyſios (L. 3. c. 8.)

XIII. Dioſcorides (L. 2. c. 6. p. 144. 145. 146.).

X. Diotimos (L. 2. c. 15. p. 196. 197.)

VI. Evagoras (L. 4. p. 334.]

XV. Eudemos [L. 1. c. 15. p. 81-84.]

XXX. Heraclidas [l. 2. c. 11. p. 170-173. poſt J. Meurſium in *Notis ad Chalcidium*]

III. Hermippos [*L*. 2. c. 9. p. 161-164.]

IV. Hermodoros [L. 1. c. 10. p. 49. 509.

XV. Herodotos [L. 2. c. 1. p. 118. 119.]

V. Hierocles [L. 3. c. 18. p. 302-305.]

XX. Hippocrates [L. 1. c. 2. p. 12. poſt Joh. Henr. Meibomium in *Comm. ad Jusjur. Hippocr. c.* 1.]

V. Jamblichos [L. 3. c. 16. p. 294.]

III. Hiſtæos [L. 4. p. 340.

III. Lyſanias [L. 2. c. 2. p. 123. 124.]

III. Marinos [L. 3. c. 19. p. 305.]

IV. Menodotos [L. 4. p. 339.]

X. Metrodoros [L. 1. c. 20. p. 110. 111.]

VII. Muſonios [L. 3. c. 7. p. 246-249.]

V. Nicagoras [L. 3. c. 14. p. 283.]

III. Nicandros [L. 2. c. 13. p. 183.]

V. Nicias [L. 4. p. 340. 341.]

XV. Nicomachos [L. 3. c. 13. p. 280. 281. poſt Meurſium in *Notis ad Nicomachum Muſicum*.]

V. Numenios [L. 3. c. 10. p. 264. 265. poſt Meurſium *in Notis ad Heſychium* p. 170. 171.]

Phanias

III. Phanias [L.1.c.15.p.84.]
VIII. Philadelphos [L.2.c.1.p.114.]
XIII. Philones [L.3.c.4.p.225-229. post Meursium *in Notis ad Hesychium* p. 217. 218. 219. ubi VII. recenset]
XVI. Philostratos [L.3.c.14.p.283.284. Meursius XI. enumeravit *in Notis ad Philostratum*,]
XVI. Platones [L.1.c.2.p.12.]
IX. Plutarchos [L.3.c.6.p.240.241.]
III. Porphyrios [L.3.c.15.p.290.]
IV. Posidonios [L.2.c.16.p.203.]
XXIX. Pythagoras [L.4.p.341-346.]
VI. Satyros [L.2.c.11.p.169.170.]
III. Seleucos (L.3.c.3.p.224.)
IX. Serenos (L.4.p.347.)
XX. Socrates (L.1.c.2.p.12.)
IV. Sotiones (L.2.c.10.p.166.)
IX. Theagenes (L.1.c.3.p.20.21.)
V. Theanus Eruditas (*L.*1.c.3.p.22.)
V. Thrasyllos (*L.*3.c.3.p.224. post Voss. *L.*4. *de Hist.Gr.c.*16.& Meursium *ad Nicomach.p.*166.)
VII. Timæos (*L.*1.c.6.p.32. & *L.*2.c.2.p.125.)
III. Timones (*L.*2.c.3.p.128. 129.)
XV. Zenones (*L.*2.c.1.p.115.116.117.)

Proclive mihi esset indicem Homonymorum Scriptorum Græcorum, passim in Vassiano *de Historicis Græcis* opere collectorum, Jonsiano hoc longe prolixiorem, illi subjungere, nisi brevitati esset studendum. Occurrunt etiam apud alios Criticos Recentiores, quæ huc faciant, imprimis autem apud Joh. Meursium, Distinctionis

scriptorum

Digitized by Google

Scriptorum cognominum ubique Studioſiſſimum, in Monumentis Criticis, & Obſervationibus ad varios Autores Græcos, conſuli & excerpi digniſſimis.

X. Æſopos recenſet Pet. *Axenius*, *in Notis ad Phoedri Prologum.* Anaximenes varios J. Meurſius *in Notis ad Chalcid. p.* 37.

VII. Athenagoras Joh. Alb. Faber *in Decade Decadum*, *n.* 71.

VIII. Homeros, ex Archilocho, Jac. à Cruce, *Tomo I. Thes. Crit. Gruteriani* p. 693. 694.

IV. Neſtoras J. Meurſius *ad Heſych. p.* 171. 172. 173.

III. Pherecydas Idem *l. c. p.* 212.

III. Philoxenos Idem *l. c. p.* 128. 129.

III. Sophocles Idem *l. c. p.* 106. 107.

V. Theopompos Meurſius *in Notis ad Apollon. Dyſcoli Hiſt. Mirandam* p. 97. *ſqq.* & *ad Heſych. p.* 185-190. Conf. Voſſ. *Lib.* 1. *de Hiſt. Gr. c.* 3. *p.* 16.

III. Tyranniones Meurſius *ad Heſych. p.* 208. *Alios* alii. Sufficiant hæc de *Homonymis Græcis*, quos haud diſſimulabimus, ob Hiſtoriæ illorum obscuritatem, & ſummam, circa Monumenta plerorumque deperdita, incertitudinem, ſæpe, non confundi ſolum, ſed etiam præter Neceſſitatem multiplicari, imo, ad numerum augendum, eos ſubinde admiſceri, quos ne *Literatis* quidem, nedum Scriptoribus, jure accenſeas.

IV. Circa Romanos Veteres, Brevitate compendioſa expiabimus, quicquid nimia, circa

Græcos

Digitized by Google

Græcos, prolixitate eſt peccatum. Rariores apud illos ſunt primæ Claſſis Homonymi, nec tanto circa Nomina ſingula Numero notabiles, quantum in Græcis *μονωνύμοις* obſervavimus. *πολυωνυμία* ſc. ipſis Familiaris, pleroſque à ſe invicem, Cognominum & Agnominum variorum beneficio, diſtinguit. Decem Petroniorum Carmina & Fragmenta Mich. Caſp. Lundorpius, A. 1621. ſuæ *Satyrici*, ab Arbitro conſcripti, Editioni adjecit. His totidem alii, ex Pet. Pithoei ad iſtud *Conjectaneis, in Sylloge Annotationum* obviis (5.) adjici poſſunt. Sed plerique diverſis gaudent, vel Prænominibus, vel Agnominibus. Invenias tamen & heic, quos jure Claſſi Imæ accenſeas, Aſinios Polliones, ſextos Aurelios Victores, Salvios Julianos, Æmilios Macros, Marcos Valerios Meſſalas, Cajos Plinios ſecundos, Marcos Terentios Varrones, Licinios Rufinos. Plures tibi ſe offerent in *Bibliotheca* Geſnero-Simleriana, & Joh. Jac. Hofmanni *Lexico Univerſali*, ſed caute, ob crebram Scriptorum confuſionem & Multiplicationem, evolvendis. Accuratiores utplurimum ſunt Scriptores de Familiis Romanorum, Genealogici, magno numero obvii. Accuratior etiam Voſſius, in ſuo Poetarum & Hiſtoricorum Latinorum Recenſu.

V. Quanta ſit Homonymorum, inter Scriptores Ævi Priſci & Medii Chriſtianos, potiſſimum Eccleſiaſticos, Multitudo, vel ex ſolo perſpicies *Chartophylace* illorum Caviano eleganti Hiſtoriæ eorun-

(5.) *v. pagg.* 7. 8. 9. 10.

eorundem *Literariæ* Majoris Compendio, cœteris, qui eos enumerarunt, Nomenclatoribus & Accurationis, & *Perfectionis* (ob omiſſos tamen complures etiamnum imperfectæ,) *Palmam* præripiente. Recenſet iſte, ſerie Chronologica, *IV.* Acacios, totidem Agapetos, *VI.* Albertos, *IX.* Alexandros, V. Ambroſios, *VIII.* Anaſtaſios, totidem Andreas, *V.* Anshelmos, *XI.* Antonios, *IV.* Aſterios, *V.* Auguſtinos, *VIII.* Baſilios, IX. Benedictos, V*I.* Bernhardos, V*II.* Bonifacios, totidem Clementes atqve Conſtantinos, III. Cyprianos, totidem Cyrillos, VI*I.* Dionyſios, IV. Durandos, V. Epiphanios, V*I.* Eugenios, totidem Euſebios atqve Franciſcos, XVII. Georgios, V. Gerhardos, XXIV. Gregorios, XXI. Guilielmos, XII. Henricos, V. Hieronymos, IV. Hilarios, XII. Hugones, XI. Jacobus, CXVI. *J*ohannes, VII. *J*oſephos, V. *I*ſidoros, VI. *J*ulianos, XII. Leones, V. Macarios, VIII. Marcos, IX. Martinos, totidem Matthæos, VIII. Maximos, XII. Michaeles, VII. Nicephoros, totidem Nicetas, *X*XII. Nicolaos, V. Nilos, IV. Odones, XI. Paulos, XLII. Petros, XI. Philippos, VIII. Robertos, VIII. Simeones, XIII. Stephanos, XVIII. Theodoros, XIV. Thomas, VIII. *V*ictores, I*V.* *V*igilios, III. Zacharias. Qvos inter, multosqvidem, non tamen omnes, cognominibus atqve Agnominibus diſtingui, plurimos autem eadem, non minus qvam Nomina ipſa, habere communia, Ἀυτοψία te docebit.

VI. Inter

VI. Inter ſcriptores tandem Seculorum trium Noviſſimorum, Turbam itidem Cognominum incredibilem, qvocunqve te vertas, obſervabis. Nonnullus h. l. ne plane illi prætereantur, Ordine Alphabetico, nonnullos autem *Sectione II.* Confuſiones illorum notatura, memorabimus, cœterorum Collectionem aliis, qvi otio abundant, relicturi. Ita à Paulo Æmilio, Veronenſi, Canonico in Æde Deiparæ-Pariſienſi, Inclyto Hiſtoriæ Gallicæ Scriptore, A. 1529. defuncto, (6.) probe eſt diſtinguendus Paulus Æmilius Sanctorius, Caſertanus, ex Aulæ Romanæ Referendario Epiſcopus, ad A. usque Emortualem 1635. Urbinas, Hiſtoricus itidem Nobiliſſimus, ſed cujus Monumenta potiora etiamnum Inedita deliteſcunt (7.) De Rudolphis Agricolis duobus, altero Groningenſi, Literarum in Germania Vindice, Heidelbergæ *A.* 1585. exſtincto, altero Poeta, ſub initium ſeculi ſeqv. Germano, Simlerus, (8.) & alii conſulantur. Cum Hieronymo Aleandro Seniore, Mottenſi, Lit. initio Human. Prof. Pariſino, dein Leonis X. in Germaniam Legato, tandem vero Archiep. Brundusino, & S. R. E. Card. A. 1542. die Natali, 19. Dec. tabe conſumpto, quem *Propugnato-*

D rem

(6.) V. de illo P. Jovii *Elogia,* *num.* 139. Simleri *Biblioth. p.* 543. Voſſii *L.* 3. *de Hiſt. Lat. c,* 12. *p.* 674.

(7.) V. Jani Nicii Erythræi *Pinacoth. III. n.* 18. H. Wittenii *Diar. Biogr. T. II. p.* 45. Joh. Hallerv. *Bibl. Cur. p.* 308. Ph. Labbei B. *B. p.* 284. C. Sagittarii *Introd. in H. E. p.* 553. 671.

(8.) *l. c. p.* 609.

rem Eccleſiæ, omnibus in Linguis Excellentem, Eraſmus (9.) vocavit, (10.) confundendus haudquaquam eſt Junior, ejus Pronepos, patria Forojulienſis, Franc. Barbarino Card. à Secretis, Philologus & Poeta inſignis, *Commentario in Caji Inſtitt.* Scripto *de Regionibus Suburbicariis* Anti-Salmaſiano, & Tabulæ Antiquæ Heliacæ Expoſitione, famam adeptus, quem Roma, & Humoriſtarum in ea Academia, A. 1631. amiſit (11.) Diverſus eſt à Guilh. Ameſio Anglo, Doctore & Prof. Acad. Franequeranæ, ad A. uſque Fatalem 1639. Theologo, Antagoniſta Bellarmini & Remonſtrantium Celebri, Guilh. Ameſius, Popularis ipſius, Promachus Quakerorum noſtra ætate famoſus, in *Iſagoge* noſtra jam memoratus (12.) Joh. Andreas III. Simlerus recenſuit, JCtum ſc. Acad. Bononienſis Celeberrimum, A. 1348. mortuum, Epiſcopum *A*lerienſem (cui Lucani, *P*linii, Ovidii & Epiſtolarum Hieronymi Editiones, Sec. XVI. evulgatas, ſed ab illo omiſſas, debemus,) & *P*anegyrici ſeu Biographiæ Hieronymianæ Scriptorem, quem tamen eundem cum Bononienſi eſſe, Epitaphium hoc illius ab Ott. *Ai-*

(9.) *Chil. IV. Adag. Cent. V. num.* 1.

(10.) Plura de illo V. in Jovii *Elogiis. n.* 98. Pantal. Candidi *Epitaphiis, p.* 90. Th. Zwingeri *Theatro V. H. p.* 594. Simleri *Biblioth. p.* 29. El. Reuſn. *Iſagoge Chronol. p.* 636.

(11.) V. J. Nic. Erythr. *Pinacoth. I, n.* 23. H. Wittenii *T.* 11. *D. B. p.* 40. Hallerv. *B. C. p.* 130. Borrich. *de Poetis p. m.* 92. 109.

(12.) *P.* II. *c.* 5. *§.* 7. *p.* 119. 120.

Digitized by Google

Aichero (*P. II. Theatri Funebris p.* 288.) exhibitum, innuit:

> *Hic jacet Andreas, notiſſimus Orbe, Johannes,*
> *Primo qui Sexti Clementis atque Novellas,*
> *Hieronymi Laudes, Speculi quoque Jura, peregit;*
> *Rabbi Doctorum, Lux, Cenſor Normaque Morum,*
> *Occubuit fato proh duro Peſtis in Anno.* [1348. d. 7. Jul.)

Adde his Joh. Andream Maurum, ex Doctore Muhammedano Relig. Chriſtianæ A. 1487. factum Proſelytum, *Confuſionis Secta Muhammedanæ, & verſionis Alcorani Arragonicæ*, Autorem, (13.) Joh. Andream *Argentinenſem*, qui, Beughemio (14.) teſte, Clementinas, cum *Apparatu* (Bononienſi, juxta Epitaphium, modo allegatum, Simlerum, atque alios, potius aſſerendo,) A. 1471. edidit, Joh. Andream *Virgilii Chriſtiani*, Coloniæ *Ann.* 1595. excuſi, (15.) Autorem, & Joh. Andream, Waldheimenſem Hermundurum, Exegeten *Pſ.* 76. ac 77. & c. 12. Dan. circa *A.* 1620. Lutheranum, à Growæo (16.) memoratum. Quinque mihi innotuerunt Johannes *Aurifabri*: 1. *Autor Quaſtionum in Libb. Ariſtotelis Phyſicos*, quas Biblioth.

(13.) V. de illo Hotting. *P. IV. Hiſt. Eccl. c.* 15. *p.* 797. 98 Joh. Hornbeckii *S. C. lib.* 3. *p.* 80. Rumetſch. *de Turc. Converſ. vel Everſ. Sect. III. p.* 80.

(14.) *in Incunab. Typogr. p.* 13. ubi, ut obiter hoc moneam, Bononienſem A. 1488. claruiſſe, falſo tradit.

(15.) Teſte J. C. Becm. *in Cat. Bibl. Francof. p.* 19.

(16.) *in Elencho Interpr. Script. p.* 193.

Digitized by Google

Acad. Lipſ. Paulina Mss. aſſervat (17.) 2. M. Joh. Aurifaber Varasdienſis, Canon. & Profeſſor Acad. Viennenſis, Rectoratu illius *A.* 1526. 1533. 1534. & 1539. [teſte Jona Littero *in Rectorum illius Catalogo*) functus; 3. M. Joh. Aurifaber, Paſt. Presbyterii Senior, & Th. PP. Erfurt. Lutheranus, d. 18. Nov. A. 1575. denatus (18.) 4. Joh. Aurifaber Uratislavienſis, Th. D. ac PP. initio Witeb. ac Roſtoch. hinc Epiſc. in Boruſſia Pomezanienſis ac Sambienſis, Errorisque oſiandrini Aſſecla, ſed inconſtans ac lubricus (19.) tandem Eccleſiæ Patriæ Paſtor, d. 19. Oct. A. 1568. defunctus; (20.) 5. Joh. Aurifaber, Huſa Cimber, Philoſ. in Acad. Hafnienſi, ad A. usque Emort. 1602. Profeſſor, ac Bibliothecæ Regiæ Præfectus, in Er. Vindingii *Hiſtoria Acad. Hafnienſis* [*p.* 103. 104.] & *Cimbria* noſtra *Literata*, fuſius celebratus.

VII. Totidem dabo Johannes Benedictos: 1. Canonicum Uratislav. ac Cracovienſem, qui *de Viſionibus & Revelationibus* Moguntiæ A. 1550. Simlero teſte, Libellum edidit; 2. Joh. Benedictum, Theologum Pariſienſem, cui Editio Verſionis Vulgatæ, recognita, ex Mss. emendata, ac illuſtrata, quæ Pariſiis A. 1558. prodiit, debetur; 3. Joh. Benedictum, Medicum Germanum, de Mor-

(17.) Teſte J. Fellero *in Catal. Mss. illius p.* 359.

(18.) V. Caſp. Sagittarii Bericht von der Prof. Theol. Aug. Conf. zu Erfurt, *p.* 9.

(19.) V. Joh. Wigandi *Oſiandriſmum p.* 1. 2.

(20.) V. Epitaphium ejus in Joh. Groſſii *Append. Inſcriptt. Baſil. p.* 385. & Pauli Freheri *Theatro Erudd. p.* 215.

Digitized by Google

Morbo Galljco, & Sudore Anglico, circa A. 1530. commentatum; (21.) 4. Joh. Benedictum, Medicum & L. Gr. Prof. Salmurienſem, Caſaubono gratiſſimum, qui Horatium Græce, iisdem Metrorum uſus generibus, tranſtulit, (22.) & Editione præterea Luciani Græco-Latina perelegenti *A.* 1619. inclaruit; 5. Joh. Benoiſt, ſive Benedictum, Carcaſſonenſem, Monachum Dominicanum, cujus Hiſtoria Waldenſium & Albigenſium Bipartita, Gallice, Pariſiis A. 1691. prodiit. Duos Angli celebrant Johannes Boiſios, alterum Sudovolgienſem, Canonicum Elienſem, circa A. 1640. defunctum, *Collationis Interpretum Latinorum in IV. Evangelia & Acta*, A. 1655. excuſæ, & *Notarum in Chryſoſtomum*, Autorum, alterum Eythornienſem, Th. D. ac Decanum Cantuarienſem, A. 1625. defunctum, atque in Pſalmos, ſtatis diebus in Eccleſia Anglicana lectos, commentatum, cujus præterea alia etiam exſtant Scripta Homiletica, Germanice, ante Annos aliquot, Brunsvigæ edita (23.) Totidem in Dania inclararuereIohannesBrochmanni, alter Eraſmi Fil. A. 1638. alter Envaldi *F*il. A. 1664. defunctus, uterque Patria Coagienſis, uterque etiam Theol. P*P*. Hafnienſis. Nec minus totidem Eraſmi Brochmanni, alter Coagienſis, Envaldi F. Acad. Hafn. Rhetor, A. 1662. alter Iohannis Fil. Hafnienſis, Theologus ejusdem, A. 1664. exſtinctus. Singulorum Vitas & Scripta Vindingii

(21.) V. Lind. *de Script. Med. p.* 333.
(22.) V. Th. Barthol. *de Medicis Poetis p.* 135.
(23.) De Utroque V. Crowæum *l. c. p.* 199. 197.

gii Hiſtoria Acad. Regiæ prolixe enarrat. Johanni Breidenbachio Miſenenſi, Acad. Lipſienſis, ſub finem Sec. XV. ordinario, ſive Anteceſſori Primario, ab Autore *Centuriæ Scriptorum, qui in Scholis Lipſienſi, Witebergenſi & Viadrina floruerunt*, à Madero publicatæ, ἀνωνύμω prolixe (24.) commendato, ὁμώνυμος, hoc noſtro Seculo, fuit Joh. Breidenbachius, Cloppenhemio Wetteravus, utriusque Acad. Haſſiacæ, Gieſſenæ & Marpurgenſis, ab A. 1614. ad Emortualem, 1656. JCtus, itidem Primarius (25.)

VIII. A. Joh. Calvino Gallo, Theologo Genevenſi, Reformatorum Anteſignano, Patria, Profeſſio & Scripta diſtinguunt Joh. Calvinum, JCtum Seculo Superiore Heidelbergenſem, Themidos Hebræo-Romanæ, & Lexici Juridici, Autorem. Joh. Capellano, Archiatro circa A. 1504. Gallico, cujus de Peſte ſupereſt Conſilium, (26) Sesquiſeculo fere integro poſterior fuit Joh. Capellanus Pariſienſis, Conſil. Regius, A. 1674. mortuus, cujus Poema de Puella Aurelianenſi Vernaculum Galli, antequam prodiret, Virgilianæ Æneidos Gloriam pene ſuperaturum eſſe ſibi perſvadebant, ſed tanta Expectatione inferius eſſe poſtmodum agnoverunt. Cum Pet. Caſtellano *Lingonenſi*, Epiſcopo Matiſconenſi ac *Aurelianenſi*, Franciſco I. Regi [cui pòſt obi-

(24.) *num.* 42. Confer Simlei *Biblioth. p.* 347.

(25.) V. Joh. Juſti Piſtorii *Propylæum Athenæi Hasſiaci p.* 10. 11. 12.

(26.) V. Lind. *de Scr. Med. p.* 338.

obitum parentavit] ob Eruditionem gratiſſimo, A. 1547. repentino Sanguinis ictu exſtincto (27.) cave confundas Pet. Caſtellanum, Gerhardimontio Belgam, L. Græcæ *P*rof. Lovanienſem, de Vitis Illuſtrium Medicorum A. 1618. commentatum. Alphonſum à Caſtro, Zamora Hiſpanum, Caroli V. *I*mp. Eccleſiaſten Aulicum, Hæreſeomaſtigem Sec. Sup. *P*ontificium, ſed Eruditum, Candidum & Judicioſum, nec Doctrina, nec Fama, adæquat Sympatriota ejus ὁμώνυμος *A*lph. à Caſtro Toletanus, Jeſuita Hiſpalenſis, & Borticæ *P*rovincialis, A. 1610. mortuus (28.) Celebrior etiam eſt Chriſtoph. Colerus Francus, JCtus & Hiſt. PP. Altorfinus, Criticus haud ignobilis, *A*. 1604. in Auſtria denatus (29.) Chriſtoph. Colero Boleslavienſi, Prof. Gymnaſtico & Bibliothecario, ad *A*. usque fatalem 1658. Uratislavienſi, Encomiaſta Mart. Opitii *P*oſthumo, & Metaphraſte Libelli Grotiani de V.R.C. vere Aurei, Germanico. Nicolao Cuſano, Epiſc. Brixinenſi, & Cardinali Celeberrimo, A. 1464. mortuo, duobus propemodum Seculis Junior eſt civis ipſius, eidem quippe, cui ille, Dioeceſeos Trevirenſis *P*ago, cuſæ, & nomen, & primum debens Spiritum, Nicol. Cuſanus, Jeſuita *L*üxenburgenſis, cui Annus 1636. vitam eripuit [30.]

IX. Johannes Deckheri IV. hoc Seculo Scriptis

 in-

(27.) V. de illo Pauli Colomeſii *Gall. Orient. p.* 12-15.
(28.) V. de eo Nath. Sothwelli *Biblioth. Jeſuit p.* 33. 34.
(29.) V. Magni. Dan. Omeiſii *Gloriam Acad. Altorf. p.* 100.
(30.) V. Sothwellum *l. c. p.* 628. 629.

innotuerunt, Primus *J*eſuita, Haasbroukæ in Belgio natus, Theol. *PP.* Delacenſis, *L*ovanienſis, ac tandem Græcienſis in Styria, A. 1619. defunctus; [31.] Secundus Falcoburgo Belga, ſupremæ Curiæ Brabantinæ, circa *A.* 1640. Senator Regius (32.) Tertius itidem Belga, à quo Gallicus *P*et. Matthæi de Æl. Sejano *L*ibellus patrio, *A.* 1661. editus eſt *I*diomate; Quartus tandem *A*rgentinenſis, *C*ameræ Imperialis Advocatus, JCtus eleganter eruditus, & de Jurisprudentia imprimis Fori Germanico-*C*ameralis *P*ractica, variis *I*ngenii Monumentis, inſigniter meritus, etiamnum, ni fallor, ſuperſtes. Tres Emanueles *D*iazios, Luſitanos omnes ac Jeſuitas, Ordinisque ſui in *I*ndiam Miſſionarios, ſive Legatos Evangelicos, Nath. Sothwelli *Biblioth. Jeſuitica* [33.] Scriptoribus accenſet. Excipiant hos totidem Johannes Druſii, & *P*rimus quidem illorum, *A*ldenardenſis Flander, L. Hebr. in *A*cadd. Oxonienſi, Lugduno Batava & Franequerana, *I*nterpres Famigeratiſſimus, A. 1616. defunctus; (34.) Secundus, hujus Filius, *P*ræcocis admodum ingenii *J*uvenis, *A.* æt. 21. vivis ereptus, quem *P*ater, Quinquennem Jdiomati Sacro animum applicuiſſe, novennem autem, in eo pariter atque aliis Orientis Linguis, Rabbinis, & Doctiſſimis quibusque, Admirationi fuiſſe,

(31.) V. Sothwellum *l. c. p.* 437.

(32.) Scripta ejus V. in Joh. Hallervordii *Bibl. Cur. p.* 173.

(33.) *p.* 189.

(34.) V. Abelis Curiandri, Generi, Hiſtoriam Vitæ ipſius, in Wittenii *Memoriis Philoſophorum*.

ſe, refert, (35.) imo quem *Joſ.* Scaliger, *P*arente, *C*ommuni *B*elgarum Φιλεβραίων præceptore [cui, licet Synathletor adverſus Serarium *Je*ſuitam, iniquior erat,] in Hebraicis eſſe doctiorem, judicavit, [36.] Autor *Lacrymarum in obitum Scaligeri*, *&* *Nomenclatoris Eliæ Levitæ in ordinem redacti.* Tertius eſto *Joh.* Druſius, Nob. Belga, ex Doctore & Prof. Theol. Lovanienſi Abbas præmonſtratenſis, & Ordinis ſui per Brabantiam ac Friſiam Vicarius Generalis, A. 1634. e vita hac evocatus, & à Liberto Fromondo *Laudatione* Funebri poſthuma celebratus (37.) Joh. Druſius Calvinianus, *Iſagoges ad Lectionem Librorum V. T. Legalium Analytica*, Bernæ *A.* 1600. (*in 8vo*) excuſæ, *A*utor, quem Crowæus (38.) ſeorſim à primo memorat an diverſus ab illo ſit, merito dubites, licet *Iſagoges* hujus nullam in Scriptorum ipſius catalogis obſervem mentionem. 1. Joh. Duræus, *Jeſuita* Scotus, Guilh. Witackeri *A*ntagoniſta, (39.) diverſiſſimus eſt à populari ſuo, proxeneta pacis inter *L*utheranos & Reformatos Eccleſiaſticæ indefeſſo, ſed minus felici. Joh. Eccii, Suevi, Theologi & procancellarii Acad. *I*ngolſtadienſis, *A.* 1543. mortui,

D 5

(35.) *in Præfat. Annott. ad N. T.*

(36.) V. *Scaligeriana Altera p.* 67, 68.

(37) Conf. de illo H. Witteni *T. I. D. B. ad A.* 1634. *&* *d.* 25. *Martii.*

(38.) *In Elencho p.* 188. ex Bolduano.

(39.) V. de illo Sothwellum p. 440. ubi vereor, ne circa Ætatem ejus nimis fuerit Annorum prodigus, & cum alio forſan ipſum confuderit. Tradit enim eum Presbyterum jam fuiſſe A. 1582. ac A. 1668. demum in Scotia abiiſſe.

Digitized by Google

tui, *A*ntagoniſtarum Lutheri omnium facile *P*rincipis, [40.] σύγχρονος erat alter *Joh.* Eckius, *JC.* & Cancellarius, ni fallor, Bavaricus, ad *C*omitia *I*mperii ſæpius ablegatus.

X. *J*acobum Fabrum, Stapulenſem Picardum, Theologum Superioris Seculi Sorbonicum, Eruditione pariter atque Morum Sanctitate Summa illuſtrem, ac ad Reformatos tandem transgreſſum, Neracique in *A*ula Margaretæ, Navarræorum Reginæ, defunctum, quis ignorat, *Galliæ*, Judice Scæv. Sammarthano [41.) *Socratem*, primumque Literarum, & Theologiæ ac Philoſophiæ veræ, in eadem, Inſtauratorem, cujus Exceſſus, poſt ſuperatos Tentationum inſultus, ſubiti, ſed placidiſſimi atque beatiſſimi, Hiſtoriam, admodum memorabilem, Hubertus Thomas Leodius (42.) prolixe enarrat? Huic Cognomines alii fuere, ſed haud æque celebres; Jac. ſc. Faber, Stargardia Pomeranus, Th. D. Eccleſiæ Patriæ Paſtor. & Superint. Pomeranicus, A. 1613. denatus, (43.) Jac. Faber JCtus, *Tractatus de Alimentis*, Noribergæ A. 1628. editi, Autor; Jac. Faber Nicopia Falſtrius, Parochus Hafnienſis Marianus, *A.* 1674. exſtinctus, (44.) & Iac.

(40.) V. de illo Corn. Looſei *Catal. Scriptorum Germ. lit. H.* 2. Joh. Gotfr. Olearii *Abacum Patrol. p.* 250. 251. *& Scrin. Antiqv. p.* 190.

(41.) *in Elegiis Gallorum, Lib.* 1. *p.* 1. 2. 3.

(42.) *Lib. XI. Annalium de Vita Frid. II. Elect. Palatini p.* 262. *ſqq.*

(43.) V. de illo Wittenii *T. II. D. B. p.* 17.

(44.) V. Witteniuin *l. c. p.* 106.

Digitized by Google

Jac. le Fevre, ſive Faber, Theologus Pariſienſis Sorbonicus, Scriptis Polemicis, tam Reformatos, quam Ant. Arnaldum, ante luſtra aliquot, adortus (45.) Duobus Itali merito gloriantur Octaviis Ferrariis, utroque Mediolanenſi, Seniore ſc. Philoſophiæ in Schola initio Patriæ Canobiana, & Gymnaſio dein Ticinenſi, Profeſſore, A. 1586. vivis exempto, ſed in Libris *de Orig. Romanorum*, *ac Sermonibus Ariſtotelis Exotericis*, poſt fata ſuperſtite, ac *Juniore*, Novo Italiæ noſtra Ætate Tullio, Scholæque Patavinæ Rhetore, per 47. Annos, incomparabili, A. 1682. mortuo. *Johannes* Fiſcheri quamplurimi animo obverſantur, ex quibus Celebriores recenſebo. In Anglia, & Eruditione, & Vitæ Sanctitate, inclaruit *Joh.* Fiſcherus, Cantabrigienſis initio Acad. Cancellarius, deinde Epiſcopus per Annos 33. Roffenſis, Henrici VIII. Regis juſſu, *A.* 1535. quod *A*utoritati Pontificiæ conſtanter patrocinaretur, & Divortium ſuum improbaret, una cum Thoma Moro, Capite, crudeliter ac injuſte, truncatus (46.) Popularis hujus fuit *Joh.* Fisherus Dunelmenſis, *J*eſuita, ob indeſeſſam, in revocandis ad Eccleſiæ Romanæ Gremium Sympatriotis, aſſiduitatem, Londini quater in Vincula conjectus, & in iſtis d. 3. Dec. A. 1641. mortuus (47.) Apud Germanos clariores ſunt Ioh.

Viſce-

(45.) V. Corn. à Beüghem *Appar. I. ad Hiſt. Lit. Noviſſ. p.* 145. 146.

(46.) V. de illo Georg. Lilium, Joh. Pitſeum, & alios Scriptorum Britanniæ, ac Martyrum Pontificiorum, Encomiaſtas.

(47.) V. Sothwelli *Biblioth. Jeſuit. p.* 487. 488.

Viſcerus Wembdingenſis, Med. D. & in Acad. Ingolſtadiana (quæ Lutheranæ ipſi Religionis Liberam conceſſit profeſſionem) & Tubingenſi, ad A. usque Emort. 1587. Profeſſor, ab Erh. Cellio Collega, *in Or. Parentali*, & Melch. Adamo, *Medicorum Germaniæ vitis*, celebratus; (48.) Ioh. Piſcatorius Lithopolitanus, *Epitomes Operum Auguſtini*, Auguſtæ A. 1537. & Coloniæ A. 1539. editæ, Architectus (49.) & Ioh. Piſcator Argentinenſis, Th. D. & initio in Acad. Patria, deinde vero, poſt Apoſtaſiam ad Calvinianos, in Gymnaſio Herbornenſi, PP. A. 1625. vivis ereptus Vir quidem Doctiſſimus, ſed Novitatis ſtudioſior, & in cujus Doctrina ipſi Religionis Socii nonnulla deſiderant Scriptores obſcuriores, Arithmeticum ſuperioris, Muſicum præſentis Seculi, alioſque, prætereo. In Batavia munere functus eſt Eccleſiaſtico Ioh. Fiſcherus quidam, cujus *Meditationes Sacræ*, è Belgico in Germanicum transfuſæ ſermonem, Lipſiæ A. 1692. prodierunt. Cimbriæ noſtræ Livonia debet Joh. Fiſcherum Lubecenſem, Epiſcopum Eccleſiarum ſuarum, Religioſiſſimum pariter atque Eruditiſſimum, Novi Gentis iſtius Apoſtoli Titulo, ob ingentem de Rudibus Agricolarum illius Animis accuratiore Chriſtianiſmi (pleriſque hactenus nominetenus ſaltem cogniti) notitia imbuendis, & Praxi ejusdem veræ aſſvefaciendis, ſollicitudinem, digniſſimum. Matthiæ Flacio Illy-

(48.) *p.* 280-290.
(49.) V. Simleri *Bibliothecam p.* 406.

Illyrico, Theologo Lutheranorum ſuperioris Seculi omnium facile eruditiſſimo, ſed ingenii turbulentioris & plus juſto contentioſi, ὁμώνυμος fuit, præter Filium, Profeſſorem Acad. Roſtoch. Medicum inſignem, licet non ex omni parte, Matthæus Flaccus Cygnæus [50.] *P*oliater Seculo ſuperiori Berolinenſis, ob novaturiendi in Arte ſua ſtudium, à Dav. Chytræo amico, notatus. Tres Antonios Fernandezios, Luſitanos duos, tertium autem Hiſpanum, Ieſuitas omnes, Seculo hoc Scriptis celebres, Nath. Sothwellus [51.] commendat.

XI. Duos Ægidios Gonzalezios de Avila, alterorum Jeſuitam Madritenſem, patria Toletanum, A. 1596. mortuum, & Alegambio etiam atqve Sothwello memoratum, alterum Abulenſem, Hiſtoriographum Philippi IV. Regis Hiſpanici, Caſtellanum atqve Indicum, *A.* 1658. defunctum, Nic. Antonius, in ipſo limine *Bibliotheca* ſuæ *Hiſpanica*, Operis Cedro digniſſimi, commendat. *Jac.* Gordonum Huntlæum, Controverſiarum ſcriptorem, & *Jac.* Gordonum Lesmoreum, Chronologum atqve Exegetam S. Codicis haud ignobilem, utrumqve Scotum, utrumqve *J*eſuitam, utrumqve *P*ariſiis denatum, illum qvidem A. 1620. hunc autem *A.* 1641. ut accurate diſtinguas, *Bibliotheca* tibi Sothwelli *Jeſuitica* facem accendet (52.) *A*nt. Goveano, Phi-

(50.) V. Joach. Felleri *Cygnos Quaſimodogenitos*, c. 3. p. 32.
(51.) *In Bibl. Jeſ.* p. 71. 72.
(52.) p. 366.

*P*hiloſopho, Critico, Poetæ Nobiliſſimo, & ICtorum ſimul ætatis ſuæ, vel ipſo Cujacio (53.) teſte, facile *P*rincipi, *A.* 1565. exſtincto, cognomines fuere] *J*eſuita ex Oppido Caſalenſi Luſitanus, in Regnum Chinenſe, ad Doctrinam fidei Chriſtianæ *I*ncolis annunciandam, hoc Seculo ablegatus, (54.) & *C*œnobita alius, qvi Hiſtoriam Vitæ & Miraculorum S. *J*ohannis de Deo, Hiſpanico, A. 1669. Madriti, edidit Idiomate (55.) *C*um *J*oh. Gravio, Mathematico Scholæ Oxonienſis Inclyto, & LL. Or. Peritiſſimo, eodem gaviſi ſunt Nomine *J*oh. Gravius *L*ovanienſis, *J*eſuita Sec. Sup. Romanus, de Editione Operum Auguſtini *L*ovanienſi præclare meritus (56.) & *J*oh. Gravius Hamburgenſis, *A*nteceſſor Acad. Tubing. Primarius, 1689. exſtinctus.

XII. *J*ohannem de la Haye, Generalem Ord. Min. in Gallia Procuratorẽ & Concionatorẽ Regiũ *Bibliorũ Maximorum*, Tomis XIX. Pariſiis *A.* 1660 excuſorum [qvæ *Lativagum* nonnemo *raræ Eruditionis Theologicæ* appellat *Deſertum*, & Kortholtus noſter, ὁ μακαρίτης (57.) ſub prolixiorem vocavit *C*enſuram,] *C*ommentarii in *A*pocal. & Operum S. Franciſci, *A*ntonii Paduani ac Bernhardini Senenſis, Editorem, cave eundem credas cum duobus hujus nominis *J*eſuitis, Sco-

(53.) V. Thuanum *ad A.* 1565.
(54.) V. de illo Sotthwellum *p.* 74.
(55.) V. Corn: à Beughem *Bibliogr. Hiſtor. p.* 389.
(56.) *V. Sothvvell. p.* 457.
(57.) *In Tr. de variis ſ. ſcript. Edit. c.* 20. *§.* 11, 15. *p.* 282. *ſqq.*

Digitized by Google

Scoto altero, Muſſiponti *A.* 1607. altero Belga, Duaci *A.* 1614. mortuo, a Sothwello (58.) deprædicatis. *Joh.* Himmelium, Stolpa Pomeranum, *A*cad. Salanæ Theologum, *A.* 1642. defunctum, Seculis *II.* integris præceſſit M. *Joh.* Himmel, Th. in *A*cad. Vindobonenſi Profeſſor, Rectoratu illius, *A.* 1424. 1437. & 1441. teſte Littero, functus. Franciſco contra Hotomanno, Pariſino, ICto Sec. ſup. Famigeratiſſimo, Baſileæ A. 1590. denato, ætate poſterior eſt Civis ipſius ὁμώνυμ⊙ atqve ὁμότεχν⊙, Franciſcus ab Hotmann, ſupremæ Curiæ Pariſienſis. circa A. 1634. Senator, ob inſignem LL. Or. Peritiam, in *Gallia* Paulo Colomeſii *Orientali* (59.) locum nactus honeſtum.

XIII. Cum Thoma *J*ameſio Anglo, D. & Bibliothecæ Oxonienſis Præfecto, de illa pariter atqve Hiſtoria Doctorum Eccleſiæ Veteris *L*iteraria, ſcriptis compluribus, immortaliter merito, non confundendus eſt Thomas *J*ameſius, ejus *P*opularis, cujus exſtat Hodœpericon ſui in Americam Septentrionalem Itineris, Londini A. 1632. excuſum (60.) Uti nec cum Auguſtino *J*uſtiniano, Genuenſi, Epiſc. in Corſica Nebienſi, Marinis A. 1530. fluctibus ſuffocato, Editore Pſalterii Octapli πολυγλώττȣ, Genuæ A. 1516. excuſi, geminum huic Opus Biblicum integrum molito, idem putandus Civis ejus atque

(58.) *p.* 459.

(59.) *p.* 164. 165.

(60.) V. Joh. Hallervordii *Bibl. Cur. p.* 391.

qve Gentilis Auguſtinianus, Pauli, Genuenſis Reip. Ducis, *Filius*, Collegii *Jeſuitarum* Romani Rector, tabe A. 1590. confectus, cujus *Doctrina Theologica* Ἀνέκδοτος Romæ, in Tabulario Societatis Generali, aſſervatur. (61.)

XIV. *Johannes* Langii Seculo ſuperiore floruerunt complures. Hos Inter *Joh.* *Langus*, *Freiſta*dio Sileſius, *Ferd.* *I.* Imp. Conſil. & Orator, circa A. 1548. Hiſtoriæ imprimis Nicephori Calliſti Eccleſiaſticæ, è tenebris à ſe erutæ, & *Juſtini* Martyris Operum Editione inclaruit (62.) *Joh.* Langius Leobergenſis Sileſius, IV. Electorum Palatinorum, ad A. usque Emortualem. 1565. Archiater, (63.) *Epiſtolis Medicis*, varia Eruditione refertis Orbis Literati meruit applauſum. *Joh.* Langio, Doctori Theologo, Eccleſiæ Erfurtenſis Michaelitanæ Paſtori, ac primo Presbyterii ejusd. Civit. Lutherani Seniori, A. 1548. defuncto (64.) Epiphanii contra Hæreſes *Panarium* debemus, ex ejus qvippe Bibliotheca à *Phil.* Melanchtone erutum, & Joh. Oporino Baſileam, ut *Græce* excuderet, transmiſſum (65.) An diverſus ab hoc ſit D. Joh. Langius, Hiſtoriæ Henrici Zutphanienſis, *Pro*tomar-

[61.] V. Sothwellum *p.* 95.

(62.) V. Melch. Adami *Vit. JCt. p.* 78-82. Obiit A. 1567. teſte Thuano, quod Adamum fugiſſe miror.

(63.) V. Melch. Adami *Vit. Medd. pag.* 140-145. Siml. *p.* 368. Lind. *p.* 377.

[64.] Teſte Caſp. Sagittario im Berichte von der Theol. Profeſſion Aug. Conf. zu Erfurt *p.* 9.

(65.) V. Hotting. *Biblioth. Quadrip. Lib.* 3. *c.* 1. *p.* 206.

Digitized by Google

tomartyris in Dithmarſia *L*utherani, ab Ant. *H*eimreichio allegatæ, Autor, ab aliis edoceri cupio. Joh. Laſci, Nobilis *P*oloni, Eccleſiarum Reformatarum, Embdenſis, Anglo-Londinenſis & *F*rancofurtanæ, Antiſtitis Celeberrimi, in patria tandem A. 1560. exſtincti, vitam Melch. Adamus, *in Theologorum Exterorum Biographiis*, (66.) enarrat. Ab hoc Religionis *P*ontificiæ Profeſſio diſtinguit Cognatum ipſius, Joh. *L*aſcum, Archiepiſc. in Polonia Gneſnenſem, Regisqve ſui, Alexandri, ad Concilium Lateranenſe Legatum, &, in condendis atqve colligendis Regni Patrii Legibus ac Statutis, Adminiſtrum, d. 19. Maji A. 1531. vivis exemptum, qvem Sim. Staravolſcius, *in Centuria Scriptorum Polonicorum*, (67.) ſummis ornat laudibus. Andr. Laurentius, Henrici IV. Galliarum Regis, Archiater, ſub finem Sec. ſuperioris, *Hiſtoria Anatomica*, Opere non ignobili, & Scriptis variis Therapevticis, inclaruit (68.) Huic, non Cognomines ſolum, ſed & *σύγχρονοι*, circa A. 1590. fuere And. Laurentius, Theol. in Acad. Hafn. Profeſſor, Vindingio (69.] & And. Laurentius, Archiepiſc. in Suecia Upſalienſis, Joh. Sceffero (70.] memoratus. Duos Erfurtenſis Reſp. Civibus ſuis accenſet Jobos Ludolfos, etiamnum ſuperſtites, alterum Imperatoris

(66.) *p.* 19-23.
(67.) *p.* 9. 10.
(68.) V. Lind. *de Scr. Med. p.* 29.
(69.) *In Hiſt. Acad. Regia Hafn. p.* 136, 137.
(70.] *In Suec. Lit. p.* 44.

peratoris Auguſtiſſimi, & Ducum Saxoniæ, Conſiliarium, Vindicem Lingvæ ac Hiſtoriæ Æthiopicæ Incomparabilem, à qvo Germania, Collegii ſui Hiſtorici Imperialis illum nacta Præſidem, ſimile jam beneficium expectat, cujusve nos etiam in ſtudia noſtra affectu gloriamur; alterum Patriæ Senatorem, & Matheſeos in Academia ejusdem Interpretem, *Tetragonometria Tabulari*, aliisqve ſcriptis, laudem adeptum.

XV. Duos Italia jactat Aldos Manutios, Typographum ſc. Venetum, immortalibus in Bon. Lit. Meritis conſpicuum, A. 1516. defunctum, cui tot Autores Ævi Veteris præſtantiſſimi, Latini, Græci, Hebræi, Typis ejus ab interitu vindicati, laboreqve Herculeo, emendatiſſime pariter atqve elegantiſſime, excuſi, vitam debent atqve ſalutem, hujusqve Nepotem, Pauli autem, Tullii illius redivivi, Filium, Lit. Human. in Acad. Bononienſi atqve Romana Doctorem, Criticum ac Philologum itidem haud ignobilem, A. 1597. exſtinctum (71.] Joh. Marquardus Viennenſis, Scriptor ſec. ſup. Therapevticus, à Lindano (72.] eſt memoratus. Lubecenſis vero, ICtus Celebris, ac Reip. Patriæ Conſul, A. 1668. defunctus, eximii de Mercaturæ Jure Operis Autor, me in *Cimbr. Lit.* habebit Encomiaſten. Mart. Martinium Cantipratenſem, *L.* Hebr. in Schola Salmanticenſi, ſec.

(71.) De Aldo hoc Manutio Jun. V. J. Nicii Erythræi *Pinacoth. I. p.* 184. 185.

(72.) *In Tr. de Scr. Med. p.* 381.

Digitized by Google

ſec. ſup. Interpretem, Hypotyposeon Theologicarum Scriptorem, *Bibliotheca* Nicol. Antonii *Hiſpanica*, Tridentinum vero, Legatum Ordinis Jeſuitici ad Sinas Evangelicum, in ſacra hac Expeditione, iterato ſuſcepta, An. 1661. mortuum, Jeſuitica Nath. Sothwelli, ſuis ornant laudibus. Qvinqve Jacobos Martinos, ſeptem Johannes Matthæos, III. Antonios Matthæos, prolixitatis tædio, intactos relinqvo. Phil. Matthæus, Marpurgenſis, Acad. Patriæ, ab A. 1591. ad Emortualem usqve 1603. (73.] Anteceſſor fuit haud incelebris. Ex hujus Poſteris Duo, ipſi cognomines, *P*ater ac Filius, haud ita pridem [circa A. 1682.] in Athenæo Friſiæ *F*ranequerano, eodem tempore, Medicinam *P*rofeſſores ejus *P*ublici, docuerunt: *C*um Julio Mazarino, *P*rorege Galliæ è Sicilia *P*urpurato, A. 1661. d. 27. *F*ebr. mihi Natalibus, denato, idem habuit Nomen, eandemqve Patriam, Julius Mazarinus Panormitanus, Jeſuita, ob Eloqventiam ſacram, per Italiam Univerſam, ſua ætate, *C*eleberrimus, *C*oloſſi Babylonii, Diſcurſuum in Pſ. LI. aliorumqve Operum Homileticorum, ſcriptor haud inglorius, Bononiæ A. 1622. Apoplexia exſtinctus (74.] Ex Meieris ὁμωνύμοις, III. Albertos, V. Henricos, XIII. Johannes & alios complures, ſilentii peplo involvo, ſolis immoraturus Jacobis. Fama reliqvos ſuperat Jac. Meyerus,

 Ballio-

(73.] V. Joh. Juſti Piſtorii *Propylæum Athenæi Haſſiaci p. 9.*
(74.] V. Sothwellum p. 534.

Balliolanus, parochus in Flandria Blancobergenſis, *A.* 1552. defunctus, Scriptor Rerum Flandricarum [quas XV*II.* *L*ibris, ab A. 445. ad A. 1477, usqve, ſingulari candore, diligentia & accuratione Chronologica, expoſuit] ſolertiſſimus pariter atqve veraciſſimus, cui J. H. Bœclerus (75.] *ex Hiſtoricis* Recentioribus neminem poſſe anteferri, paucos autem comparari, haud immerito cenſuit (76.] Haud æqve Celebres ſunt *Jac.* Meyerus, Reip. Baſileenſis *P*atriæ Conſul, & Reformationis Promotor primarius, peſte A. 1541. abreptus; Jac. Meyerus, hujus Nepos, Theologus & *E*ccleſiaſtices, per integrum fere ſemiſeculum, Baſileenſis, Wolfg. Capitonis & Mart. Buceri Gener. *A*poplexia in ſuggeſtu, d. 27. Nov. An. 1604. [æt. 78.) exſtinctus (77.] Jac. Meyerus, ejusd. Civitatis Mathematicus hoc ſeculo non plane ignobilis (78.] & Jac. tandem Mayerus Jeſuita, qvi Lilidumum, Magiſtrum Eqvitum Rhodiorum ultimum, Melitenſium autem primum, Poemate A. 1687. decantavit Heroico, *A*venione excuſo (79.] *A.* Joh. Mercero Uticenſi, L. Hebrææ

(75.) *In Bibliogr. Curioſa, lit. I. 6. a.*

(76.) Conf. de illo Mart. Zeileri *Catal. Hiſtoricorum, P. I. p. 96. & P. III. p. 155.* Belgii item Bibliographos, Sweertium ac Deſſelium, ſuis locis.

(77.) V. utriusqve *E*pitaphium in Joh. Groſſi *Inſcr. Baſil. p.* 24. 27.

(78.) Scripta ejus V. in Corn. a Beügh. *Bibliogr. Mathem. p.* 94. 348.

(79.) V. Corn. à Beüghem *Appar. II. ad Hiſt. Lit. Noviſſ. p.* 205.

Digitized by Google

L. Hebrææ in Acad. Pariſienſi, ad A. usqve E-mort. 1570, Profeſſore, *qvo nemo unquam Chriſtianorum*, Thuano judice, *felicius Hebraizavit*, diverſiſſimus eſt Joh. Mercerius, Celebris Galliæ ICtus, cujus *Conciliatorem Legum* ἐναντιοφανῶν, *& duos Opinionum atqve Obſervationum Libros*, Biturigibus A. 1573. & Hanoviæ A. 1598. editos, Themidos Cultores magni æſtimant. Johanni Michaelis, Suſatenſi Weſtphalo, Elect. Sax. *A*rchiatro, & Medico Acad. Lipſienſis eximio, ſtatori Chymiæ *P*harmacevticæ inter Germanos feliciſſimo, An. 1667. defuncto, cognomines fuere V*II*. alii, Malmogienſis ſc. [Danicus N. T. ſub ſec. ſup. initium, Metaphraſtes,] Budorenſis [qvi R. Abrah. Zacuti *C*alendarium perpetuum Venetiis A. 1499. Simlero teſte, edidit,] Germanus alius [Simlero itidem Memoratus,] *C*onſtantienſis [Monachus Galliæ Carthuſianus, A. 1600. defunctus,] Hornanus, [de Viſu & Æternitate, circa A. 1650. Lindano teſte, commentatus,] Ottonienſis [Th. D. & patriæ, ad A. usqve 1651. Epiſcopus,] ac Stralſundenſis tandem, S. *L*it. in Acad. Gryphica, Interpres, A. 1674. mortuus. *H*enrico Moro, Theologo atqve Philoſopho Acad. *C*antalorigienſis *I*nclyto, & *C*arteſii Antagoniſtæ acuto ſimul atqve candido, Sympatriota ſimul ac σύγχρονος contigit Henr. Morus Eſſexienſis, Jeſuitarum Provinciæ Patriæ Rector, A. 1661. teſte Sothwello, deſunctus (80.]

 Huic

(80.] V. Sothwelli *B. J. p.* 329. 330.

Huic Frater, uti Idem refert, fuit Thomas Morus, Cantalorigienſis, Jeſuita itidem Anglicanus, Gandavi in Exilio A. 1623. exſtinctus (81.] ὁμώνυμος non ſolum Proavo ſuo, Thomæ Moro, Henrici VIII. Cancellario, ejus juſſu, ob divortium ſuum improbatum, An. 1535. trucidato. Auctori Utopiæ ſapientiſſimo, ſed & duobus hoc Seculis antiqviori, Thomæ Moro, Eqv. Aurato, Eduardi *II.* Miniſtro, circa *An.* 1320. Aulico, Rerum Geſtarum Scriptori laudatiſſimo (82.] Antonium Muſam, Auguſti *I*mp. Archiatrum, ob felicitatem *P*raxeos Medicæ, Roma olim Antiqvior eſt admirata. Eodem autem, qvo ille, Nomine, Seculo ſuperiore, ſunt gavisi Ant. Muſa Braſſavolus, Medicus Ferrarienſis, ſcriptor Pharmacevticus, atqve Exegetes, Hippocratis & Galeni Nobiliſſimus, uti & *A*nt. Muſa, Theologus Miſniæ Lutheranus.

XVI. Utriusqve Andreæ Oſiandri, Avi ſc. gente Bavari, Theologi Noribergenſis ac Regiomontani Schiſmatici, A. 1552. defuncti, & Nepotis, Blaubeura Suevi, ex *A*bbate Adelbergenſi Præpoſiti Tubingenſis, atqve *A*cad. Cancellarii, *A*n. 1617. mortui, Vitas Melch. Adamus, in Theologorum Germanorum Biographiis, juſta perſecutus eſt diligentia. Totidem Luſitania jactat Hieronymos Oſorios, Seniorem

(81.] V. Sothw. *l. c. p.* 764.

(82.] V. de illo Voſſium *l.* 2. *de Hiſt. Lat. c.* 63. *p.* 506. & Henr. Whartoni *Append. ad Guil. Cavii Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 14. 15.

Seniorem ſc. Epiſc. initio Sylvenſem, deinde Algarbienſem, ob ſtylum Scriptorum puriorem ac floridum, Vitæqve Sanctitatem, à Thuano [ad An. Emort. 1580.] inſigniter commendatum, & juniorem, iſtius Nepotem, Canonicumqve Eborenſem, qvi Opera *P*atrui, Exegetica, Polemica, Moralia, *P*olitica, una cum ſuis in varios S. Cod. Libros Metaphraſibus, in *IV.* Tomos diſtributa, Romæ *A.* 1592. publicavit [83.] Duo etiam apud Anglos, poſthuma laude etiamnum, præ aliis ejusdem nominis, florent *J*ohannes Ovveni, alter Ludi Trylegienſis Moderator, ac Redivivus Seculi noſtri Martialis, *A.* 1623. Wittenio teſte, denatus, alter autem Theologus inſignis, patria Londinenſis, qvem A. 1684. deceſſiſſe idem perhibet, cujusqve vel ſola Θεολογέμενα παντοδαπὰ varioris πολυμαθείας laudem Autori ſuo luculenter aſſerunt.

XVII. Duo in *I*talia inclaruerunt Franciſci Patricii, alter ſenenſis, Epiſc. Cajectanus, cujus exſtant *de Regno & Regis inſtitutione Libri IX, & de Reip. inſtitutione* totidem, *P*ariſis A. 1519. excuſi, ſed Cenſura à Gabr. Naudæo [84.] aſperiore notati; Alter [qvem *F*ridericum Simlerus vocat] Dalmata [Simlerus *V*enetum, Naudæus

(83.] V. de utroqve Bibliothecas Hiſpanicas And. Schotti & Nic. Antonii, Jac. Tirini *Indicem Autorum, Commentario Biblico præfixum*, & G. Crowæi *Elenchum Interpretum ſcripturæ p.* 172. 173.

(84.] *In Bibliogr. Polit. p.* 30.

(85] Romanum appellat,] Homo in Philoſophia, Hiſtoria, & *L*iteratura Humaniori univerſa, egregie verſatus, qvi in Gymnaſiis Romano ac Patavino publice, ad A. usqve 1597. docuit, &, ut alia varii generis ſcripta, Thuano, Scaligero, Jac. *A*contio, Naudæo, & J. Nicio Erythræo [86.] ſummopere probata, taceam, Ariſtotelis Philoſophiam, primus inter *R*ecentiores, tanto, *in Diſcusſionibus Peripateticis*, impugnavit Eruditionis apparatu, ut Coringius etiam, aliiqve Stagiritæ *P*atroni, Elogis hanc honorificis ſunt proſecuti. De totidem, qvi Jeſuitico Ordini haud exiguo fuerunt ornamento, Benedictis Pereriis, Valentino altero, Prof. *R*omano, Eximio Libb. Sacrorum, *A*n. 1610. defuncto, altero Orba Luſitano, *P*rof. Eborenſi, Conimbricenſi ac Ulyſipponenſi, *A*. 1676. etiamnum ſuperſtite, Sothvvellus [87.] poteſt conſuli. Ex Petræis, XIII. Johannes, VI. Nicolaos, & alios complures, ſilebo, ſolos tres Theodoros memoraturus, Campenſem ſc. Tranſiſalanum, Carthuſianum Colonienſem, qvi Bibliotheca Ordinis ſui, Pontificum, Imperatorum & Hæreticorum Catalogis, ac Confeſſionibus Tertullianæa, Cyprianæa & Bernhardina, ſub initium hujus ſeculi, inclaruit; ICtum, *Theſauri Concluſionum Criminalium Controverſarum*, Marpurgi *A*. 1598. excuſi, *A*utorem; ac Flensburgenſem, Civem meum, Literaturæ

(85.) *l. c.*
[86.] *in Pinacoth. I. in Elogio illius.*
[87.] *p.* 112, 113.

teraturæ Orientalis peritiſſimum, cui Notitia, qva Europæi jam gaudent, Lingg. *A*rmenieæ, Copticæ & Æthiopicæ, accuratior, magnam partem debetur. Ex Senenſi Piccolomineorum Familia tres hactenus Franciſci Celebriores prodiere, primus Cardinalis, Anglia Politiani ſec. XV. coætaneus, cujus Epiſtola ad illum, cum Politianeis, ſimlero teſte, prodiit; *A*lter *P*hiloſophus famigeratiſſimus, Munere in *A*cad. Italiæ non una fnnctus Profeſſorio, ac tandem A. 1604. uti a Wittenio traditur, defunctus; Tertius deniqve Præpoſitus Ord. Jeſuitici Generalis, d. 17. Jun. A. 1651. *R*omæ exſtinctus, ac à Sothvvello [88.] prolixe commendatus. Joh. Polyandro, Theologo Civitatis *R*egiomontanæ Lutherano, & Boruſſiæ *R*eformatori, Apoplexia *A*. 1540. mortuo, qvem, ob Hymnos vernaculos, Dav. Chytræus (89.] *Boruſſiæ* ſalutavit *Orpheum*, ὁμώνυμος, hoc Seculo, inter Reformatos, fuit Joh. Polyander Metenſis, Paſtor initio Dordracenus, ac deinde, ab An. 1611. ad Fatalem usqve 1646. *A*cad. Lugduno-Batavæ Prof. Theologus (90.] Cum Ant. *P*oſſevino, Mantuano, *J*eſuita Erudito, Laborioſo & πολυγρόπω, inqve ipſa Moſcovia, Suecia ac *P*olonia, ut Eccleſiæ Romanæ pomœria extenderet, per decennium verſato integrum, ac de Hiſt. Lit. *Sacro* ſuo *Apparatu*, *&* *Bibliotheca Se-*

E 5 *lecta*,

(88.] *in B. J. p.* 243. 244.
(89.) *P. I. Chronici Saxon. p.* 636.
(90.) V. de illo Joh. Meurſii *Athenas Batavas, Lib. II. p.* 242. 243.

lecta, non male merito, tandem vero A. 1611. Ferrariæ denato (91.] communem habuit patriam, commune Nomen, Ant. Poſſevinus Junior ejus, ni fallor, Medicus Mantuanus, cujus *Theorica Morborum Libri V.* Carmine conſcripti, in *Tomo Bibliothecæ*, qvam diximus, *Selectæ IIdo* occurrunt, *Gonzaga* autem, ſive *Hiſtoria Urbis Mantuanæ, & Principum ejus, Libris VIII. tradita*, Anno demum 1628. Mantuæ prodiit.

XVIII. Henr. Regius Paderbornenſis, Guardianus Suerinenſis, *Bibliis* ſuis *Alphabeticis*, Coloniæ An. 1535. teſte Simlero, editis, inter Pontificios ævi iſtius, nomen aliqvod meruit. Noſtra ætate longe fuit celebrior Henr. Regius Ultrajectinus, Med. D. & in Acad. patria, ad A. usqve Emortualem 1679. Prof. Primarius, Philoſophicorum Carteſii Dogmatum Studioſiſſimus, qvæ & contra Collegam Gisb. Voetium defendit, & Medicæ Arti reformandæ, ac rectius tradendæ, idonea eſſe credidit. Johannes Regios tres, Italium (qvi Gryllum Plutarchi Latine transtulit,) Gallum [Presbyterum ac Poetam, circa A. 1510. inſignem,] atqve Germanum [*Libelli Conſolatorii* Erfordiæ An. 1568. excuſi, Autorem,] memoravit Simlerus. Addantur his Gedanenſis (Th. Lic. ac Gymnaſii Thorunienſis Rector, A. 1605. Wittenio teſte, vivis ereptus) & Batavus, Philoſophiæ h. t. in Acad. Franeqverana Profeſſor, *de Principiis Scripturæ Divinitatem credendi*, contta Henr.

(91.) V. Sothwellum *l. c. p.* 80. 81. 82.

Henr. Hulſium, Theologum Duisburgenſem, A. 1689. commentatus. De Franciſcis Rodrigueziis tribus, Jeſuitis, Luſitano uno, Hiſpanis autem duobus, conſulatur Sothwellus (92.) Mentionem is etiam injicit Franc. Romani, Mamertini, Jeſuitæ Siculi, A. 1625. cum triennio ante *tres de Sacro Eccleſiaſte Libros*, edidiſſet, defuncti. Huic, in Acad. Lipſienſi, Cognomines fuere duo ICti, alter Collegii Juridici Ordinarius, A. 1636. alter vero (hujus Filius) ejusdem Subſenior, & Codicis Interpres Publicus, A. 1669. exſtinctus, Parens Pauli Franciſci Romani, Pandectarum ibidem Profeſſoris, cui Annus 1675. Vitæ finem attulit. Germaniæ Hippocrates & Æſculapius, Seculo hoc, nec immerito audivit Guernerus Rolfincius Hamburgenſis, qvo Cimbria Alumno gloriatur, Jena vero Doctore Medicinæ Primario, ad A. usqve 1673. eſt gaviſa. Cognomines is habuit non Parentem ſolum, Gymnaſii Hamburg. Profeſſorem, atqve Avum, Scholæ in eadem Civitate Publicæ Rectorem, ſed & integro ſe antiqviorum ſesqviſeculo, Warnerum Rolevincium de Laer, Monachum Carthuſiæ Colonienſis Eruditum, Faſciculo Temporum, Martyrologio, Libro de Weſtphaliæ laudibus, aliisqve Scriptis Hiſtoricis, laudem adeptum haud Vulgarem, Annoqve 1501. defunctum (93.)

XVIII.

(92.) *in B. J. p.* 248.
(93.] V. de illo Trithemium, Bellarm, Labbeum, Voſſium, Cavium, Olearium, cœterosqve Patrologos.

XVIII. Tres Caſparos Sanchezios, ſive Sanctios, Hiſpanos Jeſuitas, Granatenſem primum, Eloqventiæ Sacræ laude celebrem, Toleti *A.* 1591. vivis exemptum, alterum Navarrum, *Theſauri Miſſæ, & Phraſium Ciceroniarum*, Autorem, Madriti *A.* 1609. mortuum, Tertium Centum-puteolanum, Nobiliſſimum S. Lit. Exegetam, ac Publicum earundem, in Collegio Complutenſi atqve *A*cad. Madritenſi Regia, ad A. usqve Fatalem 1628. *I*nterpretem, ſuis jam cohoneſtaverunt Alegambius & Sothwellus (94.) Elogiis: Totidem Germania Celebriores habuit Johannes Schröderos, Vinarienſem ſc. [Maximiliani *II.* initio Archiatrum, & *P*rof· *A*cad. Viennenſis Medicum, in Acad. dein Salana, qvæ primum illum A. 1558. ſalutavit Rectorem, & A. 1593. extulit, eodem, per V*II*. Luſtra, docendi functum munere (95.)], Treiſenſem *H*aſſum (qvi Noribergenſis Eccleſiæ, ad A. usqve 1621. Antiſtes, ſcriptis inclaruit adverſus Reformatos *P*olemicis, perqvam, uti vulgo audiunt, accuratis,) & Mœno-Francofurtanum, Patriæ Civitatis Poliatrum, *Pharmacopœa Medico*-Chymicæ Scriptorem notiſſimum. *A.* Caſp. Schwenckfeldio, Eqv-Sileſio, Fanaticorum Seculi ſuperioris Anteſignano, in Exilio A. 1591. apud Svevos, defuncto, probe diſtingvendus eſt ipſius Sym-

(94.) *in B. J. p.* 280. 281.

(95.) IV. *A*dr. Beieri Syllabum *Prof. Jen. p.* 51. 52., 856. 857. 858., *& aliis in locis.* Scripta recenſet Lindanus.

Digitized by Google

Sympatriota, Caſp. Schwenckfeldius, Greifenberga Sileſius, Med D. & Urbis in Luſatia Gorlicenſis Poliater, A. 1609. teſte Mart. *Hanckio* (96.), denatus, Scriptor de Hiſtoria Sileſiæ ſuæ Naturali, *Theriotropheo* ejus, *ſtirpium atqve Foſſilium Catalogo*, & *Thermarum Hirschbergenſium Deſcriptione*, non male meritus. Ex Sylviis, ſex Johannes prætereo, & a Jac. Sylvio, Ambianenſi, Medicinæ apud *P*ariſienſes, Seculo ſuperiore, Profeſſore Celeberrimo atqve *P*olygrapho, diverſum eſſe moneo Jac. Sylvium Batavum, Medicum h. t. in Hybernia Dublinienſem, de Febribus, *A*1686. commentatum, & Ephemeridas inſuper Novæ Scientiarum Academiæ Dublinienſis pollicitum. Cum Francisco Sylvio (de le Boe) *H*anovienſi, Prof, Acad, Lugduno-Batavæ, & Novatore in Rep. Medica inclyto, A. 1672. defunꝯto, commune habuerunt Nomen Franc-Sylvius Ambianus, Philologus atqve Grammaticus Galliæ, Simlero memoratus, & Franc. *S*ylvius, Prof. hoc ſeculo Duacenus, inter Theologiæ *S*cholaſticæ, *S*criptores modernos, nomen conſecutus haud ignobile.

XIX. Tres Emanueles Vegas, Jeſuitas hujus *S*eculi Luſitanos, diſtingvere te docebit *S*othwellus (97.), duos autem Andreas Vellejos, Danos, alterum Chriſtiani *F*ilium, Poetam, alterum *S*everini *F*ilium, Theologum atqve

(96.) *in Oratt. p. 221.*
(97.) *in B. J. p. 194. 195.*

qve, Decanum Ripenſem, Hiſtoriographum Regium & Vindicem Antiqvitatum Patriæ eximium A. 1616. mortuum, Alb. Bartholinus (98.) cum Ol. Borrichio [99.] De Petro Paulo Vergerio *S*eniore, Juſtinopolitano, ICto Civitatis Patavinæ, circa A. 1430. in Literatura etiam Elegantiori verſatiſſimo, *H*iſtoriæ Principum Carrarienſium & Mantuanorum Scriptore, poſt Jovium [100.] & *S*imlerum, Voſſius præcipue eſt conſulendus [101] De Nepote autem illius *C*ognomine, Epiſcopo initio Modruſienſi & Juſtinopolitano, Legato in Germaniam adverſus *P*roteſtantes, non una vice, Pontificio, deinde vero, cum ſacra horum, deſertis Romanis, eſſet amplexus, Profeſſore Acad. Tubingenſis Theologo, *A.* 1566. exſtincto, poſt *S*imlerum, Melch. Adamus in *Theologorum Exterorum Biographiis.* Joh Vigverium Granatenſem, Acad. Toloſanæ Doct. ac Profeſſorem, ex Ord. Præd. Theologum, circa A. 1558. Theologiæ *S*cholaſticæ Inſtitutionibus, ac *C*ommentario in Ep. ad Rom. famam adeptum, confundi haud decet cum duobus ejusdem Nominis Scriptoribus Medicis, *P*atre ac *F*ilio, qvorum Opera Medico-Chirurgica Hagæ A. 1659. junctim prodierunt.

XX. De duobus *F*ranciſcis Xaveriis, Ordinis *J*eſuitici *S*ociis, Magno ſc. illo Indiarum Apoſto

(98.) *in Lib. de Scr. Dan. p. 8. 9.*
(99.) *in Diſſert. de Poetis p.* 172.
(100.) *in Elogiis Vir. Doct. n.* 111.
(101.) *L. 3. de Hiſto. Lat. c. 5. p.* 552. 553.

poſtolo, genteNavarro, in aditu Regni Chilenſis, d. 2. Dec. A. 1552. defunčto, eiqve Cognomine Franciſco Xaverio Aynscom, Antwerpienſi, Mathematico & Geometra inſigni, in patria *A.* 1660. denato, Encomiaſtes utriusqve Sothwellus (102.) eſt evolvendus. Franciſco Zabarellæ, *P*atavino, *A*cad. Patriæ, circa *A.* 1400. ac dein Florentinæ, de *J*Cto, Archiepiſcopo hinc ejusdem Civitatis, & tandem Cardinali, in Synodo Conſtantienſi, cui Pontificis loco præſidebat, d. 6. Nov. *A.* 1417. defunčto (103), *ὁμώνυμος*, plusqvam integro poſt Seculo, patavii fuit Franc. Zabarella, *J*uris Cæſarei, circa A. 1580. Jnterpres Publicus (104.) Sicut hi inter *J*Ctos, ita, inter Medicos ac Philoſophos ejusdem Acad. enituerunt *J*ac. Zabarella Comes, *P*atavinus, Philos. ab *A.* 1577. *P*rofeſſor, cujus Commentaria, imprimis Phyſica ob ſingulare *A*utoris Ingenium ac Judicium, magno apud Peripateticos ſunt in pretio, &, qvi ab hoc, ni fallor, eſt diverſus, *J*ac. Zabarella, Doctrinæ Medicamentorum Simplicium, ab *A*, 1618. ad *A.* 1630 (qvo peſte obiit), Interpres, ambo a Tomaſino (105.) paſſim, ſed haud ſatis diſtinčte

(102.) *p.* 265. 266.
(103.) V. de illo Jac. Phil. Tomaſini *Partem I. Elogiorum, & Gymnaſii Patavini Hiſtoriam paſſim, imprimis d. Lib. IV. p.* 379. , it. Joh. Gotf. Olearii, *Abac, Patrol p.* 168.
(104.) V. Tomaſini G*ymnaſ. Pata. Lib.* 2. *c.* 14. , *p.* 259.
(105.) *In Gymn. Patavino.*

ſtincte, celebrati. Accedit utroqve recentior, Jac. Zabarella, Comes Magnæ Crucis, Eqv. S. Georgii, Magnus Hieroſolymæ Prior, ac Ordinis ſui Conſul, qvi A. 1655. Comm. Italicum *de L. Aruntio ſtella*, *A.* 1660. *Merovea, ſive Origines Familiarum Brandenburgiæ & Zollerenſis in Germania, Columniæ autem & Collaltiæ in Italia, a Regibus Francorum Meroveis, & noviſſime*, *A.* 1674. *Aulam Heroum, ſive Faſtos Romanorum ab U. C. ad A. C.* 1673. juris fecit publici (106.) Claudant totum hoc Homonymorum agmen tres Theodor. Zwingeri. Baſileenſes. Qvos inter primus, *L.* Gr. Eth. ac tandem Medicinæ, in patria Profeſſor, & ingentis *Vitæ Humanæ Theatri*, aliorumqve Ingenii Monumentorum, Architectus haud inglorius, *A.* 1588. fatis conceſſit (107.) Alter, hujus ex Filio Jacobo Nepos, & Epiſtolæ ad Romanos Exegetes, Theologiam publice, & in templo, & in Acroaterio Academico, docuit, Annoqve 1654. eſt defunctus (108.) Tertius deniqve, paucis abhinc annis, Rhetor ejusdem Rauracorum Academiæ fuit publicus.

XXI. Longe plures talium ejusdem Nnminis Scriptorum Indices poſſem adjungere; ſed aliis, uti ſub initium monui, Argumenti hujus ple-

(106) V. Joh. Hallervordii *Bibl. Cur. p.* 156. & Corn. a Beughem *Bibliogr. Hiſtor. p.* 276.

(107. V. de illo Melch. Adami *Vitas Medd. Germ. p.* 285 & *ſeqq.*

(108) V. Collegæ ipſius, Joh. Rud. Wetſteinii, *Or. in obitum ejus Parentalem.*

Digitized by Google

plenam relinqvo Tractationem, ſpecimina aliqvot exhibuiſſe contentus. *A*djiciam tamen adhuc, ſaltem nominetenus, qvos *Cimbria* noſtra *Literata* olim celebrabit, Homonymos, 2. ſc. *Jac.* Bordingos, 2. *Joh.* Carnarios, 2. Chriſt. Caſſios, 3. Andreas Caſſios, 2. Mart. Chemnitios, 2. *A*ndreas Chriſtianidas, 2. Ant. Coleros, 2. Joh. Corvinos, 2. Hieronymos Cypræos, 4. Matthæos Delios, 2. Brandanos Detrios, 3. *J*acobos Fabricios, 2. Joh. *F*rederos, 2. *Joh.* Garcæos, 2. *Joh.* Garmeros, 2. Nicol. Kragios, 2. Laur. Langermannos, 2. Danieles *L*ipſtorpios, 2. Ericos Mauritios, 8. *J*ohannes Meieros, 4. Henricos Michaelios, 2. Bartholdos Molleros, 2. *J*oachimos Molleros, 6. Vincentios Molleros [Patricios omnes atqve ICtos Hamburgenſes,] 3. *J*oh. *P*etræos, 2. Nicolaos Petræos, 2. Joh. Placcios, 2. *J*ohannes *P*oſſelios, 2. Andreas Pouchenios, 3. Hieronymos Prætorios, 4. *J*oachimos Rachelios, 2. Mauritios Rachelios, 2. Samueles Rachelios, 2. *H*enricos Ranzovios, 3. Guerneros Rolfincios, 2. Rutgeros Rulandos, 2. *J*oh. Schelhammeros, 2. Michaeles Siricios, 2. *P*aulos Sperlingios, 2. Ottones Sperlingios, 2. *J*ohannes Svaningios, 2. *J*ohannes Vorſtios, aliosqve complures. Nec enim plane h. l. prætereundi videbantur, qvi primam de Homonymis commentandi nobis ſuggeſſerunt occaſionem.

XXII. Sub manu præterea mihi eſt, uti in præfatione jam dictum, Recenſus ſcriptorum

atqve Virorum Eruditorum, vel eodem mecum Molleri gavisorum Cognomine, vel alia, huic *συνώνυμα* aut affinia, à Molendinis, ac Re Molitoria, adeptorum, publicam forte aliqvando lucem, sub *Mola Musarum Castalia* Titulo, aut alia Inscriptione, visurus. Lubet, & ex isto, *Τῶν ὁμωνύμων* summarium instituere Recensum, sed tantum Onomatologicum. Occurrent in illo א *Inter Molleros* 9. Andreæ, 3. *A*rnoldi, 2. Balthasares, 3. Bartholdi, 5. Bernhardi, 2. Caroli, 6. Caspari, 7. Christiani, 5. Christophori, 6. Danieles, 4. Eberhardi, 8. Friderici, 3. Galli, 12. Georgi. 3. Godofredi, 11. Henrici, 2. Hermanni, 7. Jacobi, 7. Joachimi, 44. Johannes, 4. Johannes Georgii, 4. Joh. Jacobi, 6. Laurentii, 3. Ludovici, 3. Martini, 3. Matthæi, 2. Michaeles, 4. Nicolai, 3. Pauli, 7. Petri, 5. Philippi, 3. Samueles, 4. Theodori, 2. Tobiæ, 6. Vincentii, 3. Wilhelmi, 2. Wolfgangi, ב *Inter Molitores* 4. Johannes; ג *Inter Mylios* 4. Andreæ, 2. *A*ntonii, 2. Christophori, 7. Georgii, 2. Hermanni, 8. Johannes, ד *Inter Malderos Belgas* 2. Johannes, ה *Inter Mosnerios, vel Monerios Gallos* 3. Johannes, ו *Inter Molleros, Cognomine alteri voci mixto gavisos*, 2. Jacobi Brandmülleri, *Inter Meulenios*, ז Tres Gerhardi, ח *Inter Molanos*, 3. Iohannes, ט *Inter Molinæos* 2. Antonii, 2. Caroli, 2. Jacobi, 4. Johannes, 2. Laurentii, 2. Ludovici, 3, Petri, י *Inter Molinas* 2. Ludovici, כ *Inter Molinos* 3. Francisci, 2. Johannes, ד *Inter Mahlios*, 3. *Johannes*, מ

Inter

Inter Mulenios. 4. Johannes; ב *Inter Mülmannos* 2. Franciſci, 4. Johannes, ס *Inter Muhlpfortios* 2. Henrici; pleriqve ob Ingenii Monumenta, juris facta publici, vel celebres, vel ſaltem haud plane ignoti. Qvi Johannis, hos inter Prænomen, una cum Cognomine Molleriano, aut alio, ei *συνωνύμω*, habuere proprium, ac mihi proinde fuere *ὁμώνυμοι*, magnam partem omiſſis obſcurioribus, in peculiari Schediaſmatis hujus Appendice, diſtincte recenſebuntur, ſed breviſſime tamen, prolixiori illorum Hiſtoria Tractatui, qvem promiſimus, affecto reſervata.

CAPUT. IV.

De Multitudinis Homonymorum Cauſis, Affectu ſcil. in Deum, Deaſtros, atqve Sanctos Cœlites, Venerabundo, Majorum Amore Naturali, Cultu Imperantium obſeqvioſo, & Stulta qvorundam Ambitione.

§. I.

Homonyma Dialectici ſcite diſtingvunt in ea, qvæ Caſu [*ἀπο τύχης*,] & in ea qvæ Conſilio [*ἐκ προαφέσεως*, ſive *ἀπὸ Διανοίας*] talia evaſerunt. Horum Veſtigiis, in hac de ſcriptoribus Homonymis commentatione, lubentes inſiſtimus. Occurrunt enim inter iſtos ſolo caſu Cognomines, qvi nulla

juncti cognatione, Sacra sectantes diversissima, patriam agnoscentes itidem diversam, &, si ætatem inqviras, multis sæpe à se invicem Seculis, imo Annorum Millenariis, sejuncti, idem Nomen obtinuerunt, sed ita, ut nulla Ὁμωνυμίας illorum, præter Eventum Fortuitum, excogitari aut indicari, qveat Ratio probabilis. Exempla si operose congererem, labore non immerito defungi censerer superfluo. Reliqvorum igitur omnium loco, ex Recentioribus, tantum allegabo Guilh. Budæum, Libellorum supplicum in Aula Francisci I. Gallorum Regis, Magistrum, patria Parisiensem, A. 1540. defunctum, Vindicem Literarum Incomparabilem, cui, Buchanano Judice, *& Gallia debet, qvod docta est, & Græcia, qvod non est barbara*; eiqve inter Germanos, cognominem Guilh. Budæum, Med. D. Archiatrum Brunsvico-Lüneburgicum, ac Poliatrum Halberstadiensem, cujus *Chronologiam Episcoporum Halberstadiensium ἀνέκδοτον*, ab Avo etiam suo, Conringio, atqve aliis, allegatam, Henr. Meibomius Jun. (1.) insigni ornavit Elogio. Addam his, sed nominum solum facta mentione, Joh. Calvinum, Theologum Galliæ, inter Reformatos Principem, & Joh. Calvinum, ICtum Heidelbergensem; Pet Heylinum, Burfordia Anglum, Th. D. ac subdecanum Westmonasteriensem, A. 1662. defunctum, scriptorem Historiæ Regni Patrii Ecclesiasticæ præclarum, sed Puritanis infensissimum, Pet.

(1.) *In Introduct. ad Hist. Sax. Infer. p. 109.*

Digitized by Google

Pet. Heylinum *Lubecensem* [de cujus Eruditione, Itineribus, Actisqve & Fatis apud Æthiopes Christianos, prolixe in *Cimbria Lit.* differemus;] Wilh. Holderum, Marpaco Würtembergicum, Theologum & Abbatum in patria Maulbrunnensem, A. 1609. denatum, & Wilh. Holderum *Anglum*, Med. D. & Societ. Regiæ Collegam, *de Mutorum* A. 1675. commentatum loqvela; Franc. Toletum Cordubensem, *Jesuitam* & *Cardinalem* Celeberrimi Nominis, A. 1596. mortuum, & Franc. Toletum, *Chirurgum Parisiensem*, qvi de Lithotomia A. 1682. Tractatum edidit Gallicum. Horum enim, atqve aliorum istius generis plurimorum, ὁμωνυμία plane est fortuita atq; ἀναιτιολόγητος.

II. Facile tamen horum numerum, inter Modernos imprimis, æqvabunt scriptores *Consilio*, sive ἐκ προαιρέσεως, ὁμώνυμοι, qvibus Parentes scil. aliorum Nomina, diversas ob causas, vel manifestas, vel conjectu haud adeo difficiles, imposuerunt, qvorumqve proinde cum aliis ὁμωνυμίας Certa aut probabilis suppetit ratio. Causas has qvod attinet, non est qvod prolixe Cognominibus immoremur, & olim, & hodie, ut plurimum Hæreditariis. Prænominum vero Communionis etsi plures etiam aliæ coacervari possint Causæ, reliqvis tamen potiores, & longe freqventiores, videntur qvinqve seqventes: 1. sc. Affectus vel in Numen verum, vel in Deastros, vel in Sanctos cœlites, Venerabundus; 2. *Amor* Parentum, Majorum ac *Proavo*-

rum, a Natura Mortalium omnium Animis inditus; 3. Cultus Imperantium Obſeqvioſus aut Adulatorius; 4. Stolida qvorundam, in Nominibus Heroum, atqve Hominum Præſtantiſſimorum, affectatione ridicula, in liberos ſuos derivandis, Ambitio, & 5. tandem Inveterata, ſed vana ſæpius atqve Stulta, Vulgi, de Nominum quorundam *F*elicitate vel infelicitate Fatali, *P*erſuaſio, Vehementior item ejusdem in nonnulla, ob *P*ronunciationis Venuſtatem, aut Significationem Gratioſam, Affectus. *D*e qvatuor prioribus hoc Capite diſqviremus, qvintam autem proximo reſervabimus.

III. Primam qvod attinet, Mortalium plurimos, etſi non ἰσοθεότητα, qvod à *P*rotoplaſtis, & Poſteris illorum Ambitioſioribus pauciſſimis, factum, ὁμωνυμίαν tamen, vel cum vero Numine, vel cum Diis, qvos in hujus locum ſubſtituebant, falſis atqve Fictitiis, aliqvam, nullo non tempore, partim Pietatis ſinceræ, partim autem ſuperſtitionis Erroneæ, inſtinctu in ὀνοματοθεσίᾳ affectaſſe, qvis ignorat? Hinc factum, ut apud Judæos olim Veteres ea Nomina fuerint freqventiora, qvæ a *Jo* vel *Jeho* [Nominis Dei τετραγραμμάτȣ Syllabis initialibus] inchoantur, vel in אֵל & יָה [Nomina itidem Divina] terminantur, qvibusve illi, uti pie Danhauerus ὁ μακαρίτης (2.) inculcat, *Clientelam ſuam ac ſubjectionem Deo Iſraelis, in ipſa initiatione ac Dedicatione Templi Dominici [qvod eſt Homo Regenitus,] profiteri*

(2.) *in Myſterioſophia, Sect. II. Artic. I. p.* 250.

profiteri voluerunt. Imitati hos Καινοξηνία qvadam, in reliqvo etiam Sacrorum Apparatu obvia, Ethnici, nulla magis adamarunt, nulla freqventius uſurparunt, Nomina, qvam iſta, qvæ vel à Deorum Nominibus ſuam traherent Originem, vel iisdem eſſent affinia. Gentes alias miſſas faciemus, ſolamqve Græciam teſtem Moris hujus ſuperſtitioſi allegabimus. In hac *a Jove* ſuo, *Hominumqve Deumqve Parente*, nomina adoptarunt tot Diocles, Diodori, Diogenes, Diodoti, Diogneti, Diomedes, Diones, Diophanes, Exophanti, Dioſcori, Diotimi, Zenobii, Zenodoti, Zenophanes; *A Junone*, Sorore, illius atqve Conjuge, Herones, Herodici, Herodori, Herodoti, Herophili, *A Neptuno* Poſidonii; *à Marte* Arei; à Mercurio Hermetes, Hermachi, Hermagoræ, Hermeæ, Hermiæ, Hermeſianactes, Hermippi, Hermocrates, Hermocreontes, Hermodori, Hermodoti, Hermogenes, Hermolai, Hermonactes; *A Vulcano*, Hephæſtiones; *Ab Appolline* Apollinares, Apollodori, Apollonidæ, Apollonii, Apollophanes, Helii, Heliodori, Heliogabali, Phœbadii, Phœbammones; *A Baccho* Bacchii, Bacchides, Bacchylidæ, Dionyſides, Dionyſiocles, Dionyſii, Dionyſiodori; *A Cupidine* Erotes, Erotiani; *Ab Hercule* Heracleones, Heraclidæ, Heracliti, Heraclii; *à Veſta* Hiſtiæi; *à Minerva* Athenæi, Athenagoræ, Atheniones, Athenocles, Athenodori, Palladæ, Palladii, Pallantes; *A Cerere* Demetrii; *A Diana* Artemones

Digitized by Google

mones, Artemidori, *A Venere* Aphrodiſii, Epaphroditi, *A Themide* Themiſtii, Themiſtocles, Themiſtogenes; *ab Hecate* Hecatæi, Hecatones; *à Muſis* deniqve Muſæi. A Latinis eundem Morem non minus fuiſſe adamatum, oſtendunt tot Joviani, Joviniani, Junii, Saturnini, Januarii, Martii, Martini, Martiales, Mercuriales, Herculeji, Liberii, Cereales, Venerii, &c. Chriſtiani Veteres atqve Moderni, turbæ iſtius Deorum innumeræ neſcii atqve incurioſi, à Deo, qvem venerantur, uno ac Vero, nominari ſe voluerunt, *vel Hebræo Idiomate*, Johannes, Jonathanes, Danieles, Ezechieles, Samueles, Joſias, Jeremias, Eſaias, Zacharias, Elias, Malachias, *vel Græco Sermone* Theoctiſtos, Theodotos, Theodoros, Theodoricos, Theodotiones, Theodoretos, Theodulos, Theodoſios, Theofridos, Theognoſtos, Theogonos, Theomneſtos, Theones, Theophanes, Theophilos, Theophraſtos, Theophylactos, Dorotheos, Doſitheos, Philotheos, Timotheos, vel *Voce Latina*, Qvod vult Deos, Adeodatos, vel *Lingva* deniqve *Germanica*, Godericos, Godofredos, Godelbertos, Godeſchalcos, Gothardos, Gothilfios, Ehrgottios, &c. Eodem ſpectant Nomina, magis ſpecialia, Chriſtiani, Chriſtierni, Chriſtodori, Chriſtoduli, Chriſtophori, Immanueles, Joſuæ, pleraqve ſatis etiamnum freqventia.

IV. Sicut autem Ethnici hunc honorem Religioſæ ὀνοματοθεσίας non ſolis exhibuerunt

Diis

Diis Conſentibus, Selectis atqve Majorum Gentium, ſed Heroibus etiam atqve Semideis, imprimis Herculi, ita Judæi etiam moderni Priſcorum Gentis ſuæ *L*egislatorum, Judicum, Regum, Pontificum & Prophetarum, unice propemodum delectantur Nominibus, & ne *A*ngelicis qvidem, ſive ἐγγράφοις ſive πατροπαραδότοις, plane abſtinent, uti Exemplum Urielis Acoſtæ, *S*adducæi *A*mſtelodamenſis, Ἀποσυναγώγου initio, deinde (*A.* 1640.) αὐτόχειρος, oſtendit. *A*pud Chriſtianos itidem, imprimis autem Eccleſiæ Romano-*C*atholicæ Aſſeclas, nullum hodie ὀνοματοθεσίας genus freqventius eſt, aut magis uſu receptum, qvam iſtud, qvod Angelorum, Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum, Doctorum Eccleſiæ Veteris Celebriorum, Fundatorum Ordinis hujus aut illius Monaſtici, aliorumqve Sanctorum, etiam Recentiorum, *P*ontificiæ Canonizationis ſive Ἀποθεώσεως Beneficio, Divorum ac Cœlitum *A*lbo inſertorum, Nomina Infantibus recens natis, ad religioſam illorum Venerationem teſtandam, imponit. Solebat autem olim, & ſolet etiam, multis in locis, hodienum, Honor iſte exhiberi, præ aliis omnibus, iſti Sancto ac Cœlicolæ, cui Dies Infantis Natalis aut Luſtricus ſacer erat, & in Faſtis atqve Martyrologiis dicatus. Exempla Moris hujus, nomini ignoti, coacervare, ne otio abuti videar, ſuperſedeo, ac iſtud unicum addo, nonnullos tanta Divos hoſce ſuos Tutelares proſecutos

ſecutos eſſe veneratione, ut non prænomina ſolum illorum, ſed & Cognomina, in Liberos ſuos derivarint. Id qvod à Petri Martyris Vermilii, Florentini, Celeberrimi Eccleſiæ Reformatæ ſec. ſup. Theologi, & Franciſci Xaverii Aynſcom. Jeſuitæ *A*ntwerpienſis, Parentibus eſſe factum, Biographi illorum teſtantur. Faciunt autem & hoc Chriſtiani moderni, Veterum exemplo, qvi, Nicephoro (3.) teſte, *διὰ τὴν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους σχέσιν, τὰς κλήσεις τούτων τοῖς ἑαυτῶν ἐτίθουν παισί.*

V. Primam hactenus Multitudinis Homonymorum Cauſam conſideravimus, *A*ffectum ſcil. in Deum Verum, Numina fictitia, *A*ngelos, & Sanctos cœlites, *R*eligioſum. Succedat huic Secunda, Affectus nempe, ſive *A*mor in Parentes, Majores, *P*roavos atqve Cognatos, Naturalis, cujus illicio inſtigati pleriqve Mortales *L*iberos ſuos, vel ſibi ipſis, vel iſtis volunt eſſe cognomines, memoriam ſui, atqve illorum, hoc pacto reddituri diuturniorem, imo mortuos qvoddammodo in Vitam revocaturi. Eſt autem Conſuetudo iſta non heri demum, aut nudius tertius, enata, ſed longe antiqviſſima. Ammonius certe, Ariſtotelis Interpres, de Æqvivocis commentans, & Æqvivoca *ἐκ προαιρέσεως* in ſuas ſubdiſtingvens Species, mentionem illius injecit, tanqvam pervulgatæ, his uſus verbis (4.) *Ea qvæ ſunt à mente & Conſilio Homonyma, varia rurſum ſunt. Alia enim à Memoria*

(3.) *L. 6 Hiſt. Eccl. c. 22. apud Danhauerum l. c. p.* 251.

(4.) Recitantur illa à D. G. Mollero *in Diſſ. de Nominibus Fatalibus* §. 35.

moria oriuntur, ut ſi qvis Avi ſui memoriæ det hoc, ut Filium ejusdem nomine gaudere velit. Alia à ſpe: qvando videlicet Pater aliqvis Filio Platonis nomen imponit, ea ſpe inductus, fore, ut Filius ſe aliqvando ad Platonis laudes & gloriam, præclaris ſtudiis, componat. Hæc ille, Latine loqvi ab Interprete juſſus. Græce hanc in rem Euſthathius, *A*rchiep. Theſſalonicenſis, à Joh. Hartungo (5.] allegatus, ita *ad L. 5. Iliados* diſſerit: *Ἰστέον δὲ, ὅτι παλαιότατον ἔθος ἦν, τοὺς Ἐκγόνους καλεῖσθαι τοῖς τῶν Πάππων ὀνόμασιν, ἐις ἀνάμνησιν τῶν Προγόνων, καὶ ἵνα δοκοῖεν, ὡς ὅιον, ἀναζῆν οὕτω οἱ θανεῖν φθάσαντες.* Romani, moris iſtius tenaces, plerumqve Filio natu majori Prænomen *P*atris, Secundo Avi vel *P*atruorum, uti à Juſto Lipſio eſt obſervatum (6.) imponebant. Qvod etiam apud plerasqve alias Gentes Moratiores ſuit, & adhuc eſt, in uſu, licet Ordo *ὀνοματοθεσίας* iſte à nonnullis invertatur, & Avorum Nomina ferant *P*rimogeniti, *P*atrum hiſce proximi, Patruorum autem atqve cognatorum reliqvi natu minores. Inter Populos Barbaros, Troglodytæ, non Hominum, ſed *A*rietis, Ovis, aut pecoris alterius, Nominibus infantes donabant, qvod bruta, qvorum ope vitam tolerabant, genitores ſuos ducerent (7.) Cum horum Inſtituto amice conſpiravit Atergatis, qvæ, *A*thenæo

(5.) *in Decuria I. Locorum ex Optimis Autoribus excerptorum, Cap. 8. n. 28. V. Tomum II. Theſauri Critici Gruteriani p. 657.*

(6.) *in Tr. de Nom. Rom. c. 1.*

(7.) V. Alex. ab Alexandro Lib. 2. Dier. Genial. c. 26. fol. 99. à.

Athenæo (8.) teſte, *P*iſcium eſu, ad inſaniam usqve, delectata, ab his Ἰχθῦς Nomen Filio impoſuit, ſed, à Mopſo poſtea *L*ydo capta, & cum Filio in lacum Aſcaloni vicinum præcipitata, carne ſua piſces viciſſim pavit, inqve Deam tandem *S*yrorum ac Palæſtinorum [à Dagone Biblico haud diverſam] degeneravit. *H*uc ſpectant Imperantium in certis gentibus Hæreditaria, & ſerie perpetua, vel rarius interrupta, à Majoribus in poſteros propagata, Nomina ac Cognomina. Ita Æthiopes Meroitæ omnibus olim Reginis ſuis Candaces Nomen impoſuerunt; Reges autem ſuos, ſerie continua ac diuturna, Ægyptii ſalutarunt Pharaones, & Ptolomæos, Amalecitæ Agagos, Philiſtæi *A*bimelechos, Indi Palibrotos, Sandracoctos aut Taxiles, Parthi Arſaces*, Aſſyrii Tigranes, Pontici Mithridates, Paphlagones Philomenes, Bithyni Nicomedes, Moloſſi Pyrrhidas, *S*cythæ Scelotos, Theſſali *H*ellenes, Athenienſes Cecropidas, Latini Muranos, Albani Sylvios, *R*omani Cæſares, Auguſtos, *A*ntoninos, Turcæ Ottomannos, à Nominibus plerumqve Fundatorum Imperii ſui, qvorum Memoriam poſthumam, hoc pacto, perennem & immortalem reddere allaborarunt (9.) Sunt, qvi his, Druſió

atqve

(8.) *L.* 8. Δειπνοσοφιστικῶν. Conf. Danhauerum *l.c.p.*250. 251. & [qvi fabulas has merito rejecit, ac Veriſimiliora de Atergati Syria attulit] Joh. Seldenum, *Synt. II. de Diis Syris, c.* 3. *p.*266-279.

(9.) V. *P*rolixius de Nominibus hiſce Regiis *H*eriditariis commentatos Alexandrum ab Alexandro *Lib.* 1. *Dier. Gen. c.*2. & *S*alom. Glaſſium *L.*4. *Phil. S. Tr.*3. *obſ.*16. *p.*995-998.

atqve Glassio invitis, Persarum Artaxerxes, ab Abenesra & R. Salom. Jarchio, Syrorum autem Benhadados, ab Hieronymo & Joh. Mercero, licet duo saltem, aut tres, hisce gavisi Nominibus, ex Historia Sacra & Profana nobis innotuerint, jungi posse existimant. Non video igitur, qvo prætextu excludere aut arcere qveant Græcorum Alexios, Andronicos, Constantinos, Leones, Nicephoros, Germanorum Carolos, Ludovicos, Henricos, Ottones, Fridericos, Ferdinandos, Philippos, Lusitanorum Alphonsos, Gallorum Clodoveos, Clotharios, Carolos, Ludovicos, Philippos, Henricos, Danorum Canutos, Ericos, Haraldos, Suenones, Waldemaros, Christianos, Fridericos, Anglorum Eduardos & Henricos, Scotorum Donaldos, Eugenios, Fergusios, Malcolmos, Constantinos, Jacobos, Norwagorum Haqvinos, Haraldos, Magnos, Suecorum Ericos & Carolos, Hungarorum Belas, Ladislaos, Stephanos, Polonorum Boleslaos, Miecislaos, Uladislaos, Casimiros, Bohemorum Boleslaos, Uladislaos, Wenceslaos, aliosqve aliarum gentium, numero istis haud impares, imo superiores, sed sæpius interrupta, qvod & illis contigit, Nominum serie, sibi invicem subrogatos.

VI. Sed hæc ἐν παρόδῳ delibare saltem licet, circa Eruditos, non autem Reges ὁμονύμους, occupatis. Occurunt autem, & in ordine Literario, Filii Parentibus atq; Avis Cognomines, nec

nec minus, qvam hi, Monumentis Ingenii famam adepti. De Parentibus atqve Filiis ὁμωνύμοις initio dicemus, qvales, inter Antiqvos, fuere duo Marci Tullii Cicerones, Coccejiqve Nervæ, Juventii Celsi, Salvii Juliani & Servii Sulpitii totidem, nobile, inter ICtos Urbis Romanæ, Nomen consecuti. Ex Græcis vetustioribus solum memorabo Plutarchum Juniorem, ejusdem cum Patre, Eruditione omnigena Inclyto, Nominis participem, & Librorum, qvi huic tribui solent, diversorum, uti Sectio II. ostendet, Autorem; ex Doctoribus autem Ecclesiæ Veteris Celebrioribus, Apollinarem, Civitatis in Syria Laodicenæ, sec. IV, Episcopum, Eruditissimum qvidem, sed haud satis ὀρθόδοξον, Apollinaris alterius, Presbyteri ejusdem Ecclesiæ, Celeberrimi pariter atqve Doctissimi, Filium, Plura Scriptorum Historiæ Veteris Literariæ, & Prosopographorum Ævi ejusdem, Lectio cuilibet Exempla suggeret.

XII. Inter Recentiores, longe majorem talium numerum singula Europæ Regna, imo singulæ fere Provinciæ atqve Urbes, ostentant. Ordiemur à Germania, in qva pleræqve Academiæ Celebriores, inter Doctores Studiosæ Juventutis Publicos, Filios enumerant complures, Parentibus ὁμωνύμους sæpius eandem, qvam isti, interdum autem diversam, in Acroateriis suis, professos scientiam. Altorfina duos jactat Johannes Saubertos, Theologos, totidemqve Geor-

Digitized by Google

Georgios Queccios, è qvibus Pater Ethices & L. Gr. Professione, Filius autem Studio Artis Medicæ, inclaruit. In Argentinensi duo floruerunt Johannes Pappi, totidemqve Johannes Fabri, Theologi, duo Melchiores Sebizii, Medici, πολλῶν ἄλλων ἀντάξιοι, duo Theophili Golii, Philosophiæ Practicæ Interpretes, totidemqve Melchiores Junii, Rhetor alter Celeberrimus, alter autem Juridici ordinis Antecessor. Francofurtana ad Viadrum duos habuit Jodocos Willichios, Medicos, totidemqve Bartholomæos Rademannos, alterum Collegii Juridici Ordinarium, alterum Professorem Theologum; Gryphica autem Pomeranorum tres Franciscos Joeles, Medicos [Patrem sc. Filium ac Nepotem,] duosqve Balthasares Rhauwios, alterum Th. D. Lingvam Græcam ac Philosophiam Moralem, alterum Th. Licentiatum, Logicam atqve Metaphisicam professum. Giessena, apud Hassos, tres Professoribus suis annumerat Balthasares Menzeros, Theologos duos, Tertium autem Mathematicum, Hamburgum inde nuper avocatum; sicut Heidelbergensis duos Danieles Tossanos, Theologos, totidemqve Reineros Bachovios, ICtos. In Saxo Halensi, Serenissimi Electoris Brandeb. auspiciis, non ita pridem fundata, duo Frid. Hofmanni, P. ac F. Artis Medicæ publici sunt Doctores. Julia, sive Helmstadiensis, sibi merito gratulatur de Henrico Meibomio Filio, Medicinæ, ac Henr. Meibomio Nepote, hujus pariter

riter atqve iſtius, Profeſſoribus Inclytis, & de *R*e Literaria præclare meritis. *J*enenſis ſive Salana duos habuit Ortolphos Fomannos, ICtos, duos Zacharias Brendelios, Medicos, totidemqve *J*oh. Erneſtos Gerhardos, Theologos, à qvorum poſteriore *J*oh. *G*erhardi, *A*vi, Viri ingentem ſumma Eruditione, ſed majorem Pietate infucata, & Moderatione Animi atqve Zeli Sacri Eximia, laudem promeriti, atqve Amicorum, Epiſtolas *ἀμοιβαίας*, Orbis Literatus expectat. Lipſienſi ornamento fuerunt tres Simones *P*iſtores, Proavus ſc. Medicinæ usqve ad *A.* 1523. P. P. *A*vus Collegii *J*uridici Ordinarius, A. 1562. exſtinctus, & Nepos, Conſil. Elect. Brandeburgici Intimus, Hartmanni Fil. (10.) duo item Johannes Benedicti Carpzovii, Theologi, totidem Franciſci Romani ICti, nec minus totidem Chriſtiani Langii, alter Theologus, alter Medicinæ *P*rofeſſor. Taceo Joach. Camerarium, Scholæ iſtius, atqve Germaniæ univerſæ, *P*hœnicem, qvi Gnatum ſibi *C*ognominem Noribergæ, Poliatro illo gaviſæ, Henricum item Salmuhtium, Theologum, Caſparumqve Zieglerum & Joh. Schilterum, ICtos, qvi Filios *ὁμωνύμους*, Antiſtites *A*ſtrææ Celeberrimos,

(10.) V. de his, uti & Majoribus atqve cognatis illorum, non minus Celebribus, Nicolao, Med. profeſſore, Modeſtino, Collegii Jurid. Ordinario, Hartmanno, trium Electorum *S*ax Conſiliario, & Ludovico, protodicaſterii *S*pirenſis Aſſeſſore, M. petri Albin. *Chronicon Miſnenſe, Tit.* 26. *fol.* 728. atqve, ex iſto, Adr. Beieri *Syllabum Prof. Jen.* *p.* 828. 829. 830.

rimos, Ambergæ, Wittebergæ, *Jenæ* atqve *A*rgentinæ, ut illic inclareſcerent, concedendo, Inſigni Civitates has, & Scholas illarum Illuſtres, ſibi obſtrinxerunt Beneficio. In Marpurgenſi duo docuerunt Petri Nigidii, Hiſtoriam alter atqve Phyſicen, alter Oratoriam, duo *R*odolphi Goclenii Philoſophiam Naturalem, totidemqve Gregorii Schönfeldii, Theologiam Pater, Filius autem Eloqventiam. Regiomontana duos oſtentat Chriſtianos Dreieros, Theologos, totidemqve Danieles Beckeros, Medicos; Roſtochienſis autem tres Lucas Bacmeiſteros, & duos *Joh.* Quiſtorpios, *S*. Lit. Interpretes, duos *Johannes* Bacmeiſteros, Hygeæ Myſtas, duos Johannes *P*oſſelios, Literaturæ Græcæ Profeſſores atqve Vindices, ſua ætate, pereximios, totidemq; Jacobos Bordingos, Medicum alterum, alterum ICtum; utrumqve magni nominis. Tubingenſis duos grata proſeqvitur Meritorum Recordatione *Johannes* Brentios, Theologos, duos Elias Camerarios, Medicos, & tres Joh. Ulricos Pregizeros, *A*vum Theologum, Filium Ethices *P*rofeſſorem, Nepotemqve ICtum atqve *H*iſtoricum h. t. non ignobilem. Wittebergenſis tandem ſuis accenſet Theologis duos *J*ohannes Bugenhagios, duos *C*aſp. Crucigeros, totidemqve *P*olycarpos Lyſeros, *P*rofeſſoribus autem reliqvis duos Wilhelmos Lyſeros, Theologum atqve ICtum, duosqve Vitos Ortelios Winshemios, Patrem ſc. Medicum atqve *P*hilologum, ac Filium, Legum Interpretem *P*ubli-

eum. Neqve deſunt aliis Germaniæ Locis, atqve Civitatibus, Filii Parentum Eruditorum neutiqvam degeneres, ὁμώνυμοι iis, ac ſæpe etiam ὁμότεχνοι. Suevi duos celebrant Lucas Oſiandros, Theologos, qvorum alter Eslingenſem, ad A. usqve 1604. gubernavit Eccleſiam, alter autem in Acad. Tubingenſi inclaruit, duos Martinos Rulandos, Medicos, niſi Memoria mihi imponit, Lavinganos, duos Gregorios Horſtios, Reip. Ulmenſis, quatuor autem Adolphos Occones, duos Philippos Höchſtätteros, totidemqve Lucas Schröckios, Auguſtanæ Poliatros. Haſſi complures habuerunt Johannes Piſtorios, Theologos, ICtos, Medicos, qvos inter Nildanus, ob Scripta Medica, &, qvibus Apoſtaſiæ ſuæ ad Pontificios eſt patrocinatus, Polemica, reliqvis evaſit celebrior. In Tractatu Rhenano tres Petri de Spina inclaruere, Avus Civitatis Aqvis granenſis, Pater Heidelbergenſis, & Filius, Oppidi alterius, itidem non ignobilis, Poliatri (11.) Miſnia, Thuringia, & Utraqve Saxonia, ſuperior ſc. atqve Inferior, tres habuere Martinos Chemnitios, Avum ſc. Theologum Urbis Brunſvicenſis decantatiſſimum, Filium Aulæ Holſato-Gottorpienſis Cancellarium, ac Nepotem, ejusdem Conſiliarium, duos Matthias Flacios, Theologum alterum ſummæ Eruditionis, ſed in Certamine de P. O. ἰδιογνώμονα, alterum autem Medicum Acad. Roſtochienſis, duos

(11.) *V. (ex Boiſſardi Iconibus)* Beierum *l. c. p.* 827. 828.

Digitized by Google

duos Ægidios Hunnios Theologos, Witteber-genſem atqve Altenburgicum, duos Juſtos Jonas, alterum Lutheri *σύνεργον*, atqve Antiſtitem Halenſem, alterum ICtum *πολυπράγμονα*, Hafniæ A. 1567. capite truncatum, Duos Joh. Mattheſios, Paſtorem ſc. Joachimicum haud incelebrem, & Profeſſorem *A*cad. Witteber-genſis Medicum, tres Johannes Olearios, Theologos, duos ſc. Saxo-*H*alenſes, & tertium Lipſienſem, duos Michaeles Waltheros Theologos, Cello-Lüneburgicum nempe, & Wittebergenſem, duos deniqve Johannes Zangeros, Superintendentem Brunſvicenſem, ac Filium ejus, ICtum Acad. Leucoreæ primarium. Brevitatis, cui ſtudemus, *A*mor, nec plures congerere, nec de his prolixiores contexere Narrationes, nos patitur.

VIII. Helvetiorum *A*cademia Baſileenſis Luminibus ſuis duos accenſet *J*acobos Brandmülleros, Theologum & ICtum, duos Johannes Buxtorfios, *D*octores Lit. Hebr. incomparabiles, duos Felices Plateros Medicos, duos Joh. Rodolphos Wetſtenios, Theologum alterum, alterum L. Gr. Profeſſorem, & tres deniqve (de qvibus *Cap. præced.* §. 20. jam dictum) Theodoros Zwingeros, Medicum, Theologum ac Rhetorem. Nec minus Tigurina oſtentat Reſpublica duos Huldaricos Zwinglios, Sacrorum Doctores, duos Rodolphos Collinos, L. Gr. & Lit. Human. Profeſſores, totidemqve Johannes *H*enricos Hottingeros, Theologum ſcil. im-

 mortalis

mortalis memoriæ πολυμαθέςατον, & Filium hujus, *L*inguarum Orientalium, circa A. 1689. [qvo *Jobi* edidit *Analyſin*,] Interpretem Publicum. Bataviam ingreſſis duo ſe confeſtim offerunt Jani Douſæ, totidemqve Conſtantini *H*ugenii, Nomina, non in Procerum ſolum Reip. Patriæ Conſeſſu, ſed & Philologorum atqve Poetarum Choro, illuſtria. Offerunt ſe, in *A*cad. Lugdunenſi, duo Lucæ Trelcatii, totidemqve *F*riderici Spanhemii ac Jacobi Triglandii, Magni Nominis Theologi, duo *J*oh. Meurſii, Antiqvarii atqve Philologi Nobiliſſimi, duo Franc. Junii, Inclytus ſc. S. Codicis Interpres, ejusqve Filius, *L*inguarum Gothicæ & Anglo-Saxonicæ, Picturæqve Veteris, Vindex dexterrimus [una cum addendo iis Franc. *J*unio, *P*aſtore Sylvæducenſi, Sim. Epiſcopii pro Confeſſione Remonſtrantium Apologiam refutare aggreſſo,] duo item Antonii Thyſii, Theologus alter, alter Lit. Eleg. *P*rofeſſor. Occurrunt etiam in aliis Belgii Fœderati Scholis Illuſtribus Tres Antonii Matthæi, ICti egregii, primus ſc. Acad. patriæ Marpurgenſis usqve ad A. 1625. & dein Groninganæ, ad A. usqve Fatalem 1637. Secundus Ultrajectinæ, ab A. 1638. ad Emortualem 1654. tertius autem, hodienum ſuperſtes, Lugduno-Batavæ *A*nteceſſor, Duo *P*hilippi Matthæi, Medicinæ in *A*cad. Franeqverana circa A. 1682. *P*rofeſſores, Duo Caroli Maetſii, Theologus alter Ultrajectinus, alter Athenæi Leidenſis Medicus, &, ut alios plures ſileam,

duo

duo Ludovici Wolzogenii, Theologus nempe Acad. Ultrajectinæ, eiqve ὁμώνυμος Historiarum in Gymnasio Amstelodamensi Professor.

IX. Academia Danorum Hafniensis inter Ornamenta sua refert duos Johannes Resenios [utrumqve Seelandiæ Episcopum,] duos Petros Winstrupios, totidemqve Johannes Wandalinos [qvibus Tertius, Prioris Parens, & Posterioris Avus, Episcopus Wiburgensis, jungendus,] Professores Theologos, duos Thomas Bartholinos, alterum Medicorum hujus Seculi Principem, alterum Historicum Insignem, ingenti cum Archæologiæ Borealis detrimento, A. 1690. immatura morte abreptum, duos Jacobos Hasebardos, Archiatrum sc. Regium, & Mathematicum, duos itidem Johannes Bircherodios, Theologum sc. ac Philosophum, etiamnum superstitem. Memorantur & à Suecis duo Johannes Steytii, Barones in Duderhof, non Dignitatibus magis Politicis, qvam Eruditione, ac Ingenii Monumentis, Illustres, Duo Joh. Rudbeckii, Upsalienses [qvorum alter Arosiensi tandem Episcopatui, alter Ecclesiæ Narvensi est præfectus,] duo Olai Rudbeckii, ejusd. Acad. Medici percelebres, duo Laurentii Stigzelii, Archiepiscopus scil. Upsaliensis, & Filius ejus, Nobilium adscriptus Ordini, duo Johannes Gezelii, Theologi atqve Episcopi Aboenses, aliiqve complures, à Joh. Scheffero, *in Succia Literata*, passim recensiti. Sed hoc Cimbriam nostram Parentibus atqve Filiis Eruditis,

 sibi

Digitized by Google

sibi invicem ὁμωνύμοις, destitui, Nostrum de Scriptoribus illius Opus ἀνέκδοτον aliqvando ostendet, in qvo Tres occurrent Matthæi Delii, totidemqve Guerneri Rolfincii Hamburgenses, duo autem Jacobi Bordingi, ac totidem Johannes Carnarii, Hieronymi Cypræi, Jacobi Fabricii, Johannes Frederi, Johannes Garcæi, Erici Mauritii, Joachimi Molleri, Andreæ Pouchenii, Hieronymi Prætorii, Rutgeri Rulundi, Michaeles Siricii, Pauli Sperlingii, Ottones Sperlingii, & alii non pauci, in hac Cognominum Classe locum sibi jure deposcentes, eoqve prolixius olim celebrandi, qvo breviores de iis jam Lineas duximus.

X. Ex Poloniæ, & Borussiæ illi vicinæ, Scriptoribus [ut Pontificios, à Staravolscio celebratos, prætercam,] ad eandem ὁμωνύμων ἐκ προαιρέσεως Classem sunt referendi, Andr. Wengerscius, Past. Reformatus Vlodoviensis, & Districtus Lublinensis Senior, A. 1649. defunctus, ejusqve Filius, Andreas Wengerscius Junior, *Sclavonia Reformata*, Ultrajecti primum A. 1652. sub fictitio *Adriani Regenvolscii*, deinde autem Amstelodami A. 1679. sub vero ipsius nomine, editæ, Scriptor Industrius, aliiqve nonnulli Ecclesiarum Poloniæ, Bohemiæ, Moraviæ, Husiticarum ac Reformatarum Antistites, passim in Libro isto commendati. Adde his duos Elias Arcissevios, Pastorem alterum Smiglensem, alterum Tribunum in Exercitu Danico Militarem, duos Christophoros Lubienicios,

nicios, Cœtus Racoviensis sacri Antistites, duos Christophoros Sandios, Patrem sc. Electoris Brandeburgici Consiliarium, & in Aula Borussica Secretarium, & Filium, Celebrem Sectæ Neo-Arianæ in Batavia Hyperaspistam, duos Petros Statorics, Rectorem Pinczoviensem, & Pastorem Racoviensem, & totidem deniqve Joachimos Stegmannos, Ecclesiæ Unitariorum Claudiopolitanæ in Transsylvania. Ministros, Antitrinitarios omnes, & à Sandio Juniore, in horum Bibliotheca, fusius laudatos. Angli, ex Popularibus suis, scriptoribus hujus generis ὁμωνύμοις annumerant duos Robertos Balæos, ICtum sc. Sec. XV, Londinensem, & Filium hujus, Carmelitam, eodem exeunte, Nordvicensem, ordinisqve sui Priorem, in Vossiano *de Historicis Latinis Opere* (12.) in numerum istorum relatos, duos Joh. Lelandos [qvos inter posterior, Cantabrigiensis ortu, Henrici VIII. Bibliothecarius, A. 1552. in delirio defunctus, de Historia Patriæ, tum Literaria imprimis, Scriptis variis ἀνεκδότοις, præclare est meritus,] & alios qvamplurimos, qvorum tibi Notitiam ex Joh. Balæo, Joh. Pitseo, Ant. Woodio, ac Cœteris Recentioribus Gentis istius, Eruditionis gloria nulli Europæarum hodie secundæ, Prosopographis facile parabis.

XI. Nec Gallis desunt, qvibus merito glorientur. Offerunt enim se, inter Proceres illorum Eruditos, duo Petri Segvierii, Supremæ

 Curiæ

(12.) *L.3.c.9.p.634. & c.13.p.685.*

Curiæ *P*ariſienſis *P*ræſides, è qvibus Patrem, A. 1580. defunctum, inſigni Scævola Sammarthanus (13.) ornavit Elogio. *S*ed & hic ipſe, in cujus Mentionem forte fortuna incidimus, Scævola Sammarthanus, Juliodunenſis, Conſil. & Hiſtoriographus Regius, Tractatusqve Pictavienſis Præſes ac Theſaurarius, *A*. 1623. exſtinctus, Encomiaſtes Popularium Doctrina Illuſtrium *I*ncomparabilis, & *P*oeta inſuper, in Vernaculo pariter atqve Latio Idiomate, terſiſſimus, Filium habuit Cognominem, Conſiliarium itidem atqve Hiſtoriographum Regium, A. 1650. denatum, cujus atqve Fratris Ludovici, iisdem conſpicui Titulis, Laboribus ſociis, Hiſtoriarum Regiæ in Galliis Familiæ, atqve Galliam Chriſtianam, Opera vaſta & Cedro digna, debemus. Inter Theologos Galliæ Reformatos, occurrunt duo Ludovici Capelli, *P*ariſienſis alter, Eccleſiarum Meldenſis, Sedanenſis, Antwerpienſis & Claromontanæ, Paſtor, primus *A*. 1575. Acad. Lugduno-Batavæ Profeſſor Theologus, eodem deinde Munere, & Cura ſimul Eccleſiæ Urbanæ Paſtorali, Sedani ad A. usqve Emort. 1586. perſunctus (14.) hujusqve ex *F*ratre Jacobo, ſupremæ Curiæ *P*ariſ. Senatore, Nepos, Ludov. Capellus Junior, Eccleſiaſtes & Theologiæ atqve *L*ingvæ Hebr. *PP*. Salmurienſis, Critices

(13.) *in Elogiis Gallorum Lib. 2. p.* 108. 190.

(24.) V. de illo Joh. Meurſii *Athenas Batavas. Lib. 2. p.* 246. 249.

Critices *Sacræ Autor* Celeberrimus, A. 1658. exſtinctus. Occurrit inter eosdem Jacobus Capellus, Ludovici *Junioris* Frater, in Sedanenſi oppido atqve *Academia*, iisdem, qvibus ille Salmurii, functus muneribus, & fama, non minore, Scriptis Sacris atqve Hiſtoricis qvamplurimis parta, conſpicuus A. 1624. defunctus, Jacobi, qvem diximus, Curiæ Pariſienſis Senatoris, Filius, Jacobi autem, qvi Franciſci I. Conſiliarius fuit, & in eodem Senatu Supremo Orator, Nepos, Jacobi deniqve IVti, L. Hebrææ in Acad. Salmurienſi Interpretis, & ob Religionem deinde Exulis (operum & Jacobi hujus, & Parentis *Ludovici*, Exegetico-Criticorum Editione, A. 1689. de S. *Lit.* Cultoribus bene meriti,) Patruus (15.) Nec ſilendi ſunt, ex iisdem, duo Petri Molinæi, alter Theologus Pariſienſis ac Sedanenſis, tot adverſus *Pontificios* Certaminibus, qva ore, qva Calamo, depugnatis, inclytus, *A.* 1658. (æt. 90.) exſtinctus, alter Oratorum Regiæ *Anglicanæ* Sacrorum diſertiſſimus, ac *Canonicus* Cantuarienſis, Scriptor, inter Aſceticos Recentiores, merito ſuo longe celeberrimus; Carolus item Drelincurtius, Cœtus in Urbe Pariſienſi Reformati, ad

(15.) De Duobus his Ludovicis, ac IV. Jacobis Capellis, Dionyſio item, Gervaſio, Guilhelmo & Angelo, Majoribus illorum atqve Cognatis, V. Lud. Capelli Jun. *Comm. de Capellorum Gente, commentariis* ipſius ac Fratris Jacobi in V. T. Criticis, à Jacobo Filio A. 1689. Amſtelodami editis, præfixum, & Lipſienſium ex iſto Excerpta, *in Actis Erudd. M. Aug. A.* 1689. *p.* 411. 412.

Digitized by Google

ad A. usqve Fatalem 1669. itidem Antiſtes eximius, qvi Filium reliqvit Cognominem primarium Medicinæ, in Acad. Lugduno-Batava, Profeſſorem. Inter ICtos Galliæ, Seculo ſuperiore, inclaruerunt duo Andreæ Tiraqvelli, Pater ſc. Curiæ Pariſienſis Senator Regius, Parens Liberorum pariter atqve Librorum inſignium fœcundiſſimus, A. 1558. defunctus, & Filius, illius in Officio jam dicto Succeſſor, ac Scriptorum Editor; inter Medicos Academiæ Pariſienſis, duo Johannes Tagautii, duo Johannes Martini, totidemqve Johannes Riolani; inter Philologos tandem Regni Patrii Nobiliores, Tres Roberti Stephani [Pat. Fil. ac Nepos,] Typographi Pariſienſes Inclyti, à Theod. Janſonio, nobis amiciſſimo, in ſua *de Vitis Stephanorum Diſſertatione*, fuſius celebrati, duoqve Johannes Boneſonii, Poetis recentioris ævi Latinis ἐξοχωτέροις à Scaligero, Borrichio (16.) aliisqve, merito annumerati.

XII. In Italia ſubſiſtimus, è cujus ICtis ſuperioris ævi Illuſtrioribus, in hanc τῶν ὁμωνύμων ἐκ προαιρέσεως Claſſem, ſunt referendi duo Jacobi Alvaroti (*Sec. XV.*) totidemqve Bartholomæi Silvatici (*Sec. XVI.*) Patavinæ, duo item Franciſci Curtii, Papienſis Academiæ Anteceſſores famigeratiſſimi; E Medicis autem duo Vidi Vidii, Pater ſc. ortu Florentinus, Academiæ Pariſienſis, Seculo elapſo, Profeſſor, Filiusqve ejusdem Nominis, Scriptorum Parentis

(16.) *in Diſſert. de Poetis p. m.* 113.

tis poſthumorum Editor induſtrius. Ex Philologis, & Literarum Inſtauratoribus tandem, neutiqvam à nobis ſunt prætereundi duo Philippi Beroaldi, Bononienſes, alter Literaturæ Elegantioris in Scholis *Parmenſi*, Pariſina atqve Bononienſi *Patria*, *Profeſſor* doctiſſimus, ſed nimius Archaiſmi in Stylo ſectator, A. 1504. [non 1510. qvem El. Reuſnerus, Simlero (17.) Duce, ſubſtituit] defunctus, alter Filius hujus, ſive [uti Jovius, ab aliis diſſentiens, perhibet] ex *Fratre* Nepos, Poeta cultiſſimus, Linguas initio Bononiæ, ac deinde Romæ, profeſſus, Vaticanæqve demum Bibliothecæ à Leone X. præfectus (18.) Imo nec ſileri hic debet, qvem modo allegabamus, Paulus Jovius, Novocomenſis, ex Medico Epiſc. Nucerinus, Hiſtoricus Seculi ſuperioris *Inclytus*, ſed Calami, uti à multis jam obſervatum, ac alibi fuſius à nobis monebitur, venalis, & Elegantiæ Styli, qvam Narrationum *Veritatis*, ſtudioſior, cum cognomine ſibi, ſive Filio, ſive Nepote Poeta, ſi Borrichium (19.) audias, vel ipſis Antiqvis palmam præſtantiæ dubiam propemodum redditūro.

XIII.

(17.) V. Reuſneri *Append. Iſag. Chronol. p.* 637. & Simleri *Biblioth. p.* 571.

(18.) De utroqve conſuli poſſunt *P*aulus Jovius *in Elogiis, num.* 51. Voſſius *Lib.* 3. *de Hiſt. Lat. c.* 11. *p.* 667. 668. D. G. Morhofius *in Lib. de Patavinit. Liviana, c.* 1. *p.* 10. 11. Simlerus *l. c.* Joh. Pierius *Lib.* 1. *de Infelicit. Literatorum p. m.* 48. 49.

(19.) *In Diſſert. de Poetis p.* 100.

XIII. Filios hactenus prolixe enumeravimus Eruditorum qvamplurimos, *Parentibus* ὁμωνύμους, Doctrinæ illorum, ac partæ hujus ope Gloriæ, Æmulos felices, atqve ex Asse *Hæredes*. Subjungemus his Nepotes, sive ex *Filiis* ac Filiabus, sive ex Fratribus ac Sororibus, Avis suis, Patruis atqve Avunculis, Cognomines, sed paucioribus, ne tædiosa denuo μακρολογίᾳ peccemus, exemplis usuri. Ex Antiqvis solos memorabimus C. Plinium Secundum, Epistolographum, Avunculo inclyto Naturalis Historiæ Scriptori, M. Fabium Qvintilianum, Rhetorem, sive *Instit. Orat.* Scriptorem, *Avo* Declamatori, *Philostratum Lemnium Juniorem*, Vitas Sophistarum Libris persecutum duobus, Patruo, de Vita *Apollonii* Tyanæi commentato, Johannem Xiphilinum, Epitomes Dionis Cassii Historicæ Autorem, Patruo suo, Constantinopolitano *Patriarchæ* [cujus se vocat Ἀδελφόπαιδα,] & Guilh. Durantum Juniorem, Episcopum, ad A. usqve Emortualem 1328. Mimatensem, *Libri de Modo celebrandi Generalis Concilii* Scriptorem, Avunculo suo, Episcopo itidem Mimatensi [cui à *Juris*, qvod elucubravit, *Speculo* Speculatoris Agnomen est inditum,] ex asse ὁμωνύμους, ac *Sectione II.* confusiones illorum varias detectura, iterum in Scenam producendos. *Inter Recentiores*, ex Italis, prodeant Mariani Socini duo, Patritii Senenses, ICti ætatis suæ ἐξοχώτατοι [qvos inter *Junior*, Senioris ex Filio Bartholomæo, *Ante-*cessore

Digitized by Google

ceſſore Patavino, Nepos, Senis, *P*iſis, *P*atavii, & tandem Bononiæ, *J*ura, ſumma cum laude, profeſſus, ac *A.* 1556. Bononiæ mortuus, *C*æſari pariter atqve Pontifici fuit à Conſiliis, *F*iliosqve reliqvit Alexandrum, ICtum *P*atavinum, ac Lælium, primum Sectæ Socinianæ, Trinitati infeſtæ, Autorem,] totidemqve *A*ldi Manutii, de qvibus *Capite præcedenti III.* §. 15. dicta poſſunt relegi. E Gallis duo Michaeles Hoſpitalii, Arvernus alter, Regni Patrii Cancellarius, meritis in iſtud immortalibus, Peritia *J*uris eximia, & Venæ inſuper Poeticæ, Horatii æmulæ, gloria, conſpicuus, A. 1573. exſtinctus, alter, Roberti Huralti Filius, ſed hujus, ex Filia unica, Magdalena, Nepos, Avitum ab illo Cognomen juſſus aſſumere, *H*enrici IV. anteqvam in Thronum *G*allicum eveheretur, Cancellarius itidem Navarræus; uterqve à Scæv. Sammarthano (20.) inſigniter commendatus. *A*dde his totidem *F*rancifcos Ulmos, *P*atritios, Medicos ac Profeſſores in Gallia Pictavienſes, ex qvibus Avus ſuperiori, Nepos autem hoc Seculo, inclaruit, Scriptis, à Lindano (21.) recenſitis, famam adeptos. *A*dde etiam duos Henricos Stephanos, Typographos *P*ariſienſes Eruditos, è qvibus poſterior, Roberti *F*ilius, Linguæ Græcæ peritia coævis fere omnibus ſuperior, è patria, ob *παῤῥησίαν* adverſus

(20.) *In Elogiis Gallorum, Lib.* 2. *p.* 91. 92. & *Lib. p.* 171-174.

(21.) *In Tr. de Scr. Med. p. m.* 186.

verſus Pontificios, profugus, Genevæ deinde conſedit, & tandem *L*ugduni Gallorum, *A.* 1598, in ſumma deceſſit inopia (22.) Inter Germanos, ſe nobis offerunt Simon *P*auli Roſtochienſis, Henrici, Prof. Medici, *F*ilius, Aulæ Danicæ non ita pridem Archiater, inter Anatomicos & *B*otanicos Seculi hujus *P*rincipes, communi recte ſentientium judicio, locum adeptus, Avo, *A*cademiæ Roſtochienſis Theologo, ὁμώνυμος, & *H*enr. Meibomius Jun. Acad. *J*uliæ Medicus & Polyhiſtor, etiamnum ſuperſtes, ejusdem cum Seniore, Hiſtorico illius, ſub initium Seculi hujus, *I*nclyto, nominis particeps. E Danis numerum Homonymorum hujus Claſſis augebunt *C*aſp. Bartholinus *J*un. *A*cad. Regiæ h. t. Profeſſor Medicus, Ductuum Salivalium detectione, Scriptisqve compluribus, *C*elebris, Caſpari Bartholini Senioris, Malmogienſis, ejusd. Athenæi Hafnienſis Medici initio, ac dein, poſtqvam Voto mutandi Vitæ Generis, in Morbo ancipite facto, ſatisfecerat, Theologi, ex Thoma Filio Nepos; *J*acobus item Matthiæ, Th. D. atq; Epiſc. ad A. usq; 1660. Aarhuſienſis, Matthiæ *J*acobæi, Archiatri Regii, *F*ilius, Avo M. *J*acobo Matthiæ Vellejo, Epiſcopo Ottonienſi, A. 1606. defuncto, hujusqve *F*ilius, Matthias Jacobæus *J*unior, Philoſophus hodie Hafnienſis, Seniori, ſive *A*rchiatro Regio, paulo ante laudato, cognomines. Claudant hoc Agmen Belgæ duo, *J*acobi ſc. Latomi Senioris, *C*amberonenſis, Hannonii, *A*cademiæ

(22.) V. Theod. Janſonii *Diſſ. de Vitis Stephanorum.*

miæ Lovanienſis, ad A. usqve Emortualem 1544. Theologi, Luthero infenſiſſimi, ex Fratre Nepos, atqve Operum ejusdem, A. 1550. junctim excuſorum, Editor, Jacobus Latomus Junior, Metaphraſeos Pſalmorum Metricæ Autor, & Gerh. Voſſius, Matthæi Fil. Vellejum Paterculum illuſtrare aggreſſus, eodemqve cum Avo, Polyhiſtore Acad. Lugduno-Batavæ, atqve Lycæi Amſtelodamenſis, incomparabili, Nomine gaviſus.

XIV. Licet autem Parentum atqve Majorum Nomina. uti §. 5. jam dictum eſt, eum in finem Filiis atqve Nepotibus ſoleant imponi, ut illi in his qvodammodo reviviſcere videantur, hi autem illorum Doctrinam, Probitatem & Virtutes, Nominis qvotidiana Recordatione calcar addente, tanto alacrius æmulentur, Spem tamen hanc τȣ̀ς ὀνοματοθέτας ſæpiſſime eſſe fruſtratam, nemo ignorat, & tot Ἡρώων τεκνα πήματα, tot Parentum Celebrium Filii atqve Majorum optimorum Poſteri, ὁμώνυμοι qvidem illis, ſed neutiqvam ὁμόθυμοι, nullo non tempore, demonſtrarunt. Qvos ſicut illi, ſi in Vitam redeundi ipſis facta eſſet poteſtas, haud dubie cum τῷ δεῖνα, aut Nomen, aut Mores, atqve Indolem degenerem, mutare juſſiſſent, ita nos, de Magnorum Patrum Incrementis, non Excrementis [qvo Titulo Homines iſtius furfuris, Laudatiſſima Majorum veſtigia deſerentes, digni merito cenſentur,] ſolliciti, omni illorum Mentione, ac Recenſu Hiſto-

Hiſtorico, ſtudioſe abſtinebimus. Infirmi ſcilicet ſunt atqve Vaniſſima omnia, qvæ ex ſolis derivantur Nominibus, de Hominum animo atqve Indole, Omina ac Anagrammatographi proinde inepti [qvos *Phœbi Carnifices, & Pieridum Cruces*, appoſite alicubi Frid. Rappoltus ſalutat,] aliiqve ὀνοματομάνται infelices, vel viſu, vel commiſeratione, digni. Sæpe videas eos, qvorum Nomina à Divinis derivantur, vel mixtura illorum aliqva ſe Vulgo commendant, vel omnium [ad exemplum Iſmaelis] eſſe improbiſſimos, vel [qvod de *D*iagora Melio, & Theodoro, *S*ectæ Cyrenaicæ Philoſophaſtro, à Græcis eſt memoriæ proditum] plane Atheos. Obſerves haud raro, à Chriſto Nomen adeptos Vitæ aſſueſcere, *P*ræceptis ejus haud congruæ, ſed è Diametro adverſæ, Angelis ὁμωνύμους Diaboli eſſe Mancipia, Sanctisqve Cœlitibus cognomines Seculi evadere Dehoneſtamenta, & Carcinomata Patriæ atqve Orbis Chriſtiani infamia. Sæpe, uti Epiphanius, à Danhauero (23.) allegatus, ſcite ait, ἀπ' αὐτοῦ Νοητοῦ ἔχων ὄνομα ἀνόητος ὑπάρχει, atqve Omen Nominis plauſibile in Abominationem, judice eodem *A*rgentinæ Chryſoſtomo, degenerat. Nec mirum igitur, ſpem, de *F*iliis ὁμωνύμοις conceptam, Viros pleroſqve magnos fallere, &, qvos credebant ſua ſtrenua perſecutores Veſtigia, ſibiqve, & Majoribus reliqvis, decori ac ornamento futuros, & famam avitam amplificaturos,

(23.) *in Myſteriosophia, Sect. II. Art. I. p. 251.*

ros, istius vel incuriosos, vel prodigos, Turpissima sæpe Familiæ evadere dedecora, & Majorum gloriæ tenebras offundere densissimas. Haud sane admodum numerosi sunt Parentibus Inclytis Cognomines Gnati, qvorum Doctrinæ ac Moribus Honorificum istud Velleji *Paterculi*, de C. Mario Juniore, Judicium conveniat, ac vindicari posse videatur: *Hodieqve tanta Patris Imagine non obscuratur ejus Memoria.* Longe contra plures, imo innumeri, de qvibus, cum Satyrico Aqvinate, Scriptorum Romæ Veteris Cordatissimo, exclames:

- - - Qvis enim generosum dixerit hunc, qvi
Indignus genere, & præclaro Nomine tantum
Insignis?

aut, qvibus Distichon ejusdem Parrhesiastæ hoc merito occinas:

Incipit ipsorum contra vos stare Parentum
Nobilitas, claramqve facem præferre Pudendis
(24.)

XV. Sed mittamus hæc Ἠδικωτερα, & Auriculis, vero mordaci radi minus assuetis, ingratiora, atqve ad Tertiam Multitudinis Homonymorum Causam, Cultum nempe Principum, vel obseqviosum vel Adulatorium, progrediamur. Breviores hic nobis licet ducere Lineas. Qvis enim, vel absqve alieno indicio, ignorat, subditos Imperantium Nominibus delectari, eaqve, sive, ut suum in hos affectum, fuci nescium, testentur, sive, ut favorem illorum

H rum

(24.) *V. Juvenal. Sat. 8.*

Digitized by Google

rum iſto adulationis genere ambiant, Liberis ſuis freqventer imponere, imo ſæpius eadem à Principibus ævi Vetuſtioris, & jampridem mortuis, ſed, ob merita in Patriam inſignia, in memoria Civium, etiam plebejorum, ſuperſtitibus, mutuari. Hinc nullibi plures offendas Ferdinandos atqve *A*lphonſos, qvam in Hiſpania, Carolos & *L*udovicos, qvam in Gallia. Eandem ob Cauſam *A*nglia Jacobis atqve Eduardis, Dania Ericis, Haraldis, Waldemaris, Chriſtianis, Fridericis, Suecia Guſtavis & Ericis, abundant. Eidem Mori inveterato Hungaria tot debet *L*adislaos, *P*olonia Caſimiros & Uladislaos, Bohemia Wenceslaos, *S*axonia Johannes Georgios, &, ut alias taceam Regiones, Cimbria noſtra Chriſtianos, Fridericos, Adolphos, Auguſtos. *L*audabilis utiqve eſt hæc Conſuetudo, Gratitudinis Principibus Bonis, Veris *P*atriæ Patribus, debitæ Index, imo Vetuſtiſſima etiam, priſcis jam temporibus, non inter *P*aganos ſolum, ſed in Hebræorum etiam Gente, freqventata. Nec aliam ob cauſam, ſi Chriſt. Frid. Franckenſteinii, Philologi Acad. Lipſienſis Eximii, veriſimilem mecum approbes Conjecturam (25.) Inclyto Gentium Doctori, ex Tribu Benjaminitica oriundo, cum Circumciſionis initiaretur Sacramento, Sauli Nomen à Parentibus, aut Cognatis ὁμοφύλοις, inditum, qvam ut Memoriam primi Iſraelitarum Monarchæ,

(25.) *in Obſervatis in Epiſt. ad Philemonem p. 19. 20.*

Monarchæ, Contribulis sui, eodem gavisi, hac ὀνοματοθεσία, venerabundi recolerent.

XVI. Qvartum, inter causas Multitudinis τῶν ὁμωνύμων, Locum vindicavimus paulo ante (§. 2.) Stolidæ plurimorum, in Nominibus Heroum, & Hominum cujuslibet Ordinis Præstantissimorum, affectatione ridicula, in Liberos suos derivandis, Ambitioni. Occupavit scilicet dudum istud Cacoethes Animos, non Hominum solum Nobilium atqve Fortunatorum, ob Natalium, Dignitatum, atqve Opum prærogativam, heic etiam φιλοπρωτευόντων, sed tenuiorum etiam Sortis infimæ, ac Fæcis Plebejæ, qvi, cum occasionem alia sese ratione, supra concives, efferendi, & à sordibus suis vindicandi, sive Fortuna iniqvior, sive Indoles ipsorum propria, ex Metallo formata deteriore, inviderit, hoc pacto ambitioni suæ, ad altiora aspiranti, non raro velificantur, & inepte indulgent. Exemplum nobis sufficiet unicum Hominis Galli, ab And. Riveto (26.) memoriæ proditum, & à Danhauero (27.) repetitum, Is, casus fortuiti beneficio, cognomine Magni (*le Grand*) Gentilitio gaudens admodum plausibili, Filio, recens nato Alexandri Prænomen, stolido fastu imposuit, atqve ita Familiam suam, Heroe Chimærico, & Monarcha Comico, Alexandro sc. Magno, ex Orci Tenebris reduce, illustriorem reddidit. Tolerat istud insaniæ

(26.) *in Catholico Orthodoxo, Tr. III. Qv. 8. p. 54.*

(27.) *in Mysteriosoph. Sect. II. Art. I. p. 251.*

Digitized by Google

Genus ſeculi noſtri Licentia, in Canum etiam, & Brutorum aliorum, Mancipiorumqve Viliſſimorum, ὀνοματοθεσία, inclytis hujusmodi nominibus impune abuti dudum aſſueta. Eodem nempe pacto, uti Juvenalis (28.) appoſite inqvit,

- - Nanum cujusdam Atlanta vocamus:
Æthiopem Cygnum; parvam extortamqve Puellam
Europen; Canibus pigris, Scabieqve vetuſta
Lævibus, & ſicca lambentibus ora Lucerna,
Nomen erit Pardus, Tigris, Leo, ſi qvid adhuc eſt,
Qvod fremit in terris violentius.

Alia olim Mens erat Athenienſibus, qvi, teſte apud Gellium (29.) Herode Attico, *Nomina Juvenum Fortiſſimorum, Harmodii & Ariſtogitonis, qvi, libertatis recuperandæ gratia, Hippiam Tyrannum interſicere adorſi erant, ne unqvam ſervis, indere liceret, Decreto publico ſanxerunt; qvoniam nefas ducerent, Nomina, Libertati patriæ devota, ſervili contagio pollui.* Horum exemplum, laude digniſſimum, ſi Ætas hæc, à priſca Virtute in dies magis degenerans, imitandum ſibi cenſeret, nec Nomina Virorum Illuſtrium, & de Re publica atqve Literaria optime meritorum, *in Hominibus exordeſcere* pateretur *deterrimis*, minori longe τῶν ὁμωνύμων Copia Literaria noſtrorum Temporum Hiſtoria laboraret.

CAPUT.

(28.) *Sat.* 8.
(29.) *Lib.* 9. *Noct. Att. c.* 2.

Digitized by Google

CAPUT. V.

De Qvinta Multitudinis Homonymorum Causa, Persuasione scilicet, de Nominum qvorundam Felicitate aut Infelicitate Fatali, Inveterata, & hinc orto Affectu Vulgi in nonnulla Vehementiori.

§. I.

QVatuor hactenus priores Multitudinis Homonymorum Causas, pro Instituti nostri ratione, consideravimus. Restat Ultima, Persuasio scilicet Vulgi Inveterata, sed Vana plerumqve, & soli Exemplorum Inductioni, eiqve haud perpetuæ aut Catholicæ, nullis autem Rationibus idoneis, innixa, qva Nomen unum altero creditur auspicatius, & istam ob causam, præsertim si Pronunciationis venustas, & significationis atqve Etymologiæ gratia, Illicia Animis Plebejis gratissima, accedant, reliqvis præfertur. Hoc nempe Mortalium plerorumqve Animos, in Errores variorum generum Naturæ vitio pronos, occupavit Cacoethes, ut omnia, non ex rei veritate, sed specie, qva nihil fallacius, externa, ac Opinionibus πατροπαραδότοις, ut plurimum metiantur, &, si vel paucissima his pondus aliqvod addere videantur Exempla, Scrutinio Causarum & Circumstantiarum accuratiori

neglecto, temere vel odio habeant, vel amore proſeqvantur. Hinc orta paulatim eſt, ut alia ἀκρασίας iſtius Documenta illuſtria miſſa faciam, Nominum plurimorum, qvæ, ſive Originem, ſive Significationem, accurate excutias, pulcherrima ſunt atqve præſtantiſſima, *A*verſatio, ob *H*ominum, qvibus propria illa fuere, pauciſſimorum, imo ſæpe unius tantum, vel Improbitatem, vel Infelicitatem, Univerſalis. Traditionis ea Vanæ, à Majoribus in Poſteros derivatæ, beneficio, profundas adeo, in horum animis egit Radices, ut nec *A*rgumenta, præſtantiſſima licet ac plane Achillea, nec Exempla plurima contraria, nec Sapientum, aliter de illis *J*udicantium, Conſenſus Unanimis, in evellenda ea, vel ſaltem mitiganda, qvicqvam proficiant.

II. Non referam in horum Numerum Deorum Ethnicorum Nomina, aliaqve, vel ab iſtis derivata, vel iisdem affinia [qvorum Indicem prolixum Caput IV. §. 2. exhibuit,] à Chriſtianis Eccleſiæ Veteris, ob Metum Contagii Idololatriæ *P*aganæ vel leviſſimi, jam olim [uti *Sectio III.* in Recenſu variorum Μετονομασίας generum, oſtendet] haud immerito rejecta, & cum aliis commutata. Qvanqvam & iſtorum plurima, cum Æqvivoca ſint, &, ſi primam ſpectes originem, ſignificatu gaudeant optimo, tolerari etiam hodienum haud immerito, & à Chriſticolis, absqve ſcandali periculo, uſurpari poſſe videantur. *Nam cur* [ut mea faciam

verba

verba Danhaueri, Theologi accuratiſſimi ac Judicioſiſſimi (1.) *à Balthaſaris Nomine abſtineam aut Catharinæ, eo qvod illud Baalis Theſaurarium notet, hoc videatur ab Hecate, ſeu Diana [unde Hecaterina apud Baronium, ad A. 307. n. 31.] deductum? Etenim & veri ac ſummi Rerum Domini Theſaurarium notare poteſt illud, & hoc derivari à* Καϑαρὸς. Unde non ſolum duo iſta Balthaſaris & Catharinæ, ſed alia etiam complura, Ethnicam & Idololatricam redolentia originem [v. g. Hermanni, Martini, Dionyſii, Diomedis, Hermolai, Mercurii, Apollinaris, Helii, Herculis, Heraclii, Palladii, Demetrii, Themiſtii, Martialis, &c.] partim Principibus, & Viris Eruditis, Chriſtianiſmum profeſſis, rarius eſſe indita, partim autem ubiqve hodie recepta, Cordatiores nec mirantur, nec indignantur. Non accenſebo etiam Nominibus iſtis, immerito exoſis, Hebræo-Biblica, qvæ ſolis Hominibus damnata Memoriæ, aut Famæ ſeqvioris impoſita leguntur, etſi, Significatus ſui intuitu, vel innoxia, vel ἀξιέπαινα. Qvalia ſunt Caini, Chami, Iſmaelis, Eſavi, Doegi, Bileami, Achitophelis, Rehabeami, Jeroboami, Achabi, Abſalomi, Adoniæ, Phileti, & alia qvamplurima, Judæis pariter atqve Chriſtianis, Hominum iſtorum Impietatem deteſtantibus, inviſa. Qvis autem æqvo ferat animo, ob Hominis unius improbi odium, in deſuetudinem etiam illa abiiſſe, qvæ huic cum Viris aliis Sanctiſſimis,

 &

(1.) *in Myſterioſophia, Sect. II. Art. I. p. 249.*

& ſæpe qvidem non paucis, fuere communia, Simeonis ſc. Judæ, Sauli, aliaqve his gemina. Immerito certe, nec ſine injuria inſigni.

Unius ob noxam & Furias Nebulonis Judæ,

Homonymiæ Poſterorum Honore, grataqve Virtutum ac Meritorum, qvæ comitari iſtum ſolet, Recordatione, cœteri ipſi Cognomines, Tribus ſcil. Populi Judaici Regiæ, cui Salvator ipſe ſuos debuit Natales, Conditor, Maccabæus, Thaddæus, Heroes inclyti, & memoria ſempiterna digniſſimi, Poſteritatis ingratæ Judicio præcipiti, privantur. Qvod ſi juſtiſſimum eſſe nihilominus qvis contendat, Cauſam nos edoceat, cujus intuitu Simonibus, Nicolais, atqve aliis compluribus, qvorum Nominibus Simon Magus, Nicolaus Hæreſiarcha, horumqve impietatis Æmuli, labem atqve infamiam haud minorem aſperſerunt, parcatur.

III. Haud minori jam olim peccarunt 'Ἀκρισίᾳ Familiæ aliqvot Civitatis Romanæ Eqveſtres Nobiliſſimæ, qvæ Hominum Facinoroſorum, è Patriciis ſuis, Memoriam omnem, & maculam ſimul, ab his ſibi inuſtam, abolituræ, Nominibus illorum Poſteris interdixere, cum tamen iſtis, à culpa omni immunibus, vel ob alios viros celebres, de Patria pariter atqve gente ſua optime meritos, iisdem gaviſos, fuisſet parcendum. *Antiqvos*, ait Herodes Atticus, apud Gellium (2.) *Romanorum audio Prænomina Patritiorum qvorundam, male de Rep. meritorum, & ob*

(2.) *Lib. 9. Noct. Att. c. 2.*

& ob eam cauſam capite damnatorum, cenſuiſſe, ne cui ejusdem Gentis Patritio inderentur, ut Vocabula quoqve eorum defamata, atqve demortua, cum ipſis, viderentur. Exempla, qvæ addere is ſuperſedit, nemini, in Hiſtoria *R*omana vel leviter verſato, ſunt ignota. Gens certe Manlia, poſtqvam M. Manlius Capitolinus, à Capitolio adverſus Gallos, Anſere Claſſicum canente, fortiter defenſo, Agnomen hoc adeptus, à Virtute ac fide in Patriam priſtina degeneraverat, & Regni affectati convictus, turpi è Saxi Tarpeji Culmine Præcipitatione, ſceleris hujus poenas dederat, Conſenſu ſpontaneo, per SCtum confirmato, ſanxit, ne cui poſthac Gentilium ſuorum Marci Nomen imponeretur. (3.) *H*ujus Exemplo, Claudia Lucii *P*rænomen, communi itidem, repudiavit, *C*onſenſu poſtqvam è duobus Gentilibus, eo præditis, alter Latrocinii, alter *C*ædis, eſt convictus, uti Tranqvillus, in Vita Tiberii (4.) teſtatur. Romanos imitantur Hiſpani, qvi *J*uliani Nomen, ab eo tempore, qvo Regnum Patrium, à *J*uliano, Septæ Comite, conſtupratione Filiæ ſuæ, à Roderico, ultimo Dynaſtiæ Gothicæ Rege, violenter facta, irritato, Mauris A. C. 713. eſt proditum, tanqvam dirum, & genti ſuæ ferale, ſolent abominari. Unde & Caſp. Guzmannus, Comes de Olivarez, Supremus Rerum Hi-

H 5

(3.) V. Livium *Lib. 6. c.* 20. Ciceronem *Or. I. Philipp.* Alex. ab Alexandro *Lib. 5. Dier. Gen. c. 4. p. 256. à.*

(4.) *Cap. 2.*

Hiſpanicarum, Philippo IV. imperante, Arbiter, cum A. 1642 Filium ſuum, ex Illegitimo genitum concubitu, Julianum, *L*egitimorum donaret Natalium Privilegio, Juliani Nomen ipſum, tanqvam ſe indignum, juſſit repudiare, & Henricum *P*hilippum deinceps appellari (5.) Qvamvis jam ante, ob *J*uliani Imperatoris Apoſtaſiam, Nomen iſtud Chriſtianis plerisqve fuerit exoſum, ac rarius uſurpatum.

IV. Pari, injuſta hac in Nomina Facinoroſorum, Culpæ omnis expertia, Sævitie, digna eſt Vituperio & Reprehenſione Stolida Vulgi, de fatali Nominum qvorundam, Monarchis & Rerum publicarum Gubernatoribus impoſitorum, ſæpe Hæreditariorum, Infelicitate, Perſuaſio, inde orta, qvod paucis, & aliqvando compluribus, iſta, ſive caſu, ſive certo conſilio, adeptis, fortunam minus fuiſſe propitiam, & Vitæ Exitum Violentum, aut triſtiorem, obtigiſſe, à nonnullis, plus juſto curioſis, ſit obſervatum. Sic *C*aji Prænomen, qvod alioqvin apud Romanos credebatur Auſpicatiſſimum, & in ſolenni acclamatione Nuptiali: *Ubi tu Cajus, ego Caja*; ad exoptandam Neonymphis Felicitatem Cajæ Cæciliæ, ſive Tanaqvilis, Tarqvinio Priſco nuptæ, Conjugalem, à Sponſa ingeminabatur, Auguſtæ tamen Cæſarum Familiæ infau-

(5.) V. Joh. Chriſtoph. Becmanni *Hiſt. Orbis Terr. Geogr. & Civil. P. II. c. 1. p. 256. & Notit. Dignit. Diſſ. V. c. 2. p. 122.*

infauſtum putabatur ac Fatale, qvod omnes, in iſta hoc gaviſi, jam inde ab eo, qvi Cinnanis temporibus eſt occiſus, vel ferro, vel veneno, vel morte repentina, periiſſent (6.) Qvæ de Henrici Nomine, Regibus Gallicis [qvorum Tres, iſto uſi, morte perierunt violenta, Henricus II. ſcilicet, A. 1559, in Haſtiludiis, ictu Lanceæ, à Comite Montgomerio, in Oculo vulneratus, Henricus III. A. 1589. à *Jacobo* Clemente, Monacho Auguſtiniano, & Henricus IV. A. 1610. à Franc. Ravaillaco, Rabula Engolismenſi, Culturus Feralibus ſauciati,] Jacobi autem Scoticis [ob qvinqve, iſtius Participes, ferro itidem aut Veneno ſublatos,] extimeſcendis ac cavendis, ubiqve invaluerit opinio, non ſolum, ante ſeptennium, cum modernus Britanniæ Exrex, Jacobus II., Culmine Regio excidiſſet, è plurimorum ſcriptis ac ſermonibus patuit, ſed Hexaſtichon etiam Poetæ Anonymi Gallicum, à Thoma Lanſio (7.) & J. Chr. Becmanno (8.) recitatum, oſtendit:

Il ne faut plus nommer Henrys les Roys de France,
La Mort, par deux conſteaux, & un eſclat de Lance,
A tué troys Henrys, l'un, jouſtant à Cheval,
L' autre en ſon Cabinet, le tiers en ſon Caroſſe.

Cinq

(6.) V. Suetonii *Caligulam c. 60.* & Chriſt. Frid. Franckenſtoinii *Diſſ. de Cajo ac Lucio Cæſaribus, obſerv. II. p. 7.*
(7.) *in Conſult. de Provinciarum Europæ Principatu, & quidem in or. contra Galliam p. 205.*
(8.) *l. c. P. II. c. 3. p. 317.*

Cinq Roys du nom de Jacqves ont fait croire à l' Eſcoſſe,

Qv' il y a dans les noms qvelqve Secret Fatal.

Qvod Chriſt. Frid. Franckenſtenius (9.) totidem Verſibus Latinis Trochaicis, ita expreſſit:

Nomen Henrici dari non Galliæ Regi decet,
Qvod duo cultris perempti, Lanceaqve fragmine
Unus; is qvidem Caballo vectus: in Cubiculo
Alter, inſidensqve Curru tertius ſuo perit.
Scotiæ Reges Jacobi qvinqve credier jubent,
Qvippiam fatalitatis hæc habere Nomina.

Gemina fallaci huic conjecturæ, atqve Obſervationi, ſunt, qvæ de Bonifaciis & Eugeniis Pontificibus, de Valentinianis, Romanorum, Fridericis & Ottonibus, Germanorum, Alexiis, Balduinis, Nicephoris, Græcorum, Bajazethis, Turcarum Imperatoribus, Xerxe non uno, Perſis dominato, Seleucis Syrorum, Childericis Gallorum, Philippis Hiſpanorum, Richardis Anglorum, Donaldis & Eugeniis Scotorum, Rogeriis Siculorum, Regibus, aliisqve haud paucis Principibus diverſarum Orbis Partium ὁμωνύμοις, cum adverſa plerumqve Fortuna conflictatis, & Morte haud ſicca exſtinctis, ex Vulgi Traditionibus, & Scriptoribus Hiſtoricis, Greg. Richterus (10.) Georg. Hornius (11.) Dan. Guilh. Mollerus (12.) & Chriſt. Franc.

(9.) *l. c. obſ. II. p.* 7. 8.

(10.) *in Axiomatis Oecominicis, n.* 4.

(11.) *in Diſſ. Hiſtorico-Politica XXX.*

(12.) *in Diſſ. peculiari de Fatalibus Perſonarum Nominibus,* Altorfii A. 1685. excuſa.

Franc. *P*aulinus (13.) fuse ac sollicite congesserunt. Mire, circa ὀνοματομαντείαν hanc, fuit superstitiosus, Vir alioqvin Summus, *P*hilippus Melanchton, qvem Richterus, in publica, testatur, *L*ectione, professum, se Mauritio, Electori *S*axonico, ob ejusdem cum Mauritio Imperatore, à Phoca imperio pariter atqve Vita privato, Nominis Communionem, sæpe metuisse, simulqve prolixa Exemplorum Inductione ostendere conatum, Philippi, qvo ipse gaudebat, Nomen Magnatibus atqve Monarchis esse ominosum atqve infaustum, meritoqve nemini illorum posthac imponendum. Cui ipsius Monito hactenus aliqvam visa sunt conciliare Autoritatem ingentia Monarchiæ Hispanicæ, sub Philipporum trium Imperio, per Seculum fere integrum, Decrementa. Sed merito ambigas, an vires illa amissas sit recuperatura & ad potentiæ pristinæ Culmen denuo assurrectura, moderni Regis auspiciis, etsi nomine is gaudeat Caroli V. Regum Hispaniæ omnium felicissimi atqve potentissimi, à Regni illius Incolis inter auspicatissima dudum relato. *S*cilicet, uti *Apellatio*, teste Justino Martyro (14.) *neminem vel bonum facit, vel malum*, ita nec felicem aut infelicem. Fortunam cuiqve suam fabricantur, si ab Arcana supremi Rerum Nostrarum Moderatoris, nobis imperscrutabili, Voluntate discesseris, Mores proprii, & sua ipsius, Indoles,

(13.) in der Zeitkürtzenden erbaulichen Lust/ *P. II. num.* 84.
(14.) *in Apol. II.*

Indoles, Cauſa πτημάτων, qvæ Pſeudo-Pythagoras vocat, ἀυθαιρέτων potiſſima, neutiqvam vero nomina, qvicus recte Philoſophi, nihil, docent, per ſe ineſſe Efficaciæ.

V. Juſto diutius hactenus immorati ſumus Digreſſioni de Nominibus ex Vulgi opinione, Ominoſis atqve infauſtis, qvæ cum, hanc ob Cauſam, vel nullos omnino, vel pauciſſimos, inveniant Amaſios, in hac de Homonymis Commentatione, non magnopere attendi merentur. Tranſeundum jam nobis ad illa, qvæ felicia atqve auſpicatiſſima vulgo creduntur, &, plurimis idcirco impoſita, ingentem peperere Homonymorum Multitudinem. Licet autem Affectus in iſta vehementior non minus lubrico ac fallaci, qvam priorum Averſatio, ſi accuratius in illum inqviras, nitatur Fundamento, Inductione ſcilicet Exemplorum Particulari, ac Traditione πατροπαραδότω, tolerari tamen & excuſari aliqvatenus poteſt, ſi in talia feratur, qvæ vel Majorum Veneratio, vel Significatio plauſibilis, vel Pronunciationis venuſtæ Prærogativa, vel Conſuetudo deniqve, cujus ingens eſt in Mortalium animos Tyrannis, præ aliis, commendat. Gaudet hujusmodi applauſu, à multis jam ſeculis, apud Gentes Europæas omnes, & plerosqve reliqvarum Orbis partium Chriſtianos, Nomen JOHANNIS, qvo nullum eſt freqventius, nullum Vulgo gratius, nullum majori Homonymorum Copia illuſtrius. Cauſam Applauſus iſtius ſi aves reſciſcere genuinam,

cave

cave fidem habeas Traditioni, qvam, ex Mſto qvodam obſcuro, Dan. Guilh. Mollerus allegat (15.) *A*nili, *H*omines, illud habentes proprium, à *F*ulminis ICtu lædi atqve enecari haud poſſe, jactanti. Nec aſſenſu credulo, ſed riſu potius, dignam judica Fabellam, qvam, ex eodem Libro, is affert, putidiſſimam, de Rota Fortunæ *Pa*riſienſi, è qva Cacodæmon, Annis ſingulis, unum abſtrahere ſolitus *H*ominem, nullum, cum aliqvando omnes, illi impoſiti, Johannis Nomine forte fortuna gauderent, abripere potuerit, atqve iſto, hanc ob cauſam, duobus ſæpius aut tribus eorundem parentum Filiis, addita Vocula *διακριτικῇ* [Kleinhauß/ Mittelhauß/ Großhauß/] indito. *F*utiliſſima hæc ſunt, imo Gerris Siculis vaniora, & vix digna, qvæ referantur. Me Judice, tantum illi Mortalium affectum conciliavit, præter ſummam, qva Chriſticolæ Johannem Evangeliſtam atqve *A*poſtolum, præ Collegis reliqvis, ipſi Magiſtro ſuo *θεανθρώπῳ* dilectum, Baptiſtam item, hujus Prodromum, merito dignantur, Venerationem, & *ὀνοματοθεσίαν*, qva poſteriori iſtud obtigit, memorabilem atqve Miraculoſam, Significatio ejusdem Etymologica, admodum plauſibilis, &, non ſolum Pietatis veræ ſtudioſis, ſed Hominibus etiam promiſcue qvibusvis, ſuavitate ſua facile ſeſe commendatura. Sive enim, cum Chr. Becmanno, Gregorio Franco, Centuriatoribus & aliis, à ſola Voce Hebræa

חָנַן

(15.) *in Diſp. de Nominibus Fatalibus, §. 21. p. 35.*

חָנַן [*Gratioſus fuit*, *Miſertus eſt*, *Gratiam exhibuit*] illud derives, *H*ominem denotat Gratioſum, Amabilem atqve χαρίεςατον; ſive, veriſimiliorem Chryſoſtomi, Grotii, *C*ornelii Janſenii ac *P*aſoris, amplexus Sententiam, ex Verbo iſto, aut Subſtantivo inde deducto חֵן [Gratia, & Nomine Dei τετραγραμμάτῳ à Sanctiſſimo יְהוָה, compoſitum eſſe cenſeas, Hominem Θεῷ κεχαριςμένον, Deo acceptum, Divinaqve Gratia ac Miſericordia beatum, Notatione longe ſanctiori atqve præſtantiori, deſignat (16.) Nec proinde mirum, tot illud in admirationem ſui rapuiſſe Amaſios, totiesqve diverſis etiam *F*ratribus, Parentum conſenſu, fuiſſe impoſitum. Obtigiſſe qvidem & aliis iſtud interdum Nominibus, duo oſtendunt Claudiani Mamerti, *F*ratres, Archiepiſcopus alter, Sec. V. in Gallia Viennenſis, alter autem ejusdem Eccleſiæ Presbyter, *de Statu Animæ* docte atqve eleganter commentatus (17.) duo item Adalgarii, *A*rchiepiſcopus ſcil. Hamburgenſis tertius, A. 909. defunctus, & Frater ejus Germanus, atqve in Archiepiſcopatu *C*oadjutor, Adalgarius, Abbas Corbejenſis (18.) ſed nullum tamen occurrere, qvod tot *F*ratres ὁμωνύμους, ac noſtrum

(16.) Conf. hanc in rem M. Joh. Ern. Bütneri *Hiſtoriam Johannis Baptiſtæ* c. 1. §. 1.

(17.) V. J. Gotfr. Olearii *Abacum Patrologicum* p. 108. 109. & Patrologos reliqvos.

(18.] V. Joh. Letzneri *Chron. Corbejenſe*, c. 26. *fol.* 79. 80. *Edit. Hildes*, & Chr. Franc. Paulini *Theatrum Virorum Illuſtr. Corbejæ Saxonicæ*, c. 4. p. 25. 26.

ſtrum hoc, inſigniverit, extra Dubitationis aleam eſt poſitum. Duo ſolum Fratrum Eruditorum, ex Gallia, memorabo exempla, alterum Johannis Tilii, Curiæ Pariſienſis *Actuarii*, & Joh. Tilii, Epiſcopi Briocenſis ac Meldenſis, patria Engoliſmenſium [qvos non ſolum Nomen habuiſſe commune, ſed & ambos Hiſtoriam Gallicam ſcriptis eſſe complexos inſignibus, imò ambos eodem *Anno*, eodem Menſe, eodemqve in Loco, *Pariſiis* ſcilicet, vivis exceſſiſſe; Seævola Sammarthanus, in uno eodemqve Utriusqve Elogio (19.) admirabundus memoriæ prodidit;] alterum Johannis Papyrii Maſſoni, Seguſiani, Hiſtoriographi Regii, & Advocati Curiæ Supremæ Pariſienſis, qvem Papyrii Nomen, à Parentibus haud inditum, adultiorem demum adſciviſſe, ut à Fratre Germano, Johannis itidem nomine gaviſo, diſtingui poſſet, Vir Illuſtris, Jac. Aug. Thuanus, in Vita ejus, teſtatur. Alii omnibus idem Filiis ſuis imponere non dubitarunt, ſed, ad evitandam iſtorum confuſionem, cum altero conjunctum. Qvod feciſſe *Johannem* Gerhardum, Celeberrimum Academiæ Salanæ Theologum, Tres Filii ejus Binomines, Joh. Erneſtus [Th. PP. Jen.] Joh. *Fridericus* [Superint. Eiſenberg.] & Joh. Andreas [J. U. D.] documentum illuſtre ſuppeditant.

VI. Obſerves etiam Nomina qvædam ſingulis gentibus magis, qvam aliis, eſſe familiaria,

(19.) *Lib. 2. Elogg. p. m. 76.*

ita ut ab una freqventiſſime uſurpentur, ac auſpicatiora habeantur, qvæ, in cœteris, vel plane negliguntur, vel ſaltem rarius occurrunt, licet, qvoad primam Originem, multo illorum ſint Exotica, nec ex vernaculo omnia Idiomate qveant derivari. De Caji Nomine, apud Romanos olim omnium freqventiſſimo, §. 4. jam dictum. Ita plures, qvam alibi, *apud Anglos*, tibi ſe offerent Edmundi, Eduardi, Guilhelmi, Henrici, Humfredi, Richardi, Roberti, Thomæ; *apud Belgas* Adriani, Ægidii, Alardi, Cornelii, Engelberti, Florentii, Gisberti, Huberti, Levini, Lamberti, Servatii; *apud Bohemos* Bohuslai, Wenceslai; *apud Danos* Ægidii, Baggæi, Bartoli, Canuti, Caſpari, Chriſtiani, Claudii, Cornificii, Enwaldi, Eraſmi, Erici, Falcones, Friderici, Haraldi, Jani, Jvari, Magni, Nicolai, Olai, Oligeri, Ottones, Petri, Severini, Suenones, Torchilli, Tychones; *apud Friſios* Boethii, Occones, Haringhi, Poppones, Suffridi, Ubbones; *apud Gallos* Antonii, Caroli, Claudii, Dionyſii, Franciſci, Ludovici, Philippi, Renati, Stephani; *apud Germanos* Conradi, Georgii, Godefridi, Hermanni, Rudolphi, Theodorici, Valentini, Udalrici, Viti, Wolfgangi; *apud Hybernos*, Patricii; *apud Hiſpanos* Alphonſi, Alvari, Antonii, Didaci, Ferdinandi, Franciſci, Gabrieles, Garciæ, Gonſalvi, Ignatii, Michaeles, Roderici, Vincentii; *apud Hungaros* Emerici, Stephani; *apud Islandos Arngrimi*, *Gudbrandi*, *Runolphi*, *Snorrones*

nes, Samundi. *In Italia* freqventiores sunt, qvam alibi, Alexandri, Aloysii, Angeli, *A*nnibales, *A*ugustini, Benedicti, Bernhardini, *C*æsares Claudii, Cosmi, Fabii, *F*elices, *F*ulvii, Hercules, Hieronymi, Hippolyti, Horatii, Julii, Lælii, Lazari, Leones, Marcelli, Marci, Marii, Mutii, Octavii, Prosperi, Scipiones, Tarqvinii, Victores, Virgilii; *apud Lusitanos A*ntonii, Emanueles, Sebastiani; *apud Polonos* Casimiri, *S*igismundi, Stanislai; *apud Scotos* Arthuri, Davides, Jacobi; *apud Siculos J*osephi; *apud Suecos deniqve A*mundi, *A*rvidi, Axelii, Birgeri, *C*aroli, Erici, Erlandi, *G*ustavi, Haqvini, *J*onæ, Laurentii, Magni, Olai, Stenones, Suenones, Ulphones. *C*ausam freqventiæ hujus diversorum, in diversis gentibus, Nominum, imprimis Exoticorum, majoris recte arcessemus, partim à *V*eneratione primorum Doctrinæ Christianæ Præconum, Divorum Tutelarium, aliorumqve Sanctorum, singulis propriorum, partim à grata Antiqviorum Patriæ Heroum recordatione, partim deniqve à Cultu Imperantium Civili.

VII. Scilicet, in Nominibus etiam adsciscendis,

- - *in vulgus manant Exempla Regentum,*

qvi, si nonnulla istorum vehementiori proseqvantur Affectu, & freqventiores, serie vel continua, vel interrupta, Liberis & Successoribus imponant, majus iis confestim apud Subditos pretium conciliant, & multitudinem *H*omony-

Digitized by Google

morum iſtis itidem gaudentium, ingentem cauſantur. Delectari autem ſummos Orbis Monarchas atqve Principes certis qvibusdam nominibus, pro diverſitate gentium diverſis, imo iſta ſæpius tanqvam Hæreditaria, uſu diuturniori, ſuis aſſerere Familiis, Exemplu Vetuſta pariter atqve Recentiora, *Cap. IV.* §. 5. jam adducta, luculenter oſtendunt. De modernis Orbis Chriſtiani pauca ſaltem denuo h. l. adjiciemus. Inter Eccleſiæ Romanæ Pontifices, ut ab his ordiamur, 8. occurrunt Alexandri, 12. Benedicti, 9. Bonifacii, 5. Cœleſtini, 10. Clementes, 15. Gregorii, 6. Hadriani, 12. Innocentii, 23. Johannes, 11. Leones, 5. Martini, totidem Nicolai, Pauli, Pii & Sixti, 9. Stephani, 8. Urbani; ut cœteros ὁμωνύμους, qvorum Numerus qvaternarium haud ſuperat, taceamus. Inter Imperatores Romanos, Græcos ac Germanos, ſe nobis offerunt 5. Alexii, 4. Andronici, 4. Antonini, 5. Caroli, 4. Conradi, 12. Conſtantini, 3. [vel juxta alios, 5.] Friderici, 4. Ferdinandi, 7. Henrici, 5. Johannes, 6. Leones, 5. Ludovici, 7. Michaeles, 4. Ottones, 3. Theodoſii, totidemqve Tiberii & Valentiniani. Regibus Europæis *Hiſpani, ac Caſtellani* imprimis [de Gotho-Hiſpanicis, aliisqve Iberiæ Regulis, ſilebimus,] annumerant 11. Alphonſos, 5. Ferdinandos, 4. Henricos, Ordonios, Philippos, Sanctios; *Arragones* 5. Alphonſos, 4. Petros; *Navarræi* 4. *Garcias*, 5. *Sanctios*; *Luſitani* 6. Alphonſos, 4. Johannes; *Siculi* 3. Guilhelmos;

Galli

Galli 9. Carolos, 3. Clodoveos, 5. Clotharios ſive Lotharios, 4. Henricos, 14. *L*udovicos, 6. *P*hilippos; *Angli*, ex Monarchis ſuis [Heptarchas enim, his priores, tacebo,] 9. Eduardos, 3. Gulielmos, 8. Henricos, 3. Richardos; *Scoti* 3. Alexandros, 4. Conſtantinos, 7. Donaldos, 3. Ferguſios, 8. Eugenios, 6. *J*acobos, 3. Kennethos, 4. Malcolmos, 3. Robertos; *Dani* 5. Chriſtianos, 3. Chriſtophoros, totidem Danos, 10. Ericos, 3. Fridericos, 6. *F*rothones, 3. *G*ormones, & Haldanos, 7. Haraldos, 6. *C*anutos, 3. Olaos, Sivardos, Suenones, 4. Waldemaros; *Norvegi* 5. Haqvinos, totidem Magnos, 3. Olaos; *Sueci* 7. Ericos, 11. *C*arolos, 4. Magnos; *Hungari* 3. Andreas, 4. Belas, 6. Ladislaos, 5. Stephanos; *Poloni* 5. Boleslaos, 5. *C*aſimiros, 3. Miecislaos, 3. *S*igismundos, 5. Uladislaos; *Bohemi* deniqve 5. Uladislaos, 6. Wenceslaos. Electores aliosqve Principes ὁμωνύμους, enumerare non vacat. Saxonia ſola IV. hoc Seculo JohannesGeorgios, ſerie continua, Electoribus ſuis accenſuit. Sunt autem, in hiſce Nominibus, non pauca, qvibus *P*roſperitatem qvandam Fatalem Gentes nonnullæ tribuere haud verentur. De Ferdinandis utiqve [qvibus omnia Regni *C*aſtellani incrementa deberi, etiam Georg. Hornius (20.) affirmat,] talis eſt Hiſpanorum, de Ludovicis autem, *G*allorum *P*erſuaſio, animis illorum difficulter eximenda.

VIII. Haud diſpar eſt ratio Nominum, qvæ

(20.) *in Diſſ. 30. Hiſtorico-Politica.*

Familiæ complures Illuſtres atqve Nobiles, tum priſci, tum recentioris ævi, præ cœteris adamarunt, &, tanqvam Auſpicatiſſima ac Hæreditaria, freqventius uſurparunt. De Romana Domitiorum Gente; & Ænobarborum imprimis, qvæ ex iſta prodiit, Familia, ita Suetonius *in Nerone* (21.) *Perſeverarunt omnes eodem* Ænobarbi *Cognomine. Ac ne Prænomina qvidem ulla, præterqvam Cnæi & Lucii, uſurparunt; eaqve ipſa notabili varietate, modo continuantes unumqvodqve per ternas perſonas, modo alternantes per ſingulas. Nam primum, Secundumqve; ac Tertium Ænobarborum Lucios; rurſus ſeqventes tres ex ordine Cnæos accepimus: reliqvos non niſi vicisſim, tum Lucios, tum Cnæos.* Inter Germanicas Illuſtriores, Familia Comitum in Voitlandia Ruthenorum non alio, qvam Henrici, in hunc usqve diem, utitur, Prænomine, ſive in memoriam collatæ ſibi ab Henrico Aucupe, Imperatore, Advocatiæ S. Rom. Imperii, ſive in honorem Henrici VI. Imp. cujus Conſanguinea, Bertha Tyrolenſis, Henricum *Divitem*, Ruthenum, ut 4. Filiis communibus iſtud imponeretur, precibus ſuis permoviſſe vulgo traditur (22.) Comitibus Hennebergicis admodum fuere Familiaria Nomina, tum Hermanni & Wilhelmi, tum Bertholdi imprimis, atqve Popponis. Illo enim Noven-

(21.) *Cap.* 1.

(22.) V. M. Henr. Sigism. Marqvarti, Schlaiza Variſci, *Diſp. de Nomine Henrici, Comitibus Ruthenis ſolenni*, Jenæ A. 1690. editam, & D. G. Molleri *Diſp. de Nominibus Fatalibus*, §. 5.

d by Google

Novendecim, hoc Octodecim, ex iis, esse gavisos, Chr. Franc. Paulinus (23.) observat. Non multo pauciores, in Familia Hanoviensi, offendas Philippos & Reinhardos, in Hohenloica Cratones, in Honsteniensi Ernestos, in Lippiensi Simones, in Nassovica Adolphos [in memoriam haud dubie Adolphi Nassovii, Imperat. Sec. 13. exeunte Romani, ita appellatos,] Philippos, Wilnelmos, in Schauenburgica [cui Holsatia etiam olim nostra, cum Provinciis conterminis, paruit] Adolphos, Gerhardos, Henricos, in Schwartzburgica tandem, ut alias brevitatis Studio prætercam, Güntheros, Gentili suo, in Regem Romanum A. 1349. electo, cognomines.

IX. Sed & in Eruditorum Familiis compluribus, similem Nominis Unius, certo adamati Consilio, Continuationem, & in plerosqve posteros Propagationem, observes. Sufficiet nobis, ne, in re manifesta, nimiæ prolixitatis reatum incurramus, vel unicum Carpzoviorum Saxoniæ ac Misniæ, non de Jurisprudentia solum, sed & Theologia, Literatura Hebræa, & Polymathia Elegantiori universa, præclare admodum meritorum, exemplum. Horum Familiæ, Brandeburgo, Oppido Marchiæ, illi Cognominis, haud ignobili, sua debenti Incunabula, *Benedicti* Nomen, præ aliis, est familiare, non sine fatali qvodam, uti Vir Doctiss. Jac.

I 4 Tho.

(23.) *loco num. 13. allegato.*

Thomaſius (24.) cenſuit, omine, cum revera in iſta ſit impletum Davidicum illud, ſive Apophtegma, ſive Vaticinium (25.) *Generatio Rectorum benedicetur.* Inclareſcere illa primum cœpit in Benedicto Carpzovio Seniore, Simonis, Conſulis Brandeburgenſis, Filio, ac Benedicti, cujus ipſi Nomen eſt inditum, *L*indholzii, eadem in Strasburgenſi oppido dignitate functi, Nepote, Inclyto Academiæ Wittebergenſis *A*nteceſſore, Chriſtianiqve II. Saxonum Electoris, *C*onſiliario, Matris autem illius Viduæ Sophiæ, *C*ancellario, d. 26. Nov. A. 1624. [æt. 59.] defuncto. Ex Conjugio is duplici, præter ſex Gnatas, & Filios duos, morte immatura abreptos, qvinqve ſuſtulit Viros Eruditiſſimos, & patria ſtrenue perſecutos veſtigia, Conradum ſcilicet, Benedictum, Chriſtianum, Johannem Benedictum & Auguſtum; è qvibus duo, uti vides, Benedicti Nomine fuere gaviſi. *C*onradus, *C*om. Pal. Cæſ. & *J*urisprudentiæ initio in *A*cad. Witeb. per *A*nnos 17. Profeſſor, deinde vero, per *L*uſtra IV. Auguſti, Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Adminiſtratoris, Cancellarius ac *C*onſil. Intimus, *A*. 1658. eſt denatus. Chriſtianus, Pandectarum in *A*cad. Viadrina Interpres Publicus, A. 1642. vivis exceſſit. Auguſto, *F*riderici initio Wilhelmi, Ducis Saxo-*A*lteburgici [à qvo ad Panegyrin

Irenicam

(24.) *in Epiſt. Dedicatoria,* qva Frid. Benedicto Carpzovio ſuas inſcripſit *Præfationes.*

(25.) *Pſ.* CXII. 2.

Irenicam Monaſterienſem eſt ablegatus,] deinde vero Erneſti, Friderici & Alberti, Principum Saxo-Gothanorum, Conſiliario Intimo, & in Coburgico Ducatu Cancellario, Annus Æræ Chriſtianæ 1683. fuit Emortualis. Tribus hiſce Fratribus, qvorum ſcripta exſtant pauciſſima, ob Monumenta Ingenii, numeroſa pariter atqve inſignia, longe ſunt celebriores, duo reliqvi, Benedicto *P*arenti cognomines, Benedictus enim *Junior*, Com. Pal. Cæſ. *Joh*. Georgii utriusqve, I. & II. *S*axoniæ Electorum, Conſil. Intimus, *P*rotodicaſterii Aulici *A*ſſeſſor, Scabinatus *L*ipſienſis Senior, Collegii ibidem Juridici Ordinarius, Decretalium Profeſſor, Nationis Saxonicæ Senior, Acad. Decemvir, & Curiæ Provincialis Director, Muneribus tot arduis atqve ampliſſimis, per Annos 46. egregie functus, &, una cum Vita, 3. Kal. Sept. A. 1666. deſunctus, *Deciſionibus atqve Definitionibus Saxonicis*, *Juris Saxonici Proceſſu*, *Practica Rerum Criminalium*, *Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ Syſtemate*, *Commentario de Lege Germanorum Regia*, Amplo *Diſputationum Hiſtorico-Politico-Juridicarum Volumine*, *& Pacis Germanicæ, contra Innocentii X. Bullam, Vindiciis* [ſub Ludovici de Montesperato nomine editis,] aliisqve ſcriptis inſignibus, & Locum, inter JCtos ſuæ Ætatis Germanos, Principem, & Papiniani Saxoniæ ſuæ Titulum, promeruit. Johanni Benedicto autem, Doctori & *P*rofeſſori *A*cad. Lipſienſis Theologo Thomanæqve Eccleſiæ Antiſtite Religioſiſſimo, *In*clyti

elyti *A*ulæ Saxonicæ Nathanis, Mart. Geieri, Socero, M. Oct. A. 1657. [æt. 50.] denato, *Isagoge ad Libros Ecclesiæ Lutheranæ Symbolicos, Theologiæ Chemnitianæ Specimen, & alia Sacri A*rgumenti Meletemata, famam itidem posthumam, & laudem eximiam, conciliarunt. Vere utiqve, Pentada hanc Filiorum Bened. Carpzovii Senioris Inclytorum Patrissantem, *J*oh. Hülsemannus, Theologus haud obscuri nominis Lipsiensis, *J*ohanni Benedicto de Titulo Doctorali gratulaturus, hoc *A*. 1651. celebravit 'ευφημισμῷ:

Hoc erat in Votis, quæ præcessere, Parentum,
Ne quis Natorum viveret inceleber.
Fortunate Parens, dans Lumina qvinqve serenant
Bis duo clara Forum, Stella Thomana Chorum.

Eadem vero, qvæ Parenti, Filio etiam, *J*ohanni Benedicto, Theologo, non Doctrinæ magis & Eloqventiæ *S*acræ, qvam *P*ietatis sinceræ, laude celebri [de Fratrum enim ipsius, Conradi, Christiani & Augusti, Posteris nihil mihi constat; Benedictus autem, ex qvinqve Liberis, nullum reliqvit superstitem, ac *ἄπαις* est defunctus,] *εὐγενίας*, beneficio divino, obtigit Felicitas, applausu pari dignissima. Reliqvit enim & is qvinqve Filios haud degeneres, omnibusqve Nomen Benedicti Avitum & Gentilium, sed cum alio, ut à se invicem distingui possent, junctum, Parens simul atqve 'ονοματοθέτης fortunatissimus, imposuit. Hos inter natu maximus, Benedictus David, spem Eruditorum, qvam de

Digitized by Google

de ſe concitaverat, eximiam, morte immatura ſefellit; Secundus, Patri ὁμώνυμος, iisdem, qvibus ille, Profeſſione ſcil. Theologiæ Academica, & Eccleſiæ Thomanæ Ephoria Sacra, Lipſiæ fungitur officiis, & inſigni Lit. Hebraicarum, atqve Orientalium, claret peritia; Tertius, Auguſtus Benedictus, publicus eſt Jurisprudentiæ in eadem Academia Patria Lipſienſi Interpres. Qvartus, Samuel Benedictus, Poeticis [cujus peritiam abunde tot Carminibus demonſtravit, elegantibus non minus, qvam ingenioſis,] antehac in Leucorea Profeſſor, Samuelem nunc agit, ſive Protoeccleſiaſten, Aulæ Electoralis Saxonicæ. Celeberrimus autem omnium merito ſuo eſt, & Eruditionis omnigenæ gloria, in Polymathia imprimis elegantiori, Merita ac Laudes Avitas feliciſſime tranſcendit, Germaniamq; à Contemptu Exterorum ſupercilioſo vindicat, natu minimus, Fridericus Benedictus Carpzovius, Senator ac Ædilis Reip. patriæ Ampliſſimus, Polyhiſtor, ob ſtudium Rei Literariæ ornandæ ac promovendæ indefeſſum, per Europam univerſam, jam pridem inclytus, noſtriqve amantiſſimus. Sufficiant hæc de Benedictis Familiæ Carpzovianæ Celeberrimis, tum defunctis [qvorum Memoria etiamnum ἐν εὐλογίᾳ ab Eruditis recolitur,] tum ſuperſtitibus, in exemplum ſtudioſe affectatæ, ab ejusdem Familiæ Scriptoribus, ὁμωνυμίας, allata.

X. Claudemus hoc Caput Recenſu Alphabetico Hominum Eruditorum, ſibi ipſis [ſi ita

loqvendi

loqvendì licentiam Dialecticorum nobis *I*ndulgentia concedet] ὁμωνύμων, ſive illorum, qvibus Parentes, vehementiori in Cognomen ſuum Gentilitium, aut *A*rbitrarium, impulſi affectu, idem, Prænominis etiam loco, non ſine aliqva ταυτολογίας ſpecie, indiderunt. Sunt autem, ex his aliis Celebriores [nec enim obſcuriores jam moramur:]

1. *Adrianus Adriani*, *A*ntwerpienſis, Jeſuita Lovanienſis, *A.* 1580. F. Lucæ mortuus. V. Nath. Sothwelli *Biblioth. Jeſ. p.* 7. 8.
2. *Alexander ab Alexandro* Minorita, circa A. 1130. clarus, ſcriptor *Commentarii in Metaph. Ariſtotelis*, *A*lexandro de *H*ales vulgo tributi, & Ven. *A.* 1572. excuſi. V. Labb. *de Scr. Eccl. T.* 1. *in Append. p.* 686. & Olearii *Abacum p.* 18.
3. *Alexander ab Alexandro*, JCtus Sec. XV. Neapolitanus φιλολογικώτατος, & de *L*iteris Elegantioribus præclare VI. *Dierum Genialium Libris* meritus, qvorum Laudes V. ap. Voſſ. *L.* 3. *de Hiſt. Lat. c.* 8. *p.* 608.
4. *Alexius de Alexiis* Romanus, Scriptor Medicus, à Proſpero Mandoſio [*Vol. II. Biblioth. Rom.*] fuſius celebratus.
5. *Amelungus Amelungi*, Decr. D. Chriſt. II. R. Daniæ, Conſil. & Acad. Hafn. cujus A. 1520. Rector fuit, JCtus. V. Vindingii *Acad. Regiam p.* 60.
6. *Angelus Angeli* Feltrenſis, Minorita, cujus exſtat *Eſſemplare di Ventu degli Eccleſiaſtichi*, *conſiderato*

Digitized by Google

ſiderato en D. Gregorio Magno, dedicato all Innocentio XI. Pont. Masſimo. Qvod ſcriptum prodiit Ven. A. 1679. in 4to.

7. *Baldus Baldius*, Florentinus, Medicus hoc Sec. Romanus, cujus ſcripta Lindanus [*in Tr. de Scr. Med. p.* 85.] recenſet.

8. *Baldus Ubaldus*, Peruſinus, JCtus ſuæ ætatis longe Celeberrimus, imo *Doctorum*, uti in Epitaphio ſalutatur, *Princeps*, A. 1400. ex morſu Caniculæ defunctus, cum Ticini, ad *A.* usqve æt. 76. docuiſſet. Conſule de illo, præter Pancirollum, & alios JCtorum Encomiaſtas, Jovii *Elogia Erudd. n.* 8. Labb. *T.* 1. *de Scr. Eccl. p.* 172. Olearii *Abacum p.* 63.

9. *Bartolus Bartolinus*, Caſp. Fil. Hafnienſis, Eloqv. in Acad. Patria, ab A. 1645. ad Emortualem 1690. [æt. 76.] Profeſſor, & Antiqvarius Regius. V. de illo Vindingii *Acad. Reg. Hafn. p.* 363. *ſqq.* Alb. Barthol. *Tr. de Scr. Dan. p.* 14. Wittenii *Diar. Biogr. T. II. p.* 176. 177.

10. *Benedictus de Benedictis* de Capra, Peruſinus, JC. cujus exſtant *Concluſionum, Regularum, Tractatuum, & Communium Opinionum Juris Utriusqve Vol. I.* Venet. A. 1568. & 1598. in fol. editum, ac *Conſilia in Materia ultimarum Voluntatum Juridica.* V. Siml. *p.* 94.

11. *Benedictus de Benedictis*, Liniaco Veronenſis, Phil. Th. & Jur. Doctor, Eccleſiæqve S. Luciæ Patavinæ Rector, A. 1631. mortuus, *Jaculorum Eccleſiæ Catholicæ, & Rudimentorum*

Rhe-

Rhetorices, Autor. V. Wittenii *T. I. D. B. ad A.* 1631.

12. *Bernhardus Bernhardi*, Antagonista Joh. Nasii, Pontificii, circa A. 1582. Lutheranus vernaculus. V. Baſſ. *T. II. p.* 21.

13. *Beſzeco Beſzeconis*, Presbyter, Eccleſiæ in Cimbria Sleſvicenſis, qvi *Breviarium* Sleſvicenſe, à Godſch. Alefeldio, ultimo Epiſc. Pontificio, Pariſiis A. 1512. editum, revidit, ac emendavit.

14. *Carolus Caroli* Güllenhielm / Caroli IX. R. Sueciæ, Filius [ceu loqvi ſolemus] Naturalis, L. B. in Berqvara, Regni Patrii Senator & Archithalaſſus. Scripta ejus enumerat J. Schefferus *in Suec. Lit. p.* 155.

15. *Carolus Caroli*, ſive *Carlſon*, Calmarienſis Suecus, Th. Lic. ex Aulæ Regiæ Eccleſiaſte, Paſt. Holmienſis Marianus & Nicolaitanus, cujus ſcripta itidem invenies apud Scheff. *l. c. p.* 241.

16. *Claudius Claudianus*, Alexandrinus, Seculi IV. Scriptor, *Poetarum*, uti in Inſcript. Romana, Arcadii & Honorii Impp. juſſu, memoriæ ejus conſecrata, vere ſalutatur, *Prægloriosiſſimus*, de qvo, poſt Crinitum, Gyraldum, Voſſium, Borrichium, & alios Poetarum atqve Autt. Vett. Nomenclatores, Caſp. Barthius, in Prolegomenis Editionis Carminum ejus Ampliſſimæ prolixis, meretur conſuli.

17. *Conradus Kunraht*, ſive *Conradi*, Lipſienſis, Chymiater,

Chymiater, sub initium hujus Seculi, non ignobilis, in Chersoneso hac diu commoratus, & in *Cimbria* nostra *Lit.* fusius comendandus.

18. *Christianus Christierni* Jeminus, Porochus in Dania, circa A. 1633. Meirupensis, de qvo V. Alb. Barthol. *Tr. de Scr. Dan. p.* 24.

19. *Dichaus Dichaanus*, Græcus, JC. hujus Sec. Romanus, eruditus qvidem, sed mire sordidus, cujus Prosopographiam exhibet J. Nic. Erythræus *Pinacoth. I. n.* 22. *p.* 218. *sqq.* &, ex isto, Th. Spizelius *in Fel. Literato p.* 611. 880-886.

20. *Dionysius de Dionysiis*, Italus, qvi *Virorum Illustrium Elogia* Mediolani A. 1618. *in 8vo* edidit. teste Teiserio *in C. C. p.* 72.

21. *Dominicus de Dominicis*, Venetus, Episc. Torcellanus & Brixianus, circa A. 1478. de cujus scriptis V. Simleri *Biblioth. p.* 173.

22. *Ericus Erici* Pontoppidanus, Fionus, Th. D. Pastor initio in Dania Anderschov. & Coagiensis, deinde vero Episc. in Norwegia Nidrosiensis, d. 12. Jul. A. 1678. [æt. 62.] defunfunctus. V. de illo Alb. Barthol. *Tr. de Scr. Dan. p.* 42. Ol. Borrichii *Diss. V. de Poetis*, §. 226. *p.* 171. Henn. Wittenii *D. B.*, *T.* 1. *ad A.* 1678.

23. *Ericus Erici* Hellsingus, suburbii Holmiæ Borealis, circa A. 1620. Parochus, cujus scripta recenset Schefferus *in Suec. Lit. p.* 75. 76.

24. *M. Ericus Erici*, Episc. in Finnia, circa A. 1600. Aboensis, *Ritualis Finnia Ecclesiastici*, *Postillæ* item, & *Exegeseos Catechetica*, Autor. V. Scheff. *l. c. p.* 317. 318.

25.

25. *Felix Felicius*, Montopolitanus ſabinus, *Je-ſuita* Romanus, M. Sept. A. 1661. mortuus, *Onomaſtici Italico-Latini* ſcriptor. V. Soth-wellum *p.* 202.

26. *Galilæus de Galilæis* Florentinus, Math. PP. initio Patavinus, deinde Piſanus, ac Ducis Hetruriæ Mathematicus; *A*ſtronomus Seculi hujus decantatiſſimus, & Inventis compluribus celebris, ſed infelix ſyſtematis copernicani Defenſor, à Qvæſitoribus Fidei Romanis, cum Palinodiam ceciniſſet, Prædioli ſui Arcetri, Carceris paulo laxioris, Finibus, lata ſententia, incluſus, & in iſto *A.* 1640. oculorum uſu jam ante amiſſo, defunctus. V. plura in *J.* Nic. Erythræi *Pinacoth. I. p.* 279. 280. 281. Matth. Berneggeri *Epiſtolis* ad Caſp. Hofmannum duabus, inter Richterianas obviis, *p.* 827. 828. 829. & G. J. Voſſii *Lib. de Scient. Math. c.* 17. §. 34. *c.* 36. §. 40. & 51.

27. *Gerhardus Gerhardi* [qvi *Deſiderius Eraſmus* deinde per *μεϑάφρασιν* Nominis vernaculi Latino Græcam, dici voluit] Roterodamus, Eruditorum Superioris ſeculi Phœnix. *Cui non dictus Hylas?*

28. *Gregorius Gregorii Francus*, Taucha Miſnicus, Th. D. & P*P.* in *A*cad. Viadrina Reformatus, qvi *Lexico* imprimis *Sancto* inclaruit, Θ. d. 2. *Jan. A.* 1651. æt. 67. *V.* M. Heinſii *Sermonem de illo Funebrem Vernaculum*, J. C. Becmanni *Memor. Francof. p.* 51. 79. 80. 81. *& Catal. Bibl. Francof. p.* 181. H. Wittenii *T. I. D. B. ad A.* 1651.

29. *Hart-*

29. *Hartmannus Hartmanni* Eppingenſis, JC. Cameræ Imp. Aſſeſſor, & Cancell. Palatinus, Obſervationum *Fori* Germ. Practicarum ſcriptor, A. 1547. mortuus. V. Melch. Ad. *Vit. JCt. Germ. p.* 74. 75.

30. *Henningus Henningi*, Huſenſis Cimber, Gymnaſii Bordesholm. Conrector, L. Arab. cœterarumqve Orientalium, peritiſſimus, *Muhammedani Precantis*, A. 1666. editi, Autor. V. *Cimbr. Lit.*

31. *M. Henr. Henrici* Hamburgenſis, Superint. Hadelienſis, *Speculi Principum, ex Pſ. CI.* vernaculi, A. 1652. excuſi, Scriptor. V. *Cimbr. Lit.*

32. *Henricus Henriqvez*, Portuenſis Luſitanus, Jeſuita Cordubenſis & Salmanticenſis, Tibure d. 28. Jan. A. 1608. exſtinctus, qvi *Summa Theol. Moralis*, in Tomos III. diviſa, inclaruit V. Sothwelli *B. J. p.* 326.

33. *Henricus Henriqvez*, Villavicoſa Luſitanus, Jeſuita, Tractus in India Comorinenſis, per 53. Annos, *A*poſtolus, Punicale, d. 6. Febr. A. 1600. [æt. 80.] defunctus. Vitam ejus, & ſcripta, exhibet Sothwellus *l. c. p.* 326. 327.

34. *Jacobus à S. Jacobo*, de cujus Concordantiis Biblicis Minoribus, & aliis Scriptis ἀνεκδότοις, à Matth. Dreſſero Lipſiæ olim aſſervatis, conſulendus Simlerus *p.* 317.

35. *Jacobus Jacobi*, Prof. in Fionia Ottonienſis, qvi *Chronicon* A. 1634. *Gentes Judaica* ἔμμετρον edidit V. Barthol. *de Scr. Dan. p.* 60.

36. *Joſtrerius de Joſtreriis*, Baſſanenſis Italus, ſcriptor Medicus, de cujus *Admirationibus Medicis*, in Urbe Veneta A. 1599. excuſis, conſulendus Lindanus *p.* 423.

37. *Latinus Latinius* Viterbienſis, Criticus Italiæ haud ignobilis, & de Tertulliano imprimis, aliisqve Patribus, optime meritus, à Thuano, ad A. Emort. 1593. & Teiſerio in *Elogiis Thuaneis*, commendatus, cujus *Bibliotheca Critica, Sacra & Profana*, Opus Poſthumum, Romæ *A.* 1677. in fol. curante Domin. Macro, lucem aſpexit.

38. *Laurentius Laurentianus*, Florentinus, Med. in Scholis Patria à ac Piſana, circa A. 1500. Profeſſor, Librorum aliqvot Galeni & Hippocratis Interpres, qvi, tædio inopiæ, ſeipſum αὐτόχηρ in puteum præcipitavit. V. *Jovii Elogia, num.* 49. Siml. *p.* 446. Lind. *p.* 436.

39. *Laurentius Laurentii* Helſingus, Parochus in Suecia, circa A. 1618. Adelundenſis, de qvo V. Schefferi *Suec. Lit. p.* 110.

40. *Lealus de Lealis*, Chirurg. PP. Patavinus, cujus *Epiſtola ad Domin. Marchettum, de Partibus ſemen in Viro conficientibus*, Patavii A. 1686. in 12. editæ, Recenſum exhibent *Acta Erudd. Lipſienſia, M. Apr. A.* 1687. *p.* 229. 232.

41. *Liberatus de Liberatis*, *Podagræ Politicæ*, Romæ A. 1637. & Norib. *A.* 1655. in 12. excuſæ, Autor. V. Lind. *de Scr. Med. p.* 445.

42. *Joh. Marcus Marci*, Med. D. & PP. Prag. Regniqve Bohemiæ Phyſicus, ſolers Naturæ

Idea-

Idearum Indagator, A. 1667. [æt. 72.] defunctus. V. Volckmanni *Elog. Prag.* p. 121. Königii *Bibl. V. & N.* p. 507. Wittenii *T. I. D. B. ad A.* 1667.

43. *Philippus Marcus Marci*, Medicus Provincialis Saxo-Gothanus, cujus *de Lumbricis observatio*, in *Ephemeridibus Acad. Nat. Cur. Dec. II. Anno II.* p. 306. occurrit.

44. 45. *Martini Martinii* Duo, Cantipratensis & Tridentinus, de qvibus *Cap.* 3. §. 15. jam dictum.

46. *Mutius Mutius*, Baileto [*in Tr. des Auteurs degvisez, P. III.* p. 274.] memoratus, gente Italus.

47. *Mundinus Mundinius*, Vincentinus, Medicus, sub seculi hujus initia, Italus, cujus scripta enumerantur à Lindano *p.* 488.

48. *Nascimbænus Nascimbænius*, Ferrariensis, qvi *Scipionem Minorem, seu Lib. de Juventute*, Bononiæ A. 1564. illustravit. V. Simleri *Biblioth.* p. 511.

49. *Nicolaus Nicolai*, sive *Nicolus*, Florentinus, Medicus Patriæ inclytus, juxta Ren. Moræum A. 1312. juxta Wolfg. Justum autem A. 1412. denatus [*] *Sermonum VII. Medicinalium*, 4. Voluminibus, Venetiis *A.* 1491. & 1533. editorum, *Commentarii item in Aphorismos Hippocratis, & Epitomes de Febribus*, scri-

K 2 ptor.

[*] Dissentit ab utroqve Vossius *Lib.* 3. *de Hist. Lat. c.* 4. *p.* 544. & Prid. Non. Febr. A. 1430. æt. 73. obiisse docet, pluraqve simul de Vita ejus affert, lectu dignissima.

Digitized by Google

ptor. V. Lind. *p.* 497. Siml. *p.* 523. Beügh. *Incunab. Typogr. p.* 98. 99.

50. Nicolaus Nicolai, Delphinas, Hodoeporicorum aliqvot Nauticorum Editione, ſec. ſuperiore, famam adeptus. V. Siml. *p.* 523.

51. *M. Nicolaus Nicolai*, Coldinga Cimber, Frid. II. Danorum Regis, Eccleſiaſtes, circa A. 1576. Aulicus, in Codicis Sacri de Magiſtratu loca potiora, juſſu Monarchæ hujus Auguſtiſſimi, Danico pariter atqve Germanico, commentatus, Idiomate. V. *Cimbr. Lit.*

52. *Nicol. Nicolai*, Huſa Cimber, Scholæ Sleſvicenſis Conrector, & Ædis ibidem Michaelitanæ Eccleſiaſtes, immatura, M. Dec. A. 1687. morte exſtinctus, à Præceptore Morhofio, ob Venæ, in Germanico pariter atqve Latino Idiomate, Poeticæ præſtantiam, plurimi æſtimatus, & invidendis ornatus laudibus. V. *Cimbriam Literatam.*

53. *Oddus de Oddis*, Monteſilicinus, Medicinæ Theoricæ, in Acad. Patavina, ab A. 1529. ad Emortualem 1558. Prof. Primarius. V. Jac. Phil. Tomaſini *Gymn. Patav. Lib.* 3. *p.* 292. 294. 310. *& P. I. Elogiorum.* Scripta ejus, à Filio, Marco Oddo, edita, enumerant Simlerus *p.* 530. & Lindanus *p.* 500. 501.

54. *Otto Otto* à Manderoda, Aulæ Brunſvico-Hannoveranæ, circa A. 1656. [qvo Georg. Calixti, τȣ̃ καλλίςȣ; mortem Elegidio luxit haud ineleganti] Conſiliarius, Cœnobiiqve Ilfeld. Adminiſtrator.

55. Pe-

55. Petrus Petri, Ottoniensis, Th. D. & in Acad. Hafniensi, circa A. 1506. PP. Canonicus Lundensis, Roeskildensis & Hafniensis. V. Vindingii *Acad. Reg. Hafn. p.* 58.]

56. *M. Petrus Petri* Hienus, Danus, Past. Wordingburgensis, Roeskildensis, & tandem Hafniensis, in Æde Sp. S. peste d. 13. Mart. A. 1625. [æt. 41.] exstinctus V. Pet. Resenii *Inscriptt. Hafn. p.* 114. Scripta recenset Alb. Barthol. *in Tr. de Scr. Dan. p.* 124.

57. *Petrus Petri*, Sudercopiensis Gothus, Pastor, circa *A.* 1592. *H*olmiensis, de qvo V. *S*chefferi *Suec. Lit. p.* 44.

58. *Petrus Petrejus*, Upsaliensis, Caroli IX. & Gustavi *A*dolphi, Sueciæ Regum, Minister Aulicus, scriptor Historiæ Suedicæ & Moscoviticæ, hoc Seculo, Vernaculus, haud incelebris. V. Schefferum *l. c. p.* 71. 72.

59. *Regelus Regeli* Danus, Poeta Latinus, à *B*artholino [*in Tr. de Sr. Dan. p.* 131.] & Borrichio [*Diss. V. de Poet. p.* 173.] memoratus, cujus *Poematiorum Lib. I.* Hafniæ A. 1619. prodiit.

60. Reinerus Reineccius, Steinhemio Westphalus, Historicus Acad. Juliæ, Sec. Superiore, pereximius, & de rebus Germaniæ, qvas accurate illustravit, præclare meritus, d. 14. Apr. A. 1595. defunctus. Vitam invenies in Melch. Adami Philosophorum Germaniæ Biographiis. *F*usius ejus in Rem Lit. Merita exponet *Cimbria* nostra *Literata*, in Appendice de Scriptoribus Historiæ Cimbriæ Exteris.

Digitized by Google

61. *Richardus Richardi*, Jeſuita, qvi Grammaticæ Eman. Alvari edidit compendium, teſte Sothwello *in B. J. p.* 719.

62. *Sanctorius Sanctorius*, Juſtinopolitanus, Med. Theoricæ, in Acad. Patavina, ab A. 1611. Prof. Primarius, cum ob ſcripta, & Commentaria in Hippocratem, Galenum & Avicennam, alia [qvæ Lindanus *p.* 564. 565. recenſuit,] tum ob *Medicinam* imprimis *Staticam*, curioſiſſima deſcriptam induſtria, & *Errorum in Medicina vitandorum Methodum*, celeberrimus. Vitam ejus ſe, in *Tertio Elogiorum Volumine* [nondum edito,] daturum, pollicetur Tomaſinus, *Lib.* 3. *Gymn. Patav. p.* 293.

63. *Severinus Severini Vellejus*, Ripenſis, Andreæ, Hiſtorici Daniæ Clariſſimi, Filius, Eccleſiæ *Patriæ* Paſtor, *Vir omnium* [teſte Joh. Svaningio *in Prolegg. Chronol. Danicæ p.* 29.] *& eruditisſimus & Humanisſimus*, cujus Elegias Ol. Borrichius [*Diſſ. V. de Poetis p.* 172.] commendat. V. *Cimbr. Lit.*

64. *Simon Simonides*, Ripa [Pago Hollandiæ, ab Urbe Cimbriæ, modo memorata, diverſo] Batavus, Eccleſiaſtes Roterodamenſis ac Hagienſis, Libellis variis Argumenti Aſcetici Vernaculis nomen aliqvod adeptus, dieqve 27. Apr. A. 1675. [teſte Wittenio *T. I. D. B.* denatus.

65. *Simon Simonides*, Leopoli Ruſſus, Eqv. P. *L.* C. & Joh. Zamoscii, Cancellarii ac Archiſtrategi Polonici, Secretarius, Poeta longe elegan-

elegantissimus, & novus Sarmatiæ suæ Flaccus, qvem Justus Lipsius [*in Ep. ad illum,*] Sim. Staravolscius [*in Cent. Script. Polon. n.* 99.] Joh. Pet. Lotichius [*P. IV. Biblioth. Poet. p.* 100. 101.] & alii, merito summopere extollunt. Opuscula ejus Metrica, Lugd. Bat. A. 1619.] junctim curavit recudi Joach. Morsius nostras, eaqve, in ipso Libelli titulo, *Aurea* salutavit, *& cum Antiqvitate comparanda.*

66. *Simon Simonius*, Lucensis Italus, Philosophiæ PP. initio Genevensis, deinde Lipsiensis, ac tandem Medicus in Moravia Olomucensis, *A.* 1588. etiamnum superstes; *Philosophus & Medicus* [judice *Jac.* Thomasio *in Diss. de Visu Talparum* §. 19.] *excellens, ac de Aristole probe commeritus*, sed Adversario tamen Tubingensi, Jac. Schegkio, cum qvo Scriptis, non sine ingenti styli acerbitate, decertavit, uti *Jos.* Scaligero [*in Scaligerianis Primis p.* 138.] visum, *longe inferior.* Scriptorum Indicem sistunt Simlerus *p.* 630. & *Lindanus p.* 574.

67. *Spero Speronius* Patavinus, *Philos.* in Acad. Patria, ab *A.* 1524. [teste Tomasino *L.* 3. *Gymn. Patav. c.* 24. *p.* 318.] Professor, *A.* 1588. defunctus, qvem Thuanus [*ad hunc A.*] *Virum, multis Naturæ simul ac Fortunæ Dotibus, qvæ singulæ in singulis valde commendantur, à Deo cumulatum*, & Paulus Gualdus [*in Vita J. Vinc. Pinelli*] *Patavinæ Urbis Decus* appellant, Campanella autem [*in Tr. de Rat. Stud. c.* 4. *Art.* 3.] *in Dialogismo meliorem fuisse* judicat, *qvam in Orationibus.*

Digitized by Google

68. *Stephanus Stephanius*, Joh. Fil. Hafnienſis, Eloqv. & Hiſt. PP. Soranus, d. 27. *Apr.* A. 1650. æt. 51. defunctus; Philologus atqve, Hiſtoricus longe doctiſſimus, & de Antiqq. *Arctois*, tum aliis Scriptis, magnam partem adhuc *ἀνεκδότοις*, tum eximia Saxonis Grammatici Editione, præclare meritus. V. de illo Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p.* 134. 135. H. Wittenii *T. I. D. B. in Append. lit. Bbbbb.* 4. *b.* & Cimbriæ noſtræ Literatæ Appendicem, de Hiſtoricis ejus Exteris.

69. *Salimbenus de Salimbenis* [cui num. 62. potius debebatur,] Parmenſis, Minorita, Rerum ſui Temporis Italicarum (claruit autem circa *A. C.* 1280.) Hiſtoricus, Voſſio (L. 2. *de Hiſt. Lat. c.* 60. *p.* 489.) laudatus.

70. *Tomaſus Tomaſi*, Hetruſcus, *Vitæ Cæſaris Borgiæ*, A. 1671. excuſæ, Libri de Principe Docto, aliorumqve Tractatuum Italicorum, Scriptor.

71. *Tuccius Tuccius*, Patricius & JCtus Florentinus, cujus *Tr. de Parte Horoscopante*, ad Franc. Medicum, Lugd. Gallorum A. 1585. in 4to prodiit. *J.* C. Becmannus (*in Catal. Bibl. Francof. p.* 452.) illi etiam tribuit *Annotationes in Canticum*, ibid. A. 1606. editas.

72. *Valerius de Valeriis*, Venetus, Artem Lullianam *Opere*, qvod vocat, *Aureo*, *A*uguſtæ A. 1589. in 4to excuſo, tradere ac illuſtrare aggreſſus. V. Lind. *de Scr. Med. p.* 606.

73. 74. *Vidi Vidii* Duo, Pat. ac Fil. de qvibus

c. 4.

c. 4. §. 12. jam dictum. Conf. de illis Lindanum *p.* 609. 610. & Simlerum *p.* 678.

75. *Vivianus Viviani*, Scriptor Italus, à Baileto (*in Tr des Auteurs deguisez P. III. p.* 274.) memoratus.

76. *Vinciolus Vincioli*, Italus, eidem Baileto (*l. c.*) laudatus.

77. *Wilhelmus Wilhelmi*, qvi *Legendam Pie defunctorum* Germanico, *A.* 1596. Francofurti edidit, Idiomate.

78. *Wilhelmus Wilhelmius*, Lit. Gr. & Human. in Gymnasiis Hammonensi & Harderviceno, Philosophiæ autem deinde, in Acad. Lugduno-Batava, Professor, qvem, brevi ante mortuum, Joh. Lomeierus, *A.* 1679. *in Libri de Bibliothecis Dedicatione*, commendavit.

SCHEDIASMATIS DE SCRIPTORIBUS HOMONYMIS HISTORICO-PHILOLOGICI SECTIO SECUNDA,

Exempla Confusionis illorum, Antiqva pariter atqve Recentia, congerens.

CAPUT. I.

De Scriptoribus Biblicis, & Viris S. Codicis Illustribus aliis.

§. I.

QVæ de Scriptorum Homonymorum Confusionis Freqventia, Facilitate, Causis, Momento dispari, ac speciebus diversis, monenda in genere nobis videbantur, Primum Sectionis Primæ Caput jam præoccupavit, nec h. l. denuo vacat, Crambes recoctæ instar, repetere. Promisso autem, illic facto, jam stabimus, &, in Secunda hac Schediasmatis nostri Sectione, Farraginem exhibebimus, sive Lancem Saturam, Exemplorum, Confusiones istiusmodi Scriptorum, tam Priscorum, qvam modernorum, & jam olim, & nuper,

Digitized by Google

nuper, duobus proximis, poſt παλιγγενεσίαν Literarum, Seculis, freqventiſſime factas, Recenſu Hiſtorico-Critico breviori, enumeraturam qvamplurimas. Imperfectam hanc eſſe lubentes fatemur, nec perfectam, omnibusqve Numeris abſolutam, vel à Verſatiſſimis in hoc ſtudiorum genere, Homines iſtorum haud ἀμυήτους expectaturos arbitramur. Imo nec diſſimulamus, plurima, qvibus Recenſus hic valde augeri potuiſſet, brevitatis ſtudio aliasqve ob Cauſas, conjectu haud difficiles, ſtudioſe eſſe omiſſa. Lampada, ad hoc Argumentum plenius pertractandum, aliis tradimus, nec totum iſtud Augiæ Stabulum expurgare in animum unqvam induximus. Ordine Analecta hæc noſtra Chronologico, cujus præ aliis Prærogativam, in Hiſtoria Literario-Libraria, *Prodromus Cimbriæ Literatæ*, ante novennium, jam expoſuit, digerere initio decreveramus. Sed fieri id, in Farragine hac, commode non potuit, cum non circa ſolos Scriptores coævos, Confuſione τῶν ὁμωνύμων Erronea, ſit peccatum, ſed Parachroniſmi, ab iſtius reis, commiſſi qvamplurimi, Autoresqve non Seculis ſaltem, ſed & nonnunqvam Annorum Chiliadibus integris, à ſe invicem disjuncti, pro iisdem habiti, ac Scripta unius alteri ſuppoſita, aut improvide attributa. Taceo Scriptores Vetuſtos, ætatis, vel plano incertæ, vel dubiæ ac controverſæ, non paucos, qvos à reliqvis ſegregari, conſultum haud videbatur. Alphabeticum igitur ſectari maluimus,

mus, in hujus generis Laboribus, circa Scriptorum Nomina tantum non unice occupatis, omnium commodiſſimum, iſtisqve, & apte digerendis, & facillime, absqve nulla temporis jactura, inveniendis, peridoneum. *A*dſtringet autem ſe iſte, nec ſolis *P*rænominibus, nec Cognominibus, ſed modo hæc, modo iſta, prout vel notiora ſunt, vel confuſioni magis fuere obnoxia, promiſcue ſectandi poteſtatem, haud invitis, uti credo, Lectoribus Eruditis, ſibi arrogabit. Ne tamen plane is ſit ἄτεχνος, omniqve Chronologiæ luce deſtitutus, Scriptores Confuſos, habita Ætatis, Religionis, & ſubinde etiam Gentis, Ratione, in VII. Claſſes, & totidem Capita, qvorum ſingula peculiarem atqve integram Autorum, ſibi propriorum, ſeriem exhibebunt Alphabeticam, diſtribuemus. Siſtet autem iſtorum,

Imum Scriptores Sacros, ſive Biblicos, aliosqve, ſed pauciores, S. Codicis Viros Illuſtres.

IIdum Scriptores Judaicos, Gentiumqve Orientalium, Linguis commentatos vernaculis.

IIItium Græcos, Religionis Paganæ ſtudioſos.

IVtum Latinos, ejusdem Aſſeclas.

Vtum Chriſtianos, Græco in Scriptis uſos Sermone.

VItum Chriſtianos, Latino Sermone, aut aliis Occidentis Linguis, ante A. C. 1450. commentatos.

VIImum deniqve Chriſtianos Recentiores, qvi, poſt *A*. 1450. ſive Epocham παλιγγενεσίας Lite-

Literarum, & Typographiæ, illius Miniſtræ, inventæ, in Occidente inclaruerunt. Circa ſingulos Scriptores, breviſſime, & tribus, qvod ajunt, verbis, qvid, in Confuſione illorum, qvave occaſione, ſit peccatum, παῤῥησιαςικῶς qvidem, ſed absqve bile, & ſtyli amarulentia, monebitur, &, ſicubi Hiſtoria iſtius erit prolixior, controverſa aut intricatior, Autores, fuſius eandem perſecuti, ſed potiores ſaltem, & ubivis obvii, in Tyronum hujus ſtudii gratiam, adjicientur. Speramus autem Viros Eruditos, qvi ſua hic παροράματα interdum notata offendent, intuitu iſtorum, qvæ, de facilitate in ſtadio hoc Lubrico impingendi, *Sect. I.* [*Cap.* 1. §.6.*&* 9.] monuimus, ægre id haud laturos. Solius certe Veritatis Amore, Odii, & Affectuum aliorum, neſcio, id fecimus, &, ſi noſtros illi viciſſim Lapſus detegere haud gravabuntur, Beneficium iſtud, non vindictam, interpretabimur.

II. Primus ſe inter Biblicos, ſi Literarum Alphabeti Latini ſeqvamur ordinem, nobis ſe offert AMOSUS Propheta, Opilio ex Tribu Benjaminitica Thecoæus, παῤῥησιαςὴς, adverſus Ordinis Eccleſiaſtici pariter atqve Politici peccata, illiteratus, ſed Θεοδίδακτος. Hunc Epiphanius olim eundem eſſe credidit cum AMOZO, Eſaiæ Parente, Regia, uti complures ſibi perſuadent, ſtirpe orto. Sed Errorem ejus Hieronymus (1.) jam, ex diverſa Nominum Hebræorum Scriptura (Propheta enim עָמוֹס, Eſaiæ

(1.) *in Præfat. Amoſi.*

Eſaiæ Pater אֲמוֹץ vocatur) detexit, & ſolam Literam מ. illa habere communem, diverſis autem gaudere Etymis, oſtendit, fallaciamqvè Homonymiæ, in Latino Idiomate, ſive Paronomaſiæ potius, Homonymiam mentientis, his ſimul verbis indicavit: *Qvas Literas* (א. & ע, ט & ץ.) *qvia Sermo noſter non exprimit, ideò hæc, & ſimilia nomina, videntur eſſe communia, qvæ tamen apud Hebræos, Elementorum diverſitate, & ſuis Proprietatibus, diſtinguuntur.* Impoſuit ſc. Epiphanio ἀνεβραισία ſua, Morbus plerorumqve Patrum, ſi Origenem & Hieronymum excipias, Epidemius, longe etiam graviora & periculoſiora nonnunqvam Errorum cauſatus Symptomata. Conf. Sal. Glaſſii *Philol. S. Lib.* 4. *Tr.* 3. *Obſ. II. p. m.* 965. 966.

III. B*A*RUCHI Librum, ſive Prophetiam ἀπόκρυφον (qvam Veterum nonnulli, & ex Recentioribus Leo Caſtrius ac Caſp. Sanctius, Jeremiæ ipſi tribuere non dubitarunt,) Barucho, Jeremiæ *A*manuenſi, male vulgo adſcribi, & à Saliano, atqve aliis, vindicari, abunde hactenus à Theologis eſt oſtenſum, è Græco imprimis, qvo exarata eſt, at à Barucho, Hebræo exarari non potuit, Idiomate, & afficta eidem Captivitate Babylonica, cum Narratione Jeremiæ, Comitem hunc ſibi, in Ægyptum violenter abducto, fuiſſe teſtantis, haud concilianda. *A*lia taceo, non minus ἄτοπα atqve ἀσύςατα, à Georg. Ca-

lixto

Digitized by Google

lixto (2.) Chriſt. Kortholto (3.) Mich. Walthero (4.) Henr. Kippingio (5.) Joh. Henr. Heideggero (6.) horumqve contra Pontificios, & iſtorum Promachum, *Bella, arma minasqve ſpirantem*, Bellarminum, Synathletis, congeſta. Diſſentit ab his, inter Lutheranos, *J*oh. Henr. Urſinus (7) Theologus Ratisbonenſis πολυμαθέςατ℗, & deberi hanc Amanuenſi Jeremiæ, non cenſet improbabile, Argumenta autem contraria refellere, & τὰ ἐναντιοφανῆ conciliare, operoſe allaborat, ſed meris nixus conjecturis, juſto interdum audacioribus. Qvales illæ ſunt, qvibus Hebraice cenſet à Barucho, ex Æpypto Babylonem digreſſo, conſcriptam, ſed ſolam hodie Verſionem Græcam, amiſſo Textu Originali, ſupereſſe, eamqve 14. Verſibus Capitis I. initialibus [Barucho ſuppoſitis] ab Interprete auctam atqve interpolatam. Mera hæc ſunt Ἀιτήματα, Petitionis Principii merito inſimulanda. Heideggero (8.) Liber hic vel ψευδεπίγραφ℗ videtur, vel à Barucho qvodam Juniore, Veteri ὁμωνύμῳ; profectus. Mihi Henrici Kippingii (9.) non improbatur Sententia, Judæo

(2.) *in Tr. de Autorit. Script. P. II. §. 36. p. 94-97.*
(3.) *in Tr. de Canone Script. c.* 8.
(4.) *in Offic. Bibl. Repos. Poſter. p.* 1150. 1151.
(5.) *Exerc. XXIII. de S. S. p.* 157-160.
(6.) *in Enchirid. Biblico* ἱερομνημονικῷ, *L.* 2. *c.* 5. *p.* 549. 550.
(7.) *in Paralipomenis, L.* 2. *c.* 17. *p.* 324. 333.
(8.) *l. c.*
(9.) *l. c. p.* 157.

Judæo illum Alexandrino, Græce docto, nec indiſerto, tribuentis, & ab iſto, Exercitamenti ergo, ſub perſona Baruchi, per προσωποποιΐαν qvandam, concinnatum eſſe, perſuaſi.

III. De DANIELIS, Vatis Aulæ Babylonicæ Purpurati, Libro Canonico, γνήσιον hunc illius eſſe foetum, nec Judæi, utut in eundem, haud parem cum Prophetis cœteris θεοπνευςίας concedendo Menſuram, cœteroqvin injurii, nec Chriſtiani ambigunt. Supplementa autem Ἀπόκρυφα, de qvorum Νοθεία Theologi, &, hos inter, Waltherus (10.) Kortholtus (11.) Kippingius (12.) conſulendi, Hiſtoriam, non Prophetæ hujus, ſed Danielis alterius, Sacerdotis, Filii Abodæ, ab Habacuco, Filio Judæ, Levitæ, Scriptam, complecti, ſunt, qvi exiſtiment. V. Joh. Deckheri *Conjecturas de Scriptt. Ἀδεσπότοις, Sect. I. p.* 22. 23. &, qvos hæ allegant, Sixtum ſenenſem *L.* 4. *Biblioth. S. Sect.* 2. *p.* 22. ac Joh. Gerhardum *L.* 2. *Conf. Cathol. ſpec. p.* 44. 45. Circa Mortem Prophetæ hujus ſanctiſſimi, turpiter impegit Corn. à Lapide, Jeſuita Romanus, illius Exegetes. Ex Menologio enim malæ Fidei Græco, juſſu Baſilii Porphyrogenneti, Imp. Conſtantinop. ante 700. Annos, ſcripto, & in Vaticanam dein Bibliothecam translato, Effigiem exhibet Danielis, Habitu Babylonico, cum Epigraphe, Illum, *cum tribus Sociis, ab Attico ca-*

(10.) *l. c. p.* 1164. 1165.
(11.) *in Tr. de Can. Scr. c.* 9.
(12.) *Exerc.* 24. *de S. Scr.*

eo capite plexum esse, fingente, sed, cum à nemine alio Martyrii hujus facta sit mentio, rem in medio relinqvit. Verum ἐποχῇ ista haud opus erat, circa Figmentum sua ipsius absurditate corruens, qvod merito Thom. Reinesius (13.) Vir ummus, *Portentum Fabulæ, non nisi amentibus & Pueris persuadendum, appellat.* Absurdissimum utiqve est, Hominem Hebræum, Babylone, Cyro imperante, commoratum, à *J*udice Romano [qvalem Attici nomen manifeste prodit,] ἀποκεφαλισμοῦ affectum esse supplicio, ne in ipsa qvidem Urbe Romana, tunc imperio etiamnum gavisa, ista ætate recepto, sed longe serius, sub Cæsaribus, invento. Docte atqve accurate hæc perseqvitur Reinesius, ac primam simul Fabulæ Originem detegit, ex Historia Danielis, Martyris Christiani, à Propheta diversissimi, cum tribus sociis, Leontio, Mauritio & Antonio, Nicopoli Armeniæ, imperante Licinio, à Lysia Præside [qvi Latinis Lusius Atticus audit] d. 10. *J*ul. A. C. 316. supplicio capitis affecti, in Henr. Canisii Editione Menologii ejusdem Latina (*T. II. Lect. Antiqq.*) obvia, derivatam. Is enim, ob ὁμωνυμίαν, in Cod. Græco Romano, cum Daniele Propheta, est confusus. Conf. Mart. Geieri (qvi Reinesio sua nobiscum debet) Comm. in Dan. p. 9.

IV. ELIÆ Vaticinium de Duratione Mundi πολυθρύλλητον, in Tractatu Thalmudico *Sanhedrin*, & *Gemara Aboda Zara*, obvium, &, tum à

L Rab-

(13.) Lib. 2. Var. Lect. c. 13. p. 232.

Rabbinis aliis, tum etiam nuper à Menaſſeh Ben-Iſrael [*in Lib. de Creat. Probl.* 30. *p.* 135. 136. *in Conciliatore p.* 136. *& L.* 3. *de Reſurr. Mort. c.* 3. *p.* 267.] ſæpius repetitum, ſex Annorum Millenariis illam circumſcribens, duosqve priores Inani, duos intermedios Legi, duos autem poſtremos Diebus Meſſiæ, ſed ob peccata Judæorum diutius Adventum ſuum dilaturi, vindicans, Rabbi Luſitanus [*in Colloqvio Middelburgenſi p.* 50.] Eliæ Thisbitæ, Prophetæ θαυματέργῳ, Achabi coætaneo, teſte Strauchio, mox allegando, aſſerere non dubitavit. An Judæi etiam Antiqviores iſtud ab eodem profectum crediderint, ante decennium, inter Iſ. Voſſium, & Rich. Simonem, in Scriptis Eriſticis ἀμοιβαίοις, eſt diſceptatum, illo affirmante, hoc negante (14.) Rectius autem omnino *Judæi*, qvi cum Hieronymo de *S.* Fide, in Chriſtianorum Caſtra transgreſſo, ante Annos 300. in Hiſpania, pro Relig. ſuæ veritate, diſputarunt, eosqve ſecutus Menaſſeh Ben Iſrael [*l.* 3. *de Reſurr. Mort, c.* 3.] &, cum his, Theologi ac Philologi Chriſtiani pleriqve, Eliam, in ejus locum, ſubſtituunt Recentiorem, Rabbinum ſc. Templi ſecundi tempore celebrem, Doctoremqve Miſchnicum, cujus Aſſeclarum Coetus *Domus Eliæ* ſoleat apellari. Legi hanc in rem meretur D. Æg. Strauchii *Jun.* Theologi Witteb. & Danti ſcani, *Pſeudo Elias*, ſive *Diatribe* Erudita, *de Chronico Domus Eliæ Hiſtorico-Chronologica*, Witteber-

(14.) *V. Acta Erud. Lipſ. A.* 1687. *M. Aprili, p.* 219. 222. 223.

tebergæ A. 1662. edita, qva non solum, duos Elias à Rabbi *Lusitano* esse confusos, ostendit, sed Vaticinii etiam ipsius Autoritatem labefactavit, Apellarumqve Objectiones & Argumenta, pro illo, contraria enervavit.

V. EZRAS duos, alterum Levitam, qvi cum Jehoschua Pontifice, & Zerubabele Principe, è Captivitate Babylonica, alterum Sacerdotem, *Anno* VII. *Artaxerxis* Mnemonis, cum multis aliis Judæis, Regis indultu, eodem profectum [*V. Neh. XII.* 26. 36. *Esr. VII.* 1.] Instaurationis Cultus Divini Ergodiocten, à Franc. Junio & Imman. Tremellio, pro uno ac eodem utrumqve habentibus [*in Annott. ad Neh. XII.* 1.] confundi, Salom. Glassius (15.) allegatis hanc in rem D. *Joh.* Behmii, Theologi Regiomontani, verbis (16.) ostendit. Manifeste utiqve, à se invicem, Neh. XII. v. 33. & 36. distinguuntur. Novum Ezram, sed Chimæricum, nobis obtrudit Georg. Erhardus, sive [qvi sub fictitio isto nomine latet] Mich. Casp. Lundorpius, dum, in Symbolis ad Petronium, Librorum Ἀποκρύφων, Tertii & Qvarti, Esdræ sacerdoti ab Apellis Junioribus suppositorum, Autorem aliqvoties (17.) *Esdram Juniorem* salutat.

VI. HOSEAM Prophetam, Beeræ Filium, Isaschariten, cum HOSEA, Elæ Filio, Rege Israelis impio [2. Reg. XV. 30. & XVII. 1. memo-

L 2

(15.) *L. 4. Philol. S. Tr. 3. Obs. 11. p.* 961. 962.

(16.) *ex Manuduct. Chronol, p.* 240. Conf. Dorschei *semestre p.* 189. 190.

(17.) *p.* 608. 650.

morato,] ἀτόπως à Chriſt. Ravio, in *Chronologia* ſua, qvam arroganter *Infallibilem* inſcripſit, confundi, dum hunc, invita Hiſtoria Sacra, Regem & Prophetam vocat, Abr. Calovius in *Diſcusſione Infallibitatis* illius, A. 1670. edita, obſervat (18.)

VII. JACOBI Epiſtolam Catholicam, in qva Fidei, non mortuæ, ſed vivæ, & δι' ἀγάπης ἐνεργȣμένης, Summa Neceſſitas, degeneri hodie Chriſtianiſmo ſerio inculcanda, luculentiſſime demonſtratur non eidem omnes Autori, cum duo fuerint hujus Nominis Apoſtoli, tribuunt. Jacobo Majori, Zebedæi Filio, Johannis Fratri, juſſu Herodis occiſo [V. Act. XII. 12.] Hiſpanorum [qvi oſſa ejus Compoſtellæ credunt aſſervari] hodie Patrono, illam vindicant, præter Interpretes N. T. Syrum [qvi, in Ἐπιγραφῇ Epiſtolarum Catholicarum, Editioni Widmanſtadianæ inſerta, tres illarum Autores Chriſti Transfigurationi ait interfuiſſe] & Arabem, ac Mozarabum Hiſpaniæ Liturgiam, Sixtus III. Pont. Rom. in *Epiſt.* [qvam tamen Bellarm. Baronius, & Pariſienſis, ob Pelagianiſmum, illo cenſent indignam] *de Malis Doctoribus*, &, ex Hiſpanis, ejus Clientibus, Iſidorus Hiſpalenſis *in Lib. de Vita & Morte SS. c.* 73, Luc. Dexter [ad Judæos, per Hiſpaniam diſperſos, exaratam eſſe fingens] in *Chronico* exiguæ apud Cordatos Autoritatis, & C. Sanctius *in Tr. III. de Profect. Jacobi*

(18.) *p.* 49.

Jacobi in Hispaniam c. 12. (19.) à Joh. Henr. Heideggero (20.) breviter refutati. Jacobo contra Minori, Alphei Filio, Justi & Obliæ [i. e. Muri] Agnominibus gaviso, Simonis & Judæ Apostolorum Fratri, Christi consanguineo, primo Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopo, & Concilii Apostolorum, in ea celebrati, Præsidi, è templi tandem Culmine præcipitato, unanimi hodie consensu, omnium fere Partium, in Religione dissidentium, Theologi adscribunt, freti Testimoniis Eusebii [*L.* 2. *Hist. Eccl. c.* 22. *&* 23. Hieronymi [*in Catal. Scr. Eccl.*] Ambrosii [*l.* 7. *in Lucam c.* 9.] Augustini [*in Epist. ad Gal. c.* 2.] & aliorum Veteris Ecclesiæ Doctorum (21.) Scio qvidem, Veterum haud Paucos, &, ex Recentioribus, Erasmum, Franc. Turrianum, Car. Bovium, Hug. Grotium, Phil. Pareum, à Chr. Chemnitio (22.) enumeratos, ac novissime Rich. Simonem [*in Hist. ad Gal. N. T.*] tres numerare Jacobos, duos sc. Apostolos jam dictos, Majorem & Minorem, Tertium vero Fratrem sive consanguineum Domini, Obliam Cognominatum, Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episco-

(19.) V. Mich. Waltheri *Offic. Bibl. Repos. Poster. Thec.* 6. *Arc.* 20. *p.* 1092. 1093. Chr. Chemnitium *in Corollario Disp. I. in Ep. ad Gal.* Joh. Henr. Heideggeri *Enchir. Bibl. Hieromnemonicum, l.* 3. *c.* 22. *p.* 959. & J. G. Dorschei [qvi solus omnes recensuit] *Semestre Miscell. Historico-Theol. p.* 210. 211.

(20.) *l. c.*

(21.) V. Dorsch. *l. c.*

(22.) *Disp. I. in Ep. ad Gal.* §. 18.

Epiſcopum, cui nonnulli etiam Epiſtolam hanc, Jacobo Minori ereptam, aſſerunt. Verum prolixe his reſpondit, & Jacobum iſtum, qvem fingunt, tertium male à Secundo, ſive Minore, diſtingui, poſt Bellarminum (23.) docuit idem Chemnitius, plurimosqve ex Patribus, Moderniſqve Scriptoribus, ſibi ὁμοψήφους, ſimul allegavit. Grotio ſatisfactum eſt à Calovio in *Bibliis Illuſtratis*, Pareo ab eodem *in Comm. ad Ep. Judæ* (24.) Rich. Simoni à Joh. Henr. Majo *in Hiſt. Crit. N. T. Examine* (25.) Inſigniter binario huic Numero illorum Euſebii imprimis Locus illuſtris [*L. 2. H. E. c.* 1.] patrocinatur, à Nicephoro [*L.2. c.*3.] verbotenus fere deſcriptus. Joh. Hülſemannum, qvi (26.) Jacobum Majorem primum fuiſſe cenſet Epiſc. Hieroſolymitanum, & hanc, licet nullius gaudens ſuffragio, *communem* jactat eſſe *ſententiam*, imo Hieronymi *Catalogum Scr. Eccl.* Minori iſtum, cum Euſebio, modo allegato, atqve Veteribus plerisqve, recte vindicantem, falſatum eſſe ſibi perſuadet, qvid, præter Memoriæ Lapſum, ſed graviorem, excuſare qveat, non video. Similis, nec minus craſſa, eſt ἀβλεψία Gerh. Meieri, qvi (27.) Scriptis Ævi Apoſtolici Apocryphis annumerat *Protevangelium* Jacobi Majoris, qvod Minori ſuppoſitum eſſe, nemo ignorat. VIII.

(23.) *in L. de Scr. Eccl. ad A. C.*34.

(24.) *§.* 7. *p.* 14. 15.

(25.) *c.* 17.

(26.) *in Patrologia, Vindiciis Locorum S. Scripturæ adjectis, c.* 1. p. 980.

(27.) *in Biblioth. Theol. Contr. l.* 1. *c.* 1. *p.* 16.

VIII. In Tractatibus Thalmudis Judaici Variis, imprimis vero in *Gittin*, *Schabbat & Sanhedrin*, ſeqvior paſſim Mentio occurrit τȣ ישו [ita enim Recutiti, per Apocopen malitioſam, Nomen hoc Sanctiſſimum ſcribunt atqve pronunciant, per ראשי תיבות autem, ſive Compendium Scriptionis Blasphemum, idem interpretantur: * יִמַּח שְׁמוֹ וְזִכְרוֹ *Deleatur Nomen & Memoria ejus*] הַנּוֹצְרִי, ſive JESU NAZARENI. Perhibetur is matre eſſe natus *Pandeira*, ſive Maria Stada, Capillorum Muliebrium Plicatrice, ex Adulterio, cum Papho, Filio Judæ, commiſſo, gravida, & proinde Spurius, ſive מַמְזֵר, fuiſſe. Traditur à Magiſtro ſuo, R. Joſua, Filio Perechiæ, ob libidinoſum Mulierum aſpectum, è Schola ſua eſſe pulſus atqve excommunicatus, ac poſtea Magiam [cujus Arcana, ope Cæſuræ Carnis propriæ, qva & τὸ Schemhamphoraſch è templo fertur ſuffuratus, abſcondita, ex Ægypto, ſecum exportaverat] exercuiſſe, Diſcipulosqve ſuos, Matthai [*i. e. Matthæum*,] Nekai, Nezer, Buni, Thodam [*i. e. Thaddæum*] & Jacobum, docuiſſe. Traducitur, tanqvam Idololatra, Sectarius, Populi Seductor, & Nebulo ſceleſtiſſimus, tandemqve, poſt 40. Dierum Captivitatem, Profeſto Paſchatis, narratur eſſe ſuſpenſus, vel (uti alibi legas) in Urbe Ludda lapidibus obrutus. Fingitur præterea poenam in Gehenna tolerare poſthumam, longe fœdisſimam, atqve in Stercore Humano fervente

perpetuo excruciari. An, per hunc, à Thalmudiſtis, JEſus noſter θεάνθρωπος intelligatur, uti Chriſtiani pleriqve ſibi perſuadent, ſolet diſceptari. Negant Apellæ moderni, & hos inter, imprimis R. Lipmanus, ſive ſerio, ſive metu periculi, temporumqve rationem repugnare affirmant, cum Thalmudicus iſte *Jeſus*, ſub Hyrcano, integro fere ante Salvatorem noſtrum Seculo, vixiſſe perhibeatur. Allegant & Circumſtantias alias Hiſtoriæ utriusqve diverſiſſimas, ac proinde, Chriſtianos, Homonymiæ Errore deceptos, utrumqve confundere, clamitant. Calculum his ſuum adjiciunt etiam Chriſtianorum nonnulli, atqve, in his, Pet. Galatinus (28.) & Joh. Micrælius (29.) ut Patronos *A*pellarum Recentiores taceam. Alii contra, blasphemias has in Servatorem noſtrum, à Thalmudis Compilatoribus, eſſe directas, Circumſtantiarum autem & Temporum rationem ſtudioſe ab iisdem, ne periculum ſibi ipſis crearent, perverſam atqve immutatam, ſerio contendunt. Qvam in rem Chriſtianus Gerſon imprimis, Chriſtianæ Religionis Proſelytus, in Recenſu atqve Examine Thalmudis Vernaculo, A. 1609. edito, & *Præfatione τοῦ Chelek*, Joh. Buxtorfius *in Præf. Lexici Thalmudici*, & *A*uguſt. Pfeifferus, in *Obtrectatore Apella*, ſive *Exerc. Faſciculi Diſſertationum Secunda*, plurima, lectu digniſſima, attulerunt. Mihi, in hac controverſia,

(28.) *Lib.* 1. *de Arc. Cathol. Verit. c.* 7.
(29.) *Lib.* 4. *Juda, ſive Continuat. Ethnophronii, Dial.* 2.

verſia, Palæmonem agere non lubet, ſed ἐποχὴ videtur tutiſſima.

IX. De JOBO, cujus Ærumnarum, atqve lætiſſimæ harum Cataſtrophes, Hiſtoria Libris V. T. annumeratur Canonicis, qvisnam fuerit,

Theiologi certant, & adhuc ſub Judice lis eſt.

R. Salomonis Jarchii, qvi unum ex Chami Poſteris, & Chananæorum Regulis, paulo ante Iſraelitarum Adventum Palæſtinæ dominatis, fuiſſe ipſum credit, Opinio ab omnibus fere exploditur. Huſi [de qvo Gen. XXII. 21.] eum Filium, Nachoris, Fratris Abrahami; Nepotem, & Tharæ Pronepotem, fuiſſe, propterea qvod Terram UZ, inhabitaſſe dicatur, ſibi perſuadent, præter Judæos, Idumæis ἀλλοφύλοις Virum hunc Sanctiſſimum invidentes, Hieronymus [*Ep. 126. ad Evagr. & in Tradit. Hebr. in Gen. 36.*] Nic. Lyranus, Chriſt. Adrichomius [*in Deſcript. Tribus Manaſſe,*] Rob. Bellarminus [in Lib. de Scr. Eccl. p. 3. 4.] Sal. Geſnerus, [*Comm. in Gen. 22. Qv. 12.*] Joh. Himmelius (*in Memoriali Biblico,* omnes à Walthero jam allegati, ſimulqve prolixe impugnati (30.) Joh. Henr. Urſinus (31) licet & ipſe diverſam ſit amplexus ſententiam, fatetur tamen hanc eſſe *probabilem.* Nec alienus eſt ab eadem Joh. Henr. Heideggerus (32.) dubius tamen, utrum hæc, an altera, à ſe itidem propoſita, de *Jobo* Poſteris Abraha-

(30.) *in Offic. Bibl. Repoſ. Poſter. Thec. 3. Arc. 1. p. 972. 973. 974.*
(31.) *Vol. II. Anal. Sacr. L. 4. c. 12. p. 192.*
(32.) *in Enchir. Bibl. L. 1. c. 36. p. [illegible]. 278.*

mi & Kethuræ accenſendo, præferri mereatur. Longe plures tamen Eſavi ipſum Poſteris annumerant, & Idumæum fuiſſe credunt, hanc præcipue ob Cauſam, qvod Terram UZ, Jobi Patriam, in Idumæa eſſe qværendam, ex Thren. IV. 21. pateat, & Jobab, Eſavi, ex Reguele Filio, & zara Nepote, Pronepos (qvem cum Noſtro eundem eſſe arbitrantur,) Belæ, primo Idumæorum Regi, Beori Filio, in imperio ſucceſſiſſe, Gen. XXXVI. 33. & 1. Paral. I. 44. perhibeatur. Huic ſententiæ, pondus etiam aliqvod, ex Aſſumento Hiſtoriæ *Jobi* ὁμοφήφω, in ſola Græca LXX. Interpretum editione obvio, adeptæ, calculum ſuum adjiciunt Origenes, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Greg. M. Ambroſius, Sedulius, Toſtatus, Lutherus, Ben. Pererius, *Joh.* Pineda, Ariſteas item ab Euſebio [*L. 9. de Præp. Evang. c. ult.*] & Philo *Judæus*, à Toſtato laudatus, &, qvi omnes hos allegat, acriterqve, præ cœteris, eidem patrocinatur, Mich. Waltherus (33.) Addantur, ex H. Kippingio (34.) Gilb. Genebrardus (*Lib. 1. Chronograph. p.* 67.) *Jac.* Bonfrerius [*in Comm. in Gen. p.* 281.] Aug. Torniellus (*T. I. Annal. Sacr. p.* 237.) ex Joh. Henr. Urſino autem (35.) itidem illam amplexo, *Joh.* Gerhardus [*in Exeg. de S. Script.*] & Joach. Zehnerus, ex

(33.) *l. c. p. 974. 975. 976.*
(34.) *Exerc. IX. de S. Script. p. 55. 58.*
(35.) *l. c.*

ex Chr. Arnoldo deniqve (36.) Beda Venerabilis, Libri Jobi Exegetes. Noviſſime eandem Sententiam fuſe propugnandam, in *Notis ad R. Abrahami Perizol Itinera Mundi*, A. 1691. à ſe edita, ſuſcepit Thom. Hydius, Præfectus Biblioth. Oxonienſis πολυμαθέστατος, ſimulqve Belam, *Jobabi* iſtius, in Idumææ Regno, Anteceſſorem, non alium, qvam Bileamum', Magum ac Pſeudoprophetam famoſum, fuiſſe, aſſeruit. (37.) Non deſunt tamen etiamnum, qvi illi ſeſe opponant, ac Patronos ejus Erroris, ex Homonymia, ſive Paronomaſia potius *Jobi* & Jobabi, ortum trahentis, inſimulent. Aben Eſra certe; licet & ipſe Jobum poſteris Eſavi annumerat, Scopticam hanc de illa tulit Cenſuram: *Qvi dicit, Jobum eſſe Jobabum, Filium Serach ex Bozra, forte ſomnians hæc vidit, nullo, neqva Prophetarum, neqve Veterum, nixus* (38.) Bellarminus, contra eandem, Scripturam urget Nominum אִיּוֹב (*Job*) atqve יוֹבָב (*Jobab*,) in Hebræo Sermone diverſiſſimam, ad Exceptiones de alterius Contractione, Defectio Literæ Qvieſcentis Aleph freqventiori, ac πολυωνυμία Veterum, ſolennes, ea regerit, qvæ plurimum Patronis hujus faceſſent negotii, nec à Walthero rite potuerunt confutari. Græcam autem Libri

(36.) *in Spicilegio ad J. H. Urſini Exercc. de Zoroaſtre p.* 67. 68.
(37.) *V. Act. Erud. Lipſ. M. Majo A.* 1691. *p.* 225.
(38.) V. J. Georg. Bindrimii *Exerc. de Prophetis, Sect. II. §.* 6.
(39.) *l. c. p.* 191. 192.

Libri, de qvo agimus, Appendicem, non ab ipſis LXX. Senioribus eſſe profectam, ſed ab alio ſuperadditam, recte obſervat, ὁμόψηφον heic habens ipſum Urſinum, qvi (39.) νοθείαν Aſſumenti iſtius lubens agnoſcit, Fontes detegit, & Theodotioni (nec enim apud Aqvilam & Symmachum occurrit) deberi ſuſpicatur. Conferatur etiam Heideggerus (*l. c.*) παρερμήνειαν Loci Gen. XXXVI. 33. Opinionis hujus Patronis impingens. Johannes Benedictus, Theol. *Pariſienſis, in Notis ad* 1. *Paral. VIII.*, Editioni ſuæ Verſionis vulgatæ adjectis, rejecto Jobabo iſto Idumæo, Jobum noſtrum eundem eſſe cenſuit cum Jobo, Iſaſchari Filio, Jacobi Nepote, Gen. XLVI. 13. memorato, qvi alibi (Num. XXVI. 24. & 1. Paral. VIII. 1.) *Jaſchub* vocatur. Qvam ſententiam, licet Waltherus, *nihil habere Probabilitatis*, judicet, & Urſinus, cum Terra UZ, Jobi Patria, conciliari non poſſe, credat, ante triennium tamen (A. 1693.) eandem recoqvere, haud omnino infeliciter, eſt aggreſſus Hermannus ab Hardt, LL. Or. in Acad. Julia Profeſſor, in *Qvinta ſui Ephemeridum Philologicarum Tomi Diſſertatione*, &, ope Parallelismi Hiſtoriæ utriusqve perpetui, ac Reſponſionis ad Argumenta contraria, non minus, qvam cœteras, reddidit probabilem. Scilicet parum Certitudinis in hac de Jobo Controverſia, uti & altera de Hiſtoriæ ejus Autore (ſitne iſta ab ipſo, an à Moſe, an à Salomone, an ab Amicorum uno, vel Propheta alio, conſcripta,) jam non attin-

(39.) *l. c. p.* 191. 192.

tingenda, ob S. Codicis Silentium, nobis possumus polliceri. Consuli interim de utraqve merentur, præter Bellarminum, Waltherum, Ursinum, Arnoldum, Kippingium, Heideggerum, jam allegatos, Celebriores Libri hujus Sacri Exegetæ, præ aliis autem omnibus Frid. Spanheimii Jun. *Historia Jobi*, *A.* 1670. edita, qvam nobis, hæc Scripturis, ad manum non fuisse, dolemus.

X. Salomonis *Jarchii* Conjecturam de JOELE absurdam, qva Vatem hunc Controversæ, sive potius incertæ ætatis (sunt enim qvi ad *Jorami*, sunt qvi ad Hiskiæ, Manassis aut *Josiæ*, tempora illum referunt,) Pethuelis Filium, eundem vult esse cum *Joele*, Samuelis, Prophetæ ac *Judicis* Sanctissimi, Filio ac Successore degenere, 1. Sam. VIII. 1-5. memorato, & plusqvam duobus Seculis ipso antiqviore, recenset, & merito simul explodit, Salom. Glassius *in Philol. S. Lib.* 4. *Tr. III. Obs. XI. p.* 973.

XI. *Lipsanolatris* etiam Homonymiam sæpius ita imposuisse, ut, qvem Sanctorum uni destinaverant, Honorem, alteri, huic ὁμωνύμῳ, ignari exhibuerint, Capitis JOHANNIS BAPTISTÆ Historia ostendit. Perhibetur illud vulgo Hierosolymæ, in Palatii *H*erodiani Ruderibus, à duobus Monachis, primo inventum esse, his autem à Latronibus ereptum, & in spelunca qvadam defossum, inde ab Eremita, cui *Johannes* ipse istud detexerat, protractum, & *A*lexandriam delatum. Hinc, Valentis Imp. jussu,

jussu, Constantinopolin fuit deportandum, sed cum Mulæ ad Pagum prope Chalcedonem cosilaitanum pervenissent, progredi, licet flagellis cæsæ, ulterius noluerunt, qvod Arianus sc. iste Princeps dono hoc Cœlitibus videretur indignus. Delatum est tandem Constantinopolin, imperante Theodosio, & in Æde *Johannis* repositum. *H*inc iterum fertur amissum, sed Emesæ denuo inventum, ac Comanam initio, deinde autem secunda vice Constantinopolin transportatum. In Occidentem tandem ex Oriente commigrasse traditur, & à Pipino, Francorum Rege, cui dono illud dederat *C*onstantinus *C*opronymus, vel *A*ngeliaci, vel alibi, repositum. Hæc fere series est compendiaria fatorum illius, atqve peregrinationum Fabulosarum, ex variis *S*criptoribus, Græcis ac Latinis, Priscis ac Modernis, breviter à *Joh.* Ern. Büttnero, in *Philologica in Historiam Joh. Bapt. Inqvisitione*, *J*enæ A. 1670. edita (40.) longe autem fusius à Carolo de Fresne, Cangii Dynasta, in Tractatu peculiari Gallico (*Traité Historiqve du Chef de S. Jean Baptiste*,) Parisiiis A. 1666. (41.) una cum Script. Græculorum Veterum, de eodem, haud paucis, excuso, enarratarum. Verum enimvero, ubinam hodie in Europa istud asservetur, ipsi Lipsanolatræ admodum inter se dissentiunt. Nec enim soli *A*ngeliacenses, Romani & *A*mbianienses, qvos conciliare frustra, uti

(40.) *c. 4. §. 5. & 6. p. 64. 65. 66.*
(41.) *in 4to.*

uti credo, Fresnæus allaboravit, hujus, vel integri, uti ipse adversus alios contendit, vel mutili atqve truncati, uti Spondanus (Angeliacensibus Cranii partem unam, Romanis alteram, Ambianensibus Faciem, sed mento destitutam, tribuens) perhibet, gloriantur possessione. Particulam Capitis Trajectini ad Mosam, in Æde S. Servatii, aliam Hierosolymitani in Templo S. Crucis, Maxillam unam Cives Augustæ, in Finibus Subalpinis, Prætoriæ, Lugdunenses alteram, in Urbibus suis, Tornacenses Fragmentum Capitis aliud, & Aqvisgranenses tandem Capillos, penes se, superesse, testibus Henr. Spondano & Laur. Beyerlingio, à Butnero allegatis, jactitant.

Non nostrum est tantas componere Lites.

Fresnæus, tamen, Judex Eruditissimus, qvidem, sed αὐτοχειροτόνητος, de iis, qvatenus Ambianenses suos, Romanos & Angeliacenses spectant (cœteros enim haud videtur morari,) ferre ausus Sententiam, Verum Joh. Baptistæ Caput Ambianensibus adjudicat, Constantinopoli qvippe à Gallis, post istam interceptam, eo translatum, & in Æde Cathedrali repositum. Romanos contra & Angeliacenses ὁμωνυμίας fraude esse deceptos, & hos qvidem Johannis Edessæi, istos Johannis Presbyteri, Martyrium Romæ, imperante Juliano, passi, Caput (uti & Sirmondo jam ante visum,) in Æde S. Sylvestri, Venerari, ac Joh. Baptistæ, Pietatis Credulæ instinctu, affingere, pronunciat (42.) Ve-

(42.) Vereor autem, illos à Fresnæo, Judice nimii in Ambianenses, Cives suos, Favoris atqve Affectus non immerito suspecto, provocaturos, atqve in Aula Romana, suis itidem Ædibus Sacris addictiori, Sententiæ præcipitis, ac in Tribunali non Competente latæ, abolitionem facillime impetraturos.

XII. JOHANNI EVANGELISTÆ atqve Apostolo, licet jam olim Alogi, & haud ita pridem novi qvidem in Anglia Fanatici (43.) Evangelium suum abjudicarint, nemo tamen hodie, paulo sanior, an illud simul atqve Epistola prior Autorem eum agnoscant, dubitat. Diversa autem fata, & olim expertæ sunt, & hodienum nonnunqvam experiuntur, duæ Epistolæ Posteriores, atqve Apocalypsis, ob omissum in Frontispicio Apostoli Titulum, aliumqve Presbyteri (*in Epistolis*,) aut Theologi (*in Apoc.*) in hujus locum substitutum, à plurimis Scriptori alii, ipsi ὁμωνύμῳ, Johanni sc. Seniori sive Presbytero Ephesino, Papiæ, Episc. Hierapolitani, Præceptori, vindicatæ, imo, Seculis prioribus, istam ob Causam, qvod sc. ab Apostolo haud profectæ crederentur, in Librorum N. T. Canicorum Numerum ægre admissæ. De Epistolis duabus, hæc olim fuit Persuasio Eusebii Cæsariensis (*L. 3. H.E. c. 25.*) Hieronymi (*in Catal. Scr. Eccl. in Johanne & Papia*,) & aliorum Veteris Ecclesiæ Doctorum.

(42.) V. Joh. Galloesii *Ephemeridas Erudd. Gall. A.* 1666. *num.* 12. *p. m.* 245. 246.

(43.) V. Act. Lips. *A.* 1695. *M. Aug. p.* 345. 346.

ctorum. Qvibus an Papiam, Apostolorum Temporibus proximum, Mich Waltherus (44) recte associet, dubito. Ex verbis enim illius, qvæ, *ex Sermonum Domini Explanatione*, Eusebius [*Lib.* 3. *c.* 39.] recitat, solum Discrimen Johannis Presbyteri, & Johannis Evangelistæ, recte colligitur, neutiqvam autem ab eo, vel Epistolæ hoc Controversiæ, vel Apocalypsis, Presbytero tribuuntur, licet Eusebius atqve Hieronymus consectarium hoc, ex Discrimine isto, eliciant. Inter Recentiores, Opinionem istam, de duabus Johannis Epistolis posterioribus, Johanni Presbytero tribuendis, foverunt, præter Ecclesiam Syriacam, hodienum γνησιότητα illarum in dubium vocantem (45.) Erasmus Roterodamus, Thomas Cajetanus [Canonicam etiam earundem, Walthero teste, inficiatus Autoritatem,] Jos. Simlerus, Theol. Tigurinus (46.) Jos. Scaliger [eandem etiam simul de prima verbis hisce ferens sententiam: (47.) *Tres Epistolæ Johannis non sunt Apostoli Johannis*,] Hugo Grotius, utriusqve Exegetes, novissimeqve Henr. Dodvvellus, Historiarum in Acad. Oxoniensi Professor Cambdenianus, Vir in omni Antiqvitate Ecclesiastica versatissimus, *in Dissertationum ad Irenæum*, A. 1689. editarum, *Prima* (48.) Præstat autem, ne qvid dissimulem, Consensui

M Ecclesiæ

(44.) *in Offic. Bibl. Repos. Pastor. Thec. 6. Arc.* 18. *p.* 1091.
(45.) *V. Guilh. Cavis Hist. Lit. Scr. Eccl. Sec. I.* p. 8.
(46.) *in Biblioth. Gesneri Aucta p.* 338.
(47.) *in Scaligerianis Alteris p.* 72.
(48.) *V. Acta Erud. Lips. A.* 1690. *M. Nov. p.* 547.

Digitized by Google

Ecclesiæ hodiernæ Catholico, Evangelistam illarum credenti Autorem, accedere, præsertim, cum & jam olim Irenæus [*Lib.1.c.13.*] & Hieronymus, sibi ipsi contradicens; [*Epist.85.* à Walthero allegata,] sub ejus nomine istas allegaverint. Dionysium Alexandrinum his ὁμόψηφον esse falso credit Chr. Sandius Jun. (49) cum is [apud Eusebium *l.7.c.23.*] unam saltem Epistolam Johannis Apostoli Catholicam memoret, nihil de cœteris addens. Pluribus autoritati earundem patrocinantur Argumentis Theologi (50.)

XIII. Apocalypsin itidem Johanni Presbytero, qvam Evangelistæ, tribuere olim maluit Dionysius, Episc. Alexandrinus, Sec. P.N.C. III. cujus hæc nobis Eusebius [*Lib.7.Hist. Eccl.c.23.*] in Fragmento operis *de Repromissionibus Divinis* Anti-Chiliastici, verba legenda exhibet: *Vocari eum Johannem, & esse hanc Scripturam Johannis, non nego. Sancti namqve alicujus est, &, sine ulla dubitatione, per Dei Spiritum Scripta, etiamsi non sit ille Apostolus Johannes, Filius Zebedai, frater Jacobi, cujus Evangelium secundum Johannem scriptum est, & Epistola Catholica.* Dionysii hujus, præclarissime alioqvin de Libri θεοπνευςία atqve Autoritate sentientis, & istam contra Veteres alios, à se allegatos [qvibus idem Cerinthi Hæresiarchæ

(49.) *in Tr. de Vett. Scr. Eccl. Nucleo Hist. Eccl. præmisso, p. 5.*

(50.) V. Waltherum *l. c.* C. Kortholti *Tr. de Can. Scr. c. 18.* J. H. Heideggeri *Enchir. Bibl. l.3.c.26.p.* 993. 994. *& alios.*

Digitized by Google

resiarchæ Foetus, Apostolo suppositus, sed nihil gravitate Apostolica dignum continens, & proinde Canone Scripturarum Excludendus, videbatur] strenue asserentis, vestigiis institit ipse Eusebius, &, aliqvem, Johanni Evangelistæ Cognominem, Apocalypseos esse Autorem, conjecit, *Libro Hist. Eccl.* 3. *tum cap.* 23. tum imprimis *c.* 39. [ubi Papiæ etiam, Johannes duos diversos memorantis, Verba, infra recitanda, in patrocinium Sententiæ suæ pertrahit,] & *Libro*, qvem modo laudavimus, *Septimo c.* 23. Nec, inter Recentiores, sui huic Sententiæ desunt Patroni, Moderni nempe Ecclesiæ Syriacæ Christiani, & Triumviri, jam supra à nobis allegati, Erasmus Roterodamus [*nullam Apocalypsi inesse Majestatem Apostolicam*, affirmare haud veritus] Jos. Scaliger [*l.c. p.* 14. verbis his mentem suam explicans: *Ecclesia Syriaca Apocalypsin non agnoscit; Vix credo, Johannem Apostolum Autorem esse Apocalypseos;*] & Henr. Dodwellus. Nec alienus ab eadem est ipse Lutherus, *in Præfat. Libri Germanica*, immerito tamen Autoritatis illius divinæ in dubium vocatæ, à Monachis qvibusdam & novissime in Rich. Simonis *Historia N. T. Critica*, insimulatus, (51.) Occasionem his, de alio, qvam vulgo creditur, Apocalypseos Autore, Conjecturis præbuisse videtur Diversitas aliqva Styli in illa, atqve Evangelio Johannæo, obvii, jam olim à Dionysio Alexandrino, teste Eusebio [*l.* 7. *c.* 23.] & nu-

(51.) V. Danhaueri pro illo Apologiam *in Memoria Thaumasiandri Lutheri, c.* 13. §. 3.

per à Rich. Simone, notata, sed à Mich. Walthero (52.) eandem agnoscente, dextre satis excusata. Occasionem præbuisse videtur Johannis utriusqve, Evangelistæ sc. ac Presbyteri Ephesini, non συγχρονισμὸς solum, sed & Homonymia. Nec enim dubitandum, duos istius nominis Ephesi, eodem tempore, vixisse, cum Papiæ Verba, ex *Sermonum Domini Explanatione*, ab Eusebio excerpta [*L.* 3. *c.* 39.] id diserte testentur. *Qvod si qvando*, inqvit ille, *advenisset aliqvis ex his, qvi secuti sunt Apostolos, ab ipso sedulo expiscabar, qvid Andreas, qvid Petrus dixerit, qvid autem Philippus vel Thomas, qvid vero Jacobus, qvid Johannes, aut qvid Matthæus, vel alius qvis ex Discipulis Domini, qvæve Aristion, vel Johannes Presbyter, cæteriqve Discipuli, dicebant.* Ingeniosa etiam est Grotii conjectura [*Comm. in Apoc. c.* 1.] ideo à nonnullis Apocalypsin Johanni Presbytero, Evangelistæ Discipulo, censentis, esse adscriptam, qvod huic Custodia ejus ab Autore moribundo demandata fuerit, qvam nec ipse Celeb. Cavius judicavit improbabilem (53.) Sicut, autem, ob Nomen Πρεσβυτέρȣ, duabus præfixum Epistolis, Apostolo illæ abjudicari neqveunt, cum & is, senectutis pariter atqve Officii Episcopalis intuitu [uti à Sandio, ex Scripturæ, ac Vet. Ecclesiæ, Stylo, est probatum (54.) hunc Titulum usurpare potuerit; ita nec Theologi

(52.) *in Offic. Bibl. Repos. Poster. Theca* 7. *p.* 1096.
(53.) *loco num.* 45. *citato.*
(54.) *loco num.* 49. *allegato.*

Digitized by Google

logi Agnomen, qvod in Apocalypſeos fronte comparet, diverſum arguit Autorem, ſed optime in illum qvadrat. Recte enim de ipſo B. Dannhauerus (55.) *Theologus eſt κατ' ἐξοχήν, qui, cum reliqui Evangeliſtæ οἰκονομίαν Humanitatis Chriſti, Aqvilæ inſtar in ſublime latus, ipſa altisſima Deitatis, & ἀγενεαλογήτου γενεαλογίαν, expoſuerit.* Recte Chryſoſtomus, ab eo laudatus: Οἱ μὲν ἄλλοι τὴν οἰκονομίαν ἔγραψαν, ὁ Ἰωάννης δὲ τὴν θεολογίαν βροντᾷ. Reliqva Argumenta, Johanni Apoſtolo atqve Evangeliſtæ Apocalypſin ſuam vindicantia, tam Interna, qvam externa (Patrum ſc. Antiqviorum Teſtimonia,) Waltherus, Kortholtus (56.) Heideggerus (57.) & alii Theologi, atqve Critici Sacri, imo, ex ipſis Neo-Arianis, Chriſtoph. Sandius, aliqvoties jam laudatus, ſuggerent. Unum adhuc moneo, confuſionis ſcil. Apoſtoli hujus, cum aliis ὁμωνύμοις, Irenæum etiam, ab Henr. Dodwello [*in Diſſ. I. ad Libb. ejus,*] accuſari, qvoniam ea, qvæ Seniores de Johanne tradiderant, uni Johanni Apoſtolo tribuenda cenſuit. (58.)

XIV. An JUDAS THADDÆUS, ſive LEBBÆUS, Alphæi Filius, Simonis & Jacobi Minoris, Apoſtolorum, Frater, ipſe etiam Apoſtolico conſpicuus Titulo, qvem in Perſide à Magis, cum Fratre Simone, eſſe interfectum Veteres tradiderunt,

(55.) *in Antichriſtoſophia. Sect. I. Art. 9. p. 291.*
(56.) *in Tr. de Canone Script. c. 19.*
(57.) *in Enchir. Bibl. Lib. 3. c. 29. p. 1008. 1009. 1010.*
(58.) *V. Act. Erud. Lipſ. A. 1690. M. Nov. p. 550.*

Digitized by Google

runt, Autor sit Brevis, qvæ vulgo ei tribuitur, Epistolæ Catholicæ, in prisca jam Ecclesia, ob allegationes tum aliorum qvorundam Scriptorum Apostolicorum, tum Librorum Apocryphorum, fuisse dubitatum, Eusebius (*L. 2. H. E. c. 23.*) & Hieronymus (*in Catal. Scr. Eccl.*) testantur. Inter Recentiores eidem haud satis æqvi itidem fuerunt, ac, de Autore ambigere se, sunt professi, Thom. Cajetanus Card., Lutherus (*in Præfat. Vernacula Ep. Jacobi*,) Centuriatores Magdeburgenses (*Cent. I. Lib. 2. c. 4. & 10.* & Henricus Kippingius (*Exerc. 29. de S. Script. p. 201. 202. 203.*) Iniqvissimus autem omnium est Jos. Scaliger, cujus hanc de illa, ac Petrina Posteriori, *in Scaligerianis Alteris* (59.) offendes Censuram: *Epistola Judæ non est ipsius Judæ, uti nec Jacobi, nec Petri secunda, in qvibus sunt mira, qvæ non videntur esse Apostolica. Secunda Petri & Judæ sunt recentiores. Ecclesia Orientalis, non agnoscit, nec sunt divinæ: Indoctæ sunt, nihil majestatis habent. Ego credo iis, qvæ intus, qvia nihil contra nos.* Nemo tamen alium, præter Apostolum hunc, ejus Autorem nominare est ausus, ante Hug. Grotium, qvi in locum ipsius substituit Judam alium, Decimum qvintum Ecclesiæ Hierosolymitanæ, sub initium Seculi II., Hadriano imperante, Episcopum, & Voces Commatis primi: Ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου; tanqvam à Scribis adjectas, jubet expungi, *nullius*, uti recte conqveritur

(59.) *p.* 72.

tur Guilh. Cavius (60.) *Codicis antiqvi fide, nullo Veterum Testimonio, nixus.* Opponitur Conjecturæ huic ejus novaturienti à Cavio Epiphanius (*Hær.* 26. *c.* 2.) à Joh. Henr. Heideggero autem (61.) Tertullianus (*in Lib. de Hab. Mul. c.* 3.) uterqve Judæ Apostolo Epistolam hanc adscribens.

XV. MALACHIAM, Prophetarum V. T. ultimum, Zopha (si Epiphanio credas) Zabuloniten, LXX. Interpretes, & hos secutus Origenes, (ab Hieronymo, *in Prooemio Malachiæ*, propter ἀβλεψίαν hanc, notatus) Angelum fuisse, non Hominem, ob Nominis ipsius Proprii, cum Voce Hebræa Appellativa מַלְאָךְ, Angelum designante, ὁμωνυμίαν, crediderunt. Hinc primus Capitis I. Versiculus: *Verbum Domini ad Israelem per manum Malachiæ* (בְּיַד מַלְאָכִי;) in Græca τῶν LXX. Versione ita est translatus, Λῆμμα Λόγου Κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, ἐν χειρὶ Ἀγγέλου αὐτοῦ (62.) Alii, errore magis tolerabili, unum ex Malchiis istis, qvorum Esr. X. 25. 31. Neh. III. 11. & VIII. 4. fit mentio, esse eundem crediderunt, sed, ob diversitatem Scripturæ Nominum מַלְאָכִי & מַלְכִּיָּה, Applausum itidem haud invenerunt.

(60.) *in Hist. Lit. Scr. Eccl. Sec. I. p.* 8.

(61.) *in Enchir. Bibl. Lib.* 3. *c.* 28. *p.* 1000. 1001.

(62.) Observarunt hunc Lapsum, post Hieronymum, Lud. Vives *in Comm. ad L.* 18. *Aug. de C. D. c.* 35. Rob. Bellarm. *in L. de Scr. Eccl. ad A. M.* 3521. *p.* 19. Sal. Glassius, *L.* 4. *Philol. S. Tr. III. Obs. IV. p.* 943. Mich. Waltherus *in Offic. Bibl. Reposit. Post. Thec.* 4. *Arc.* 17. *p.* 1040. 1041. J. H. Heidegg. *in Enchir. Bibl. L.* 1. *c.* 35. *p.* 368. & alii.

nerunt. (63.) Reliqvas Opinones, non minus erroneas, qvæ Malachiæ Prophetiam, vel Esræ, vel Mardochæo, vel Zachariæ, tanqvam veris Autoribus, tribuunt, ab Abarbenele, Ben. Aria Montano, Bellarmino, Walthero, Dorscheo (64.) & aliis, jam refutatas, iterato subjicere Examini nostrum haud est, cum ex ὁμωνυμίας fonte non profluxerint.

XVI. MARCI Evangelistæ, Petri, Apostolorum Principis, Comitis individui, imo, juxta nonnullorum conjecturam (ex 1. Pet. v. 13.) vel Filii, vel ex Sorore Nepotis, primi Alexandrinorum Patriarchæ, vel, si Heideggerum, Episcopalibus iniqviorem, audias, saltem Presbyteri (juxta Hieronymum, Anno Neronis octavo, defuncti, juxta Dorotheum autem, Trojano imperante, Martyrium ac Vivicomburium passi,) Evangelium secundum, inter Libros N. T. Canonicos, locum obtinuit. An Romæ istud sit scriptum, & Latino Idiomate, uti Baronius, aliiqve, Anastasio Bibliothecario creduli, contendunt, disqvirere nostri haud est instituti. Sunt autem, qvi illum, ob ὁμωνυμίαν, confundant cum Johanne Marco, Barnabæ Consobrino, hujusqve & Pauli Comite, verum in constante & προσκαίρω (cujus Historia ex Act. XII. 12. XIII. 5. 13. XV. 37. & Col. 4. 10. haurienda,) refutati à Joh. Gerhardo (65.) ac Filio hujus Joh. Ernesto

(63.) V. Heidegg. *l. c.* & J. G. Bindrimii *Exerc. de Prophetis, Sect. II. §. 7.*

(64.) *in Semestri Miscell. p.* 190.

(65.) *in Comm. in I. Ep. Petri p.* 864.

Digitized by Google

nesto (66.) Sunt item, qvi, licet diversos eos esse, cum his, recte statuant, Evangelium tamen, cum Sixto Senensi (67.) & Pet. Kirstenio, Joh. Marco tribuere malint. Sed & hos falli, præter Joh. Ern. Gerhardum, modo laudatum, & Mich. Waltherum (68.) Grotius imprimis egregie ostendit. Cujus Argumenta (qvod sc. Scriptor hic sacer à veteribus universis, solum Marcus, nunqvam autem Johannes, vocetur, qvod Petri, non vero Barnabæ aut Pauli, Comes ac Discipulus fuisse perhibeatur, ac in Martyrol. Rom. ad d. 25. Apr. à Johanne, ad d. 27. Sept. relato, accurate distinguatur) recensere qvidem Joh. Henr. Heideggerum (69) sed, parum moratum, rem nihilominus, velut incertam, in medio relinqvere, miror. Rectius Guilh. Cavius (70.) *fidem non mereri* Sententiæ, in Johannem Marcum pronioris, Patronos, haud ita pridem judicavit: Liturgiam, qvæ, sub Nomine Marci Evangelistæ, *Tomo VI. Biblioth. PP.* est inserta, Autorem illum mentiri, Cocus, Rivetus, & Joh. Diecmannus, Theologus Eruditionis variæ pariter atqve accuratissimæ (71.) Argumentis Achilleis demonstrarunt. Verum illius, ob mentionem *τῦ ὁμοȣσίȣ ϗ τρισαγίȣ* sibi invisæ, Parentem,

 Ope

(66.) *in Diss. de Eccl. Coptica c. 4. p. 25. 26.*
(67) *Lib. I. Biblioth. S.* p. 21. qvem locum Joh. Frid. Mayerus allegat im Reinen Gewissen *p.* 81.
(68.) *in Offic. Bibl. Repos. post. Thec. 5. Arc. 2. p.* 1058. 1059.
(69.) *in Enchir. Bibl. Lib. 3. c. 3. §. 2. p. 728. 729.*
(70.) *in Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 11.*
(71.) *Disp. I. de Voce Papa §. 6.*

Ope ὁμωνυμίας, detecturus Christoph. Sandius Jun. NeoArianus (72.) Marco, Mago atqve Hæretico Seculi II. Valentiniano, tribuere non dubitat, qvod Transsubstantiatio (qvam huic, atqve Gnosticos, primos debere Natales contendit) in ea stabiliatur. Sed Conjectura hæc est admodum infirma, ac τῇ ὑποθέσει δουλεύουσα. Probabilius est, idcirco forte Marci Liturgiam dici, qvod, in Ecclesia Alexandrina, qvam ille primus gubernavit, usu fuerit recepta. Ab ipso enim Marco initio acceptam esse, haud ausim cum Labbeo affirmare, licet & is, plerisqve, identidem additis, interpolatam deinde atqve auctam esse, fateatur.

XVII. Inter Poetrias Sacras, duæ eminent MARIÆ, altera Amrami Filia, Mosis atqve Aaronis Soror (cui Chymici Græci Libellum περὶ τῆς χρυσοποιΐας affinxerunt ineditum;) (73) altera Joachimi Filia, Josephiqve Conjux, ἀειπάρθενος καὶ θεοτόκος. Has Muhammed Pseudopropheta, in Surata Alcorani 3. turpissimo confudit παραχρονισμῷ, dum Deiparam Amrami Filiam, & Aaronis Sororem, appellavit, necqvicqvam ab Asseclis suis excusatus. V. J. H. Hottingeri *Exercc. Anti Morin. p. 26. & Historiam Orient. p.* 58. 72. 80. 81. *ac seqq.* Aug. Pfeifferi *Fascic. Dissertt. Philol. Diss. IV. de Alcorano, Th.* 29. *p.* 80. Henn.

(72.) *in Nucleo Hist. Eccl. Lib. 2. p.* 127. *& in præfixo Tr. de Scr. Eccl. p.* 22.

(73.) V. Alex. Barvoetii *Catal. MSS. Biblioth. Scorial. p.* 120. *Edit. Maderiana,* Conringii *Lib. 1. de Med. Herm. c.* 3. *p.* 31. 34. Borrichii *Diss. de Ortu & Progr. Chemiæ p.* 97.

Henn. Henningi *Muhammedanum Precantem* p. 360. 361. & alios, qvos hic allegat, Autores Mariæ Θεοτόκῳ afficta est olim, à Monachis rudibus, Epistola ad Ignatium, Episc. Antiochenum atqve Martyrem, Latina, qvæ Ignatianis addi solet, sed ab ipso Bellarmino, una cum duabus ad illam Ignatianis, est rejecta. Suppositioni huic Ansam præbuisse, Frid. Spanhemius (74.) censet, Mariæ Castabalitidis (à Castabili, Ciliciæ Oppido, dictæ,) illi ὁμωνύμε, Epistolam ad eundem Græcam, inter Pseudo Ignatianas itidem obviam, sed non minus, qvam istæ, supposititiam. Qvæ Conjectura mihi haud videtur improbabilis.

XVIII. MOSI, Scriptorum Biblicorum, imo, si Joh. Henr. Ursinum (*in Exercitationibus de Zoroastre & Hermete Trismegisto Familiaribus*, A. 1661. operose id adstruere conatum, sed cum J. Joach. Madero, *qvi Dissertationem de Scriptis & Bibliothecis Antediluvianis*, suæ Variorum de Bibliothecis Tractatuum Collectioni A. 1666. præfixit, ægre conciliandum) audias reliqvorum etiam omnium, Antiqvissimo, præter pentateuchum, à Rabbinis, Origene, Hieronymo, Hilario, Lyrano, Luthero, Chytræo, atqve aliis (75.) tribuuntur, non Psalmus solum XC. Nomen ipsius in fronte ostentans, sed & X. seqventes ἀδέσποτοι. Abenesra nihilominus Nonagesimum

(74.) *in Introd. ad Hist. S. T. I. p.* 181.
(75.) V. J. Gabr. *Drechsleri Descript. Mosis, Sect. III. c.* 7. *p.* 72. 73.

Digitized by Google

simum Musico cuidam Davidico, illi forte ὁμωνύμῳ, adscribere maluit, à Wilh. Lysero, Theol. Witteb. (qvi, istum Canonem Scripturæ primum, cum Pentateucho, & Libro Jobi, constituisse, credit,) verbis hisce, allegatus simul atqve refutatus: *Psalmus XC. Inscriptionem Mosis, Viri DEI, habet; qvod Cognomen, Mosi 2. Paral. XXX. 16. Esr. III. 2. itidem assignatum, non permittit de Cantore aliqvo Davidico, juxta Aben Esra, vel de Filiis Mose, i. e. Levitis, juxta alios, satis dure explicare. Sed ostendit Epitheton hoc, Canonici hujus scripti Autorem Principalem, per Ministrum Mosen illud edidisse, atqve in Literas retulisse: qvod cum reliqvis Mosaicis Libris, ob commodiorem & frequentiorem usum, insertum non esset, placuit Sp. S. illud demum, sub generali Davidis Titulo, Libro Psalmorum inserere.* (76.) Chymici Veteres Librum de Arte sua eidem, Titulo Mosis Prophetæ præfixe, supposuerunt, qvem tamen Conringius (77.) Sacrificulum potius istius Nominis Ægyptium fuisse conjectat. Artapanus, scriptor *Libri de Judæis* vetustus, ex Alexandro Cornelio Polyhistore ab Eusebio (78.) allegatus, *Mosen, cum ad Virilem pervenisset Ætatem, à Græcis perhibet Musæum esse appellatum, atqve Orphei fuisse Magistrum,* pluraqve alia μυθωδέςερα de illo commemorat. Verum confundi eum patet, ob Nominum affinitatem,

(76.) V. Wilh. Lyseri *Trifolium Veræ Religionis V. T. Disp.* 3. §. 10. *p.* 63.

(77.) *L. 1. de Med. Herm. c. 3. p. 31.*

(78.) *Lib. 9. de Præpar. Evang. c. 27.* Conf. Conring. l. c. *L. 1. c. 14. p. 159.*

tem, cum Musæo, Poeta Græcorum Antiqvissimo quidem, sed tribus tamen ipso seculis, juxta Chronologorum calculos, posteriore.

XIX. NATHANEM Prophetam, cum Nathane, Davidis Filio, 2. Sam. V. 14. memorato, à Nicol. Lyrano, illum Uriæ Hittæi ex Bathseba Filium fuisse, & à Davide adoptatum, falso persuaso, temere confundi, Lutherus *T. VIII. Jen. Germ. f.* 126. *b.* recte observavit. V. Salom Glassil *Philol. S. Lib. IV. Tr. III. p.* 961.

XX. Nicolaitarum Hæresin, Communioni Uxorum promiscuæ, Esui τῶν ἠδωλοθύτων, aliisqve Dogmatibus Erroneis, Sec. I. patrocinatam, & ab ipso Salvatore Apoc. II. 15. damnatam, à NICOLAO, Proselyto Antiocheno, qvem unum ex VII. primis Ecclesiæ Hierosolymitanæ Diaconis fuisse Acta Apostolica (c. 7. v. 5.) testantur, & ortum suum, & nomen, habuisse, vulgo hodie creditur. Amplexi sunt eandem sententiam, inter Ecclesiæ Priscæ Doctores, Irenæus, Tertullianus, Epiphanius, Philastrius, Hieronymus, Hilarius, inter Ævi seqvioris Scriptores, Joh. Damascenus, Honorius Augustodunensis, Thomas Aqvinas, inter Recentiores deniqve Erasmus Roterodamus, Rob. Bellarminus, Ad. Tannerus, Mart. Becanus, Dion. Petavius, Sixtus Senensis, Lamb. Danæus, Thom. Brightmannus, Luc. Osiander, Rud. Hospinianus, ab E. berh. Rud. Rohtio, mox laudando, allegati, aliiqve qvamplurimi, vel Odio Uxoris, cum Joh. Damasceno, vel nimio Venustatis ejus Amori,

& hinc

& hinc ortæ Zelotypiæ vehementiori, cum Epiphanio, Apoſtoſiam ejus à Doctrinæ Chriſtianæ puritate imputantes. Sunt contra alii, à Rohtio itidem fuſe enumerati, è Patribus ſc. Clemens Alexandrinus, Euſebius Cæſarienſis, Theodoretus, Auguſtinus, Iſidorus Hiſpalenſis, inter Ævi Medii Scriptores Nicephorus Calliſtus, Steph. Gobarus, Haymo Halberſtadienſis, inter Recentiores tandem, Centuriatores Magdeburgenſes, Joh. Nauclerus, Cæſ. Baronius, Henr. Spondanus, Polyd. Virgilius, Mart. Chemnitius, Joh. Pappus, Joſua Arndius, qvi falſo eum, tanqvam Hæreſiarcham, traduci contendunt, ac Innocentiæ ejus patrocinantur. Statuunt hi ſcilicet, Nicolaum ipſum Erronea iſta dogmata; nec docuiſſe, nec approbaſſe, ſed Homines qvi Sectæ illi initium dederunt, profanos, cum is, objectum ſibi Zelotypiæ Crimen depulſurus, Conjugem Formoſam, in Apoſtolorum & Fidelium conſpectum productam, cuilibet alii ducendam obtuliſſet, & τῇ σαρκὶ δεῖν παραχρῆσθαι (decere carne abuti, ſive caſtigandam eſſe illam & coercendam,) Phraſi uſus ambigua & obſcuriore, addidiſſet, hoc ipſius initio Apophtegmate, in ſenſum detorto ab ejus mente alienum, & dein etiam Nomine, ad βδελύγματα ſua ſpargenda, eſſe abuſos. His longe adhuc in Nicolaum ſunt æqviores, eumqve non ab Hæreſi ſolum fœdisſima, ſed & ab omni Scandali, etiam *accepti* (qvod Theologi vocant,) ſuſpicione abſolvunt, Dav. Paræus (*in Comm. in Apoc. p. 76.*) Joh.

Digitized by Google

Joh. Henr. Alstedius (*in Chronol. Hær. 38. p. 394.*) & Eruditissimæ *de Hæresiarchis Ævi Apostolici Dissertationis*, A. 1690. editæ, Autor Celeberrimus, Sacræqve Archæologiæ peritia nemini secundus, Thomas Ittigius, Theologus Lipsiensis. Negant hi, Nicolaitas à Nicolao nostro esse appellatos, aliumqve ipsi cognominem, Fœdæ istius Sectæ exstitisse Autorem, Patribus autem Antiqvis ὁμωνυμίαν utriusqve imposuisse, arbitrantur. A qva Conjectura, verisimili utiqve & haud improbanda, nec alienus admodum, si vestigia ejus qvædam in Antiqvorum se offerrent Monumentis, fore videtur Eberh. Rudolphus Rohtius, Professor Gymnasii Patrii Ulmensis Clarissimus, cujus elegans *de Nicolaitis Dissertatio*, Jenæ *A.* 1679. auctior recusa, Consuli, & de hac controversia, & de tota Sectæ istius, ac Dogmatum ejusdem, Historia, omnino meretur.

XXI. OBADIAS, Prophetarum, qvos Minores vocamus, Minimus, sed, Hieronymo judice, *Supputatione Versuum parvus, non sensuum*, contra Idumæos, Captivitatis Judæorum Babylonicæ Spectatores ἐπιχαιρεκάκους, in vaticinio suo, stylum potissimum strinxit, &, hanc ob causam, ista posterior, Jeremiæ autem σύγχρονος (circa A. M. 3350.) fuisse, non immerito censetur, licet Hieronymus, (*ad c. 1. Hosea*) eumqve secutus Bellarminus, Hoseæ, Joelis & Amosi, Coætaneum Ezechia imperante (circa A. M. 3240.) fuisse malint, &, Prophetarum More, de captivitate

futura,

futura, tanqvam præterita, locutum ſtatuant. Doctores Hebræi, Jarchius, Kimchius, atqve alii plures, Thalmudi ſuo (*in Sanhedrin c. 4.*) creduli, Gente Idumæum fuiſſe perhibent, ſed Religionis Judaicæ Proſelytum, ac, de vaticiniis ejus adverſus ſympatriotas, trita hæc ſuorum uſurpant Adagia: *Ex ſylva eſt, & in ipſam ſylvam redit ſecuris; it. Cochlear, qvod ſculpſit Artifex, eidem os ſinapi dauret.* Sed & perſuadent ſibi iidem, invita licet Chronologia, coævum ipſum fuiſſe Achabo, Iſraelis Regi impio (circa A. 3040.) imo haud diverſum ab Obadia, ejus Oeconomo, ſive Diſpenſatore, 1. Reg. XVIII. 4. ob benignitatem in 100. Prophetas, à Jezabele afflictos, commendato, iſtaqve, uti opinantur, donum Prophetiæ merito. Pleriqve etiam conſentiunt, Obadiam hunc noſtrum Pentecontarchum illum fuiſſe, cui, ab Achazia, Ahabi Filio, ad ſe miſſo, Elias, poſt duos Cœleſti igne jam abſumptos, ſupplici pepercit (2. Reg. I. 13.) ac, relicta deinde Aula Samaritana, in Hieroſolymitanam Joſaphati conceſſiſſe, hujusqve juſſu, cum Magnatibus aliis (qvos inter Obadiæ etiam 2. Paral. XVII. 7. occurrit mentio,) cultum in Regno Judaico univerſo divinum inſtauraſſe. Prophetam tandem, ut ante monui, ajunt eſſe factum, & viduam reliqviſſe non Mulierem ſareptanam, Eliæ Hoſpitam, cujus iſte Filium, Jonam ſc. uti illi nugantur, Prophetam, de morte reſuſcitaſſe 1. Reg. XVII. memoratur, ſicut Joh. Henr. Urſinus

credi

(79.) credidisse asserit Lyranum & Abulensem, sed) Fœminam istam pauperculam, cui, Ære alieno oppressæ, Elisæus miraculosa Olei productione subvenit [2. Reg. IV. 1-8. (80.)] Sed qvis non videt, tres hic Obadias ὁμωνύμους, Achabi sc. Oeconomum, Ministrum Josaphati Aulicum, & Prophetam nostrum, duos item Anonymos, Pentecontarchum sc. & viduæ obæratæ Maritum, audacissime pariter atqve turpissime, repugnante Temporum serie, inter se confundi. Nihilominus tamen avide Fabellas istas παλαιοπαράδοτους arripuerunt Salom. Jarchi, David Kimchi, Isaacus Abarbenel, Rabbinorum Antesignani, & ExegetæGentis suæ Principes, aliiqve obscuriores qvamplurimi, sacrosanctam sc. habentes Thalmudis sui Babylonici Autoritatem, in cujus *Tit. Sanhedrin, c. 4.* argutissime istæ hoc pacto demonstrantur: *Qvid est Causa, quare obadias in Edomum prophetarit? Dixit R. Isaac: Dixit Deus benedictus: Veniat obadias, qvi, inter duos impios [Achabum & Jezabelem] vivens, non didicit ex illorum Moribus, & prophetabit adversus Esavum, qvi, inter duos justos [Isaacum & Rebeccam] habitans, mores illorum non didicit.* In Gemara autem ejusdem Tituli, ad Qvæstionem R. Isaaci, *cur*

N *Obadias*

(79.) *in Paralipomenis, Lib. 3. p. 347.* Nescio, an credibile sit Lyram, cum Tostato, ita delirasse. Diu enim, post miraculosam istam Pueri Resuscitationem, Obadiam, & superstitem fuisse, & Achabi Oeconomum, ex cap. seqv. XVIII. patet. Forte memoria ipsum fefellit Ursinum. Mihi neuter istorum jam est ad manum.

(80.) V. Lud. Mich. Crotii *Specim. Philol. in Obad. p. 50.*

Obadias Spiritû Prophetiæ afflari meruerit? respondetur: *qvia centum Prophetas abſcondit in ſpecu.* Nec omnino alieni à confuſione iſta ſunt, ex Recutitis Antiqvioribus Thalmude, Jonathan Uzielides [*in Targum ad 2. Reg. 4. 1.*] & ipſe Joſephus [*l. 9. Ant. Jud. c. 2.*] (81.) Solus Abeneſra ſuum profiteri auſus eſt diſſenſum, ſed cauſam ejus attulit minime idoneam, qvod ſc. Obadias noſter non poſſit idem eſſe cum Oeconomo Achabi, quoniam hic *Vir timens DEum*, ille autem, titulo excellentiori, Propheta ſalutatur. Qvod Argumentum merito Abarbenel vanum appellat ac futile, cum duo iſta Elogia nullam arguant diverſitatem, ſed amice conſpirent. E Chriſtianis, Traditionem hanc Judaicam ſunt amplexi, & Prophetam cum Achabi diſpenſatore itidem confuderunt, Euſebius, σύγχρονον eum Achabi fuiſſe *in Chronico* tradens, Hieronymus, ſibi ipſi, circa ætatem ejus, contradicens [*in Comm. ad. Prophetiam illius*,] Epiphanius, Theodoretus, Dorotheus, Nic. Lyranus, Alph. Toſtatus, &, ut Recentiores alios taceam, noviſſime Joh. Wilh. Petræus, *in Nube Teſtium Veritatis de Regno Chriſti glorioſo*, hoc A. 1696. edita (82.) Rectius eandem, ob Parachroniſmum ingentem, exploſerunt, poſt Joh. Calvinum, Rob. Bellarminus (83.) Mich. Waltherus (84.) Joh. Henr. Urſinus (85.) Joh.

(81.) V. Crocium *l. c. p.* 2. 4. 41. 50.
(82.) *Lib.* 1. *p.* 101.
(83.) *in Lib. de Scr. Eccl., ad A. M.* 3195. *p.* 11. 12.
(84.) *in Offic. Bibl. Repoſ. Poſt. Thec.* 4. *Arc.* 9. *p.* 1029.
(85.) *in Hypomnematis ad Obadiam, Libro* 3. *Paralipomenon obviis, p.* 347. *p.* 348.

Digitized by Google

Joh. Henr. Heideggerus (86.) Aug. Pfeifferus (87.) & Ludov. Mich. Crocius (88.) plura de Propheta hoc suppeditaturi. Qvos inter Heideggerus monet, etiam nonnullos, qvi eundem illum putarent cum Obadia Levita, Instaurationis Templi Ergodiocte à Josia Rege constituto, & 2. Paralip. XXXIV. 12. memorato, sed pari, uti vere idem judicat, incertitudine.

XXII. SIMONIS PETRI, Apostolorum Primicerii, Epistolam Posteriorem, in Ecclesia olim Vetere, haud paris, apud omnes fuisse Autoritatis, Eusebius [*Lib. 3. Hist. Eccl. c. 3. & 25.*] testatur. Syri vero ne hodie qvidem eandem, uti Waltherus, cum aliis, perhibet, recipiunt. Inter modernos, Hugo Grotius eam plane ipsi abjudicare est aggressus, ac Simoni, Jacobi Minoris in Episcopatu Hierosolymitano successori, qvi, Trajano imperante, Martyrio traditur affectus, vindicavit. Cui, licet ὁμωνύμῳ, cum obstare animadverteret versiculum capitis Imi 18vum, in qvo Autor se vocem Dei Patris, de Filio cœlitus testati, in Monte sancto, narrat audivisse, istum vel Additamentum esse, à manu aliena profectum, vel Vocem divinam, à vulgo universo auditam [de qva Joh. XII.28. agitur,] non autem illam, qvam, in μεταμορφώσει Christi, Petrus, Jacobus & Johannes, soli auribus exceperunt, designare conjectavit. Verum refutatus

 is

(86.) *in Enchir. Bibl. l. 1. c. 27. p. 328. 329.*
(87.) *in Comm. Anti Rabbinico ad Obadiam.*
(88.) *l. c.*

is jam eſt, *A*rgumentis minime ficulneis, ab Henrico Hammondo, [qvem Heideggerus (89.) allegat,] & Thoma Smitho, Eccleſiæ *A*nglicanæ Presbytero in ſuo ad Epiſtolam hanc Commentario, *Qvarto Miſcellaneorum*, Londini A. 1690. editorum, *Capiti* inſerto. *A*ddi his poſſunt alia, qvibus eandem Epiſtolam Petro jam ante vindicarunt Bellarminus (90.) Mich. Waltherus potioresqve illius Exegetæ. Cœterum riſu, non refutatione, digni ſunt, & à Tillemontio, ſcriptore inter Gallos modernos Pontificio cordato atqve Eruditisſimo (91.) jam exploſi, qvi, nimio Primatum atqve *ἀναμαρτησίαν* Petri defendendi ſtudio, Petrum, ſive Cepham [uti in Mss. plerisqve vocatur,] *A*ntiochiæ, ob Hypocryſin, à Paulo [*V. Gall. II.* 11-15.] objurgatum, diverſum ab *A*poſtolo, ſed cognominem illi, fuiſſe, comminiſcuntur.

XXIIII. PHILIPPI duo, inter primos Doctrinæ Chriſtianæ Præcones, teſte Hiſtoria N. T. Evangelica, eminuerunt, Apoſtolus alter, ex Urbe Bethſaida oriundus, qui Scythis convertendis operam impendiſſe creditur; alter Evangeliſta, & Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Diaconus [V. Act. VI. 5.], qui Samaritas, Simonem Magum & Eunuchum Æthiopem, Chriſto eſſe lucratus, ac

(89.) *in Enchir. Bibl. Lib. 3. c. 24. p. 978.*
(90.) *in Lib. de Scr. Eccl. ad A. C. 34. p. 28.*
(91.) *in offic. 8. p. 1089.*
(92.) *en les Memoires pour ſervir a l'Hiſtoire Eccleſiaſtique*, ed A. 1694. *T. I. P. I. V. Acta Erud. Lipſ. A. 1695. M. Jun. p. 255.*

ac Cæſareæ deinde, cum Filiabus IV. Prophetiſſis, habitaſſe, Act. VIII. & XXI. 8. 9., perhibetur, tandemque, cum duabus iſtarum, Hierapoli, in Aſia Minore, Polycrate, Epheſiorum Epiſcopo, in Epiſtola Paſchali [apud Euſebium *Lib.* 3. *c.* 31. & *Lib.* 5. *c.* 24.] teſte, mortuus eſt atq; ſepultus. Confundit hos Autor *Conſtitutionum*, quæ Clementi Romano ſuppoſitæ ſunt, *Apoſtolicarum*, dum, *Lib.* 6. *c.* 7., Simonem Magum a Philippo Apoſtolo ait eſſe baptizatum, quod, ipſo Bellarmino (93.) Judice, *manifeſte eſt falſum*, &, velut νοθείας Argumentum, tum ab ipſo, tum a Rob. Coco (94.) allegatur. Confundit etiam Polycrates, Antiſtes Epheſinus, in Epiſtola, quam modo ex Euſebio allegavimus, Paſchali, ſi Henr. Dodwellum [*in Diſſ.* 1. *ad Irenæum*] audias (95.) Verum, niſi omnino fallor, immunis eſt ab hac culpa Polycrates, eaque ſoli Euſebio imputanda. Is enim, juſto ſe negligentiorem fuiſſe, in excerpendis, e Paſchali Polycratis, ad Victorem Romanum, Epiſtola, iis, quæ *Lib.* 3. *c.* 31. de Philippo Apoſtolo, Hierapoli defuncto, tribusque illius Filiabus, [quarum duæ ibidem, tertia autem Spiritu S. repleta, Epheſi conſenuerit] narrat, ipſe manifeſte oſtendit, dum, *Lib.* 5. *c.* 24. eadem Polycratis verba denuo exhibet, ſed, omiſſa Apoſtoli mentione, Evangeliſtam hunc in modum celebrantia: *Ma-*

(93.) *in Lib. de Scr. Eccl. ad A. C.* 92. *p.* 39.
(94.) *in Cenſura Vett. Scr. Eccl. p.* 31. 35.
(95.) *V. Act. Erud. Lipſ. A.* 1690. *M. Nov. p.* 547.

Digitized by Google

gna quadam Luminaria apud Asiam dormierunt, summi & electi Viri, quos Dominus suscitabit in Adventu suo, cum veniet de cœlis in gloria, & requiret omnes sanctos suos. In quibus est Philippus Evangelista, qui dormivit apud Hierapolim: sed & dua Filia ejus, qua Virgines senuerunt, & alia ejus Filia, Spiritu Sancto repleta, qua apud Ephesum dormivit. Hanc Eusebii, eadem de utroque Philippo, ex Polycrate, commemorantis, ἀβλεψίαν & Inconstantiam non observarunt Dav. Chytræus (96.) & alii Viri Docti, qui, locum ejus priorem secure nimis secuti, Apostolum Hierapoli esse sepultum Filiarumque Fatidicarum, non minus quam Evangelistam, fuisse Parentem, falso tradiderunt. Notavit παρόραμα Eusebii, ea etiam, quæ Lucas, Clem. Alexandrinus & Gajus, de Evangelista retulerunt, Apostolo *Lib.* 1. *c.* 30. & 31. applicantis, Christoph. Sandius Jun. (97.) de Evangelio Philippi, a Gnosticis confícto, differens, sed male inde concludit, Eusebium, uti & Hieronymum, ejus, in Errore hoc Sectatorem, unum tantum agnovisse Philippum, Apostolum simul atque Diaconum & Evangelistam. In quam sententiam & ipse Sandius videtur proclivior, ei statu minandæ præsidia ex Historia Passionis S. Andreæ suppostitia, Presbyteris Achajæ afficta (quæ, una cum Pseudo Clemente, supra allegato, Simonis Magi Baptismum Apo-

(96.) *in Onomastico Theol. p. m.* 533.
(97.) *in Tr. de Scr. Eccl. Nucleo H. E. præfixo, p.* 23.

postolo tribuit,) mutuari haud veritus, sed ex Actis Lucæ Apostolicis facile refutandus.

XXIV. PHILONEM JUDÆUM, Libri Sapientiæ esse Autorem genuinum, ac male istum a nonnullis, ὁμωνυμίας fraude seductis, Philoni Seniori, Scriptori Ethnico, vindicari, caput sequens, de aliis etiam ejusdem Monumentis acturum, monebit, simulque Davidis Ganzii errorem, quo JESUM SIRACIDEM, Scriptorem V. T. Apocryphum, cum Ben Siva, Parœmiographo Hebræo, confudit, deteget.

XXV. SIMEONEM, Senem Sanctissimum, & a Luca ipso (*c. 2. v. 25.*) ἀνθρώπȣ δικαίȣ ϗ εὐλαβέος Elogio honestatum, Pet. Galatinus (*Lib. 1. de Arc. Cathol. Ver. c. 1. & Lib. 4. c. 8.*) *Filium ait & Discipulum fuisse Hillelis, & Praeceptorem Gamalielis, cognomento Justum.* Vapulat, ob hanc de Agnomine Relationem, ex Lucæ forsitan Verbis desumptam, Johanni Drusio, (*Lib. 3. Praeteritorum p.* 82.) & reus ab illo agitur, sed forte immerito, Confusionis eum Simeone Justo, Septimo Templi Secundi (circa A. M. 3674.) Pontifice, Jadduæ ex Onia Filio Nepote, Virorum Synagogæ Magnæ, juxta Hebræorum traditionem | 98. | ultimo. Verba Drusii, a Salom. Glas-

(98.) V. Joh. Buxtorffii Sen. *Tiberiadem c. 10. p.* 98. Ubi, ut obiter hoc addam, eum cum Avo Jaddua confundit, dum Alexandro illum Macedoni, hostiliter Hierosolymam adeunti, sacerdotali habitu, ait, obviam prodiisse & ad Clementiam erga Urbem ipsum flexisse. Hæc enim de Jaddua Avo Josephus *Lib. 11. Antiqq. Jud. c. 8.* & alii referunt.

Glaſſio | 99. | recitata, incertum an etiam approbata, hæc ſunt: *Non ſequitur, fuit Homo Juſtus, ergo cognominatus fuit Simeon Juſtus. Tamen Hieronymus ſic eum appellat adv. Helvid. c. 4. & Epiſt. 46. Id impoſuit Galatino, qui hunc Simeonem Juſtum vocat, & cum eo confundit, qui Alexandri avo vixit, quem Hebræi vocant* שמעון הצדיק *Simeonem Juſtum, ajuntque fuiſſe ex Viris Synagogæ magnæ. Error eſt nimis craſſus.* Hæc ille, cui Ludov. etiam Capellus [*in Or. de Nomine* יהוה, *Arcano Punctationis ſubjuncta* (100)], Calculo ſuo, Galatinum confuſionis itidem damnante, fert ſuppetias. Sed, me judice, Veniam ille meretur, qui Elogium, Simeoni a Scriptore θεοπνεύστῳ tributum, Agnomini Honorifico quadamtenus æquipollere, non immerito cenſuit, præſertim, cum, adjecta Parentis & Filii Mentione, ſatis eum accurate a Pontifice ὁμωνύμῳ, ejusdem Agnominis participe, ſed tribus ſeculis ipſo vetuſtiore, diſtinxerit (*.) Credidit ſcil. Galatinus, Senem hunc θεοφόρον, & Cantatorem Funeris ſui vere Cygnæum, eundem eſſe cum Simeone, Hillelis Filio, Doctorum Gentis Judaicæ ſua ætate Principe, cui Titulus *Rabban*, omnium, quibus Apellarum Sapientes gaudent, præſtantisſimus, & primo eſt inditus, & cum ſolis ſex Poſteris atque ſucceſſoribus,

(99) *Lib. 4. Philol. S. Tr. 3. Obſ. 11. p. 936.*

(100.) *p. 323. ap. Dorſch. in Semeſtri Miſc. p. 239.*

(*.) Simeonem Juſtum eum itidem vocat Aug. Pfeifferus in *Diſſ. de Targumim, c. 5. §. 2.* ob eandem haud dubie, quam diximus rationem.

ribus, Gamaliele ſc. Filio, D. Pauli Præceptore, Simeone II. Nepote, Gamaliele II., Pronepote, Simeone III. Abnepote, Gamaliele III, Rabbi Jehudæ Sancti, Atnepotis ſui Filio, & Johanne Zacchaide, fuit communis, deinde autem, cum Familiæ ejus Principatu, omnino, inter Recutitos, expiravit. Quam conjecturam licet itidem in dubium vocet Joh. Druſius (101.) &, cum eo, Johan. Buxtorfius P. (102.) ac Guilh. Henr. Vorſtius (103.) ob præjudicium, quod animos eorum præoccupaverat, de Filii Gamalielis pro Sacris Judaicis Zelo, & Hoſtili adverſus Chriſtianos Odio, in Paulum Auditorem, a Præceptore hoc, uti credunt, derivato, ingenti tamen nihilominus veriſimilitudine, & nobis & aliis, illa ſeſe commendat. Σύγχρονον certe Salvatori Noſtro Hillelis hunc Filium fuiſſe, nec ipſi negant. Pauli autem, quo, ante Converſionem, Eccleſiam perſecutus eſt, odium, Gamalieli, ejus Magiſtro, haud eſſe imputandum, recte jam monuit Dorſcheus (104.) cum iſtud potius ab aliis ipſi videatur inſtillatum Doctoribus, aut a ſummo, cui Lucas Act. IX. 2. adhæſiſſe eum teſtatur, Pontifice. Gamalielem certe longe æquiori in Chriſti Aſſeclas fuiſſe animo, Conſilium ejus, de Toleratione illorum Synedrio [Act. V. 34. ac ſeqq.] expoſitum, oſtendit,

(101.) *in Comm. ad voces Hebr. N.T. P. I. p. 66.*
(102.) *in Tr. de Abbreviat. Hebr. p. m. 58. 59.*
(103.) *in obſerv. ad Chronol. Dav. Ganzii p. 283.*
(104.) *in Semeſtri Miſcellan. p. 240. 241. 242.*

dit, & pſevdo Clementis Romani de Crypto-chriſtianiſmo ejusdem Relatio (*Lib.* 1. *Recognit. c.* 9. *&* 10.) a Dorſcheo recitata, aliquatenus confirmat, imo Eccleſiæ Romanæ, quæ Sanctis eum annumeravit, Inventionisque Corporum ipſius, Nicodemi, Stephani & Abibonis, Honorio imperante, a Luciano, presb. Hieroſolymitano, factæ, & peculiari Hiſtoria, Chriſtianiſmo Gamalielis mire favente, deſcriptæ, memoriam, in Martyrologio ſuo, die 3. Aug. applaudente Uſuardo, Germaniæ Veteris Hagiologo, recolit, Conſenſus (105.) luculenter evincit. Quod ſi autem vel maxime alieniori a Chriſticolis animo fuiſſet Gamaliel, parentem tamen ejus χειςοφόρον illum ſenem non fuiſſe, inde haud quaquam poteſt colligi, cum Filii non ſemper parentum de Religione ſequantur Judicia, ſed partes, iſtis inviſas, ſæpe ſectentur. Quid quod Joh. Buxtorfii ipſius δευτέραι, *in eodem de Abbreviaturis Libro* (106.) φροντίδες σοφωτέραι Galatini conjecturæ pondus addant haud exiguum. Verba ejus adjici merentur: *Rabban Schimeon, Hillelis Filius, fortasſis ille fuit, qui Chriſtum brachiis excepit, & a Pietate atque Juſtitia ab Evangeliſta Luca commendatur. Nam ſane tunc vixit, ut poſtea, ſub ejus Filio Gamaliele, Paulus Legem Moſaicam didicit. Conjecturæ favet, quod Hiſtoria Judaica* [teſte R. Dav. Ganzio in Zemach David fol. 36.] *hujus laudes præteriit, quas alio-*

(105.) V. Dorſch. *l.* 1. *p.* 242.
(106.) *p. m.* 175. 176.

altoqui, in Hillelis Majoribus, & tota Posteritate, diligentissime persecuta est. Inde etiam in Mischna Thalmudica nulla ejus Mentio. In Gemara obiter tantum commemoratur, non alio fine, quam ut Hillelis Posteritas integre contexatur. Preterea, in Pirke Abbot, inter Patres Traditionum non recensetur, sed Hillelis celebribus Dictis statim subjicitur Nepos ejus, Rabban Gamaliel. Inde Abarbenel motus, in suis Quaestionibus in hunc Librum, non intempestive quaesivit, quare Rabban Schimeon, Hillelis Filius, in Serie Patrum non ponatur? cujus rei varias Conjecturas adducit. Causam ego suspicor esse, ut dixi, quod, posteaquam Christum esset amplexus, ejus memoriam praeterierint. Verum sufficiant haec de Simeone Evangelico, Salvatoris recens nati Encomiaste, & Doctore vera *εὐθανασίας* incomparabili, cujus Festum Mnemonicum Anniversarium Ecclesia eo, quo haec scribimus, tempore celebrat. Turpius Galatino, circa illum impingunt, qui cum Simone eum Canaeo, Apostolo, confundunt, a Doctiss. Tillemontio A. 1694. (107.) refutati.

XXVI. Simeoni succedat SIMON MAGUS, primus N. T. juxta plerorumque Sententiam (invito licet apud Nicephorum (108.) Hegesippo, a quo Thebutes quidam, in petitione Episcopatus repulsam passus, Ecclesiae Haeresi-

(107.) *en les Memoires pour servir a l' Histoire Ecclesiastique, T. I. P. III. V. Acta Erudd. Lips. A. 1695. M. Jun. p. 263.*

(108.) *Lib. 4. Hist. Eccl. c. 7.* Conf. Guilh. Baieri *Dissert. de Ambitione Haeresium Causa. c. 1. §. 4.*

resibus primum depravatæ insimulatur] Hæresiarcha, ab Ignatio, *in Ep. ad Trallianos*, υἱὸς τȣ̃ Διαβόλȣ πρωτότοκ@ appellatus, huic Virorum S. Codicis Illustrium Catalogo inserendus, non Virtutis suæ Merito, sed quia eadem, qua Herostratus in Græcorum Annalibus, ratione, sui in Historia Apostolica Nominis obtinuit Memoriam, ejusque beneficio ad Posteros propagavit. Gente ille fuit Samarita, & ex Oppido quidem Gittonensi oriundus, si Justino credendum Martyri, Regionis ejusdem Alumno, cui tamen, e Recentioribus, Steph. le Moyne, Acad. Lugduno-Batavæ Theologus [non Γιτ]ιέα, sed Κιτ]ιέα, a Cittio, Cypri Urbe, vocandum eum arbitratus,] nuperusque Exercitationum AntiBaroniarum Autor, Sam. Basnagius (*ad A.C.* 35.) contradicunt, Cypriumque fuisse, imo eundem cum Simone, quam Josephus *Lib.* 20. *Ant. Jud. c.* 5. memorat, Cyprio, itidem Mago, contendunt (109.) Præstigiis is Magicis, & vocibus jactabundis, divinitatis affectantibus opinionem, Samaritas ita dementaverat, ut omnes, uno ore, Δύναμιν τȣ̃ Θεȣ̃ τὴν μεγάλην ipsum salutarent. Christiana tamen Sacra paulo post, cum Civibus reliquis, incertum an serio, an Hypocritice, est amplexus, & a Philippo Diacono Baptismi Undis perfusus Lustralibus. Sed cum, a Petro ac Johanne, Apostolis, Ecclesiæ hujus Novellæ Reformatoribus, Spiritus Sancti Charismata per χειροθεσίαν distribuendi potestatem ar-

(109.) *V. Act. Erud. Lips. A.*1692. *M. Apr. p.*163.

Digitized by Google

argento redimi posse, stolide arbitratus, repulsam, cum Invectiva in Malitiam atque Hypocrisin suam duriori conjunctam, tulisset, e Patria digressus, ad vomitum rediit, ac Romæ imprimis, uti fertur, Claudio imperante, *σημείοις* ac *τέρασι τȣ̃ ψεύδης* quamplurimis, & divinitatis sibi conciliavit opinionem, & Honores plusquam humanos, isti congruos. Justinus certe Martyr, Testis, ut videri vult, Ἀυτόπτης, *in secunda pro Christianis*, ad Antonium Pium Imp. *Apologia*, statuam Thaumaturgo huic Dæmoniaco, & Necromantæ stygio, publica Senatus, atque Populi Romani, autoritate, in Tybris, Insula, tanquam Deo, fuisse erectam, hisce verbis, indicat: Ἐπὶ κλαυδίȣ καίσαρος, διὰ τῆς τῶν ἐνεργȣ́ντων Δαιμόνων τέχνης, δυνάμεις ποιήσας Μαγικὰς, ἐν τῆ πόλει ὑμῶν βασιλίδι ῥώμῃ, θεὸς ἐνομίσθη, καὶ Ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν, ὡς θεὸς, τετίμηται. Ὃς Ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, ΣΙΜΩΝΙ ΘΕΩΙ ΣΑΓΚΤΩΙ. Gemina his, paginis aliquot interjectis, addit, & Romanos, ut statuam hanc evertant, hortatur. Istam Justini Narrationem, licet nulla ejus vestigia apud scriptores, vel Christianos, vel Paganos, *συγχρόνȣς* aut Antiquiores, occurrant vestigia, cupide dein, tanquam verissimam, arripuerunt, atque Ethnicis objecerunt Irenæus *Lib.* 1. *adv. Hær. c.* 20. Tertullianus *in Apologetico c.* 13. Eusebius *Lib.* 2. *Hist. Eccl. c.* 13. & 14. Theodoretus in *Epitome Hæresium*, & [quem his

non-

nonnulli addunt, licet nullam Romanorum injecerit mentionem, *Augustinus in Lib. de Hæresibus ad Quodvultdeum, Hær.* 1. Seculis Ævi medii sequioribus, nostræque ætati propioribus, repetita est eadem a Nicephoro Callisto, *Lib. 2. Hist. Eccl. c.* 14. Haymone Halberstadiensi *Lib. 2. Hist. Eccl. c.* 20. Gobelino Persona in *Cosmodromio, Æt.* 6. *p.* 138. Pet. Crinito *Lib.* 8. *de Honesta Disciplina c.* 1. Joh. Aventino *Lib.* 2. *Annal. Boicorum p.* 356. aliisque, qui passim allegantur, Autoribus, de Veritate ejus persuasis. Verum imposuisse Martyri Sanctissimo pariter atque Doctissimo, tum Linguæ Latinæ ac Idolomaniæ Romanæ imperitiam, tum Nominum; de qua commentamur, Similitudinem, Lapis Antiqvus abunde demonstravit, ex Insulæ, [quam indice is designavit Digito] Tiberinæ Ruderibus, Seculo hoc, Gregorio XIII. Pontifice, effossus, sequenti conspicuus Inscriptione:

SEMONI SANCO
DEO FIDIO
SACRUM
SEX. POMPEJUS. SP. F.
COL. MUSSIANUS
QUINQTENNALIS
DECUR.
BIDENTALIS
DONUM DEDIT.

Inscriptioni huic, a Baronio [*T.* 1. *Annal. ad A. C.* 44. *n.* 55.] & Grutero [*in Inscriptt. fol.* 96. *n.* 5.] ex-

exhibitæ, alia, illi gemina, ex eodem Gruteri Opere [*l. c. n. 6.*] subjungi meretur:

SANCTO SANCO
SEMONI DEO FIDIO
SACRUM DECURIA
SACERDOTUM
BIDENTALIUM
RECIPERATIS
VECTIGALIBUS.

Facile scilicet duæ istæ Inscriptiones, Hominibus Naris non plane obesæ, persuadebunt, statuam, quam Justinus Simoni Mago credebat esse erectam, dicatam a Romanis fuisse *Semoni Sanco* [*Sangum* vel *Sanctum* alii Veterum appellunt] *Deo Fidio*, Fœderum atque Pactorum Antistiti, tribus hisce Nominibus promiscue, Ovidio teste, gaviso, a Sabinis initio, & deinde etiam a Romanis, cum in Horum Urbem illi immigrassent, Numinibus suis annumerato, quem cum Hercule eundem esse Eruditi, Varroni ac Festo creduli, opinantur. Mentio Sanci istius in Veterum Monumentis occurrit haud paucis, imprimis vero apud Ovidium [Lib. 6. Fast.] Propertium [*Lib. 4. El. 10.*] Varronem [*Lib. 4. de L. Lat.*] Livium [*Lib. 8. c. 20.*] Dionysium Halicarnasseum [*Lib. 2. & 4. Antiqq. Rom.*) Plinium Maj. (*L. 8. Hist. Nat. c. 48.*) Silium Italicum (*Lib. 8. de Bello Pun.*) Plutarchum (*in Qu. Rom. 30.*) Festum (*de Verb. signif. in Voce Propter*) & Augustinum (*Lib. 18. de C. D. c. 19.*) Fusius ἀβλεψίας istius, in Confusione Simo-

monis Magi cum Semone Sanco, Lectoribus Eruditis obviæ, Justinum convicerunt Desid. Heraldus *in Comm. ad Apol. Tertull. c.* 13. *Josephus* Castalio *Decur.* 111. *Observ. Crit. c.* 10. G. J. Vossius *Lib.* 1. *de Orig. & Progr. Idololatr. c.* 12. Cl. Salmasius *in Not. ad Spartianum p.* 139. M. Z. Boxhornius *in Qu. Rom.* 13. Dion. Petavius *ad Har. Epiph.* 21. *p.* 41. Henr. Valesius *in Not. ad Eusebii Lib.* 2. *Hist. Eccl. c.* 13. *p.* 32. J. C. Danhauerus *in Christeide Act.* 1. *Theat.* 1. *Phanom.* 8. *p.* 308. 309. J. Mich. Dilherrus *in Exam. Inscript. Antiqu. VII. n.* 4. J. Tob. Major *in Exegem. ad c.* 8. *Act. Apost.* Frid. Spanhemius Jun. *in Quatern. Dissertt. Diss.* 1. *de temere credita Petri in Urbem profectione p.* 142. *sqq.* partim nobis lecti, partim vero ab aliis allegati, &, qui ex professo hoc Argumentum erudite tractavit, nobisque, præ cœteris, fuit familiaris, M. Georg. Wonna Ratisbonensis, *in Exerc. de Cultu Simonis Magi AntiBaroniana*, Jenæ A. 1663. edita. His Calculum suum nuper adjecerunt, post Thom. Reinesium *in Diss. de Oracc. Sibyllinis, Georg. Schubarti Schediasmati de Deucalionis Diluvio adjecta, p.* 86. &, quem is laudat, Joh. Bernh. Bertramum, Disputationis de hoc Argumento *Jenensis*, suo ductu conscriptæ, Autorem, Christ. Kortholtus *in Comm. ad Just. Mart. p.* 39. Samuel Andreæ *in Disp. de Sim. Mago, Marpurgi A.* 1680. *excusa*, §. 13. Sam. Basnagius *in Exercc. AntiBaronianis, ad A. C.* 35. & *Joh.* Andr. Schmidius *in Continuation. Introductionis Sagittaria-*

na

Digitized by Google

na in Hist. Eccl. p. 1172. Nec proinde consultum, ut rem in medio relinquamus, cum Joach. Hildebrando, *in Dissert. Inaug. de Erroribus circa Deum Opt. Max.* §. 22. Non defuere quidem Justino, etiam inter Modernos, Asseclæ sui ac Patroni, Hier. sc. Xavierus, *Historia Christi Persica*, sed Fabulis plurimis fœderatæ, Autor, Pet. Halloixius [*in Not. ad Justini Mart. Vitam, Seculo II. Illustrium Eccl. Orient. Scriptorum insertam, p.* 382. *& seqq.*] Mich. Siricius [*in Disp.* 1. *de Simonis Magi Pravitatibus*, §. 5. 6. *p.* 5. 6. 7.] & alii forte plures. Præ cœteris autem, magno conatu, defendere Errorem ejus allaboravit Purpuratus Annalium Sacrorum Scriptor, Cæs. Baronius (*T.* 1. *ad A. C.* 44. *n.* 51. *& seqq.*) Sed Exceptionibus illorum jam dextre a Viris Doctis est responsum, & Baronianis quidem a Georgio Wonna, paulo ante laudato, qui, an Simon unquam Romam venerit, dubitare se, haud dissimulat. Simonis Lateri commode Sociabimus Uxorem ejus, Helenam, Meretricem ante Tyriam, quam Selenenis appellare maluit, & eandem esse jactavit cum Helena, Menelai Conjuge, quam, a Paride Adultero abductam, Græci, Bello adversus Trojanos decennali, Marito suo iterum vindicasse creduntur. Mendacium hoc Simonis de illa absurdissimum, nec ullos, præter Μετεμψύχωσιν Pythagoræam, in sui excusationem admittens calores, Iræneus, Epiphanius & Theodoretus, Historice relatum scriptis saltem mandarunt, & immerito proinde a Dan.

Hartnaccio (110.) confusionis istius Mulierum ὁμωνύμων absonæ insimulantur. Id quod recte notavit Vindex illorum Clarissimus, Samuel Andreæ, Theologus Acad. Marpurg. πολυμαθέστατος (111.) & Hartnaccio ipsi Confusionem Helenæ hujus Simonianæ, cum Helena, Adiabenorum Regina, in Judæos, fame ingenti, Claudio imperante, pressos, beneficentissima, & ab Eusebio [*Lib. 2. Hist. Eccl. c.* 12.] ob benignitatem istam, commendata, merito vicissim exprobravit, eo quod Locum hunc Eusebianum, velut de Simonis Conjuge agentem, allegaverit.

XXVII. Indos Malabares, a THOMA Apostolo, ad Religionem conversos esse Christianam, eumque, in horum Regione, a Brachmanibus, Superstitionis suæ tenacissimis, Martyrio affectum, & Maliapare sepultum, Reliquias autem ipsius inde postmodum Edessam, vel Goam, translatas, Vulgata diu fuit Traditio, plurimis, ob Vestigia Stavrolatriæ, aliorumque Christianismi rituum, in Tractu isto residua, admodum visa probabilis, & a Joh. Petro Maffeo, Jesuita Romano, *Libro*, quem Spanhemius allegat, *Historia Indicæ Secundo*, fusius exposita. Hinc factum ut Christi in India Cultores, circa Promontorium, ab Indi & Gangis Fluminum Ostiis, versus meridiem, Latera sua, ad mille fere Anglica exporrigens, Milliaria, & Capiti tandem Comori

(110.) *in Notis ad Georg. Hornii Hist. Eccl. p.* 53.
(111.) *in Disp. de Sim. Mago* §. 11.

ri occurrens, cumque eodem, inter Cambajam & Bengalam, Triangulum faciens æquilaterum, imprimis autem in Parte illius Meridionali, Capiti Comor vicina, habitantes (quorum plusquam 70000. esse traduntur,) Christiani S. Thomæ plerumque appellentur (110.) Verum ortam esse Falsam hanc Persuasionem, e Confusione illius cum ὁμωνύμῳ sibi Mar. Thoma, Clerico Nestorianæ Sectæ addicto, Seculo demum IX. per Patriarcham Babylonium, ad Indos hos a Superstitione Pagana abducendos, istuc ablegato, recte, & alii jampridem monuerunt, & Frid. quem supra laudavimus, Spanhemius Jun. (111.) ex Pet. Jarrico, Alvaro Semedo, cœterisque Rerum Indicarum & Sinicarum Scriptoribus modernis, inculcavit. Nestorianæ certe illos Doctrinæ adhæsisse, ipsumque Nestorium Sanctis annumerasse, ad A. usque 1599. quo, in Synodo Diamperana, Sacra sunt amplexi Romano-Catholica, a Breerewodo (112.) perhibentur. In Ecclesia Vetere, eidem Thomæ Apostolo Evangelium ab Hæreticis erat suppositum, Manichæis perquam familiare. Ejus verum Autorem Cyrillus *Hierosolymitanus* (Or. 6. Catech.) fuisse scribit Thomam quendam, Manetis Discipulum, teste Chr.

 San-

(110.) V. de illis Edv. Brerewodi *Scrutinium Religionum*, *cap.* 11. *p.* 92. 93. *&* *seqq.*
[111.] *in Summa Hist. Eccl. p.* 573.
(112.) *l. c. p.* 93-96.

Sandio (113.) Qui tamen in dubium Cyrilli hanc Relationem vocat, quod PſevdEvangelii iſtius Mentio in Origenis Manete antiquioris, *Homilia I. in Lucam* jam occurrat.

XXVIII. TITUM, Cretenſis Eccleſiæ Epiſcopum, ad quem Epiſtola D. Pauli ſupereſt Canonica, a multis cum Juſto, Cive Corinthio, Pauli, in Civitate iſta Achajæ commorantis, Hoſpite, per illum ad Religionem converſo Chriſtianam, eo quod Titi nomine & is fuerit gaviſus, confundi, obſervat, ſimulque hujus *H*iſtoriam (ductu Lucæ. Act. XVIII. 7.) illuſtrat Tillemontius, in *Memoriis Hiſtoriæ ſex priorum Æræ Chriſtianæ Seculorum Eccleſiaſticæ* Gallicis, A. 1694. editis, *Tomo I. Parte II.* (114.)

XXIX. Merito autem dubites, an, ulli in S. Codice, plures *H*omonymia pepererit, & *H*ominum, eodem gaviſorum Nomine, Confuſiones, & Interpretum Diſſenſiones, quam in *H*iſtoria Zachariæ, Filii Barachiæ, Martyris Sanctiſſimi, μεταξὺ τοῦ Ναοῦ καὶ Θυσιαστηρίου (inter Templum & Altare) occiſi, cujus, & aliorum Prophetarum, Cædem Salvator Judæis Matth. XXIII. 35. indignabundus exprobrat, adjecta ſeria Vindictæ Sanguinis horum Divinæ Comminatione. Quisnam iſte ZACHARIAS, ex tot Homonymis, fuerit, Theologi, & S. Codicis Exegetæ, Priſci pariter atque moderni, mire dis-

(113.) *in Tr. de Vett. Scr. Eccl. Nucleo Hiſt. Eccl.* præfixo, *p. 26.*

(114.) *V. Acta Erud. Lipſ. M. Jun. A. 1695. p. 257.*

dissentiunt, & in quatuor Factiones diversas; sed & has inter se parum concordes, scinduntur. Zachariam, Prophetarum V. T. Minorum Penultimum, Barachiæ Filium, Iddonis autem Prophetæ (2. Paral. XII. 15. & XIII. 22. allegati) vel Nepotem, vel Pronepotem, vel Abnepotem (nec enim de hoc satis constat, cum omnes qui in Gradibus sunt descendentibus, Hæbrei vocent Filios (115.) Dario Notho (circa A. M. 3465. juxta Bellarminum, juxta alios autem circa A. M. 3527.) coævum, intelligi h. l. putant Tertullianus (*in Scorp. c. 9.*) Joh. Chrysostomns (*Homil. I. in Luc. de Nativ. Joh. Baptistæ,*) Autor *Glossæ Ordinariæ*, Franc. Vatablus, Ben. Arias Montanus, Eman. a Saa, Casp. Sanctius, Franc. Ribera, Joh. Brentius, Æg. Hunnius & Rod. Gualtherus, a Sal. Glassio (116.) J. G. Dorscheo (117.) & Henr. Kippingio (118.) laudati. A quorum sententia haud longe absunt Sozomenus, Nicephorus Callistus (*Lib. 14. Hist. Eccl. c. 8.*) & Georg. Cedrenus, qui illum a Joaso, Judæorum Rege, esse interfectum, & cum hujus Filio, septiduo post, subita Numinis in Cædem istam animadversione, exstincto, in Villa Palæstinæ Cophar sepultum, amboru autem corpora Theodosio Juniore imperante, illic inventa, fabulantur, atque ita cum Zacharia, Jojadæ Filio, Vatem hunc confundunt, a Dorscheo, qui

(115.) V. Grotii *Annott. ad Zach. c. 1.* & Joh. Ad. Scherzeri *Diss. ad Zach. XII* 10. §. 13.

(116.) *Lib. 1. Philol. S. T. V.* II. *p.* 153.

(117.) *P. 1. Theolog. Zachar. in Proœm. p. 1. 2.*

(118.) *Exerc. II. de S. Script. p. 16. 17.*

Narrationis istius Parachronismos, atque alia *ἀσύστατα*, accurate detexit, Fusius (119.) confutati. Verum enimvero, cum, de Morte *P*rophetæ hujus Violenta, S. Literæ, Monumenta Judæorum omnia, & Scriptores Ecclesiastici Vetustiores, sileant, Epiphanius autem in Vita ipsius, & Dorotheus, in Synopsi, in ultima eum Senectute placide decessisse, testentur, nec probabile sit Judæos, ex Captivitate nuper reversos, *προφητοκτονία* se polluisse, & Iram Numinis, vix placati, denuo irritasse, imo is etiam in Subdiali interiori, inter *H*olocaustorum Altare, & Templum proprie dictum, sito, isto eousque nondum perfecto (uti Kippingius recte observat) occidi non potuerit, merito hæc Sententia, ab *H*ieronymo [*in c. 23. Matth.*] Guidone Carmelita [*in Monotessaro p.* 807.] Corn. Jansenio (*in Concord. Evang. c.* 84. *p.* 532.) Seb. Barradio, Christoph. Castrio, *J*ac. Saliano, &, qui hos allegat, Dorscheo, Glassio item, Scherzero, Kippingio, & aliis, rejicitur. Zacchariam, Baruchi Filium, a Judæis, paulo ante urbis Excidium, in Templo, teste Josepho [*Lib.* 4. *de Bell. Jud. c.* 19.] interfectum, Joh. *H*enr. *H*eideggerus (120.) & Nic. Gürtlerus, Th. D. ac *PP. H*anoviensis (121.) non ita pridem, in hujus locum, substituerunt. Sed applausum novum hoc

(119.) *l. c. p.* 3. 4. 5.

(120.) *in Enchir. Biblico.* A. 1681. edito, *Lib.* 1. *c.* 34. *p.* 362. 363.

(121.) *in Instit. Theol.* A. 1694. publicatis, *p.* 917. *V. Acta Erud. Lips. A.* 1694. *M. Aug. p.* 356.

hoc illorum Εὕρημα vix inveniet, tum ob Nominum Baruchi ac Baruchiæ Diversitatem, tum, quod Cædes ista commissa demum sit post Assessionem Christi, quem de re futura, tanquam præterita, more Prophetarum, esse locutum, vereor ut Gürtlerus Oculatioribus persuadeat. Tertia sententia est illorum, qui pro Zacharia Sacerdote, ex Ephemeria ac Familia Albiæ, Johannis Baptistæ Parente, militant, eique, in Scriptura ἀπάτορι καὶ ἀγενεαλογήτῳ, Barachiam quendam *Patrem*, ex h. l. assignant. Defendunt hanc, Martyriique gloriam Baptistæ Genitori uno ore vindicant, Pseudo Jacobus (*in Protevangelio,*) Hippolytus Martyr (*apud Nicephorum,*) Origenes (*Tr.* 19. *in Matthæum,*) Tertullianus (*in Scorpiaco, c.* 8.) a Baronio pro hac allegato sententia, a Glassio autem & Kippingio de *Propheta* explicato,) Basilius M. (*in Homilia εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ χριστοῦ γέννησιν,*) Gregorius Nyssenus, Epiphanius (*in Lib. de Vit. & Interitu Prophetarum, n.* 23.) Cyrillus Alexandrinus, *Petrus* Episc. Alexandrinus (*in Can. XIII. de Pœnitentia,*) Theophylactus (*in Comment. in Matth. XXIII.* (Matth. Flacius (*in Clavi Script. P.* 1. *p.* 1193. *in Voce Templum,*) Cæs. Baronius (*T.* 1. *Annal. Eccl. ad A. C.* 1. *n.* 52. *p.* 74.) Franc. Toletus (*in Comm. in Luc.* 11. *Annot.* 10.) & Rich. Montacutius (*in Appar. X. ad Origg. Eccl. n.* 9. *& seqq. p.* 352. *& seqq. it. T.* 1. *Origg. Eccl. P.* 1. *n.* 162. *& seqq. p.* 259. *& seqq.*) partim a Glassio (122.)

(122.) *l. c. p.* 152. 153

partim vero a Joh. Ern. Butnero (123.) citati. Sed, ubi in Cauſam & Genus Martyrii inquiſiveris, exiguum inter eos deprehendes Conſenſum. Pſeudo Jacobus enim, Epiphanius (υἱὸν Ἰωδαὲ τῦ ἱερέως, eum appellans, atque ita cum Zacharia, Jojadæ Filio, mox memorando, confundens) & *P*etrus Alexandrinus, cum Aſſeclis ſuis, *H*erodis juſſu tradunt occiſum, quod Filiolum, recens natum, Johannem, cum Tyrannus iſte in Infantes ſæviret, occultaſſet, & *Sa*tellitibus prodere noluiſſet, relationis erroneæ atque fabuloſæ ab ipſo Montacutio, alioquin ὁμοψήφῳ, merito inſimulati, cum nec Herodi a Johanne, ex tribu oriundo Levitica, ſpe Regni nulla gaudente, nec Johanni, *H*ebronitæ, ab Edicto *H*erodis, quod Solos Infantes Bethlehemiticos neci deſtinabat, fuerit metuendum. Longe abſurdiorem nobis Fabulam obtrudunt Theophylactus, ejusque Sectatores, Zachariam, quem Summum falſo credunt fuiſſe Sacerdotem, a *P*lebe fingentes enecatum eſſe Judaica, quod Mariam θεοτόκον, poſt Chriſtum in Lucem jam editum, in Locum Templi, Solis deſtinatum Virginibus, admiſiſſet. Montacutius, utrisque contradicens, ob Juſtitiam, & παῤῥησίαν propheticam, Zachariæ Martyrium fuiſſe ſubeun-

(123.) *in Inquiſit. in Hiſt. Joh. Bapt. c.* 2. §. 2. & 3. Dorſcheus *l. c. p.* 2. pleroſque itidem recenſet, ac Eythymium (*in comm. ad h. l.*) Geometram, (Scriptorem Græcum, a Balth. Corderio, *in Catena in Lucam*, allegatum,) & Fr. Lucam Brugenſem [*in c.* 23. *Matth.*] iisdem annumerat.

undum, evincere conatur. Alii, causarum incuriosi, solum illius Martyrium astruunt, & istud, μεταξὺ τῦ ναῦ κ̀ τῦ θυσιαςηρίυ, aut παρὰ τὰ πρόθυρα τῦ ναῦ κ̀ θυσιαςηρίυ, κ̀ περὶ τὸ διάφραγμα, Senem Sanctissimum esse perpessum, Sanguinemque ejus induratum, instar Lapidis, Vestibulo adhæsisse, cum Pseudo Jacobo, Tertulliano, & Petro Alexandrino, contendunt. Horum Sententiam, si certis, atque falsitatis nullius suspectis, confirmari posset Testimoniis, non solum Christi Invectivæ in Judæos apprime fore conformem, sed locum etiam Matthæi ab omni Errore & Mendo liberaturam, Glassius, per aliquot, ostendit, Periodos. Sed cum incerta sint omnia, ἄγραφα ac μυθωδέςατα, cum Balth. Corderio, Seb. Barradio, Joh. Gerhardo (*T. II. Harmon. Evang. Contin. c. 158. p. 222.*) &, qui hos laudat, Dorscheo, eam improbamus, ac Hieronymi de eadem Judicium, cum Glassio ipso, ingeminamus: *Hoc, quia de Scripturis non habet autoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Zachariam tandem, Jojadæ Filium, & in Pontificatu Successorem, qui Joasi, Judæorum Regis ingratissimi, a Patre ipsius neci, ab Athalia intentatæ, erepti, ac in solium evecti Paternum, Jussu, ob Idololatriam ejus cordate reprehensam, A. O. C. 3103., in Templi Atrio, lapidibus obrutus, occubuit, sed moribundus ac Tribunal Jehovæ supremum provocavit (2. Paral. XXIV. 20. 21. 22.) a Christo intelligi arbitrantur, ex Antiquiori-

bus, Augustinus, Hieronymus, Beda, Glossæ Interlinearis Autor, & Nic. Lyranus; ex Recentioribus autem, Lutherus, Vinarienses, Johan. Gerhardus, Th. Beza, Fr. Junius, Joh. Drusius, Hugo Grotius, Joh. Maldonatus, Corn. a Lapide, & Corn. Jansenius, Episc. Gand. a Kippingio (124.) enumerati. Addendi illis, una cum ipso Kippingio, J. G. Dorscheus, Mich. Waltherus, Sal. Glassius, G. Calixtus, Abr. Calovius, Joh. Ad. Scherzerus, Rich. Simon, & pleri que Theologi ac Scripturæ Interpretes moderni. Quos inter Glassius (125.) prolixe ostendere allaborat, sententiæ huic, nec Scopum Verborum Christi, nec Mortis Zachariæ genus, nec occisionis locum, nec Nomen Parenti assignatum, obstare. Nec tamen omnes ejus Patroni ubique consentiunt, sed, circa Causam, ob quam Zachariæ Pater, a Scriptore Libri *παραλειπομένων* posterioris Jojada appellatus, apud Matthæum Barachias audiat, in partes scinduntur diversas. Mendum in Matthæi Loco agnoscunt Henr. Kippingius (126.) & Rich. Simon (127.) Nomenque Barachiæ jubent expungi, & alterum Jojadæ, in Evangelio Nazaræorum Hebraico, Hieronymo (128.) teste, olim lectum, substitui, sed invitis Theologis, qui, cum Glassio, pro integritate versiculi controversi asse-

(124.) *l. c. p. 17.*
(125.) *Lib. 1. Philol. S. Tr. II. p. 152-156.*
(126.) *l. c. p. 16.*
(127.) *in Hist. N. T. Critica c. 7.*
(128.) *Lib. 4. in Matthaeum.*

asserenda, Catholicum urgent Codicum Græcorum omnium, Versionum item, imprimis Syriacæ & Arabicæ, Consensum. Cœteri fere omnes, &, in his præsertim, Lutherus (*in Scholio Marginali*) Glassius, Dorscheus, ac Georg. Calixtus, ὁ πάνυ (129.) ad Præsidium πολυωνυμίας, Judæis Veteribus familiarissimæ, confugiunt, Jojadamque binominem, imo forte τριώνυμον (Glassius enim haud difficilis est, in admittendo etiam Iddonis nomine, quo Autor Paraphraseos Chaldaicæ, Zachariæ hujus, a se cum Prophetarum Minorum Penultimo, Iddonis Nepote, haud dubie confusi, Parentem, Thren. II. 20. per errorem, insignivit) fuisse, sibi persuadent. Quæ Conjectura ut eo reddatur probabilior, Joh. Drusius (130.) & Franc. Junius (131.) a Glassio (132.) allegati, affinem utriusque Nominis inculcant Significationem. *Jojadah Hebræum*, ait Drusius, *idem est, ac* Dominum novit; *Barachias autem* Benedixit Dominum: *quæ duo ita re conjuncta sunt, ut separari nequeant; Nam benedicit Dominum, qui novit, & contra, qui benedicit, novit eum. Quo minus mirandum, si hæc nomina permutata, h. e. si unum pro altero positum fuit.* Junius, a Drusio dissentiens, & Passivam illorum Significationem Activæ præferens: *Multi*, inquit, *binomines sunt in Scripturis, sed pluri-*

(129.) *in Concordia Evang. p.* 391. 392.
(130.) *Lib.* 14. *observ. c.* 22.
(131.) *in Notis ad h. l.*
(132.) *L.* 4. *Philol. S. Tr.* 3. *obs.* 11. *p.* 962.

Digitized by Google

rimum Nominibus dicti, quæ idem significant: ut sunt Jojada, quem agnovit Jehova, & Jeberechia, vel Berechia, cui benedicit Jah, itemque Jochanan, cui gratificatur Jah. Speciosa sunt, fateor, & hæc, & alia plura, quibus tum cœteri, tum Glassius imprimis & Waltherus (133.) Sententiæ huic suæ patrocinantur, sed tamen haud omnes, qui circa Locum Matthæi moveri possunt, tollere videntur, scrupulos. Præterquam enim, quod Jojadæ πολυωνυμία solis nititur conjecturis, & Particulari Exemplorum aliorum Inductione, *constituit*, Salvator, uti a Glassio ipso (134.) cujus verbis utar, vere est observatum, *duos προφητοκτονίας quasi extremos terminos*, in hac sua Judæorum, istius reorum, ἐπιτιμήσει, *Abelem primo, & Zachariam ultimo & recenter occisum (unde ad Judæos, tum præsentes, sermo ab eo dirigitur; ὃν ἐφονεύσατε, quem vos occidistis.)* Quis autem ignorat, nec ultimum fuisse Zachariam, Fil. Jojadæ, Prophetarum, ante Christi Adventum, a Judæis occisorum, nec Cædem ejus, A. M. 3103. atque ita ante novem integra secula, commissam, *A.* M. 4004. sive ἐνσαρκώσεως suæ 34. Judæis, sibi coævis, a Christo, tanquam recentem, & ab ipsis patratam, recte potuisse exprobrari. Quæ cum ita se habeant, omnesque quatuor Sententiæ, hactenus recensitæ, suis laborent Defectibus & Incommodis, præstat forte, & hoc Matthæi Dictum, & alia quædam de Homonymis

(133.) *in Harmonia Biblica, ad h. l.*
(134.) *l. c. p. 153.*

Digitized by Google

mis Biblicis similia, ante adducta, τοῖς τῆς γραφῆς, quæ Petrus agnoscit, δυσνοήτοις, Nodisque S. Codicis Gordiis ac insolubilibus, accensere, Sanctamque & Eruditam, quam Scaliger ὁ θαυμάσιος pio ac venusto commendavit Epigrammate, circa illa, profiteri inscitiam, quam nimia περιεργίᾳ, & contendendi de rebus Sacris libidine, peccare. Ἐπέχειν sane hic licet, sine salutis dispendio, cujus cardo in eo haud vertitur, ut certo, quinam Jobus, Obadias, Simeon, Zachariasve Martyr, fuerint, sciamus, sed ut Fidem Jobi ac Constantiam in Adversis Heroicam, Obadiæ Zelum adversus Peccata ardentissimum, Simeonis Εὐθανασίαν felicem, & Contemptum τοῦ τῶν φοβερωτάτων φοβερωτάτου plusquam stoicum, ac Zachariæ Animum, in asserenda Numinis Gloria, imperterritum, pro virili, imitemur. Ignorare nobis tuto licet, quot inter primos Christi Asseclas, eminuerint Jacobi atque Johannes, quive istorum veri Epistolarum sint controversarum Autores, neutiquam autem pari incuriositate Præcepta, quæ nobis istæ toties inculcant, περὶ πίστεως δι' ἀγάπης ἐνεργουμένης, ac de summa Vitæ Sanctioris necessitate, impune negligere. Præcipue autem cavendum, ne Scrutinium hoc Locorum S. Codicis intricatiorum Curiosius, ob innatam menti nostræ novaturiendi Pruriginem, in γενεαλογίας degeneret, ἀπεράντους, aut λογομαχίας & κενοφωνίας βεβήλους, a Gentium Doctore serio interdictas,

ctas, ac sæpe ipsum Fidei ἑδραίωμα occulte convellentes.

XXX. Claudere constitueram hoc Caput. Sed lubet tamen Zachariæ Martyri, de quo præcedenti disseruimus Paragrapho, alium subjungere ZACHARIAM, Jeberechiæ, sive Barachiæ, itidem Filium, quem Esaias Conjugii sui, ussu Divino, cum Prophetissa contracti, testem, una cum Uria Sacerdote, adscivit (*c. VIII. v. 2. 3.*) cum ὁμωνύμοις etiam confusum. *Judæi* enim Interpretes, [quos Pet. Galatinus (135.) & Mart. Chemnitius (136.) sequuntur,] sicut Uriam credunt esse Filium Semajæ, *Jojakimi* Regis jussu, ob παῤῥησίαν, adversus Populi *Judaici* Impietatem, Propheticam, interfectum [*v. Jer. XXVI.* 20-23.] ita Zachariam eundem esse opinantur, cum Barachiæ Filio, Prophetarum Minorum Penultimo. Sed refutat eos Temporum Ratio, cum, uti Scherzerus recte observavit (137.) Anni ferme 220. inter utrumque intercedant, & ille Ahaso Regi, hic vero Dario Notho, fuerit coævus. Regerunt quidem Apellæ, Esaiam non revera duos hos Testes secum assumpsisse, sed futura illorum Vaticinia, certo quippe implenda, Testium fide dignissimorum instar, allegasse. Sed *mera hæ sunt*, uti denuo Scherzerus ait, *Textus, pro more Rabbinorum, Depravationes, quæ facile eliduntur, si saltem legantur.* Salo-

(135.) *Lib. 6. de Arc. Cathol. Verit. c.* 16.
(136.) *in Harm. Evang. c.* 15. per Scherzerum allegato.
(137.) *in Diss. ad Zach. XII.* 10. §. 11.

Salomon Glassius (138.) in locum Prophetæ hujus, Esaiæ Testem Conjugii Mystici adjungit alium Zachariam, Prophetam Usiæ Regi coævum, qui, illo superstite, *Jehovam quæsivisse*, sive veræ pietati studuisse, postea, autem πολυπραγμοσύνῃ Sacra, sive Καισαροπαππεία, peccasse, & Pœnam Lepræ θεήλατον sibimet accersivisse, 2. Paral. XXVI. perhibetur. Sed & istam Scherzerus (139.) non immerito, licet Glassii *A*utoris Nomine dissimulato, rejicit conjecturam, quoniam hunc, Usia imperante, esse mortuum, ex cap. cit. v. 5. haud obscure colligitur, Testem autem Esaiæ, sub Ahaso, Usiæ Nepote, superstitem fuisse, extra Controversiam est positum.

CAPUT II.

De Scriptoribus Judaicis, Gentiumque Orientalium, Idiomate commentatis Vernaculo, ob Homonymiam confusis.

§. I.

QUanto prolixiores, in Recensu Scriptorum atque Virorum Illustrium S. Codicis Homonymorum, Capite, fuimus, præcedenti, tanto magis brevitati, in hoc de Judaicis, atque Orienta-

(138.) *Lib. 4, Philol. S. Tr. III, Obs. 11. p. 962.*
(139.) *l. c.*

Digitized by Google

entalibus cœteris, illorumque Confusionibus, studebimus, &, Exemplis contenti paucissimis, reliquorum collectionem Diligentiæ τῶν Φιλανατολικογλώττων transcribemus.

II. Licet autem istos solum *Judaicæ* Gentis Doctores, qui Idiomate Vernaculo, sive Hebræo, in Scriptis sunt usi, in Scenam producere constituerimus, haud commode tamen præteriri a nobis h. l. posse videtur, sed cœteris potius meretur præmitti, PHILO Alexandrinus, Sacerdotali ortus genere, *Judæorum* Civitatis *Alexandrinæ* [ab Avidio Flacco, Ægypti Præside, afflictorum, & in Cultu suo divino, illatis in Synagogas Aris, Victimis, Deorumque Ethnicorum ac Cæsaris imaginibus, turbatorum,] ad C. Caligulam, circa A. C. 40. Legatus, verum infelicior (1.) licet Græco 15. Sermone Libros suos exaraverit. Vir fuit, in Literatura Sacra pariter atque Exotica, præ coævis aliis, versatissimus, ac Platonicæ imprimis Philosophiæ adeo, & peritus, & studiosus, ut vulgo de illo jactaretur, Ἢ πλάτων φιλονίζει, ἢ Φίλων πλατονίζει. E quo tamen Dicterio male Petrus Resenius [2.] Parachronismi Seculorum quatuor atque dimidii ingentis merito insimulandus, collegit, Platonis eum fuisse Præceptorem, his usus verbis: *Plato duos habuit summos sapientia*

(1.) V. Josephi *Lib.* 18. *Ant. Jud. c.* 15. Eusebii *Lib.* 2. *Hist. Eccl. c.* 5. & 6. Vossium *Lib.* 2. *de Hist. Gr. c.* 7. *p.* 191. 192. J. G. Olearii *Abacum Patrol. p.* 379. 380.

(2.) *in Præfat. Edda Islandica, lit. c.* 3. *a.*

tia Magistros, Philonem Hebræum, & Mercurium Trismegistum: quorum prior in Chaldaica, posterior in Ægyptiaca Sapientia, Princeps fuisse dicitur. Quantum ex Philone Plato fuerit edoctus, illud apud Græcos jactatum declarat Proverbium: ἢ πλάτων φιλονίζει, ἢ φίλων πλατονίζει. Tribuitur ei a plerisque Sapientia Salomonis, sub Regis hujus Sapientissimi persona, contra Principes potestate sua abutentes, per προσωποποιΐαν μιμητικὴν, ut major ei hinc Autoritas accederet, Græce scripta, & in Linguam postmodum Syriacam, teste apud Buxtorfium (3.) Mose Nachamanide, transfusa, Liber, inter omnes V. T. Apocryphos, optimus pariter atque gravissimus, &, si Pontificios audias Scriptores (4.) in N. T. etiam, plus semel, allegatus. Nec immerito illi vindicatur. Licet enim, ex Veteribus, Libri Inscriptione deceptis, Melito, Tertullianus, Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Basilius, Epiphanius, Eusebius & Augustinus, Salomoni eum asserere a Bellarmino (5.) perhibeantur, &, ex Recentioribus, Christoph. Castrius ac Consalvus Servantius, in Commentariorum Prologis, eundem Autorem esse astruant, a Walthero tamen (6.) Kippingio (7.) & aliis, horum Argu-

P men-

(3.) *in Biblioth. Rabbinica p.* 342.

(4.) V. Mich. Waltherum *in Offic. Bibl. Repos. Poster. p.* 1136. & Henr. Kippingii *Exerc. XIX. de S. Script. p.* 132. 133. ubi ad loca singula respondetur.

(5.) *in Lib. de Scr. Eccl. p.* 7.

(6.) *l. c. p.* 1133. 1137. 1138.

(7.) *l. c. p.* 128. 129. 130.

Digitized by Google

mentis est responsum, contrariumque ex Græco, quo Scriptus est, Sermone, ac Mentione, tum Hostium, Populo imperantium Israelitico, (c. XV. v. 14.) tum Olympicorum Certaminum, Salomonis ævo ducentis Annis Posteriorum (c. 4. v. 1. 2.) recta demonstratum. Imo monitum etiam simul, multos, ex Patribus allegatis, vel sibi ipsis contradicere, vel, sub Sapientiæ Titulo, Librum Proverbiorum laudare Canonicum. *A*ugustinus certe pro illo non militat, qui *Lib.* 17. *de C. D. c.* 20. diserte ait: *Liber Sapientiæ, propter Eloquii similitudinem, ut Salomonis dicatur, consuetudo obtinuit, non vero esse ipsius, non dubitant Eruditi.* Longe minori, & Veri Specie, & Applausu, aliorum, qui Siraciden credunt Autorem, gaudet Sententia Philoni contra nostro, Mosi Atticissanti, præter Hebræos Gentiles [de quibus Hieronymus *in Præfat.* & R. Gedalias *in Schalschelet Hakkabalah* p. 104. consulendi,] Sapientiam hanc ψευδεπίγραφον, e Christianis, vindicant Hieronymus, Bonaventura, *J*oh. Capistranus, Thom. Vercellensis, Nic. de Lyra, Marsil. Ficinus, Pet. Galatinus, [Christianismum ei perperam affingens,] Lutherus, & plerique, tum ejus, tum Calvini, Asseclæ, Sixtus Senensis, Ludov. Vives, *J*ac. de Valentia, Marianus Victorius, & alii Pontificii Recentiores, a Kippingio (8.) & Chr. Kortholto (9.) enumerati. Militant pro eodem Scopus Libri, Ca-

(8.) *l. c. p.* 130.
(9.) *in Tr. de Canone Scripturæ c.* 13. *p.* 278. 279.

Caligulæ in Judæos Tyrannidem deteſtantis, & hos, poſt Succeſſum Legationis ſuæ infelicem, conſolantis atqui erigentis, ſtyli ſimilitudo, a Joh. Raynoldo (10.) oſtenſa, & crebra Platonismi, Philoni tantopere adamati, veſtigia, a Kippingio (11.) obſervata, qui contrariis etiam ſimul Objectionibus reſpondit. (12.) Incaſſum igitur Philonem Seniorem, ipſi cognominem, Oniæ autem Pontifici [Annis ante N. C. 160.] coævum, ac de anima [teſte Abr. Zacutho, Libri *Juchaſin* Autore] commentatum, in locum ejus, nulla conjecturæ ſuæ ratione adducta, ſubſtituunt Rob. Bellarminus, Salomonis ab hoc Sententias, Sp. S. dictante, fingens eſſe collectas, & Græce expreſſas, [*Lib.* 1. *de Verbo Dei c.* 13. *& in Tr. de Scr. Eccl. p.* 7. 8.] Melch. Canus [*L.* 2. *Loc. Comm. c.* 11.] Alph. Cyrvelus [*Qu.* 2. *in Lib. Sap.*] ac Joh. Druſius [*in Obſervv. ad Libb. Moſis p.* 511. *& in Henocho c.* 11.] Gilb. Genebrardus [*L.* 2. *Chronol.*] ac G. *J.* Voſſius [*L.* 1. *de Idolol. c.* 11.] A quorum Sententia nec admodum alienus videtur ipſe Kippingius, ſtrenuus alioquin Adverſariorum Philonis Alexandrini, ac Salomonis Promachorum, Antagoniſta (13.) Joſephi his Sixtus Senenſis (14.) oppoſuit *Autoritatem*, *Libro* 1. *contra Apionem* Philonem iſtum

(10.) *in Prælect.* 22. *de Libris Apocryphis*, allegata a J. H. Heideggero, *in Enchir. Bibl. L.* 2. *c.* 2. *§.* 3. *p.* 510. 511.
(11.) *l. c. p.* 135. 136.
(12.) *p.* 130 - 133.
(13.) *l. c. p.* 136.
(14.) *L.* 1. *Biblioth. S. Sect.* 2.

ſtum Seniorem Hiſtoricis accenſentis Ethnicis, qui Libros Sacros nunquam legerunt, hujusque exemplo Joh. Lorinus, Jeſuita [*in Comm. ſuo in hunc Lib.*] *J*oh. Gerhardus [*in Confeſſ. Cathol. Lib.* 2. *Spec. P. I. Art.* 1. *c.* 1. *p.* 57. 58. 59.] Heideggerus, Kortholtus, atque alii, animoſe itidem, nec absque Rationibus idoneis, contradixerunt. Rectius forte Philoni iſti Seniori, cum Joh. *J*onſio (15.) vindicabimus Librum περὶ Ἰουδαίων, ab Euſebio, Hieronymo & Svida, Homonymia deceptis, Juniori, ſive *A*lexandrino, adſcriptum. Philonem enim Pythagoræum de Gentis Judaicæ Hiſtoria eſſe commentatum, ac Moſis ſimul, in Opere illo, Res Geſtas deſcripſiſſe, Clemens *A*lexandrinus, *Lib.* 1. *&* 2. *Stromatum*, teſtatur. Is autem haud dubie idem eſt cum Philone Joſephi πρεσβυτέρω, quem *Lib.* 1. *de Antiqu. Gent. Jud.* [apud Euſebium *l.* 9. *de Præpar. Evang. c. ult.*] Scriptores Rerum Judaicarum Ethnicis accenſet, & veniam, ſicubi a veritate aberraverit, una cum Demetrio Phalereo & Eupolemo, eo promptiorem, judicat, mereri, quod accurate iſtas perſequi, ob S. Literarum ignorantiam, ipſi haud licuerit. Haud ignoro equidem, quid huic *J*onſii Conjecturæ Mart. Hankius (16.) regerat, Philonem ſc. Alexandrinum a Sozomeno [*Lib.* 1. *c.* 12.] etiam vocari Pythagoricum, & ob peritiam Philoſophiæ Pythagoricæ pariter atque Platonicæ, qua coæ-

(15.) *L.* 3. *de Scr. Hiſt. Phil. p.* 227. 228.
(16.) *Lib.* 2. *de Scr.* R. *Rom. P. I. c.* 8. *p.* 47. 48.

coævos omnes superaverit, ab Eusebio [*Lib. 2. H. E. c. 4.*] commendari. Sed Objectionibus suis ipse postea (17.) diffidit, & in Alexandrini Scriptorum Indicibus, apud Veteres, nihil tale occurrere fatetur, dubius interim, an Philoni Ethnico, an alii, iste de Judæis Liber sit tribuendus. Librum tandem de *Antiquitatibus*, ab Adamo ad Sauli usque Regis Mortem, *Biblicis* Latinum, Philoni Alexandrino suppositum, Philoni Byblio, Grammatico Seculi I. haud dubie Pagano (18.) a nonnullis asseri, Guilh. Cavius (19.) indicat, simul autem monet, *rectius facere, qui utrique abjudicant, & Nugivenduli cujusdam Recentioris opus esse censent.*

III. Philoni subjungemus, Ordine, quem elegimus, Alphabetico, Scriptores aliquot Hebræos, patrio commentatos Idiomate, &, ob ὁμωνυμίαν, vel παρονομασίαν, cum aliis confusos. Primus erit R. GEDALIAS BEN JACHIJA, A. 1588. in Italia etiamnum superstes, Autor, tum aliorum 20. Librorum, tum שלשלת הקבלה, sive *Catena Cabbalæ*, Operis Historio-Chronologici, ab O. C. ad sua usque tempora, deducti, ac Venetiis *A.* 1587. Cracoviæque *A.* 1596. *in 4to*, excusi, *mire*, Buxtorfio (20.) judice, ambitiosus. Hunc ab Athan. Kirchero (*in Oedipo Ægypt. Cl. II.* §. 1.] ob Nominis

 as-

(17.) *l. c. p.* 89. 90.
(18.) V. de illo Voss. *L.* 3. *de Hist. Gr. c.* 10. *p.* 211. 212.
(19.) *in Hist. Eccl. Liter. p.* 11.
(20.) *in Biblioth. Rabbin. p.* 414.

affinitatem, cum quodam R. Jochai esse confusum, ex Henr. Muhlii *Apologia Thalmudica*, Eruditissimi Actorum Orbis Eruditi Lipsiensium Collectores referunt (21.)

IV. Targumistarum, sive Paraphrastarum V. T. Hebraici Chaldaicorum, Antiquissimus, extra Controversiam, est JONATHAN, Uzielis Filius, Hillelis, Rectoris Academiæ Hierosolymitanæ Celeberrimi, Discipulus, omnium reliquorum ἐξοχώτατος, & juxta Apellas [quorum Nugacia, de stupenda ipsius, ac Commilitonum reliquorum, Sapientia, τερατολογήματα Pfeifferus, atque alii, fusius enarrant,] pari, cum Mose, inhabitationis Sp. S. Privilegio, ac Θεοπνευστία, gavisus. Floruit 40. circiter, ante N. C. *Annis*, neutiquam autem vel, uti Ant. Guevara credidit, 340. Annis illa fuit anterior, vel, qui Riberæ, & aliorum, est Error, Hieronymi Ætate inferior. Paraphrases elaboravit, non in totum V. T., uti Pet. Galatinus [*Lib. 1. de A. C. V. c. 3.*] Paulus Fagius [*in Præf. ad Targum Pentatevchi*,] & Jos. Simlerus [*in Biblioth. p. 431.*] putarunt, sed Legem tantum, sive Petatevchum, & Prophetas Priores ac posteriores, ab Hagiographorum autem Translatione, divino, uti Thalmudistæ fabulantur, Oraculo monitus, destitit. Hodie sola ejus in Prophetas superest Paraphrasis. Targum quidem in Legem, quod sub nomine ejus circumfertur, Fœtus ejus Genuinus, non solum a Judæis, sed (&

21.) *Supplem. Sect. VI. p. 321.*

& Christianis haud paucis, Galatino imprimis & Paulo Fagio [*locis citatis*,] Guilh. Postello [*Lib.* 1. *de Orbis Concordia p.* 25.] Christoph. Helvico [*de Paraphr. Chald. p.* 9. *& seqq.*] & Wilh. Schickardo, esse censetur. Verum suppostitium esse post J. Drusium (*in Quæst. per Epist. p.* 147.) *Joh.* Buxtorfium [*in Tr. de Abbrev. p.* 107. 232.] *J.*H. Hottingerum (*in Thes. Philol. p.* 260.) Barthol. Mayerum (*P. II. Philol. S. p.* 45. *& seqq.*) Chr. Cartwrightum (*in Præf. Annott. in Genesin*,) Brianum Waltonum (*in Proleg. XII. Bibl. Polygl. n.* 11.) & Joh. Leusdenium (*in Philol. Mixto p.* 48.) a se allegatos, tum ex styli barbarie & discrepantia, tum ex Copia Fabularum, quas Jonathan verus parcius aspergit, immensa, tum ex Thalmudis, 250. & Constantinopoleos, 350. *A*nnis, Jonathanis ævo inferiorum, mentione, *A*ug. *P*feifferus, in *Diss.* Erudita *de Targumim, c.* 5. fuse ostendit, Argumentisque & Objectionibus Helvici & Schickardi contrariis, dextre respondit, &, diu post Constantini M. tempora, compilatum illud esse, judicavit. Ludov. Mich. Crocius (22.) Autorem ejus *J*onathanem vocat *J*uniorem, & Uzielidi proinde, ob Homonymiam, suppositum esse, haud dubie opinatur. Confundi solet idem Jonathan Uzielides, ab aliis, ob eandem Nominis Utriusque, licet in Linguis diversis, Significationem (23.) cum Theodotio-

[22.] *in Specim Philol. in Obad. p.* 150. Plura de PseudoJonathane isto V. in Kipping. Exerc. 34. de S. Script.

[23.] V. Simleri *Biblioth. p.* 431.

Digitized by Google

ne Ephesio, Hæretico initio Marcionita, deinde autem Judaismi Proselyto, qui, Commodo imperante, circa A. C. 184. inclaruit, & Græcam adornavit V. T. Versionem, satis fidelem atque accuratam, e qua solus hodie Daniel superest. Sed his *irreconcialibilis* [uti *P*feifferus (24.) ait] *Temporis, Religionis, & Idiomatis Paraphrastici utriusque, Discrepantia* repugnat, ac merito proinde Pet. Dan. Huetius (25.) *Mentem bonam* precatur.

V. גנת אגוז [*Ginnas Egos*] sive Hortus Nucis Tripartitus Liber Cabalisticus, *H*anoviæ A. 1614. in fol. excusus, quo nullum *artificiosius, distinctius & lucidius de Arte Cabalistica esse scriptum*, Joh. Reuchlinus (26.) judicat, ab illo tribuitur R. JOSEPHO BAR ABRAHAM, Castiliensi, Civi Salernitano, a Joh. Buxtorfio autem R. JOSEPHO Ben Gecatiliæ (27.) *A*n horum alteruter, Homonymia deceptus, erraverit, vel an conciliari queant, aliorum, quibus Liber iste inspectus est, aut accuratius innotuit, esto Judicium.

VI. Inter Historicos Gentis suæ, Judæi locum, post Scriptores Θεοπνεύστους, Principem tribuunt JOSEPHO, sive JOSIPPO, GORIONIS Filio, quem Scriptorem esse Gallum, ex Agro [quem reliquis Galliæ Tractibus sæpius me-

(24.) *in Diss. de Targumim, c. 5. §. 1.*
(25.) *Lib. 2. de Interpretatione, p. m. 157.*
(26.) *Libro 1. de Cabala.* Conf. Simleri *Biblioth. p.* 432.
[27.] *in Biblioth. Rabbin. p.* 328, 329.

memorat] Turonensi, Seculo VI. posteriorem, Jos. Scaliger (28.) ex Mentione Francorum & Gothorum, Nominumque Galliæ Urbibus, post Seculum istud, demum impositorum, cum Casaubono (29.) atque Vossio (30.) collegit. ὁμόψηφοι huic sunt Franc. Ribera (31.) qui, eodem, quo ille, usus Argumento, Hieronymi ætate judicat inferiorem ac Jul. Bartoloccius, qui (32.) ex modernis Provinciarum Italiæ (Lombardiæ, Apuliæ &c.) Nominibus, recentiorem esse, itidem confirmavit. Hujus *Historia Antiquitatum, & de Bello Judaico Libri V.* stylo quidem *Hebræo* (quem, post Drusium & Casaubonum (32.) Joh. Frischmuthius (33.) commendavit) eleganti conscripti, sed fabulis scatentes mendacibus atque absurdis, a Scaligero (34.) aliqua sui parte recensitis imo ex Historicis, non suæ modo gentis, verum etiam Christianis, Eusebio imprimis ac Ruffino, sine judicio, compilati, Constantinipoli initio A. C. 1490. hinc Wormatiæ [curante Seb. Münstero] A. 1529. Basileæ [cum ejusdem Münsteri,

 Exem-

(28.) *in Elencho Trihæresii. c. 4. & 5.*
(29.) *Exerc. 16. contra Baron. ad A. C. 34. n. 221. p. 677.*
(30.) *Lib. 2. de Hist. Gr. c. 8. p. 196. 197.*
(31.) *in Comm. in Obad. n.* 110. quem allegat Rob. Cocus *in Cens. Scr. Vett. p. 91.*
(32.) *T. III. Biblioth. Rabbin. n. 732. p. 799.* Verba ejus exhibent Lipsienses, *in Actis Erudd. A.* 1690. *M. Jun. p.* 302.
(32.) *l. c.*
(33.) V. *Diss.* ejus *in Dan. IX.* 26. 27. *c.* 2. *§.* 30.
(34.) *l. c.*

Exemplar, Constantinopolitanum mutilum secuti, Versione, Annotationibus ac Collationibus] An. 1541. Venetiis A. 1544. Basileæ A. 1549. Cracoviæ A. 1595. & tandem Francofurti A. 1690. [in 12. curante R. Tam, Davidis Jechiadis Filio,] in lucem prodierunt (35.) Quas inter Editiones, Münsterianas Basileenses, culpa Exemplaris, e quo expressæ sunt, Constantinopolitani, & mendosissimas esse, & mancas atque mutilas [non enim solum folia 7. integra, sub initium, & 63. sub finem Libri, desiderantur, sed multa etiam in Textu, qui superest, excuso verba atque commata,] Venetam contra, & quæ huic congruit, Cracoviensem, longe, cum omnia ista locis suis restituerint, & pleniores, & accuratiores [imo, si Joh. Rainoldo, *Prælect.* 101. *de Libb. Apocr. p.* 1248. credas, etiam modestiores, nec adeo mendaces,] ac proinde fide, præsertim cum a Judæis maximi fiant, digniores, post Scaligerum & Vossium, jam allegatos, Sam. Bochartus (36.) & Joh. Ben. Carpzovius Jun. (37.) observarunt. Versio *Hebræo*-Germanica Tiguri A. C. 1546. lucem vidit publicam, &, cum Commentario, eadem concinnato Dialecto, Amstelodami A. 1661. est recusa (38.) Epitomen Operis totius Hebraico-Latinam

(35.) V. de his Editionibus Simleri *Biblioth. p.* 198. Buxtorfii *Bibl. Rabb. p.* 352. & imprimis *Acta Erudd. Lipſ. M. Jun. A.* 1690. *p.* 300. 301. 302. in Recensu Ultimæ.

(36.) *in Phaleg. Lib.* 3. *c.* 15.

(37.) *in Diſſ. de Qu. quonam Arca Fœderis pervenerit? c.* 2. §. 4.

(38.) *V. Acta Erudd. l. c. p.* 302.

nam Basileæ Sebast. Lepusculus impressit, ad cujus differentiam indicandam, Abr. Zacutus, & alii ex Recutitis, *Autorem integrum* ספר בן גוריון הארוך, sive *Josippum Longum*, Scaligero & Vossio testibus appellare consueverunt. Falluntur autem, & sibi pariter atque aliis imponunt, qui Scriptorem hunc ψευδώνυμον [quem detegere hactenus, e tot Eruditis, nemo potuit,] vel Josephi Nomen habuisse proprium, vel Gorionis fuisse Filium, vel Gorionidarum saltem Gentis Judaicæ Antiquiorum (quos, numero haud exiguo, ex Fl. Josepho, Librisque *Jalkut*, *En Israel* & *Beth Israel*, Vir Doctiss. Sebaldus Snellius (39.) recensuit) aliquem, opinantur. Studiose enim ille, & fraudulenter quidem, alienum adoptavit Nomen Josephi, Gorionis Filii, cui, in Bello contra Romanos ultimo, Hierosolymæ defendendæ curam, cum Anano Pontifice, fuisse demandatam, Fl. Josephus *Lib. 2. de Bell. Jud. c.* 25. testatur, quemve populum ad Libertatem suam asserendam hortatum, *Lib.* 4. *c.* 5. & occisum tandem esse, *Lib.* 5. *c.* 1., Idem, non sine insigni ejus Elogio, memoriæ prodidit, uti a Scaligero, Vossio ac Snellio, jam est monitum. Nec enim moramur Exceptionem Joh. Drusii (40.) quæ Snellio (41.) etiam arrisisse videtur, nullis suffultam rationibus, scri-

(39.) *in Disp. qua ea, quæ Abarbanel, ad c.* 34. *Esaiæ, & Obadiæ Prophetiam, scripsit contra Fidem Christianam, expenduntur,* Altorfii A. 1647. edita. §. 24. & 25.

(40.) *in Henocho c.* 18. §. 24.

[41.] *l. c.* §. 30.

scriptam sc. revera quidem esse Historiam ab Antiquo illo Josepho Gorionide, sed, *ante 400. circiter Annos, ab Agyrta, Homine imperito, nimium auctam, interpolatam, imo falsatam.* Abunde enim hanc refellit Silentium de illa Scriptorum Judaicæ Gentis Antiquiorum, qui ante Seculum XII. claruerunt, omnium. Si autem quæras, cur nomen istud alienum adsciverit, docebit te Scaliger, docebunt Casaubonus & Vossius (42.) docebit Chr. Arnoldus (43.) studiose Impostorem istum Popularibus suis fumos voluisse vendere, atque pro Fl. Josepho, Matthatiæ Filio, Josephi Nepote, Pharisæo ac Sacerdote, ex Regia Hasmonæorum sive Maccabæorum stirpe orto, &, in Bello contra Romanos, Galilææ præfecto, ab his autem Jotapatæ capto, &, quod Imperium Fl. Vespasiano prædixisset, summis affecto honoribus, ab omnibus haberi, quod hujus Archæologiæ Judaicæ Libros XX. ac VII. de Bello Judaico, incredibili ubique gentium applausu, gaudere animadverteret. Licet autem sic Opus suum concinnaverit, ut ab isto scriptum imperitioribus posset videri, eumque in finem, ex Ruffini Versione Latina Græci hujus Historici, pleraque inepte compilarit, sæpe tamen eidem contradicit, imo Larvæ, quam cum Nomine istius induerat, Sacerdotalis oblitus, *non potuisse se sanctuarium ingredi, quod solis hoc fas esset Sacerdotibus*, alicubi, observante Vossio, fatetur.

Quia

(42.) *locis jam allegatis.*

(43.) *in Præf. Testimonii Flaviani de Christo lit. b. 3. b.*

Quia autem stolide putabat, eundem esse Josephum, Matthatiæ Filium, cum Josepho, Gorionis Filio (licet ille *L. 2. de B. J. c.* 25. se, Galilææ præfectum, ab hoc, Urbis Hierosolymitanæ curam eodem tempore gerere jussio, satis accurate distinxerat) hujus Cognomen Patronymicum, cum illius Prænomine conjunxit, & utroque, suum istud fictitium, sub quo Popularibus, imponere decreverat, conflavit. Ineptissima sunt, & uti vere Scaliger ὁ θαυμάσιος censuit, vel Crasso ipsi ἀγελάστῳ risum extorquere idonea, sed non indigna tamen, quæ hic recitentur, verba, quibus se eundem cum Fl. Josepho, Græce commentato, & Christianis tantopere æstimato, esse, Lectoribus inculcare allaboravit: *Sic dixit Joseph, Filius Gurion, Sacerdos. Ipse est Josiphun, & quidem nomine diminutivo Josiphun. Ipse est, qui vocatus est Josiphus Græce, & Guschipus Latine.* Licet autem proprio, Soricis instar, se, atque imposturam suam, Indicio prodiderit, & merito proinde Scaligero *Pseudo Gorionides, Planus, ac imperitus Judæus*, Casaubono *Impostor insignis*, Joh. Maldonato (44.) *Autor fabulosissimus*, Vossio *quantus quantus* est Impostor, Hottingero (45.) *Scriptor aperte fabulosus*, audiat, imo ab Abarbenele ipso (*in Majene Hajeschua, f. 65. a. b.*) non frequentium duntaxat in Chronologia lapsuum, Calliditatis ac doli nefandi, circa Metachronismum non unum, in simu-

[44.] *in Comm. ad Matth. XVI. 14.*
[45.] *in Pentade Dissertt, Diss. II. p. 74.*

muletur, sed plurima etiam à veritate & Scriptura Sacra aliena, Romanis adulandi studio, scripsisse perhibeatur (46.) Voti nihilominus sui, stupore Popularium detestabili, compos evasit. Non enim solum ab Abarbenele, utut Censore Lapsuum ipsius adeo rigido, ac R. Dav. Ganzio (*in Zemach David,*) sed ab omnibus fere Judæis, in diem usque hodiernum, cum Fl. Josepho, Historico Gentis suæ Nobilissimo, confunditur, ac idem esse putatur (47.) imo adeo extollitur, ut Editor nuperrimus, R. Tam, his *in Præfatione* verbis uti non dubitaverit: [48.] *Libri præsentis verba universa justa sunt ac vera, nec quicquam erronei in illo reperias. Id quod vel inde firmatur, quod à Prophetia propius absit, quam omnes Libri, qui post Biblia Sacra conscripti fuere. Nam opus isthoc antiquius est ipsa Mischna & Thalmude. Sed & vero consentaneum est, manum Domini super Viro hoc fuisse, cum Historiam suam Literis consignaret, & parum abest, quin verba ejus instar verborum Viri Dei sint.* Mirare Lector, perfrictam Hominis Frontem, θεοπνευστίαν Nugatori omnium Mendacissimo vindicanti: Cui, quomodo cum Abarbenele suo, paulo ante allegato, convenire queat, equidem haud intelligo; ipse viderit. Quanquam & iste, post Invectivas in Pseudo Gorioniden plurimas atque acerbissimas, *Virum* ni-

[46.] Loca Abarbenelis V. in *Actis Erudd. Lips. T. II. Supplemm. Sect. VI. p.* 300. 301.

(47.) V. Drusium *l. c.* ac Snellium §. 26.

(48.) *V. Act. Erud. M. Jun. A.* 90. *p.* 301.

nihilominus *prudentem, Sacerdotemque Eruditum ac Divinum*, eundem ſalutet. Ne autem, ex ſolis ſcriptoribus Chriſtianis, Stuporem iſtum Recutitorem & ἀβλεψίαν, in Confuſione Fl. Joſephi cum Impoſtore hoc, Univerſalem, longe turpiſſimam, aſtruere velle videar, dabo Teſtem iſtius Domeſticum, eumque omni Exceptione majorem, Menaſſen ſc. Ben Iſrael, Archiſynagogum Amſtelodamenſem, Continuationem Hiſtoriæ illius olim molitum. Is non ſolum, in colloquio cum Chriſtoph. Arnoldo, Theologo Noribergenſi πολυμαθεστάτῳ, familiari, Pſeudo Joſippum hunc ſuum Ben *Matthiæ* ſæpiſſime vocavit, [49.] ſed & eidem, ad quæſtionem de illo propoſitam, ita in Epiſt. Gallica peculiari, [50.] d. 7. Dec. A. 1651. reſpondit: *Touchant Flave Joſephe eſcrit en Hebreu, pluſieurſen dou teni, & entre autres le tres docte & Celebre Gerard Voſſius. Toutesfois cela n' entre jamais en queſtion entre nous, à cauſe que nous crojons unanimement, que Flave Joſephe en eſt l' Autheur.* Tolerabilior tamen eſt ἀβλεψία iſta in Judæis, quos ſolenne ſuum obtinere, & τῇ ὑποθέσει hic δουλεύειν, nemo non videt, quam in Sebaſt. Münſtero, Inclyto cœteroquin, & optime merito Lit. Hebr. in Acad. Baſil. Doctore. Agnoſcit is, *in Præfat. Editionis ſuæ*, Fabulis hunc Autorem ſcatere, ac corruptum proinde eſſe ſuſpicatur, ſed nihilo tamen minus eundem credit eſſe cum Fl. Joſepho,

[49.] V. Arnoldi *Teſtim. Flavianum, in Præfat. lit. b. 3. a.*
[50.] V. Arnoldi *Teſtim. Flav. p. 165. 168.*

pho, quem Mattathiæ Filium, à Parente Remotiore, sive Avorum aliquo celebriore, Gorionis autem Filium, à Patre Propinquiore, dictum contendit, hancque sententiam suam aliquot rationibus confirmare nititur [51.] Imo eo progreditur audaciæ, ut locum Iosephi, Matthatiæ Filii, Græcum (*L. 2. de B. J. c. 25.*) ubi se, uti supra monitum, à Josepho Gorionide Antiquo manifeste distinguit, è Fœtu hoc Pseudo Gorionidæ supposititio, utrumque confundente, jubeat emendari, merito ob præcipitantiam istam à Seb. Snellio[52.]reprehensus. Rectissime sane Scaliger censuit, *in tota illum Præfatione, quantamcunque astuet, nihil aliud egisse, quam seipsum traduxisse.* Errant itidem, licet haud adeo enormiter, Gilb. Genebrardus [*in Chronol.* (53.)] & Nic. Serarius, à Scaligero jam notatus [*in Tribæresio c. 9.*] qui Pseudo Josippum, non quidem eundem cum Fl. Josepho, sed tamen *σύγχρονον* illi fuisse, opinantur. Licet enim Confusionis Impostoris nostri cum Fl. Josepho, Matthatiæ Filio, accusari nequeant, confundunt tamen eundem cum hujus Coætaneo, Josepho Gorionide Antiquiore, cujus Nomen ille fraudulenter, & dolo malo, adoptavit. Cautiores fuere reliqui omnium fere sectarum Scriptores Christiani, imprimis Scaligero, qui imposturam Hominis accurate detexit, juniores. Distinguunt enim

[51.] V. Arnoldum *l. c. in Prolegg. lit. b. 3. a. b.* & Ant. Hulsii *Theol. Jud. L. 1. P. I. p.* 128.
[52.] *l. c. §.* 24.
[53.] V. Vossium *l. c. p.* 169. & Rob. Coci *Censuram p. m.* 90.

enim illum ab utroque Josepho, & Matthatiæ Filio, & Gorionide Antiquo, præter Autores jam ante allegatos, Maldonatum, Riberam, Bartoloccium, Lipsienses, Arnoldum, Carpzovium, Is. Casaubonum, Cocum, Vossium, Hulsium, Hottingerum, quotquot ὑποβολιμαῖον & ψευδώνυμον esse hunc Autorem agnoscunt. Id quod faciunt, adjectis sententiæ suæ rationibus, e Pontificiis, Joh. Picus Mirandulanus [*in Epistola ad Amicum Ignotum, Epistolis reliquis, lit. E. inserta,*] Cæs. Baronius [*T. 1. Annal. ad 72. n. 27.*] Rob. Bellarminus [*in Lib. de Scr. Eccl. p. 26.*] Ant. Possevinus [*in Appar. S. T. 1. Voce Hegesippus*] ex Luth. *Aug.* Pfeifferus [*in Comm. AntiRabbinico in Obad. p. 2.*] Thom. Ittigius (*in Præf. Edit. Josephi, Lipsiæ A. 1691. publicatæ;*) ex Reformatis Joh. Raynoldus (*T. 1. Prælect. de Libb. Apocr. Præl. 29. p. 251. Præl. 100. p. 1241. Præl. 101. p. 1248. T. II. Præl. 140. p. 192. Præl. 148. p. 304. 305.*) Joh. Drusius (*L. 1. de Sect. Hebr. c. 8. p. 59. sqq.*) Const. l'Empereur (*in Præf. in Cod. Middoth,*) And. Rivetus (*L. 2. Crit. S. c. 4. p. 191. 192. 193.*) Joh. Hornbeckius (*in Prolegg. Tr. de Convinc. & Convert. Judd. p. 49.* (Frid. Spanhemius Jun. (*in Introd. in Hist. S. T. 1. p. 138.* Guilh. Cavius (*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 16.*) Alios coacervare supersedeo.

VII. Inter Targumistas, Jonathani (*§. 4. laudato*) ætate proximus, & Styli Chaldaici puritate eodem haud inferior, est ONKELOS, Paraphrastes Pentatevchi Chaldaicus, Textui κατὰ

Digitized by Google

ποδα, & ipſo Jonathane preſſius, inhærens. Fuit is Alienigena, ſed Eccleſiæ tamen Judaicæ Proſelytus, Hilleli, Acad. Hieroſolymitanæ Principi, coævus, & brevi proinde ante N. C. tempore Hieroſolymæ claruit, neutiquam autem, uti alii credunt, vel 50., vel (qui Parachronismus eſt quorundam nimis craſſus, ab Huetio rejectus) integris 300. Annis, Natali illius poſterior (54.) Nolim tamen inficiari, aliquot eum, poſt Chriſti e Terris Diſceſſum, Luſtris, etiamnum fuiſſe ſuperſtitem, cum Hebræi, illum Rabbano Gamalieli, D. Pauli Magiſtro, 18. ante Urbis Excidium Annis denato, juſta, 70. Thuris Libris combuſtis, feciſſe perhibeant (55.) Qui Juniorem illum credunt, incaute eum confundunt cum Onkeloſo alio, Kalonyci Filio, & Titi Veſpaſiani Imp. ex Sorore, uti Apellæ tradunt, Nepote, quem Thalmudiſtæ (*in Gittin. c. 5. f. 56. 57.*) poſt evocatos ex Orco, Arte Necromantica, & de Judaicæ Religionis Veritate, ſuppliciisque ſuis poſthumis, interrogatos, Titum Avunculum, Bileamum, ac Jeſum Nazarenum, Synagogæ ſuæ Proſelytum eſſe factum, memoriæ prodiderunt (55.) Hunc enim eundem cum Paraphraſte, de quo agimus, Antiquiore eſſe, R. Abrah. Zacutus (*in Juchas in*

(54.) Aug. Pfeifferi *Diſſ. de Targumim c.* 4. §. 2. 3. 4. 5. Pet. Dan. Huetii *Lib.* 2. *de Interpret. p. m.* 157. 158. Johan. Buxtorffii *Lib. de Abbrev. Hebr. p.* 120. 207. C. Kortholti *Tr. de variis Editt. Scr. c.* 3. §. 2.

(55.) V. Pfeifferum *l. c.* §. 4. & Buxtorfium *l. c.*

(55.) V. Pfeifferum *l. c.* §. 4. & in *Faſcic. Diſſert. Diſſ. II.* §. 16.

Digitized by Google

in f. 52.) & Elias Levita (*in Præf. Libri Methurgeman,*) contendunt (56.) Henricumque Kippingium (57.) in eandem pertraxerunt Sententiam a R. *Azaria* (*in Meor. Enajim c.* 48. R. Dav. Ganzio (*in Zemach. David. p.* 100.) &, qui hos allegat, Aug. Pfeiffero (58.) ob Parachronismum, qua laborat, merito rejectam. Gravius his in Temporum Rationem impingunt, qui, ob affinitatem Nominum leviculam, Onkelosum, Paraphrasten V. T. Chaldaicum, haud diversum esse arbitrantur, ab Aquila Sinopæo sive Pontico, Græco ejusdem Sec. II. Interprete, longe fidelissimo atque accuratissimo, qui, ab *Hadriano* Imperatore Hierosolymæ instaurandæ curam gerere jussus, Christianorum Cœtui istic accessit, sed, cum ab hujus Doctoribus, ob studium Astrologiæ Genethliacæ nimium atque Pertinax, esset excommunicatus, ad Judæos transiit, Græcumque Bibliorum Versionem, in horum gratiam, & ut Christianis ægre faceret, est aggressus. Claruit, non *Hadriano* solum (cujus eum πενθερίδην, sive Soceri Socrusve Filium, Epiphanius appellat) imperante, sed sub Antonino etiam *Pio*, Hadriani Successore, & ab Epiphanio (*in Lib. de Ponderibus & Mensuris, n.* 14.) Origine (*in Epist. ad Africanum,*) Hieronymo, Augustino, aliisque Antiquioribus, ob

Q 2 Dexte-

(56.) V. Buxtorfium *l. c.* Pfeifferum *in Diss. de Targumine c.* 4. §. 4. H. Kippingium *in Exerc.* 34. *de S. Scr. p.* 276. 277.

(57.) *l. c.*

(58.) *l. c.* §. 4. Conf. Mich. Waltheri *Offic. Bibl. Repos. I. Art.* 4. §. 308. *p.* 257.

Dexteritatem, commendatur, *Hermenevticam* (59.). Fuit certe is Onkeloſo integro pene Seculo poſterior, & male proinde cum illo confunditur, eum ab Hebræis quibusdam, Pfeiffero memoratis, tum a Scriptoribus haud paucis Chriſtianis, Joh. ſcil. Bodino (*Libro IV.* Saccrrimi *de Rerum Sublimium Arcanis Dialogi*,) Rob. Bellarmino (*in Libb. de V. D.*) Nic. Serario (*in Prolegom. Bibl. c.* 14. *Qu.* 4.) Jac. Tirino (*in Ind. Autorum, quem Commentario Biblico præfixit.*) Jac. Gaffarello (*in Curioſitt. Inaud. P. III. c.* 8. §. 4. *p.* 174.) Amando Polano [*in Comm. ad Dan. P. I. p.* 20.] Guilh. Crowæo (*in Elencho Interpp. Scr. p.* 2. *tribus in locis*,) aliisque Viris Seculi ſuperioris, quos Simlerus *in Biblioth. p.* 532.) memorat, ſed haud nominat, Eruditis. Quibus noviſſime ſuum etiam adjeciſſe calculum obſervo Virum Summum, *Herm.* Conringium (60.) *veriſimilem ſatis* hanc ſententiam *Argumentis probabilibus reddi poſſe*, perſuaſum. Rectius diſtinguendos eſſe Onkeloſum & Aquilam, diverſitatis tum Patriæ, & ævi, quo floruerunt, tum Idiomatis, in quod Sacrum transfuderunt Codicem, intuitu, monuerunt Pet. Dan. Huetius, Contrariæ Sententiæ Autoribus *bonam mentem* apprecatus (*L.* 2. *de Interpr. p.* 157.) Chriſtian. Kortholtus, *Anachroniſmi* eosdem *enormis* accuſans

(59.) V. Pet. Dan. Huetii *Tr. de Interpret. Lib.* 1. *p.* 60. 83. 84. 97. & *Lib.* 2. *p.* 152. VValtherum *l. c.* §. 324. *p.* 267. Kippingium *Exerc.* 35. *p.* 291.

(60.) *in Hiſtoria omnis generis Scriptorum, qui poſt C. N. inclaruerunt*, ἀνεκδότῳ, *Sec. II. c.* 1.

ſans (*in Tr. de Variis Scr. S. Editt. c. 3. §. 2. p. 33.*) Frid. Spanhemius Jun. (*in Summa Hiſt. Eccl. p. 99.*) Joh. Diecmannus (*in Diſſ. de Naturaliſmo Joh. Bodini* §. 8. *p.* 31. 32.) Aug. Pfeifferus (*in Diſſ. de Targumim, c.* 4. §. 2.) Adde, quos Kippingius, Kortholtus & Diecmannus, tanquam ſibi ὁμοψήφȣς allegant, ex Judæis, Abrah. Zacutum (*in Juchaſin f.* 54.) R. Azariam (*in Meor Enaſim, P. I. c.* 45.) Dav. Ganzium (*in Zemach. David f.* 40.) ex Chriſtianis autem, Pet. Galatinum (*Lib. 1. de Arc. Cath. Ver. c.* 3.) Paulum Fagium (*in Præfat. ad Paraphr. Chald.*) Chr. Helvicum (*in Tr. de Paraphr. Chald. c.* 2.) J. Buxtorfium (*in Præf. Grammat. Chaldæo-Syr.*) Wilh. Schickardum (*in Bechinas Happeruſchim, Diſp. II. p.* 24.) Barthol. Mayerum [*in Philol. S. P. II. c.* 2. *Theor.* 4. *p.* 182. 183.] Joh. Henr. Hottingerum [*in Theſ. Philol. L.* 1. *c.* 3. *Sect.* 1. *p.* 258. & *Sect.* 3. *p.* 377.] Chr. Cartwrightun *in Præf. Elect. Targumico-Rabbin. in Geneſin p.* 27. 28.] & Brianum Waltonum [*Proleg. XI. in Bibl. Polygl. n.* 9. *p.* 382. *ſqq.* Sunt inter Hebræos nonnulli, qui, cum R. Simeone Haddarchan [*in Jalkut Thora,*] Aquilam [עקילס] iſtum, cujus in Loca aliquot Prophetarum & Hagiographorum Paraphraſes, *in Bereſchit Rabba,* paſſim citantur, quive Legem, coram R. Eliezere & R. Jehoſua, interpretatur, inſigne ab his Elogium *Pulcherrimi inter Filios Hominum* reportaſſe perhibetur, eundem eſſe, non cum Aquila ſolum Pontico, ſed & cum Onkeloſo noſtro, ſibi perſuadent.

Q 3 Sed

Dexteritatem, commendatur, *Hermenevticam* (59.). Fuit certe is Onkeloſo integro pene Seculo poſterior, & male proinde cum illo confunditur, eum ab Hebræis quibusdam, Pfeiffero memoratis, tum a Scriptoribus haud paucis Chriſtianis, Joh. ſcil. Bodino (*Libro IV.* Saccrrimi *de Rerum Sublimium Arcanis Dialogi,*) Rob. Bellarmino (*in Libb. de V. D.*) Nic. Serario (*in Prolegom. Bibl. c.* 14. *Qu.* 4.) Jac. Tirino (*in Ind. Autorum, quem Commentario Biblico præfixit.*) Jac. Gaffarello (*in Curioſitt. Inaud. P. III. c.* 8. §. 4. *p.* 174.) Amando Polano [*in Comm. ad Dan. P. I. p.* 20.] Guilh. Crowæo (*in Elencho Interpp. Scr. p.* 2. *tribus in locis,*) aliisque Viris Seculi ſuperioris, quos Simlerus *in Biblioth. p.* 532.) memorat, ſed haud nominat, Eruditis. Quibus noviſſime ſuum etiam adjeciſſe calculum obſervo Virum Summum, *Herm.* Conringium (60.) *veriſimilem ſatis* hanc ſententiam *Argumentis probabilibus reddi poſſe*, perſuaſum. Rectius diſtinguendos eſſe Onkeloſum & Aquilam, diverſitatis tum Patriæ, & ævi, quo floruerunt, tum Idiomatis, in quod Sacrum transfuderunt Codicem, intuitu, monuerunt Pet. Dan. Huetius, Contrariæ Sententiæ Autoribus *bonam mentem* apprecatus (*L.* 2. *de Interpr. p.* 157.) Chriſtian. Kortholtus, *Anachroniſmi* eosdem *enormis* accuſans

(59.) V. Pet. Dan. Huetii *Tr. de Interpret. Lib.* 1. *p.* 60. 83. 84. 97. & *Lib.* 2. *p.* 152. VValtherum *l. c.* §. 324. *p.* 267. Kippingium *Exerc.* 35. *p.* 291.

(60.) *in Hiſtoria omnis generis Scriptorum, qui poſt C. N. inclaruerunt,* ἀνεκδότως, *Sec. II. c.* 1.

ſans (*in Tr. de Variis Scr. S. Editt. c. 3. §. 2. p. 33.*) Frid. Spanhemius Jun. (*in Summa Hiſt. Eccl. p. 99.*) Joh. Diecmannus (*in Diſſ. de Naturaliſmo Joh. Bodini §. 8. p. 31. 32.*) Aug. Pfeifferus (*in Diſſ. de Targumim, c. 4. §. 2.*) Adde, quos Kippingius, Kortholtus & Diecmannus, tanquam ſibi ὁμοψήφȣς allegant, ex Judæis, Abrah. Zacutum (*in Juchaſin f. 54.*) R. Azariam (*in Meor Enaſim, P. I. c. 45.*) Dav. Ganzium (*in Zemach. David f. 40.*) ex Chriſtianis autem, Pet. Galatinum (*Lib. 1. de Arc. Cath. Ver. c. 3.*) Paulum Fagium (*in Præfat. ad Paraphr. Chald.*) Chr. Helvicum (*in Tr. de Paraphr. Chald. c. 2.*) J. Buxtorfium (*in Præf. Grammat. Chaldæo-Syr.*) Wilh. Schickardum (*in Bechinas Happeruſchim, Diſp. II. p. 24.*) Barthol. Mayerum [*in Philol. S. P. II. c. 2. Theor. 4. p. 182. 183.*] Joh. Henr. Hottingerum [*in Theſ. Philol. L. 1. c. 3. Sect. 1. p. 258. & Sect. 3. p. 377.*] Chr. Cartwrightun *in Præf. Elect. Targumico-Rabbin. in Geneſin p. 27. 28.*] & Brianum Waltonum [*Proleg. XI. in Bibl. Polygl. n. 9. p. 382. ſqq.* Sunt inter Hebræos nonnulli, qui, cum R. Simeone Haddarchan [*in Jalkut Thora,*] Aquilam [עקילס] iſtum, cujus in Loca aliquot Prophetarum & Hagiographorum Paraphraſes, *in Bereſchit Rabba*, paſſim citantur, quive Legem, coram R. Eliezere & R. Jehoſua, interpretatur, inſigne ab his Elogium *Pulcherrimi inter Filios Hominum* reportaſſe perhibetur, eundem eſſe, non cum Aquila ſolum Pontico, ſed & cum Onkeloſo noſtro, ſibi perſuadent.

Sed accurate illi, quod ad posteriorem attinet [cum depriori res sit dubia;] refutantur ab Aug. Pfeiffero [61.] quem, una cum Autoribus aliis, hanc in rem ab eo allegatis, cum nobis haud lubeat hic esse prolixis, consules.

VIII. Inter Gnomographos & *P*aroemiographos Hebræos Vetustiores, Agmen cœterorum ducit BEN SIRA, cujus *Sententiæ Morales*, a *P*aulo Fagio, Hebraice, cum Versione Latina, post Editionem Constantinopolitanam Antiquiorem, Isnæ *A*nno 1542. (in 4to) juris sunt factæ publici, & a Johanne deinde Drusio Franequeræ A. 1597. cum Notis, & aliquot *A*dagiorum Hebraicorum Centuriis, denuo recensitæ [62.] *A*utorem hunc R. David Ganzius [*in Zemach David*] eundem esse credidit cum Jesu Siracide Hierosolymitano, qui in Ægypto, imperante Ptolomæo Evergeta, [circa *A*. M. 3730.] inclaruit, & Ecclesiasticum, Libris V. T. *A*pocryphis postmodum annumeratum, ex AVI sui, Jesu, Schedis, collegit, Græcaque veste induit. Verum hanc ipsius sententiam Scriptores duos, ὁμωνύμες quidem, sed diversissimos, confundere, Guilh. Henr. Vorstius, in suis ad illum *Animadversionis* [*p*. 254.] solide, teste Joh. Henr. Heideggero (63.) ostendit.

IX. Quoniam supra (*P. I. c.* 2. §. 5.) est monitum, Confusionibus Rabbinorum Gentis *J*udaicæ, diversis licet gaudentium nominibus, occasionem sæpius præbere Scripturæ, quibus hi

(61.) *in Diss. de Targumim, c.* 4. §. 3.

(62.) V. Joh. Buxtorfii *Biblioth. Rabb. p*.324. 325.

(63.) *in Enchir. Bibl. L.* 2. *c*. 3. *p*. 524.

hi a Gentilibus ſuis allegari frequenter ſolent, Compendia, ſingularum, quibus Nomina illa conſtant, Vocum, Titulique ſimul Rabbinici, Literas Initiales, in unam Vocem Technicam, per ראשי תיבות, coagmentantia, aliquot Lapſuum iſtiusmodi Exempla *h. l.* adjiciemus. Ita, ob Compendium Onomatographicum ראבר, R. ABRAHAMO BEN DIOR, AbenEſræ Coætaneo, *A.*C.1199.mortuo,cum R.ABRAHAMO BEN DAVID, Expoſitionum in Thalmud, Animadverſionum in Maimoniden, & Libri בעלי נפש, *A*utore,(qui ſub finem,ſec.XII.itidem claruit)commune,illius ספר קבלת ſive Tractatus Chronol. hiſtoricus, ab O.C. ad A.C. 1161. huic a plurimis,ſed male, tribuitur,uti poſt Dav. Ganzium [*in Zemach David*] Joh. Buxtorfius (64.) oſtendit. רשי Judæis audit, non ſolum R. Salomo Jarchi, A. 1105. mortuus, ſed etiam R. Salomon Iſaac, illo antiquior, cui Buxtorfius vindicat (65.) Commentarium in Pentatevchum, Editioni illius Conſtantinopolitanæ, *A.* M. 5307. excuſæ, adjectum, Jarchio ab aliis attributum. Verum, an iſte Salomon Iſaac, Trevirenſis, a *J*archio revera ſit diverſus, aliorum eſto judicium. *H*aud enim ignoro, Jarchium ab *A*br. Zacuto [*in Lib. Juchaſin*] Salomonem Iſaac appellari, & *A*nd. *A*coluthum [*in Tr. de Aquis Amaris p.* 2.] Præeunte Conſtantino l'Empereur (*in Not. ad Paraphr. Jacchiada in Dan. p.* 228.) quod verum

 hoc

(64.) *in Tr. de Abbrev. Hebr. p.* 178. *& in Biblioth. Rabbin. p.* 403. 404. Conf. *Acta Erud. Lipſ. T.* 1. *ſuppl. Sect. VI. p.* 321.
(65.) *in Biblioth. Rabb. p.* 444. 445.

hoc sit ipsius Nomen, alterum autem *Jarchii* monstrosum, ac *Judæis* ignotum, contendere.

X. *H*ebræos excipiant Syri, & hi quidem Christiani. *H*os inter, Seculo IV, valde inclaruit JACOBUS NISIBENSIS, Eremita initio, & dein Ecclesiæ in Mesopotamia Patriæ Episcopus, Vitæ Sanctitate, Miraculorum Charismate, & autoritate in Concilio, cui interfuit, Niceno eximia, Illustris, circa A. tandem 338. rebus humanis exemptus, cujus Vitæ atque Scriptorum historiam, fuse pariter atque accuratissime, Vir πολυμαθέστατος, nobisque amicissimus Wilh. Ern. Tenzelius, in *Comparatione* illius, ac *P*arentis sui, eodem cum ipso Prænomine gavisi, A. 1686. exposuit. Egregie in hac, ab eo, § 8. (*p.* 16-20) est ostensum, confundi *Jacobum* hunc, a *Jon.* Garnerio (66.) cum *Jacobo* Eremyta *A*mydeno, dum Scripta, illi a Gennadio Massiliensi tributa, huic potius deberi conjectat. Ostensum est ab illo, confundi eundem, a Nicephoro, (*Lib.*15. *Hist. Eccl. c.* 22.) cum *Jacobo* Monacho, qui Epistolæ Leonis Imp. Encyclicæ respondit, &, in *Eclogis* Theodori Lectoris, accurate satis ab eo distinguitur. Ostensum tandem, confundi eum ab *A*ndr. Masio (*in Præfat. ad Mosis Barcephæ Tr. de Paradiso*) cum Sympatriota ὁμωνύμῳ, sed paulo juniore, *Jacobo* Edesseno dum hunc S. Ephremi, ex Nisibensis nostri Disciplina progressi, credit fuisse præceptorem. De *Hexaemero* tamen Syriaco, quod a Jac. Golio ex Oriente advectum, in Biblioth.

Lug-

(66.) *in Auctario Operum Theodoreti, Diss.* II. *p.* 200.

Lugduno-Batava aſſervatur, & Jacobo Edeſſeno vulgo tribuitur, nullam huic Vir Doctiſſ. movet Controverſiam, licet quædam, de iſto, haud protrita afferat. Factum autem id eſt poſtmodum a Guilh. Cavio (67.) qui Edeſſeno iſtum in Creationis Hiſtoriam Commentarium abjudicat, ac Niſibenſi noſtro vindicandũ cenſet.

XI. Seculo V. inter Syros, inclaruit ISAACUS Monachus, & Presb. Antiochenus, circa A. 458. Cavio Judice, denatus, & a Gennadio, *in Catal. Scr. Eccl.* ob Libros, quibus adverſus Neſtorium & Eutychen Syriace depugnavit, celebratus. Tribuuntur eidem a Trithemio, & Poſſevino, veſtigia hujus ſecuto, tum alii X. Tractatus, tum *Liber de Contemptu Mundi*, ſub ipſius etiam Nomine, in *Orthodoxographis* Baſilienſibus, & Antiquioribus Patrum Bibliothecis, excuſus. Sed obſervatum poſtea eſt ab Eruditis, & in recentioribus etiam Patrum Bibliothecis monitum, alii iſtum Iſaaco Juniori deberi, qui, vel Sec. VI. exeunte, juxta Cavii Calculum, floruit, vel, uti Bibliothecæ Colonienſis Editores (*T. VI. P. II. f.* 688.) ex Gregorii M. *Libro* 3. *Dialogorum*, annotant, usque ad Extrema Gothorum Tempora, ſive Sec. VIII. fuit ſuperſtes. V. Joh. Hulſemanni *Patrologiam p.* 1080. Joh. Gotfr. Olearii *Abac. Patrol. p.* 275. G. Cavii. *Chartophyl. p.* 108.

XII. MOSIS BARCEPHÆ, Syri, Epiſcopi in Bethraman & Bethceno, & Rerum Sacrarum in Mozal, ſive Seleucia Parthorum, Curatoris, *de Paradiſo Libri III.* (quorum Imus Hi-

(67.) *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 100.

ſtoriam ejus Literaliter, ıidus vero Myſtice explicat, & Tertius tandem ab Hæreticorum eandem objectionibus vindicat,) ad Ignatium Fratrem exarati, & ex Lingua Syriaca in Latinam ab Andr. Maſio transfuſi, ſeorſim *Antwerpiæ* A. 1569. in 8vo prodierunt, & deinde *Bibliotheca Patrum* Pariſienſis *Tomo I.* in Edit. Secunda, *A.* 1589. excuſa, à Margarino de la Bigne, Doctore Sorbonico, & Eccleſiæ Cenomanenſis Decano, ſunt inſerti. In Ætate ejus de finienda, Eruditorum Calculi non conſpirant. Ad Seculum X. absque Anni certi mentione, refertur à Bellarmino, ad A. 900. à Labbeo & Oleario, ad A. 990. à Guilh. Gavio (68.) Toto autem cœlo aberrat Margar. Bignæus Editor, qui, in Præfatione quidem, ætatem ejus à ſe explorari nondum potuiſſe, ingenue fatetur, ſed, in totius Patrum Bibliothecæ Indicibus Ghronologico atque Alphabetico, cum Moſe illum Mardeno, ſive Meridinæo, Patriarchæ circa A. 1550. Antiocheni, & Syrorum, in Aulam Romanam Legato, abſurdiſſime confundens, Seculo XVI. vixiſſe arbitratur. Quem ejus Lapſum, jam ante me, à Phil. Labbeo (69.) & Joh. Gotfr. Oleario (70.) hunc ſecuto, video eſſe obſervatum, & Virgula notatum cenſoria. Verba Bignæi, ex Indice Alphabetico, ſubjungam: *Hunc eſſe arbitror Moſen illum Syrum, quem Andr. Fabricius Leodius, in Epiſt. ad Othonem, Card. Auguſtanum, Quæſtionum ſuarum in Tridentinum*

(68.) *in Chartophyl. p.* 213.
(69.) *in Diſſ. de Ser. Eccl. T. II. p.* 95.
(70.) *in Abaco Patrol. p.* 317.

tinum Catechismum Nuncupatoria, Romam missum Legatum ait, Pontificibus Paulo III. ab Ignatio Syro, Patriarcha Antiocheno, cum Literis, quibus petebat, quid S. Rom. Eccl. teneret in quibusdam Fidei Christianæ Capitibus, ac præterea, ut recognosceret summam utriusque Pontificis Maximi in totum Orbem Christianum Potestatem, Anno Paulo plus minus 1550. Imposuit scil. illi Homonymia Mosis Barcephæ cum Mose Mardeno, VI. integris pene Seculis posteriore, cujus Historiæ Notitiam pleniorem Dissertatio de illo peculiaris M. Andr. Mülleri, Præpositi Berolinensis, in *Symbolis Syriacis*, A. 1673. Coloniæ Brandeb. editis, obvia, & in *Opusculis Orientalibus*, nuperrime A. 1695. Francofurti ad Viadrum recusa, suggeret.

XIII. Syriæ Scriptoribus Homonymis confusis succedant totidem, ex ingenti illorum Multitudine, Arabes quorum Nomina, ob Articulum *Al*, aut Additamenta Initialia, *Aben*, *Abul*, *Abu*, *Ibn*. &c. pleritisque præfixa, ab Idiomatis illorum Vernaculi haud satis peritis, etsi Homonymi haud sint, Paronomasiæ fraude, facile solent permutari, ac pro iisdem haberi. Hinc certe factum, ut Joh. Georg. Schenkius, *in Bibliotheca Medica*, ABUNAZAREM ALPHARABIUM, Philosophum Baldacensem Celeberrimum, cujus Scripta exstant complura, Logica, Physica & Rhetorica, haud diversum esse crediderit ab ALSAHARAVIO, Medico ejusdem Gentis neutiquam obscuro, cujus *Li-*

brum

brum Theoricæ & Practicæ, à Paulo Ricino (*forte Riccio*,) Augustæ A. 1519. in fol. esse editum, Joh. Ant. Lindanus (71.) testatur. Quæ illius Ἀβλεψία, ab Herm. Conringio, in Epist. de Medicis Arabibus, ad J. Henr. Meibomium A. 1652. scripta, detecta est & castigata (72.)

XIV. Eadem Paronomasia Christ. Ravio (73) ansam præbuit LOCMANNUM, Mythographum Muhammedanorum Decantatissimum, Surata Alcorani 30. integra à Muhammede commendatum (quem Impostor iste, ejusque Exegetes, Beidavius, Davidi, alii autem, cum Elmacino, Josiæ coævum fuisse, perhibent, cujusque Fabulas, Versione ac Notis illustratas, Lugd. Bat. A. 1615. edidit Thom. Erpenius) cum ALCMANE Lacedæmonio, Poeta, qui inter Græcos Olymp. XXVII. inclaruit, Lyrico, confundendi, atque eundem putandi. Refutavit hanc ipsius Conjecturam, & Locmannum haud diversum esse ab Æsopo, Fabularum inter Paganos Scriptore ἐξοχωτάτῳ, 4. Argumentis, à Nominum, Agnominum, Ætatis, & Apologorum utriusque, Convenientia insigni desumptis, luculenter ostendit Joh. Henr. Hottingerus (74.) Henningi etiam Henningii (75.) & Aug. Pfeifferi (76.) promeritus *Applausum*.

XV.

(71.) *in Tr. de Script Med. p.* 21.

(72.) V. Conringii *Epistolas p.* 254. 255.

[73.] *in Or. Panegyr. de LL. Or.*

(74.) *in Historia Orientali p.* 68. 69. 70.

(75.) *in Muhammedano Precante p.* 207. 208. 209.

(76.) *in Fascic. Dissert. Diss. IV. de Alcorano, Th.* 21. *p.* 71. 72.

XV. JOHANNES MESUÆ [i. e. *Moses*, juxta Joh. Leonem (77.) vel *Messiæ Assecla*, sive Christiani, juxta Hottingerum (78.)] inter Medicos, Linguâ commentatos Arabica, tres, Judice H. Conringio (79.) inclaruerunt, probe, quod vulgo secus fieri observes, distinguendi. Primus horum, Gente Chaldæus, Sectæque studiosus Nestorianæ, Mamonis, Caliphæ Bagdadensis sive Babylonici, Archiater, Traductionis Scriptorum Græciæ, Persiæ & Ægypti, præstantissimorum in Idioma Abrabicum curam ab isto gerere jussus, Anno Hegiræ 204. Æræ autem Christianæ 826. vivis excessit, & à Joh. Leone Africano (80.) est commendatus. *A*lter Maridinæ ad Euphraten natus, Religione Jacobita, Elchacimi, Caliphæ Cairensis, Familiaris ac Medicus, de Medicamentorum scripsit compositione, & Anno Hegiræ 406. (Ær. Chr. 1028.) teste eodem Leone, est mortuus (81.) Tertius Damascenus, Filius Hamach, Filii Abdelæ, Regis Damasci, circa A. 1158. juxta Wolfg. Justum, vel 1163. juxta Renatum Moræum (82.) Variis Libris Medicis inclaruit, qui hodienum supersunt, sed duorum Mesuarum, quos

(77.) *in Lib. de Viris apud Arabes Illustribus*, *num*. 1.

(78.) *Lib*. 3. *Biblioth*. *Quadrip*. *c*. 3. *p*. 249. *in Notis ad h. l. Leonis*.

(79.) *in Introd*. *ad Art*. *Med*. *c*. 3. §. 24. *p*. 65.

(80.) *l. c. apud Hottingerum L*. 3. *Biblioth*. *Quadrip*. *c*. 3. *p*. 246-249.

(81.) V. Leonem *l. c. p*. 261. 262.

(82.) V. Joh. Antonidæ à Linden *Tr. de Scr. Med*. *p*. 383. 384.

quos memoravimus, præcedentium Monumentis, ob Homonymiam, adaucti. Fœtus singulorum Literarios distinguere, & Parentibus restituere genuinis, te docebit Herm. Conringius, *in Introduct. in Artem Medicam*, paulo ante allegata (83) cujus Verba subjungo: *Commendatur etiam* (inter Medicos Seculi XII. declinatis Arabes) *Johannes Mesue Damascenus, de quo tamen notandum, scripta, quæ sub Mesuæ Nomine exstant, diversorum esse Autorum unius Nominis. Videntur autem Tres omnino fuisse unde uni de Purgantibus Medicamentis Liber, alteri Practica quædam, Tertio Antidotarium ascribendum.* Gemina his monet *Lib. II. de Med. Hermetica*, c. 14. (84,) scribens: *Johannes hic Mesue, Libb. 2. de Medicamentis Purgantibus Scriptor, recentior est, non Avicenna tantum, sed & Avenzoare, ceu liquet ex Lib. 2. c. 12. imo Alkindo, Averrois Æquali, ut videre est Lib. 1. Theor. 2. Alius plane ab Johanne Mesue illo quem sub Imino Chalipha, Aaronis Rasildis-Filio, circa Annum Hegiræ 200. floruisse, Autor est Abraham Zacuthus, Judæus, in Chronico, cui Sepher Juchasin est Titulus. Memorant vero de hoc Johanne Mesue complura etiam Abulpharajus in Chronicis, & Joh. Leo, Libello de Vitis Philosophorum Arabum.* Subjungit ibidem Testimonium, Judicio suo ὁμόψηφον, Andreæ Bellunensis, à Simlero etiam (85.) laudati, qui duos commemorat Mesues, Seniorem, cujus

(83.) *c. 3. §. 24. p. 65. Conf. §. 21. p. 61.*
(84.) *p. 407. 408.*
[85.] *in Biblioth. p. 395.*

cujus Libri Arabice tantum exſtant, nec Latine ſunt verſi, & Juniorem, Europæis notum, cujus Libri apud Arabes inveniri à ſe non potuerint.

XVI. Scriptorum Ægyptiorum Antiquiſſimus, imo omnis in Gente iſta Doctrinæ Parens, Literarumque & Artium ac Scientiarum Inventor, fuiſſe creditur THOTH, quem Phœnices THAAUTUM, Græci HERMETEM TRISMEGISTUM, Latini MERCURIUM, appellarunt, Oſiridis, Ægyptiorum Regis, Conſiliarius & ἱερογραμματεὺς (i.e. Sacrorum Notarius [86.]) patria Thebanus [87.] & Abrahæ, circa A. M. 2000. juxta Traditionem Inveteratam, σύγχρονος. Ex Libris, quos de Ægyptiorum Sapientia à Jamblicho ineptiente Scripſiſſe perhibetur, 36529. ne unus quidem hodie ſupereſt. Nomen ejus enim mentiuntur, quæ Græco circumferuntur Idiomate, *Jatro-Mathematica*, *Aſclepius*, *Poemander*, & nonnulla περὶ τῆς χρυσοποιίας Opuscula, partim à Chriſtianis Eccleſiæ Veteris, partim vero ab Impoſtoribus Chymicis, illi ſuppoſita. Si vere talis Hermes, qualem Prisci omnium fere Gentium celebrant Scriptores, unquam exſtitit [id quod à Conringio (88.) non immerito forte in dubium vocatur,) aut Monumentis Ingenii de Poſteritate præclare eſt meritus, Lingua illa Patria, ſive Ægyptia, haud du-

[86.] V. Diodori Siculi *Lib*. 1. *Biblioth. Hiſtor.*

(87.) Juxta Clem. Alexandr. *Lib*. 1. *Strom.* Sanchoniathon tamen Phœniciæ olim ſuæ vindicare illum maluit, ap. Euſeb. *l*. 1. *de Præp. Evang. c*. 10.

(88.) *Lib*. 1. *de Med. Herm. c*. 4. *p*. 39. & *c*. 7. *p*. 63. 64.

Digitized by Google

dubie exaravit, qua etiam Scientias illum Antediluvianas, Literis Hieroglyphicis, columnis inscripsisse, eamque Doctrinam omnem, ab Agathodæmone, Mercurio altero, Patre Tati, post diluvium, in Sermonem Græcum, iisdem Characteribus Sacris, esse translatam, Manetho Sebennytha, Sacerdos Ægyptius, ab Eusebio [89.] allegatus, sive narrat, sive fabulatur. Non vacat prolixe jam discutere, quæ de Historia ejus, atque Scriptis & Inventis, sollicite congesserunt jampridem Viri Docti complures, & hos inter imprimis, Herm. Conringius [*toto Lib. 1. Operis de Medicina Hermetica,*] Joh. Henr. Ursinus [*in Exercitt. Familiaribus de Zoroastre, & Herm. Trismegisto, A.* 1661. editis, *Exerc. II.*] Ol. Borrichius [*in Diss. de Ortu & Progr. Chemiæ p.* 16-26. 50-76. *& in Sapientia Hermetis, Ægyptiorum & Chemicorum, adversus Conringium, vindicata, cap.* 1. 2. *&* 3.] Wilh. Christoph. Kriegsmannus, Consil. Hassico-Palatinus [*in Conjectaneis de Germanicæ Gentis Origine, ac Conditore, Hermete Trismegisto, sive Tuitone,* Tubingæ *A.* 1684. a Joh. Ulrico Pregizero publicatis,] *Phil.* Cluverius (*Lib.* 1. *Germ. Ant. c.* 26.) If. Casaubonus (*Exerc. I. AntiBaron. Sect.* 10.) El. Schedius [*Syngr. I. de Diis Germ. c.* 5. *p.* 107. 110.] *G. Hornius* [*Lib.* 1. *Hist. Philos. c.* 5. *& L.* 2. *c.* 6.] Pet. Lambecius (*in Prodromo Hist. Liter. c.* 1. §. 6. *p.* 134. *& seqq.*] Joh. Henr. Hottingerus [*in Pentade, Diss. II. p.* 54-67.] Lev. Nic. Moltkenius [*in Notis ad Relig. Med.*

(89.) *Lib.* 1. *Chronici.*

Med. p. 69. 70.) Pet. Dan. Huetius (*in Demonstr. Evang. Propos. IV. c.* 3. & 4.) Gothofr. Voigtius (*in Tr. de SS. Unius Divinitatis Triade p.* 21-38.) Dan. Georg. Morhofius (*in Polyhist. P. I. L.* 1. *c.* 10. *p.* 89. & *c.* 11. *p.* 99. 101.) M. Joh. Georg. Röserus, Onoldo Francus, (*in Diss. de Hermete, Witeb. A.* 1686. *edita*) &c. Cui enim non dictus Hylas. Per me cuivis esto integrum, vel per Hermetem hunc, cum Cluverio, Deum intelligere, solum vere τρισμέγιστον, sive Ter optimum Maximum, vel, cum Borrichio & Kriegsmanno in Chandanem, cum Ursino in Josephum, cum Huetio in Mosen, eundem transformare. Conjecturas enim istiusmodi Eruditas haud respuit Historia Mercurii hujus, mere, ni fallor, fabulosa, & tot Difficultatibus, atque Narrationibus ἀσυστάτοις, sicut à Conringio atque Ursino egregie est ostensum, implicita, ut parum ex illa, vel Certitudinis Historiæ Literariæ Antiquioris Amasii, vel Præsidii Artis Chemicæ Defensores, sibi queant polliceri. Borrichius sane, in horum gratiam, copioso quidem variæ Eruditionis Apparatu illustrare istam, & à Conringii atque Ursini Objectionibus vindicare, operose allaboravit, sed *superior* tamen (quod Morhofio nostro, Chymiæ Studiosiori, olim (90.) videbatur) *ex pugna illa haud discessit*, cum Nervis, & justo Argumentorum Robore, Eruditæ ejus Disceptationes non raro destituantur. Sed ista discutere, uti dictum, non est hujus loci. Propius

R

(90.) *in Polyhist. P. I. Lib.* 1. *c.* 11. *p.* 101.

pius Institutum nostrum attingunt Hermetis istius cum Homonymis aliis Confusiones multiplices. Observatum sc. jampridem est C. Cottæ Pontifici, apud Ciceronem, *L. 3. de Nat. Deorum*, & hunc secuto Lactantio, *Lib. 1. Instit. Div. c.* 6. quinque fuisse olim Hermetes sive Mercurios. *Unus*, ait Cotta, *Cœlo Patre, Die Matre, natus est, cujus obscœnius excitata Natura traditur, quod adspectu Proserpinæ commotus sit; Alter, Valentis & Phoronidis Filius, is qui sub terris habetur, idem Trophonius; Tertius Jove Tertio genitus, & Maja, ex quo & Penelope Pana natum ferunt; Quartus Nilo Patre, quem Ægyptii nefas habent nominare: Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui Argentum invenisse, & Argum, dicitur, interemisse, ob eamque Causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis Leges ac Literas tradidisse.* A Scriptoribus hos Priscis, Poetis præsertim, sæpius esse confusos, Gerh. Joh. Vossius (91.) jam monuit, & Mythologiæ Paganæ Autorum Lectio vel superficiaria neminem non edocebit. Nec immunis ab hac Culpa Manetho, ex Eusebio supra allegatus, qui ob, Metaphrasin Doctrinæ Mercurii Trismegisti, Columnis insculptæ, Græcam, Mercurio secundo, Tati Parenti, tributam, ipsi etiam vapulat Borrichio (92.) Conringii Argumentis, ut ultimo potius illam adscriberet, adacto. *VII. de Lapidis Philosophici Secreto Capitula*, quæ, sub Hermetis Trismegisti Nomine, *in IVto Theatri Chemici*

(91.) *L. 1. de Idolol. p.* 128.
(92.) *in Diss. de Ortu & Progr. Chemiæ p.* 19.

mici Volumine, Argentinæ A. 1613. excuſo, occurrunt, idem Vir Summus, & inter Patronos Chemiæ Secretioris nemini Secundus, ſuppoſita illi eſſe haud diffitetur, & Hermeti cuidam Juniori vindicat; quod totum iſtud Scriptum Chriſtianismum redoleat, in IV. Elementorum Pugna multum ſit, Literas Græcas (quæ Ævo Thaautico nullæ fuere) ad partes vocet, & Philoſophorum priſcorum (quorum etiam nonnulli in eodem citantur) meminerit (93.) Quod ſi Georg. Hornii (94.) Teutatem, ſive Thuiſtonem quem Germani & Galli Veteres, tanquam Artium Inventorem; teſtibus Cæſare ac Tacito, coluerunt, à Thoto ſive Hermete Ægyptio, diverſiſſimum fuiſſe, perſuaſi, ſententiam ſequaris haud improbabilem, Borrichio etiam ipſi, ejusque Synaſpiſtæ Kriegsmanno, & Recentioribus aliis, utrumque paſſim confundentibus, Homonymia itidem impoſuit. Nemo tamen turpius heic impegit Joh. Chriſtophoro Meelführero Onoldino, Franconiæ Theologo, qui, *in Corona Centum Patrum*, Gieſſæ A. 1670. edita (95.) *H*ermetem noſtrum, cujus Monumenta Profana Athan kircherus, *in Prodromo Coptico*, Ægyptiaco eſſe ſcripta Idiomate monuerat, eundem eſſe credit cum *H*erma, Chriſtiano Seculi I. Scriptore, de quo, & *Paſtore* ejus, *Capite V.* plura à nobis afferentur.

(93.) *V. Diſſ. jam citatam p.* 71.
(64.) *in Hiſt. Philoſ. L.* 2. *c.* 12. *p.* 122. 123.
(95.) *num.* 1. *p.* 2.

XVII. Ab Ægyptiis ad Persas transibimus, apud quos non minori olim in honore & Existimatione, quam *Hermes* apud istos, fuit ZORASTRES, sive, uti à Scriptoribus Persiæ & Arabiæ Recentioribus appellari solet, ZARADUSSIT Bactrianus Oromazi Filius, Legislator illorum, & Idololatriæ atque Magiæ, apud eosdem receptæ, Autor Antiquissimus, plurimisque Miraculis, ope patratis Dæmoniaca, inclytus. Nomen ejus Exoticum Pseudo Clemens Romanus (*L. 4. Recogn.*) ad Græcam haud dubie alludens Etymologiam, *Vivens Astrum*, Dinon *Libro* (quem Diog. Laertius, in Procemio operis *de vitis Philos.* allegat) *5to Histor.* Ἀστροθύτην, sive *Astrorum Cultorem*, Sam. Bochartus (96.) Laertii locum in Mendo cubare suspicans, Ἀστροθεάτην (è Vocis *Hebrææ* שור *Contemplatus* est, & Persicæ אסתר, stellam denotantis, coagmentatione) applaudente Exegeta Laertii, Menagio, Joh. *Henr.* Ursinus autem *Semen vel Filium Astri*, interpretantur. *H*storia ejus, atque Ætatis indagatio, Difficultatibus non minoribus, quam *Hermetica*, laborat. Pagani veteres plerique Regem illum fuisse perhibent Bactrianorum, à Nino, Nimrodi Filio, Assyriorum Monarcha, secundo Annorum O. C. Millenario expirante, in prælio victum, & vel in eodem, uti nonnulli tradunt, occisum, Vel, quod alii malunt, captum, & paulo post Igne Cœlesti miraculoso consumptum. Judæorum & Christianorum, de *Histo-*

(96.) *in Phaleg. l. 4. c. 1.*

Historia ac Ætate illius, Calculi valde discrepant. Sunt, qui, cum PseudoClemente modo allegato, Joh. Cassiano, PseudoBeroso Anniano, Petro Comestore (*in Hist. Scholast.*) & Gilb. Genebrardo (*Lib.* 1. *Chronogr. p.* 51.) à Jac. Gaffarello (*P. II. Curiositt. Inaud. c.* 3. *p.* 58. 59. 60.) Henr. Flockenio (*in Prolegg. Theol. Cathol. p.* 719. 720.) & J. Henr. Ursino, mox laudando, refutatis, Chamum, Noachi Filium Degenerem; sunt, qui, cum Franc. Georgio Veneto (*in Harmon. Mundi*, *T. I. c.* 8.) & Joh. Pierio (*in Hieroglyph. Lib.* 4. *c.* 9. *p.* 345.) Misraimum, Chami Filium; sunt, qui, cum Gregorio Turonensi (*Lib.* 1. *Hist. Franc. c.* 5.) Chusum, ejusdem Chami Primogenitum; sunt, qui cum Epiphanio (*sub init. Panarii*) Nimrodum, Chusi Filium; sunt, qui Abrahamum Patriarcham, sub Barbari hujus Nominis larva, delitescere credunt, singulique Rabbinorum nonnullos sibi jactant ὁμοψήφȣς. Georg. *H*ornius (97.) in Bileamum eundem transformare, Argumentis haud paucis, operose conatur. Joh. Henr. Ursinus autem Theologus ἱςορικώτατος, qui, aliis diligentius, fusius & accuratius, totam Zoroastris Historiam, in *Exercitationum pro Scripturæ Mosaicæ Antiquitate Familiarium*, A. 1661. editarum, *Prima*, sub Examen vocavit Eruditum, Cyro, Persarum Monarchæ, eum putat fuisse coævum, imo Erum Pamphylium, Aristeam Proconnesium, aut alium Ævi istius Magum celebriorem, splen-

(97.) *Lib.* 2. *Hist. Philos. c.* 6. *p.* 78. 79. 80.

dido atque plausibili Zoroastris Nomine ab Asseclis, vel Posteris, esse donatum, &, sub eodem, inversa per Parachronismum, quo major ei accederet veneratio, Temporum ratione, tanquam Longe antiquiorem, cultum atque depraedicatum, suspicatur. Nobis prolixius ista persequi non est integrum, nec certi quid, in densa adeo Fabularum, & Narrationum incertarum atque ἀσυςάτων, Caligine, licet expromere. Plura, de Magi hujus Vita, Fatis ac scriptis, tum deperditis (vicies sc. Centenis Millibus Versuum, ab Hermippo, apud Plinium *l.* 30. *c.* 1. memoratis, ἱερᾷ item τῶν περσικῶν συναγωγῆ, ab Eusebio *Lib.* 1. *Præp. Evang.* aliisque compluribus, Physicis, Astrologicis, Geoponicis, à Suida, & cœteris antiquioribus, allegatis) tum superstitibus, sed supposititiis, *Oraculis* sc. *Magicis* Argolico-Metricis, à Mich. Psello & Plethone Gemisto illustratis, & à Ludov. Tiletano Parisiis A. 1538. à Franc. Patricio, cum Augmento, quod ex Scriptoribus Platonicis collegit, notabili, Ferrariæ A. 1591. (*in Nova de Universo Philosophia*) & seorsim etiam, ab Henr. Ranzovio, Hamburgi A. 1593. & tandem à Joh. Opsopæo Parisiis A. 1599. publicatis, post Joh. Jessenium (in *Zoroastre* suo, Wittebergæ A. 1593. excuso) & Ott. Heurnium (*Lib.* 2. *Antiquitatum Philos. Barbaricæ Indicæ, cap.* 1.) Philosophiam ejus, ex Oraculis his, eruere & proponere aggressos, suggeret Joh. Henr. Ursinus, in *Exerc.* paulo ante allegata, ac lectu dignissima.

ma. Conferri de eodem merentur, præter Dion. Petavium (*L. 1. de Trin. c. 2.*) Sam. Bochartum (*in Phaleg. l. 4. c. 1.*) Rich. Montacutium (*P. I. Orig. Eccl. f. 167.*) G. J. Vossium (*L. 3. de Hist. Gr. p. 426. & in Lib. de Philos. Sect. c. 1. §. 5. p. 7.*) Cæs. Baronium (*T. II. Annal. ad A. 120. n. 36. & ad A. 247. n. 3.*) Edv. Pocockium (*in Notis ad Spec. Hist. Arabum p. 147.*) Lud. Cœl. Rhodiginum [*in Lect. Ant. p. 1487.*] Sim. Majolum [*in Dieb. Canicul. p. 456.*] Phil. Camerarium [*Cent. I. Hor. Subcis. p. 316.*] Gerh. Joh. Vossium [*Lib. 1. Theol. Gent. p. 32. Lib. 2. p. 411.*] Athan. Kircherum [*T. II. Oed. Æg. §. 1. p. 129 sqq.*] Guilh. Sossium [*de Num. Hist. c. 50. & 51.*] Sam. Maresium [*in Refut. Fab. Praadam. Qu. III. §. 42.*] Joh. Bisselium [*Dec. I. Ruin. Illustr.*] ab Ursino, Chr. Arnoldo [*in Spicileg. ad Exerci. ejus p. 40. 41.*] & Matth. Zimmermanno [in *Annal. Menstr. M. II. n. 3. p. 76.*] jam laudatos, Jos. Simlerus [*in Biblioth. p. 691.*] Mart. Delrio [*L. 1. Disqu. Mag. c. 3.*] Lil. Gyraldus [*Dial. II. de Poet.*] Pet. Lambecius [*in Prodr. Hist. Lit. L. 1. c. 5.*] Lev. Nic. Moltkenius [*in Not. ad Relig. Med. p. 147.*] Æg. Menagi⁹ [*in Not. ad Proœm. Laertii*] Georgius Hornius, Henr. Flockenius & Jac. Gaffarel. [*locis jam ante citatis*] Greg. Michaelis [*in Not. ad Gaffarell. P. I. n. 38. p. 191. 192. 193.*] Ulr. Obrechtus [*in Diss. de Vera Orig. Philos. §. 10.*] Joh. Henr. Horbius [*in Diss. de Ultima Orig. Hæreseos Sim. Magi p. 11. 12.*] & Dan. Georg. Morhofius [*in Polyhist. P. I.* L. 1. *c. 10. p. 89. 90. & c. 13. p. 126.*]

Quos inter ultimum, Virum cœteroquin oculatissimum, sed, ob Studium Chymiæ Vehementius, in Scriptis, quæ hujus Amasii tanquam Secreta & Μυστικώτερα venerantur, dijudicandis nonnunquam Cœcutientem, miror *Oracula* 320. *Magica* ἔμμετρα [quæ Fœtum esse ὑποβολιμαῖον Philosophastri cujusdem Græculi Christiani nemo non videt, & à Necromantica labe haud esse immunia, Ursinus ostendit] non ipsi solum Zoroastri tribuere, sed *Sapientia* etiam *Divina plenissima* vocare. Sed in viam redeamus. Nodi, quibus Magi hujus Historia implicita est, difficillimi, & vere Gordii, ex *Homonymiæ* fonte magnam partem videntur derivandi. Plures enim uno, ævo prisco, floruisse Zoroastres, jam olim Plinius [*l.* 30. *H. N. c.* 1.] his verbis subindicavit: *Magia sine dubio orta in Perside à Zoroastre. Sed unus hic fuerit, an postea & alius, non satis constat.* Mart. Delrio (98.) numerum illorum plus justo augens, sex enumerat. 1. Chaldæum, Magiæ Inventorem, 2. Bactrianum, à Nino devictum, 3. Pamphylium, Arnobio memoratum, 4. Armenium, ex eodem depromtum, 5. Astronomum Persomedum, de quo Suidas, 6. Proconnesium, de quo Plinius consulendus. Sed recte, cum Bissellio, observat Ursinus (99.) ex diversis Veterum de Patria Zoroastris Narrationibus, male tot

(98.) *Lib.* 1. *Disqu. Mag. c.* 3. *p.* 161. Calculum huic suum adjicere videtur Greg. Mich. *l. c.*

(99.) *Exerc. I. p.* 25. 26.

tot illi cognomines effingi, cum nihil obstet, quo minus idem Zoroastres, & patria Armenius, & Institutione Chaldæus, & Habitatione Persa, Medus aut Persomedus, & Regno denique Bactrianus, dici potuerit. Ulr. Obrechtus (100.) numero illorum contentus ternario, a Rege Bactriano distinguit, tum *Astronomum* atque Magum Suidæ Persomedum, quinque illo Seculis posteriorem, & totidem Bello Trojano antiquiorem, tum Proconnesium, Plinio memoratum (*Lib.* 30. *c.* 1.) quem, ex Xantho Lydo, 600. ante Xerxis in Græciam Transitum Annis, floruisse colligit. Ursinus denique (101.) duos tantum ab Arnobio (*Lib.* 1. *contra Gentes*) memorari persuasus Zoroastres, *Bactrianum* sc. ex Hermippo, & *Armenium*, *Zostriani Nepotem*, *Familiarem Pamphylum Cyri*, illum, tanquam Chimæricum explodit, hunc, ex Ctesiæ Lib. 1. Persicorum ab Arnobio allegatum, admittit, Cyroque coævum fuisse statuit, nec diversum esse ab Ero Pamphylio, Armenii Filio, Celebri ejusdem Ævi Mago, quem duodecimo ab obitu die in rogo revixisse, Plato (*l.* 10. *de Rep.*) tradidit, &, quæ apud Inferos didicerat, Libro peculiari, sub Zoroastris nomine, exposuisse, Clem. Alex. (*l.* 5. *Strom.*) ex aliis, refert, opinatur. Nec difficilis tamen fore videtur (102.) in admittendo etiam Tertio, quem Plinius laudat, Proconnesio sci-

(100.) *l. c.* §. 10.
(101.) *l. c. p.* 17. 26. 32. 65. *& alibi.*
(102.) *l. c. p.* 26. 29. 32. 65.

ſcilicet, ante Oſthanem de Magia commentato. Verum non alius eſt is, ipſo judice, quam Ariſteas Proconneſius, Magus Cyro itidem σύγχρονος, Verſuumque de Vita Beata Arimaſpeorum Autor, ſtulta Græcorum Æmulatione Zoroaſtris Nomine Honorifico, poſt obitum, donatus. Nobis perinde eſt, cui ex tot, tamque diverſis, de Numero Magorum, Zoroaſtris gaviſorum Nomine, Sententiis quis accedat, dummodo, ſæpius eos, ob Homonymiam hanc eſſe confuſos, agnoſcat, id quod a Voſſio & Obrechto brevius (103.) ab Urſino autem fuſius, & pluribus in locis, eſt oſtenſum, Parachronismique ſimul, circa Ætates illorum, haud exigui detecti. Pet. Lambecius (104.) illis indignatur, qui Incantationes & Præſtigias Dæmoniacas, a Zoroaſtre Bactriano, Nini Coætaneo, inventas Zoroaſtri Perſomedo, Joſephi Patriarchæ, uti credit συγχρόνω, Magiæ tantum Naturalis & Innoxiæ, Græcæque reſpondentis Philoſophiæ, Autori tribuunt, ſed Aſſenſum Joh. Henrico Horbio, τῷ Μακαρίτῃ, ſequius de Perſarum Magia judicanti, (105.) extorquere haud potuit. Perſomedo Suidas *Libros IV. de Natura*, Unum *de Gemmis*, *& Apotelesmatum Aſtroſcopicorum* Libros V. fide ambigua, aſſerit, ſed cum Antiquiore eum itidem, obſervante Voſſio (106.) confundit.

Con-

(103.) *in locis citatis.*
(104.) *in Prodr. Hiſt. Lit. l. 1. c. 5. p. 34.*
(105.) *in Diſſ. de Ult. Orig. Hæreſ. Sim. Magi p. 11.*
(106.) *Lib. 3. de Hiſt. Gr. p. 426.*

Digitized by Google

Conjecturam Ursini [107.] qua Astrampsychum, Scriptorem Veterinarium & Onirocriticum haud ignotum, ob eandem Nominis ipsius Græci, cum Persico Zoroastris, Significationem, *Astrum* denotantem *Animatum*, Zoroastri Antiquo Monumenta sua supponere itidem voluisse, suspicatur, in medio relinquimus.

XVIII. Celebre etiam, inter Persarum Magos, Nomen obtinuerunt OSTHANES diversi, e quibus duos Plinius (*Lib.* 30. *H. N. c.* 1.) memorat, alterum Xerxis in Bello contra Græcos [*circa A. M.* 3492.] Comitem, qui, primus omnium, de Magia commentatus, Græcorum Populos non ad Aviditatem modo, sed & ad Rabiem istius egit Scientiæ; alterum Alexandri M. Σύγχρονον, Comitatu ejus exornatum, ac Orbem Terrarum plane pervagatum. Imo, si Scaligerum (108.) audias, Nomen istud omnibus Persarum Magis paulatim evasit commune. Causata autem est & istorum Homonymia aliquot diversorum hujus Nominis Majorum confusiones. In Græcis Chronici Eusebiani Fragmentis, uti & a Scriptoribus Chemicis Antiquioribus, Synesio, Zosimo & Michaele Psello (*in Epist. ad Xiphilinum Patriarcham*,) Democritus Abderita, in Ægypto, & Templo quidem Memphitico, sacris initiatus esse perhibetur ab Ostha-

(107.)] *l. c. p.* 62.

(108.) Allegatur is a Morhofio *in Polyhist. P. I. L.* 1. *c.* 11. *p.* 104.

ſthane Medo, illuc a Regibus ævi iſtius Perſicis, ut his præeſſet, ablegato, una cum aliis Sacerdotibus & Philoſophis. Hanc Narrationem (quam Tatianus, *in Or. contra Gentes*, Democritum de Mago Oſthane eſſe gloriatum, referens, confirmare videtur) in dubium vocavit Joſ. Scaliger, quod Oſthanem primum, Xerxis in Expeditione Græca Comitem, noſcere per Ætatem Democritus haud potuerit, cum, ex Herodoto, Diog. Laertius teſtetur (*l.* 9.) Xerxen, in Græciam abeuntem, apud Patrem ejus divertiſſe, ac Laciniam proinde Euſebianam, paulo ante allegatam, non ipſius Euſebii, ſed Panodori Monachi eſſe, in Notis (*p.* 258.) aſſentiente, ſed in Panodori locum Georgium Syncellum ſubſtituente, Herm. Conringio (109.) ſuſpicatur. Sed regerunt utrique Borrichius (110.) & Morhofius (111.) Chemicorum Promachi, &, qui, tanquam ὁμόψηφος, ab ultimo allegatur, Thom. Reineſius, plures uno Mediam habuiſſe Oſthanes, ac proinde de Juniore aliquo hanc Veterum Relationem commodius explicari. Gemina eſt huic Controverſiæ altera, de Oſthanis Philoſophi Libro, ad Petaſium, περὶ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τέχνης, Chymico, qui, inter Scriptores hujus Artis Græcos Vetuſtiores, ſed plerosque ψευδεπιγράφους, in Collectionibus illorum MStis, in Bibliothecis Vaticinia, Pariſienſi, Veneta D. Mar-

(109.) *L. 1. de Med. Hermet. c. 3. p. 129. 130.*
(110.) *in Diſſ. de Ortu & Progr. Chem. p. 27. 28.*
(111.) *l. c.*

Marci, Scorialensi, Bavarica, Altenburgica & Coloniensi, superest (112.) Hunc Chymici, &, qui causam illorum tuendam suscepit, Morhosius [113.] vel Osthani Antiquissimo, Democriti Abderitæ Mystagogo, vel Mago ejusdem Nominis Persico alteri, quoad ætatem haud multum inferiori, vindicare non dubitant. Thom. Reinesius contra [*in Scholiis ad Cod. Altenburgicum* Ἀνεκδότοις,] &, qui Calculum ei suum adjecit, Pet. Lambecius, e Δοξολογία SS. Trinitatis Christiana, sub finem obvia, vel ὑποβολιμαῖον esse, vel Osthani, cuidam Christiano, Democriti alterius, longe Recentioris, Præceptori, qui circa A. C. 300. in Ægypto vixerit, deberi, recte atque solide demonstrarunt. Vanæ enim sunt, & solis innituntur conjecturis, Exceptiones Morhosii, Librum ipsum Vernaculo olim Idiomate ab Osthane antiquo esse scriptum, & longo post tempore in Linguam Græcam conversum, Δοξολογίαν autem Christiani alicujus Manu, pietatis causa, prioribus adjectam, hariolantis.

XIX. Scriptoribus atque Philosophis Gentium Orientalium Antiquioribus, hactenus recensitis, e Septentrione nostro, ne intactus ille prætermittatur, subjungemus Tres OTHINOS, qui.

(112.) V. Ol. Borrichii *Sapientiam Hermetis & Chemicorum vindicatam, c. 3. §. 17. p. 79. 80.* & Alex. Barvoetii *Catal. MSS. Scorialensium, in Maderi Syntagmate de Biblioth. p. 120.*

(113.) *l. c.*

quibus Theologia atque Idololatria Populorum Borealium Pagana omnis ſuas debuit Origines, atque Incrementa. Confuſos & hos eſſe, ob ὁμωνυμίαν, jampridem oſtendit M. Brynolphus Suenonius, Epiſc. in Islandia, hoc ſeculo, Scalholtenſis, in ſuis *ad Saxonis Grammatici Hiſtoriam Danicam Collectaneis.* Verba ejus, e Libro ἀνεκδότω, a Pet. Reſenio [114.] allegata, adjicio: *Arbitramur, ut minimum duos Odinos, ſi non plures, exſtitiſſe. Primum Aſianum, Thoro Aſiano antiquiorem, qui priſcus dicitur, a Trojanis Regibus, & a Saturno Cretenſi, Originem traxiſſe; ſi fides eſt Genealogiæ Vetuſtæ, Membranis inſcriptæ, quam, inter Frivola Templi Cathedralis Scalholtini, ſuperiore Anno, erui. Hunc Europam non vidiſſe arbitror, ideoque illum* Odin hin gamla / *h. e. Priſcum, qui Diſcrimen perpenderunt, nominant. Alterum Upſalinum: hunc credam, cujus Numen in Sueonia & Septentrione eximie cultum eſt [cujus Mentio fit in Sax. Gramm. Lib. I. in Hiſtoria Hadingi.] Norvvegiam non acc enſeo, quæ, licet Odinum coluit, non videtur illi tamen, ſed Thoro, tanquam Tutelæ, præcipuos Honores detuliſſe. Verum enimvero, aucta ſuperſtitione miſerorum Hominum, & Dæmonum Aſtutia ſuperbiam ex Vanitate aggerante, utriusque Numen in unum confuſum puto, & in commune, quod ſingulis prius erat proprium, collatum. Quinimo Tertium ex his Saxonis Verbis elicere videor, cujus ſeceſſu Mithotin quidam, præſtigiis Celeberrimus, dictus a ſuis Odinus; Verum, quia in Odini Prioris Numen Cultumque irruperat*

(114.) *in Præfat. Eddæ Snorronis Sturleſonii, lit. I. 1. a, b.*

Digitized by Google

perat, MidOdinus, i. e. Medius Odinus, ad differentiam dictus, cum confusus ille commistusque ut opinor, e prisco Asiano, & posteriore, Asiano quidem etiam illo, sed profugo Europaeo, & Upsalense facto, ante Midodinum, religiose cultus sit, & postea etiam, ab Exilio regressus, omnes, qui per vim, aut malam fraudem, Numen hoc Usurarium obtinuerunt, velut Tenebras, superveniente nominis sui Fulgore, discusserit, ut Saxo loquitur. Atqui, cum MithOthinum in Fioniam, jam nunc, ut puto, in ordinem redactum, ut lateret, dicat secesisse: videant Fioni, an suam Othoniam ab illo praestigiatore, an ab illo altero Archimago, denominatam malint. Eandem Othini Senioris & Junioris, ac Rerum ab utroque gestarum, confusionem, observavit Ol. Rudbeckius (115.) & Snorronem Sturlesonium, *Eddae Islandicae* Recentioris, circa *A.* 1215. scriptae, Autorem, ob istam, Virgula notavit Censoria.

XX. SIBYLLARUM hoc Caput Mentione claudemus, Mulierum, quae, inter Gentes Varias Orientis pariter atque Occidentis Paganos, olim inclaruere, Fatidicarum, quarum singulis Nomina equidem, quibus commode distingui possent, propria fuere diversissima, commune tamen omnibus Agnomen istud Honorificum, Consilii Divini Gnaras illas fuisse Dialecto Aeolica [Deum Σίον, & Consilium βυλὴν, appellante] innuens [116.] varias, postquam, Veris plerarum-

(115.) *T. I. Atlantica, c. 7. p. 207. & alibi.*
(116.) V. Lactantium *L. 1. Institt. Div. c. 6.*

rumque Nominibus obliteratis, in horum locum ſucceſſit, Confuſiones earundem cauſatum. In Numerum illarum, Ætates, Hiſtoriam, & Oracula, tum γνήσια, a Romanis, aliisque Gentilibus, ſummo olim in pretio habita, ſed dudum deperdita, tum adulterina, a Judæis, uti Iſ. Voſſio eſt perſuaſum, vel Chriſtianis atque *Hæreticis* Eccleſiæ Veteris, quod Eruditioribus plerisque merito videtur probabilius, illis ſuppoſita, & in Libros VIII. hodienum ſuperſtites, digeſta, accuratius inquirere, nec noſtri eſt Inſtituti, nec neceſſarium. Occuparunt jam hunc Laborem, præter Viros Eruditos quampluri-mos in Monumentis *A*rgumenti affinis aut diverſi Literariis, de iis prolixe quidem, ſed non ex profeſſo, commentatos, χρησμῶν, qui ipſis affinguntur, ψευδεπιγράφων, ſive Oraculorum ἐμμέτρων, Editores, Xyſtus ſc. Betulejus, Auguſtanus, (qui, ex Reip. Patriæ Bibliotheca, Græce primum, cum *A*nnott. ſuis, illa Baſileæ *A*. 1545. publicavit,) Sebaſt. Caſtalio [qui Verſione Latina Heroica, A. ſequ. 1546., eadem ornavit,] Mich. Neander, Rect. Ilfeldenſis, (qui ſuæ *A*pocryphorum Collectioni, Typis A. 1564. excuſæ Baſileenſibus, potiora GræcoLatine [117.] cum Scholiis, inſeruit,) *Joh.* Opſopæus, (quia omnia Pariſiis A. 1599. & 1607. denuo, utraque Lingua, recenſuit, ac Notis illuſtravit Eruditis,) & Servatius tandem Gallæus, cui Editio Noviſſima *A*mſtelodamenſis, *A*. 1689. excuſa, ope Codicis

MS.

(117.) *p*. 418 --- 489.

MS. Anglicani Emendatior reddita, &, tum aliorum Notis, tum Commentario proprio, nimia peccante in Digressionibus superfluis ac proletariis luxurie, aucta, debetur. Occuparunt eundem, nostro imprimis seculo, Scriptores haud pauci eximii, qui, Libris peculiaribus, & Historiam Mulierum harum Fatidicarum fuse sunt persecuti, & in Oraculorum, quæ Nominibus illarum superbiunt, Metricorum, Natales, Parentes genuinos, atque Autoritatem, sollicite inquisiverunt. Ex Italis sc. Onuphr. Panvinius, Veronensis, Erem. Aug. (*in Lib. de Sibyllis, & Carminibus Sibyllinis, cum Comm. de Ludis Romanorum Secularibus*, Heidelbergæ A. 1588. excuso.) E Germanis, Er. Schmidius, PP. Witteb. [*in Triga Orationum Sibyllinarum*, Witteb. A. 1618. edita, & *Commentario* deinde *in N. T. Philologico* A. 1658. adjecta,) Thom. Reinesius (*in Diss. de Oraculis Sibyllinis Critica*, ad Henr. Gebhardum, Cancell. Altenburg. A. 1642. exarata, & a Georg. Schubarto suo *de Deucalionis Diluvio* Schediasmati A. 1685. subjuncta,) Dan. Clasenius, JC. Helmst. (*in Libris III. de Oraculis Gentilium, & Vaticiniis imprimis*, quorum Versio Castalionæa iisdem, cum Panvinii Tractatu, accessit, *Sibyllinis*,) Georg. Greenius nostras, Prof. Witeb. (*in Triga Dispatt. de Sybillis*, Witeb. A. 1661. habitarum,) Tob. Wagnerus, Theol. Tubing. (*in Inquisitione in Sibyllarum de Christo Oracula*, Tubingæ A. 1664. impressa) Gothofr. Vogtius, Rect. Gustrov. & Hamb. (*in Diss. Gustroviensi de*

Oracc. Sibyllinis,) Joh. Reiskius, Gymnasiarcha Guelpherbytanus (*in Exercc. de Vaticiniis Sibyllinis, ad Is. Vossii de iisdem Librum*, Lipsiæ A. 1688. excusis;) Triumviri item Polyhistores, & de Literis Elegantioribus præclare meriti, qui Eclogam Virgilii IVtam, ab Eusebii, & Asseclarum ejus, ψευδερμηνείαις, dexterrime vindicarunt, Aug. Buchnerus (*in Orat. Witebergæ A.* 1640. *habita,*) Joh. Henr. Boeclerus (*in Exerc. Argentinæ A.* 1661. *excusa*) & Frid. Bened. Carpzovius (*in Dissert. Lipsiæ A.* 1669. *edita.*) E Belgis, Is. Vossius (*in Lib. de Sybillinis, aliisque, quæ Christi Natalem præcessere Oraculis*, Oxoniæ A. 1680. impresso,) Joh. Marckius, Theol. Groning. (*in Dispp. XII. de Sibyllis*, Franequeræ A. 1682. publicatis,) & Servatius Gallæus (*in Dissertt.* de iisdem, Amstelod. A. 1688. editis.) E Gallis tandem, Dav. Blondellus (*en le Discours des Sibylles, celebrées, tant par l' Antiquité Payenne, que par les Saincts Peres*, a Charenton A. 1649. Libro, præ aliis, Argumentum hoc egregie persecuto;) Joh. Crassetius, Jesuita (*en le Dissertation sur les Oracles des Sibylles*, Paris. *A.* 1678. publicata,) Rich. Simon, Oratorii Paris. Presbyter (*in Castigationibus* Libri de iisdem Vossiani, ἀνωνύμως editis,) & Pet. Petitus, Med. Paris. (in Libris III. de Sibylla, Lipsiæ A. 1686. recusis.) In Numero illarum definiendo, Autores, tam Prisci, quam Moderni, valde dissentiunt. Unam tantum agnoscunt, sed, a Locis, quæ subinde adiit atque incoluit, diversis, diversa adeptam Agno-

mi-

mina, Sebast. Castalio, Cl. Salmasius, &c, qui novissime eandem erudite defendit Sententiam, Pet. Petitus, modo laudatus. Duas, Eriphylam sc. Phrygiam, & Symmachiam Erythræam, Cumis etiam vaticinatam, admittit Martianus Capella, cum Xysto Betulejo, Oraculorum Editore. Phavorinus, & Philetas Ephesius (quibus alii Plinium addunt, trium Sibyllarum statuas, Romæ erectas, *Lib.* 34. *c.* 5. memorantem,) pro Numero militant ternario, Apollinisque Sororem, Erythræam & Sardianam, celebrant. Ælianus, *Lib.* 12. *Hist. Var. c.* 35. quatuor enumerat, Erythræam, Samiam, Ægyptiam & Sardianam, sed, a nonnullis sex his alias adjungi, haud diffitetur. Plerorumque Modernorum hodie gaudet Applausu Sententia M. Terentii Varronis, in *Libris Rerum Divinarum* proposita, &, ex Autoribus, qui singularum meminerunt, Vetustis, confirmata, a Lactantio (118.) autem repetita atque approbata. Decem is agnoscit Mulieres Vatidicas, Nomine gavisas Sibyllino; 1. Persicam (quæ Sambethe a multis vocatur;) 2. Libyssam; 3. Delphicam (quæ Themis nonnullis, aliis Daphne, aliis Herophile audit;) 4. Cumæam (Cimmeriam alii, apud Lactantium, in mendo, uti credunt, cubantem, legere malunt,) sive Italicam; 5. Erythræam, reliquarum principem (Strabo duas hujus Agnominis commemorat;) 6. Samiam (quam Isidorus Phemonoen, alii Pytho, appellant;) 7. Cumanam,

(118.) *L.* 1. *Instit. Divin. c.* 6.

Amaltheam ſc. (quæ ab aliis Demophile, vel *H*erophile, nominatur, Librosque tres, ex novenis reſiduos, Tarquinio, ſive priſco, ſive Superbo, vendidiſſe perhibetur;) 8. *H*elleſpontiacam, in Agro Trojano natam, & Cyro coævam; 9. Phrygiam, Ancyræ vaticinatam; 10. Tyburtinam, cui Albuneæ Nomen fuiſſe fertur proprium. Non autem mirum eſt, & has, & alias, quas nonnulli addunt, complures, ob ejusdem *A*gnominis, in Nomen fere paulatim immutati, Communionem, confundi ſæpius, nec ab Imperitioribus ſatis accurate diſtingui, cum, uti Lactantius monet, ipſi illarum Libri, ſive χρησμοὶ, qui ſuperſunt, ὑποβολιμαῖοι, *unius* tantum *Sibyllæ Nomine inſcribantur, ſintque confuſi, nec diſcerni posſint, ac ſuum cuique asſignari, niſi Erythrææ, quæ Nomen ſuum verum Carmini inſeruit.* Hinc factum, ut Suidas, uti Georg. Greenio (119.) jam eſt obſervatum, Erythræam vocet Libycam, & mox tamen diverſam ab hac eſſe agnoſcat, Interpres autem ejus, Hieron. Wolfius Cimmeriam, ſive, uti apud Lanctantium mendoſe appellatur, Cumæam, eandem cum Cumana fuiſſe perſuaſus, Suidæ, Τὴν Ἰταλικὴν, τὴν ἐν κιμμερίᾳ, illam Salutantis, locum corruptum eſſe, ſuſpicetur, &, pro ἐν κιμμερίᾳ, legi jubeat ἐν κύμῃ (120.) Hinc factum, ut Erythræam plurimi cum eadem Cumana confundant, &, hos inter, Raph. Volaterranus, a

pet.

(119.) *Diſp. I. de Sybillis, c. 2. §. 4.*

(120.) V. Greenium *l. c. Diſp. II. c. 1. §. 2.*

ret. Resenio (121.) castigatus, aliique, ejusdem rei Erroris, sed a Greenio (122.) refutati, Erythræam Tarquinio sua vendidisse narrent Vaticinia, quod a Cumana factum esse, Veteres & Moderni plerique consentiunt. Quid quod ipse Eusebius Cæsariensis, Scriptorum Ævi prisci Ecclesiasticorum πολυμαθέςατ@, ejusdem culpae Reatum incurrit, dum, *in Orat. ad Coetum Sanctorum*, sub Constantini M. Imp. nomine scripta, & Libris de Vita ejus subjuncta, Vaticinium Sibyllinum de Christi Incarnatione, quod Virgilium, in Ecloga IV. falso credit esse secutum, & de Θεανθρώπω interpretatum, modo Erythrææ, modo Cumanæ, adscribit. Quæ ejus ἀβλεψία, & notata est, &, prout par erat, excusata, a Viro, in Literis his, nemini secundo, nostriquæ amantissimo, Friderico Benedicto Carpzovio (123.)

CAPUT III.

De Scriptoribus Paganis, Græco commentatis Idiomate, ob Homonymiam confusis.

I.

A Scriptoribus Orientis, ad Græcos jam pergimus Vetustiores atque Paganos, Alphabetico

(121.) *in Præfat. Edda lit. b. 1. b.*
(122.) *l. c. Disp. II. c. 1. §. 2. & 4.*
(123.) *in Diss. de Ecloga Virgilii IVta, §. 19. & 17.*

betico enumerandos Ordine, in quorum, uti & Latinorum, ac cœterorum, Recensu, ne Labor Noster in Volumen grande, præter Opinionem, excrescat, brevitatis, quam hactenus, erimus studiosiores, &, potiora, Nostroque Instituto propiora, delibasse contenti, cœtera ex aliis Lectores petere jubebimus Autoribus, ubique adjiciendis.

II. ACUSILAUS *A*rgivus, Cabæ Filius, Historicus, uti Suidæ audit (1.) πρεσβύτατος Genealogias, ex *H*esiodo magnam partem, teste Clem. Alexandrino (*L.* 1. *Strom.*) descriptas, Posteris reliquit, & VII. Græciæ Sapientibus à nonnullis, uti idem perhibet, est annumeratus (2.) neutiquam autem, quod Vossius (3.) ex loco isto collegit, Librum de illis elucubravit (4.) *H*erodoto fuit *A*ntiquior, &, juxta Dionys. Halicarnasseum, ante Bellum Peloponnesiacum, juxta Josephum autem (*Lib.* 1. *contra Apinionem*) ante Persarum in Græciam Expeditionem, Dario imperante, Olymp. 72. factam, floruit, Cambysi forte σύγχρονος (5.) Librarii, in aliis duobus Suidæ Locis, Vocibus sc. Εκαταῖος (ubi Scripta ejus monet νοθένεσθαι sive adulterina esse) & Συγγράφω, Nomen ipsius, in *A*ffine, & longe notius, *Agesilai*, immutarunt, atque ita, vel cum Agesilao, Rerum Italicarum Scriptore, quem

(1.) *in Voce* Ἀκουσίλαος.
(2.) V. Voss. *l.* 1. *de Hist. Gr. c.* 1. *p.* 4. 5. & *L.* 4. *c.* 2. *p.* 436.
(3.) *l. c. p.* 436.
(4.) V Jonsium L. 1. *de Scr. Hist. Phil. c.* 3. *p.* 21.
(5.) V. Voss. *l. c. Lib.* 1. *c.* 1. *p.* 4. 5. & *L.* 4. *p.* 436. Jons. *l. c.*

qvem Plutarchus (*in Parallelis Minoribus c. 29.*) allegat, vel alio huic Cognomine, confuderunt. Observatum id, cum Vossio (6.) tum Jonsio (7.) qui etiam monuit, simili illorum errore, in Tatiani Λόγῳ προς Ἕλληνας, Μυθολογήματα ejus, sive Genealogias, *Hegesilao* tribui.

III. ÆNEAM, Scriptorem Rei Militaris Antiquum, cujus *Tactica seu Lib. de Instruendis Aciebus*, If. Casaubonus, Græco Latine, una cum Polybio, A. 1609. edidit, & Notis illustravit Doctissimis, à multis, sed perperam, pro CYNEA, Pyrrhi, Epirotarum Regis, ad Romanos Legato, à Cicerone (*Lib. 1. Qq. Tusc.*) ob insignem celebrato memoriam, & ab Æliano etiam laudato, haberi, Gabr. Naudæus, *in Bibliographia Militari*, sive Syntagmatis de Studio Militari Ἀποσπασμαίίῳ, per Georg. Schubartum seorsim A. 1683. edito (8.) inculcat. Jos. Simlerus (9.) Æneam quidem à Cynea distinguit, sed, hunc tamen illius de Re Militari Libros in Epitomen redegisse, Ælianum testem allegans, perhibet. De SEXTO AFRICANO Libyco, quem complures, à Suida decepti, τῶν Κεστῶν, Julio Africano hactenus attributorum, credunt *Autorem*, capite V. in quo Julius iste occurret, nonnulla monebimus.

IV. ALEXANDRO CORNELIO (quod ei cognomen à Cornelio Lentulo, cui venditus erat, cujus-

(6.) *l. c. Lib. 1. c. 2. p. 12. 13.*
(7.) *l. c. p. 21. 22.*
(8.) *p. 79. 80.*
(9.) *in Biblioth. p. 11. & 151.*

jusque beneficio Libertatem dein obtinuit, est inditum,) Grammatico Romano, Syllæ coævo, ob Eruditionem variam POLYHISTORIS agnomen consecuto, ex Cotyæo, Phrygiæ Minoris Civitate, oriundo, & Laurenti Ædium incendio, teste Suida, absumpto, quem Eusebius [*l.* 9. *de Præp. Evang. c.* 17.] Ἄνδρα salutat πολύνουν καὶ πολυμαθῆ, Stephanus, & hunc secutus Vossius (10.) præter Libros alios Historicos quamplurimos, *Carica* tribuunt, quæ Vossius *Historiæ* ejus *Omnigenæ*, Libris 42. comprehensæ, Partem aliquam fuisse conjectat. Verum, cum eadem à Scholiaste Argonauticorum *Apollonii Rhodii* (*ad Lib.* 1.) & Phavorino (*in Voce* χερσονήσος,) Alexandro alteri, è Chersoneso Cariæ oriundo, vindicentur, dubium esse censet Joh. Jonsius [11.] cuinam debeantur. Homonymia certe, vel Stephano, vel Duumviris hisce imposuit. Plura, de Vita & Scriptis Polyhistoris hujus, è Veteribus collecta, suggerent Vossius, *Lib.* 1. *de Hist. Gr. c.* 22. *p.* 144. 145. 146. Jonsius L. 2. *c.* 16. *p.* 197. 198. 199.

V. Cariam etiam Natale Solum habuit ALEXANDER APHRODIEUS, Interpres Aristotelis, Seculo P. C. N. Tertio ineunte, sub Imperio Septimii Severi & Antonini Caracallæ [quibus suum *de Fato* Librum inscripsit] pereximius, adeoque, isto jam ævo, celebris, ut *nemo*, ceu *J*..iius observat, *Aristotelici tum* nomen tueri potue-

(10.) *L.* 1. *de Hist. Gr. c.* 22. *p.* 145.
(11.) *L.* 2. *de Scr. Hist. Phil. c.* 16. *p.* 199.

potuerit, quin idem ab eo diceretur Alexandreus [12.] Huic Conr. Gesnerus & *Jos.* Simlerus, *in Biblioth. Universali*, aliique, illis ὁμόψηφοι Libros adscribunt duos περὶ τῶν τῆς διανοίας καὶ λέξεως σχημάτων Rhetoricos, ab Aldo Manutio Seniore, in XII. Rhetorum Syntagmate, olim editos, à Laurentio autem Normanno, *Prof.* Upsaliensi, una cum Phæbammonis Scholiis περὶ σχημάτων ῥητορικῶν, & Minuciani Libro περὶ Ἐπιχειρημάτων, denuo Upsaliæ A. 1690. recensitos, Novaque Versione, & Notis, illustratos. Censet autem Editor hic nuperus ἑλληνικώτατος, falso eos Aphrodisæo tribui, Verum autem illorum Autorem non alium esse, quam Alexandrum, Numenii Filium, Sophistam Suidæ memoratum, Antoninorum ævo celebrem. Occasionem Conjecturæ hujus Eruditæ, & verisimillimæ, illi subministravit Julius Rufinianus, Rhetor Latinus, sub initium *Libri de Figuris Sententiarum*, Aquilam Romanum, ex Alexandro hoc Numeniade [cui σύγχρονος fuit,] nonnulla desumpsisse, testatus. Quod illius Judicium cum Insignis Librorum utriusque, Methodique & Tractationis, in iis obviæ, Harmonia confirmet, non immerito, vero se Parenti Fœtum hunc dubium restituisse, Clariss. Normannus arbitratur. Cujus, etiam non improbabilis videtur Conjectura altera, qua Ὑποθέσεις περὶ τῶν τῆς λέξεως σχημάτων, Numenio Rhetori, Alexan-

(12.) V. Jonsium *L. 4. de Scr. Hist. Philos. in Addendis, p.* 351. 352. Simleri *Biblioth. p.* 22.

xandri hujus Parenti, à Suida, per Errorem forte, tributas, easdem esse suspicatur cum Scripto Filii, de quo differimus (13.) *Problematum Libri II.* (de quorum Editionibus Simlerus consulendus) eidem, quem ante laudavimus, Alexandro Aphrodiseo, Sec. III. Scriptori, à plerisque adscribuntur, sed invito Herm. Conringio, qui (14.) Alexandro cuidam Aphrodisiensi Juniori, ab illo diverso, vindicat; invitis item Hier. Mercuriali, quem Conringius, ab eo dissentiens, allegat, & Æmilio [*in Lib. de Ruminantibus* (15.)] qui Alexandri Tralliani, Medici quondam in Civitate Romana Celeberrimi, imo Jatrosophistæ etiam, sive *P*rofessoris Artis suæ Alexandrini [uti à multis, quorum tamen sententiam in dubium Conringius vocat (16.) Salutatur] fœtum hos esse sibi persuadent. Confundi etiam tandem nonnunquam cum Alexandro Aphrodiseo, ob Homonymiam, solet [uti Jonsio (17.) est observatum, & jam ante, eodem teste, Franc. Patricius [18.] subodoratus] Alexander à S. Elpidio, Italus, Magister Ord. Erem. D. Augustini, circa A. C. 1330. Generalis, in Aristotelis *Topica & Ana-*

(13.) *V. Acta Erudd. Lips. T. I. Supplem. Sect.* 10. *p.* 518. 519. & *T.* 11. *Sect. VI. p.* 261. 262.

(14.) *in Præf. ad Observ. Med. Phil. Salmuhti. A.* 1648. *editas, inter Epistolas recusa, p.* 163.

(15.) Allegatur hic Autor, mihi ignotus, à Paulo Marqu. Slegelio, in *Indice Plagiariorum MSto.*

(16.) *Lib.* 1. *de Med. Herm. c.* 9. *p.* 87.

(17.) *Lib.* 4. *de Scr. Hist. Phil. p.* 352.

(18.) *in Discuss. Peripat. T. I. l.* 3.

Analytica Priora, Simlero referente, commentatus.

VI. Alexidem, ſive Samium, ſive Thurium, Alexino Elienſi, Eubulidis, in Schola Dialecticorum Euclidea, Succeſſore, in *Lib.* Laertii *IIdo* fuſius celebrato, confundit Phil. Jac. Mauſſacus (*in Notis ad Harpocrat. p.* 228.) dum hujus *Paana contra Craterum*, quem Athenæus *Lib.* 15. ex Hermippo Callimachio, memorat, illi attribuit. V. Thomæ Reineſii *Lib.* 3. *Var. Lect. c.* 2. *p.* 372.

VII. Antipatros complures enumerant Voſſius *Lib.* 3. *de Hiſt. Gr. p.* 324. 325. & Jonſius L. 1. *de Scr. Hiſt. Phil. c.* 13. *p.* 70. 71. Quorum ultimus ſimul oſtendit, Antipatrum Tarsensem Stoicum, Diogenis Babylonii (*teſte Cic.* L. 3. *de Offic.*) Auditorem, Panætii autem Magiſtrum (qui, circa Ol. 156. floruit, & *Calamoboa* Agnomen, quod Carneadem Academicum, quocum coram congredi haud ſuſtinebat, Scriptis laceſſeret, obtinuit,) à Voſſio *l. c.* haud ſatis accurate diſtingui ab Antipatro Sidonio, Poeta & Epigrammatographo, ipſi coævo, alibi autem (*Lib. de Nat. Logicæ, c.* 8. §. 18.) plane cum eodem confundi, dum Sidonium ait Diogenis Babylonii fuiſſe Diſcipulum, quod de Tarſenſi Tullium tradidiſſe, jam monuimus. Diſtinguendus autem probe etiam eſt Tarſenſis iſte ab Antipatro Tyrio, Philoſopho ejuſdem Sectæ Stoicæ, ſed Seculo pene integro poſteriore, ac Ciceronis Coætaneo, Catonis autem uticenſis Magi-

Digitized by Google

Magiſtro, uti, poſt Voſſium & *Jonſium*, jam allegatos, recte obſervat Leonh. Cozzandus, *Lib*. 3. *de Magiſterio Antiquorum Philoſophorum*, *c*. 3. *Sect*. 3. *p*. 218. 219. & *c*. 4. *p*. 232.

VIII. ANTIPHANEM Smyrnæum vel Rhodium, Mediæ Comoediæ Poetam, Olymp. 93. celebrem, G. J. Voſſius (*in Lib. de Poetis Græcis*) cum ANTIPHANE confudit Caryſtio, Scriptore itidem Comico, ſed Antiquiore, & Theſpidi atque Soloni (circa A. M. 3380.) coævo V. Jonſium *Lib*. 1. *c*. 6. *p*. 32. 34. 35. Ubi etiam ANTIPHANI Colophonio, Comico, apud Athenæum *L*. 7. *c*. 15. perperam docet adſeribi *Thebaida*, ſive Poema de Argivorum contra Thebanos Expeditione, quod ANTIMACHO deberi Colophonio, Hipparchi Filio, Platonis συγχρόνῳ, Pauſaniæ, Plutarchi, & Athenæi ipſius, Teſtimoniis, Simlerus confirmat.

IX. ANTIPHONTEM Rhamnuſium, Oratorem Urbis Atticæ celeberrimum, & Neſtoris Agnomine, ob facundiam, donatum, ſed Olymp. 92. a plebe occiſum, Plutarchus, in Vita ejus, *Libro de X. Rhetoribus* inſerta, & cum ANTIPHONTE Rhamnuſio altero, Rhetore ejusdem Urbis inepto, Iſocrati forte coævo, & cum ANTIPHONTE Poeta, quem Dionyſius Senior, Siciliæ Tyrannus, vel ob Tragœdias ſuas vituperatas, vel ob παῤῥησίαν imtempeſtivam, e medio ſuſtuliſſe perhibetur, confudit, uti prolixe a Jonſio eſt oſtenſum, *Lib. IV. p*. 323-328.

X. ARISTÆNETI *Epiſtolarum Eroticarum*

Libri

Libri II. Græce initio a Joh. Sambuco, ex Codice Biblioth. Vindobonenſis, Antwerpiæ A. 1561. editi, & a Joſia deinde Mercero, cum Verſ. Latina, ac Notis eruditisſimis, Pariſiis An. 1594. ſuppreſſo nomine ſuo, iterum recenſiti, ibidemque A. 1610. & 1639. recuſi, ob ſuavitatem, qua Legentium mentes demulcent, incredibilem, merito Studioſis Literarum Elegantiorum ſunt in deliciis. De Autore non eadem eſt omnium Sententia, quem nec eſſe *A*riſtænetum illum, cui Phalaridis Epiſtola 87. eſt inſcripta, nec alterum, temporibus Philippicis & Antiochicis, Suida teſte, Munere functum Politico, nec Scriptorem Operis *de Phaſelide*, a Stephano allegatum, Joh. Alb. Faber, ex Ætatis ac ſtyli illorum diſcrepantia, dextre oſtendit (19.) Caſp. Barthius (*Lib. 55. Adverſ. c. 8.*) Flavio Ariſtæneto eas vindicat, quem A. C. 404. Urbis Romanæ Conſulatu, cum Honorio Imp. eſſe functum, Casſiodorus, & alii, teſtantur, applaudente quidem Tob. Magiro (20.) ſed invito Fabro, Juvene, quem modo laudavimus, κριτικωτάτῳ. Subſtituit is, in hujus Locum, cum Luca Holſtenio & Pet. Lambecio, (Novam Epiſtolarum iſtarum molito Editionem,) Ariſtænetum Bithynum, Religione Paganum, Attici Sermonis ſub Conſtantio Imp. Magiſtrum, Muneri Publico in Civitate Nicomedienſi admodum, & in iſtius

(19.) *in Decade Decadum, ſive Centuria Plagiariorum & Pſeudonymorum n. 9.*

(20.) *in Eponymol. Critico p. 24.*

istius, Terræ motu A. 358. eversæ, Ruina, teste Amm. Marcellino (L. 17. *Hist.*) cum plurimis aliis, exstinctum, Niceæque (cujus eum Urbis Rhetorem Joh. Hallervordius (21.) fuisse credit) sepultum. Coætaneus ille fuit atque Amicus Libanii Antiocheni, Sophistæ, cujus X. ad eum Epistolas, ac duas de ipso, ad Acacium & Entrechium, exaratas, Lambecius a Luca Holstenio obtinuit, & *Lib.* 6. *de Biblioth. Vindeb.* (*p.* 244. *ac sqq.*) Græce evulgavit. Plura de eodem suggeret Faber, loco paulo ante laudato.

XI. ARISTONES sex enumerat Diog. Laertius (*Lib.* 7. *in Vita Zenonis, sub finem,*) & de Chio, Philosopho Stoico, Zenonis ipsius Auditore, ac Sectæ Aristoniæ Conditore, Ptolomæo Evergetæ coævo, cui Facundia sua Agnomen Sirenis conciliavit, Æstus autem Solis, calvo molestus capiti, in Senectute mortem acceleravit, plura, quam de cœteris, commemorat. Scripta ejus recenset complura, sed simul innuit, Panætium, & Sosicratem, solos IV. Epistolarum ad Cleanthen Libros, pro Fœtibus ejus genuinis habuisse, reliqua vero Aristoni Julieti, sive Ceo, a Jullde, Cei Insulæ Oppido, ipsi natali, dicto, (qui Lycæo Olymp. 140. secundum Jonsii (22.) Calculum, præfuit,) deberi, monuisse. Exemplis aliquot hanc Philosophorum istorum ὁμωνύμων Confusionem ostendit Vossius (23.) &

(21.) *in Biblioth. Curiosa p.* 23.
(22.) *L.* 1. *c.* 11. *p.* 59. 60.
(23.) *L.* 2. *de Hist. Gr. c.* 4. *p.* 179. 180.

& Διατριβὰς, imprimis Ἐρωτικὰς, in Chii Scriptorum recensu à Laertio memoratas, [eo, apud Athenæum *Lib.* 10. & 13. tribui indicat. Addit, incertum esse, utrum Aristo, quem Strabo, *Lib.*17.*Geogr.* de Nilo Fluvio esse commentatum, & ab Eudoro, idem Argumentum Libro peculiari, eodemque tempore, persecuto, plagii insimulatum, narrat, sit Ceus iste, an vero Alexandrinus, Philosophus itidem Peripateticus, Laertio memoratus, Ævoque etiamnum superstes Augusteo. Ipse in hunc, Ægyptium quippe, est proclivior, nec tamen diffitetur, Ceo eundem de Nilo Commentarium olim esse adscriptum, cum Scholiastes Argonauticorum Apollonii, qui [*ad* Lib. 4.] Aristonis Chii, de Nili Origine, affert Sententiam, istum haud dubie cum Ceo confuderit. Conferri, de Alexandrino hoc, potest Jonsius L. 3. *c.* 2. *p.* 220. 221. qui de Chio etiam, L. 2. *c.* 3. *p.* 128. pluscula collegit.

XII. Aristoteles XXI, ævo Prisco celebres, à Joh. Jonsio, A. 1652. *in Prima Historiæ Peripateticæ Dissertatione*, sunt recensiti, XI. autem alii, *A.* 1659. his ab eodem (L. 1. *de Scr. Hist. Philos. c.* 12.) adjecti. Effulget autem inter istos, *velut inter Ignes Luna Minores*, imo cœterorum Famam splendore suo dudum obscuravit, Stagirita, Conditor Sectæ Peripateticæ Decantatissimus, cui non paucos Scriptorum Cognominum Libros, ob ὁμωνυμίαν, fuisse adscriptos, & jam olim Ammonius (*in Proœmio in Categorias*)

&,

&, hoc Seculo, Polyhistores Inclyti, Joh. Wouwerius (24.) Pet. Gassendus (25.) ac Ol. Borrichius (26.) verissime observarunt. Quos inter Gassendus, justo in Heroem hunc Literarium iniquior, eandem, hac in parte, cum Diis illum Paganorum expertum esse, ludibundus censet, fortunam. *Nam &*, inquit, *cum multi fuerint Joves, unus tamen Saturni Filius omnium tulit operas; &, cum multi fuerint Hercules, unum tamen Alcmenæ Filium Labores omnium fecere insignem:* Librum sane περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων Stagirita minus esse dignum, & Aristoteli cuidam Juniori deberi, Vossius (27.) & Jonsius, multis id Argumentis probari à se posse addens (28.) contendunt. *Peplum* Distichorum in Heroes Homericos Epigrammaticorum, à Peplo Minervæ, quod in Panathenaicis circumferebatur, & Deæ hujus, Virorumque Fortium, Opera egregia, adumbrata sistebat, ita dictum, ἀνώνυμος initio à Plantino & Stephano editum, Guilh. quidem Canterus, qui, cum Versione & Notis, illud Antwerpiæ A. 1571. denuo recensuit, Dan. Heinsius, qui, ad ejus exemplum, Peplum Epigrammatum in Philosophos Græciæ Argolicorum concinnavit, & Hug. Grotio A. 1613. inscripsit,

(24.) *in Lib. de Polymathia c. 16. p. m. 165.*

(25.) *Lib. I. Exerc. Paradoxicarum adversus Aristoteleos, Exerc. IV. §. 3. p. 42. 43.*

(26.) *in Sap. Herm. & Ægypt. vindicata, Lib. 1. c. ult. §. 4. p. 243. 244.*

(27.) *L. 4. de Hist. Gr. P. III. p. 514.*

(28.) *L. 2. de Script. Hist. Philos. c. 12. p. 176.*

ſcripſit, Recentiores item Operum Stagiritæ Editores, & alii haud pauci, Magno huic Reip. Philoſophicæ Tyranno, vindicare, licet mutilum eſſe haud diffiteantur, non dubitant. Sed, falli illos, &, ſuperiore jam Seculo, monuit Franc. Patricius (29.) & nuper confirmavit Vir Doctiſſ. Joh. Alb. Faber, Fœtumque eſſe *Ariſtotelis* alterius, à Stagirita diverſi, Peplum illum ex Loco Johannis Tzetza, Grammatici vetuſti, utrumque *in Scholiis ad Heſiodum* accurate diſtinguentis, ſequenti egregie probavit: Ἀριστοτέλης ὁ Φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ οἶμαι ὁ τοῦ πέπλου συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ (30.) Sicut autem hiſce Fœtuum alienorum Suppoſitionibus Homonymia occaſionem præbuit, ita, ingenti olim Nominum affinitate decepti, Librarii Imperitiores, ARISTOCLIS, ſive Grammatici & Rhetoris illius Rhodii, qui, Auguſto imperante, claruit, &, tanquam ſibi coævus, à Strabone (*Lib.* 14.) commendatur, Reſque Italicas ſcriptis illuſtravit, ſive alterius, Fragmentum, ab Euſebio (*Lib. XI.* προπαρασκευῆς Εὐαγγελικῆς) recitatum, Ariſtoteli, Calami ineptientis errore, aſſeruerunt. Cujus tamen ætate illud eſſe inferius, Mentio Ariſtoxeni Muſici, Diſcipulorum Stagiritæ haud poſtremi, in illo obvia, edocere ipſos potuiſſet, uti, poſt Joh. Wouwerium, [31.] Voſſius [32.] oſtendit.

T XIII.

(29. *T. I. Diſcuſſ. Peripat. p.* 18. & 49.
(30.) *in Decade Decadum*, *n.* 58. *lit. K.* 4 *b.*
(31.) *l. c. p.* 164. 165.
(32.) *L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 2. *p.* 165. 166.

XIII. Contigit autem & ARISTOXENO huic Tarentino, Diſcipulorum Stagiritæ Principi, ſed Theophraſto nihilominus, ab illo, cum moribundus Succeſſorem eligeret, poſtpoſito Muſicique Agnomen, ob inſignem Artis iſtius peritiam adepto, (33.) idem, quod Præceptori. Subinde enim cum aliis Cognominibus eſt confuſus, & à Cyrillo quidem Alexandrino, qui (*L. 1. contra Julianum*) Simonidis eum & Hipponactis, Olympiade 29. perhibet fuiſſe Coætaneum, cum Ariſtoxeno Antiquiore, Selinuntio ſc. Poeta Argolico, Epicharmum ipſum, à quo eſt memoratus, ætate antegreſſo, uti Voſſius, (34.) originem ſimul Erroris, ex Loco Chronici Euſebiani, à Cyrillo minus dextre intellecto, oſtendens, docte conjectavit. Cum Ariſtoxeno contra Juniore, Tarentinus noſter (qui Olympiade circiter CIX. inclaruit) à Joh. Meurſio confunditur, qui ea, quæ Apollonius Alexandrinus (*in Hiſt. Mirab. c.* 30.) de Viribus Herbæ Helxines in Sanandis Quartanariis, & Cenſorinus (*in Lib. de Die Natali c.* 5.) de *H*ipponis Pythagorici Patria, ex Noſtri ſcriptis (Apollonius enim Muſici Agnomen Nomini addidit,) allegant, quod Medicinæ eum haud admodum peritum fuiſſe putaret, ex Ariſtoxeno, Medico *Herophileo* (cujus *de Pulſibus*, & *Secta Herophilea*, Libros Galenus laudat) deprompta eſſe, falſo ſibi

(33.) V. de illo, & Ariſtoxenis aliis, Voſſii *Lib.* 1. *de Hiſt. Gr. c.* 9. *p.* 43. 44. Jonſii *L.* 1. *c.* 14. *p.* 73-78.
(34.) *l. c.*

ſibi perſuaſit, à Thom Reineſio (35.) πολυμάθειαν Tarentiniinſignem ad Artem etiam Medicam extendente, ob ἀβλεψίαν iſtam caſtigatus.

XIV. Asclepiadis nomine plurimi, ævo priſco, inclaruerunt, à quibus Sex Medicos, & quinque alios, Epiſcopos partim, partim vero JCtos & Philoſophos, Thom. Reineſius, in *Ep. 46. ad Chr. Ad. Rupertum*, A. 1643. ſcripta, (36.) prolixe enumerat, & accurrate diſtinguit. Celebertimus horum fuit Aſclepiades Pruſienſis, Medicus ex Rhetore Romanus, Pómpejo M. coævus, Novatorque in Arte ſua (quam nimia Pharmacorum Copia Liberare, & Præſidiis Diæteticis, aliisque Turbæ Ægrotantium infelici minus moleſtis, inſtructiorem reddere eſt aggreſſus) & Sectæ peculiaris Conditor feliciſſimus atque famigeratiſſimus, de cujus vita, Dogmatibus Medicis, Scriptis, & Aſſeclis Aſclepiadeis, poſt. Plinium (*L. 7. Hiſt. Nat. c. 37. & L. 26. c. 3.*) Corneliumque Celſum, (*L. 5. c. 1.*) Reineſius [37.] & Conringius [38.] conſulendi. Hunc Suidas, ſive Librarii, Lacunæ incurioſi, perperam confuderunt, cum utroque Aſclepiade Myrleano, Seniore ſc. ortu Niceno [unde ortus Error J. Meurſii, Nicenum à Myrleano

T 2 male

(35.) *Lib. 3. Var. Lect. c. 9. p. 484. 485.*

(36.) *p. 394. 395. 396.* Conſ. alios plures apud Jonſium *L. 2. c. 17. p. 205. 206. 207.* & Voſſium locis *num. 39. allegandis.*

(37.) *l. c. p. 394. 395.*

(38.) *in Introd. ad Art. Med. c. 2. §. 8. p. 30. 31. §. 14. p. 35. 36. & c. 3. §. 12. p. 53. 54.*

male diſtinguentis,] Diotimi Filio, Grammatico Celebri, qui, ſub Ptolomæis, Evergete & Philopatore, Alexandriæ, circa A. M. 3750. inclaruit, &, præter Scripta alia, Διοϱθωτικὰ, ſive Emendationes Criticas, Philoſophorum Veterum elucubravit, [39.] ac Juniore, Grammatico itidem, Pompeji ætate, haud obſcuro, Librorumque de Gramatica & Grammaticis (quos Voſſius (40.) Seniori male tribuit) Autore. Obelo hâc confuſionẽ notarũt Joh. Jonſiꝰ (41.) Herm. Conrin. (42) &, ante utrumque, Voſſius (43.) Pruſienſi Seniori Simlerus etiam tribuit Libros *de Compoſitione Medicamentorum*, à Galeno frequenter allegatos. Sed hi à Reineſio rectius vindicantur Aſclepiadi Juniori, Pharmacioni ab iſtis cognominato, Neronis Domitianique temporibus celebri, cui ſecundum, inter Medicos hujus Nominis, Locum aſſignat. Ægyptiaca Aſclepiadæ, ab Athenæo *Lib.* 3. laudata, quæ idem Simlerus Myrleani Senioris eſſe credit, Voſſius Aſclepiadi Ægyptio, à Suida (*in Voce ἠϱαϊσκος*) memorato, deberi judicat (44.)

(34.) V. de illo Voſſium *L.* 1. *de Hiſt. Gr. c.* 18. *p.* 118. 119. *c.* 22. *p.* 144. & *Lib.* 4. *Lib.* 4. *P. III. p.* 506. 507. 508. Jonſium *L.* 2. *c.* 10. *p.* 167. 168. & Siml. *in Biblioth. p.* 70.

(40.) *l. c. p.* 118. De Myrleano Juniore V. Jonſium *L.* 2. *c.* 17. *p.* 205. 206.

(41.) *l. c. L.* 2. *c.* 8. *p.* 157. & *c.* 10. *p.* 168.

(42.) *L.* 1. *de Med. Herm. c.* 9. *p.* 84. & *in Introd. ad Art. Med. c.* 3. §. 12. *p.* 53.

(4) *locis n.* 39. *citatiſ.*

(44.) *locis n.* 39. *citatis.*

Digitized by Google

XV. CALLISTHENEM, in Vocum Ἀνώγεων & Ἀναρᾶσθαι Significationibus genuinis eruendis, ter in subsidium vocavit Suidas. Verum, cum nec Callisthenes Olynthius, Alexandri M. Familiaris, & Aristotelis Auditor, nec Callisthenes Sybarita, Γαλατικῶν scriptor incertæ ætatis, Grammatica hujusmodi tractaverint, præter hos autem nemo istius Nominis Scriptis inclaruerit, CALLISTRATUM, Grammaticum Nobilem, ab Harpocratione, & Suida ipso, alibi (in Vocibus ἁπλᾶς & ἐπιφύλλιδες) allegatum, in istius locum substituendum esse, Reinesius ὁ Κριτικώτατος [45.] non immerito censuit.

XVI. CARNEADIS Cyrenæi, Novæ academiæ autoris, Nomen, in Locis Ciceronis diversis [*Lib. sc. 2. & 3. de Oratore, & L. 1. Qq. Tusc.*] in CHARMIDÆ, Philosophi itidem Atheniensis Academici, locum, culpa Librariorum, Paronomasiæ fraude deceptorum, subrepsisse, ex Ætate Carneadis, cum Narrationibus Tullianis haud conciliabili, Joh. Jonsius fuse probavit L. 2. *de Scr. Hist. Phil. c.* 14. *p.* 187-192. quem exscribere haud vacat.

XVII. CEBETEM Thebanum, *Tabula*, quæ superest, scripti inter Moralia Veterum Præstantissimi, Autorem, Joh. Caselius, ejus Editor, eundem ess putat cum cebete, cujus mentio in Phædone Platonis occurrit, sed invitis Hier. Wolfio, Scholiaste ejusdem Erudito, &, qui hunc

(45.) *L. 3. Var. Lect. c. 2. p.* 366.

hunc allegat, Theoph. Spizelio, [46.] ipſum Platonem, in Tabula hac, monentibus laudari. Ejusdem Confuſionis Reatum evitare vix poterit Joſ. Simlerus, qui [47.] πινακόγραφον noſtrum Socratis ſalutat Auditorem. Rectius alii Philoſophum vocant Platonicum. Laertius, *Lib.* 2. tres tantum Dialogos, ab eo ſcriptos, & in his Tabulam ipſam, memorat, ſed nihil de Vita Autoris, nihil de Ætate ejusdem, addit.

XVIII. CHARONDAM Carthaginenſibus Leges dediſſe, Alexander ab Alexandro [*Lib.* 6. *Dier. Gen. c.* 10.] Marſil. Ficinus [*in Argumento in Minoa Platonis*] & Lud. Cœl. Rhodiginus [*Lib.* 18. *Lect. Ant. c.* 19.] falſo, absque ullo Veterum Suffragio, perhibent, à Joh. Jonſio [48.] merito, ob ἀβλεψίαν hanc inſignem, caſtigati. Oſtendit ſc. ille, confuſum ab iis eſſe, propter Nominum affinitatem, Charonem, Hiſtoricum Carthaginenſem, Ptolomæo Philopatori coævum (cui Tyrannorum Aſiæ & Europæ Hiſtoriam, Libros IV. de Vitis Illuſtrium Virorum, ac totidem de Vitis Mulierum Illuſtrium, Suidas tribuit,) cum Charonda Catanenſi, Urbis in Sicilia Patriæ Nomotheta, cujus Legum, iſti pariter atque vicinis Italiæ Civitatibus latarum, Plato, Ariſtoteles, Heraclides, Stephanus, Ælianus, Theodoretus & Stobæus, à Cenſore Eruditiſſimo αὐτολέξει allegati, honorificam in Scriptis fece-

(46.) *in Infel. Literato p.* 134. *& ſeqq.*
(47.) *in Biblioth. p.* 117.
(48.) *L.* 2. *c.* 7. *p.* 149.

fecerunt mentionem. Plura de Charonda hoc suggerat Raphaelis Tricheti de Fresne, Burdigalensis, Antiquarii eximii, Epistola de Effigie ejus, in Nummo Catanensi Argenteo expressa, ad Pet. Seguinum, Parisiis A. 1658. (*in 8vo*) excusa.

XIX. Inter Poetas Græcos Antiquiores, tres inclaruere CHOERILI. Primus Tragicus fuit, Suida teste, Olymp. 64. Atheniensis, Fabularum 150. Autor. *A*lter, Patria Samius (licet Stephanus Jasensem, Suidas autem Halicarnassæum, appellent,) *H*erodoti Familiaris, cujus Fragmenta aliquot Aristoteles *in Rhetoricis*, Strabo *L.* 7. *Geogr.* & Josephus *Lib.* 1. *contra Apionem*, posteris conservarunt. Poeta is fuit Nobilis atque egregius, &, pro Versa sui in Græcorum de Xerxe Victoriam Poematis quolibet, ab Archelao, Macedonum Rege, Staterem Aureum, Suida & Hesychio Milesio testibus, accepit, ab Atheniensibus autem (apud quos Olymp. 75. inclaruit) dignus est habitus, cujus Versus quotannis, simul cum Homericis, publice recitari juberentur. Hesychii de illo verba (49.) subjungo: *χοίριλλος Σάμιος, ποιητὴς, ἔγραψε τὴν Ἀθηναίων νίκην κατὰ Ξέρξου, ἐφ' οὗ ποιήματος κατὰ στίχον στατῆρα χρυσοῦν ἔλαβε, καὶ συν τοῖς Ὁμήρου ἀναγινώσκεσθαι ἐψυφίσθη.* Comitem eum deinde adscivit Lysander, Strategus Lacedæmonius, ut

 res

(49.) *in Lib. περὶ τῶν ἐν παιδέια διαλαμψάντων Σοφῶν P.* 40 41. Edit. Meurs. Plura de illo collegit Vossius *L.* 4. *de Hist. Gr. P. I. c.* 7. *p.* 455. 456.

res à se gestas celebraret, uti Plutarchus in Vita Lysandri memorat. Licet hunc alium esse, ob ingens inter Victoriam de Xerxe, & Lysandr. Res in Bello Peloponnesiaco gestas, temporis intervallum, Annorum plusquam 60. Simlerus contendat. Tertius Alexandro M. coævus atque gratus fuit, Poetaster autem adeo rudis & ineptus, ut, se illum, *bis terque bonum, cum risu* solere mirari, Horatius, in *Arte Pœtica*, profiteatur. Confundere autem eum Idem Vates Venusinus Vossio (50.) non immerito videtur cum Secundo, sive Samio, dum, *Lib. II. Ep.* 1. Metris suis turpissimis illum Præmium, quod Samio persolutum fuisse antea retulimus, meruisse perhibet, ita scribens:

Gratus Alexandro, Regi Magno, fuit ille
Chœrilus, incultis qui Versibus, & male natis,
Rettulit acceptos, Regale Numisma, Philippos.

Ol. Borrichius (51.) licet Confusionis istius Horatium non sit ausus insimulare, diversum tamen hunc esse à Samio, Gyraldo præeunte recte affirmauit. Quo magis miror, Virum Doctissimum, & in Homonymis distinguendis, alioquin satis oculatum, Joh. Meursium, (52.) qui duos tantum Chœrilos Poetas agnoscit, eundem hunc esse cum Samio putassem, nec, quantum committeret parachronismum, advertisse. Inter Cladem enim Xerxis, qua A. M. 3492. est affectus,

(50.) *l. c. p.* 456.
(51.) *Diss. I. de Poetis, §. 26. p.* 11. 12.
(52.) *in Notis ad Hesych. p.* 220. 221.

fectus, & Annum Alexandri M. Natalem 3616. Seculum integrum, & Lustra quinque intercesserunt.

XX. Chrysippos, ob *Homonymiam*, Pet. Castellanus, L. Gr. PP. Lovan. in suo *de Vitis Illustrium Medicorum* Commentario, *A.* 1618. turpissime confudit, à Thoma Reinesio verbis merito castigatus sequentibns: (53) *P. Castellanus, in Vitis Ill. Med. cum Chrysippum Cnidium, Medicum, describere se putat, adplicat ei omnia, quæ de Chrysippo Solensi, Stoico, Zenonis Discipulo, dicuntur a Laertio, & aliis; Chrysipporum vero Medicorum (fuere enim minimum tres, ut alibi docebimus) nihil omnino attingit.* XX. Chrysippos, &, hos inter, IX. Medicos, fuse recenset, & distinguit, Jonsius *L.* 2. *c.* 8. *p.* 150-159.

XXI. Quæ Athenæus, *Lib.* 10. Δειπνοσοφ. *c.* 5. de Colapho, per Cratetem Cynicum Demetrio Phalereo impacto, ex Sosicratis Rhodii Διαδοχαῖς, refert, ea Interpres illius Latinus, Jac. Dalechampius, (qui Sosicratem etiam in Isocratem mutavit,) & hunc secutus Autor Indicis Scriptorum, ab Athenæo allegatorum, ad Cratetem Comicum, Comoediæ Antiquæ Poetam, Olymp. 82. celebrem, incuria detorquent vix excusabili, a Jonsio (54.) delecta ac reprehensa.

XXII. Athenis, post Alexandri M. excessum, Facundia, Eruditione, & Prudentia Politica insigni,

T 5

(53.) *L.* 3. *Var. Lect. c.* 17. *p.* 641. 642.
(54.) *L.* 4. *de Scr. Hist. Phil. p.* 348.

gni, tantam sibi paravit Autoritatem DEMETRIUS PHALEREUS, Phanostrati Filius, ac Theophrasti Auditor, Philosophus Peripateticus, & Orator præcellens, ut, Ope Cassandri, Macedonum Regis, summum Urbis (A. M. 3654.) obtinuerit imperium. Tanta autem illi, per Annos Decem, præfuit moderatione, ut, unanimi Civium consensu, 360. in honorem ejus erectæ sint statuæ æneæ, totidem sc. uti M. Varro canit.

Quot luces habet Annus absolutus. Post Mortem Cassandri, metu Antigoni, Asiæ imperantis Minori, ac Athenis imminentis, in Ægyptum, ad Ptolomæum Lagiden, sive Soterem, se recepit, & absens Athenis, cum a Demetrio Poliorcete, Antigoni Filio, hæ essent occupatæ, capitis est damnatus, statuæque omnes a Vulgo eversæ. A Ptolomæo summo in honore habitus, & in amicitiam admissus interiorem, ei suasit, teste, quem Lartius allegat, Hermippo Smyrnæo, ut Filio, quem ex Euridice susceperat, Ptolomæo κεραυνῷ posthabito Ptolomæo Philadelpho, suo ex Berenice Gnato, regnum relinqueret. Ob istud Consilium, addit Hermippus, tantum Philadelphi odium eum incurrisse, ut, mox post obitum Patris, omni illum honore exutum, in provinciam, relegaverit, duriorique destinaverit supplicio, quod tamen Noster, Morte sua, Aspidis, dormientem aggressæ, morsu accelerata, prævertit (55.) Falluntur ergo haud dubie, quicun-

(55) Plura, de Vita & Scriptis ejus, V. ap. Diog. Laertium *Lib. V. in Biographia illius*, Voss. *L. 1. d. Hist. Gr. c. 12.* Joh. Wouwerium *in Syntagm. de Gr. & Lat. Bibl. Interpr. c. 3. p. 36. 37. 38.* & Jonsium *L. 1. c. 18. p. 100. 101. 102.*

eunque *Pseudo Aristeam*, Historiæ de LXX. Interpretibus Autorem, Aristobulum Judæum, ab Eusebio (*Lib. 13. Præpar. Evang.*) allegatum, & Josephum (*Lib. 12. Ant. Jud. c. 2.*) secuti, Philadelphi eum gratia floruisse, & Bibliothecæ, quam is condebat, præfectum, quingentis hanc Librorum Millibus, undique conquisitis, exornasse, Versionisque Librorum V. T. Sacrorum Græcæ, auspiciis ejusdem, a 70. Interpretibus, e Judæa accitis, adornandæ, suasorem, Directorem ac Ergodioctam, fuisse, vel olim crediderunt, vel hodienum sibi persuadent. Favent Errori huic Vulgari & Inveterato, ex Patribus, Clem. *Alexandr.* (*L. 1. Strom.*) Eusebius [*L. 8. de Præp. Evang. c. 1.*) Tertullianus (*in Apologetico contra Gentes c. 18.*) Epiphanius (*in Lib. de Mensuris & Ponderibus*) & *Augustinus* [L. 18. *de C. D. c. 42.*) Ælianum, Historicum Gentilem his, tanquam ὁμόψηφον, a Georg. Greenio (56.) adjungi video, sed miror. Nec enim aliud ille quicquam [*L. 3. Hist. Var. c. 17.*] narrat, quam Demetrium *apud Ptolomæum* [nullo ab ipso distinctum *Agnomine*, sed Lagiden haud dubie] *in rogandis ferendisque Legibus, primas obtinuisse.* Inter Recentiores, Fabulæ eidem, partim applaudunt, partim patrocinantur, præter *Pet.* Galatinum, Sant. *Pagninum*, Sixtum Senensem, Alph. Salmeronem, *Ant. Possevinum*, Joh. Marianam, Cæs. Baronium, Rob. Bellarminum, Nic. Serarium, Jac. Bonfrerium, *Jac.* Salianum, Aug.

(56.) *in Diss. de Ptolom. Philad. §. 9. p. 29. & p. 31.*

Aug. Torniellum, R. Dav. Ganzium, Georg. Sohnium & Joh. Henr. Ursinum (qui tamen *Vol. I. Anal. S. L. 2. n.* 1. de Demetrio silet,) ab Henr. Kippingio (57.) hanc in rem jam allegatos, Jac. Usserius (*in Syntagm. de* 70. *Interpr. c.* 1.) Gerh. Joh. Vossius [*L.* 1. *de Hist. Gr. c.* 12. *p.* 73. 74.] Is. Vossius [*in Append. Observ. ad Pomp. Melam.* A. 1686. edita] Joh. Dan. Major [*in Tr. Vernaculo de Musæis Rerum Naturalium & Technicarum Africanis, c.* 2.] D. G. Morhofius [*in Polyhist. P. I. L.* 1., *c.* 6. *p.* 43.] & alii quamplurimi. Exploditur contra illa, tanquam fide indigna, cum *Pseudo*Aristea, primo ejus AUTORE, a Jos. Scaligero [*in Animadvv. ad Chron. Euseb. p.* 123. *& sqq.*] Joh. Wouwerio [*in Lib. cit. c.* 3. *p.* 34 - 40.] Joh. Jonsio [L. 1. *de Scr. Hist. Phil. c.* 18. *p.* 100. 101.] J. G. Dorscheo (*P. II. Theol. Zachar. p.* 33.] Herm. Conringo [*in Ep. de Bibl. Aug. p.* 29. 30.] *H*enr. Kippingo (*Exerc.* 35. *de S. Script. p.* 278. - 284.) Frid. Spanhemio Jun. [*T.* 1. *Introd. ad Hist. S. p.* 83.] Georg. Greenio (*l. c.*) &, quos Kippingius allegat, And. Riveto [*in Isag. ad S. Scr. c.* 10.] Dan. Heinsio [*in Aristarcho S. c.* 10.] Sim. Episcopio [*L.* 1. *Institt. Theol. Sect.* 1. *c.* 21.] ac J. H. Meibomio [*in Comm. ad Jusjur. Hippocr. c.* 15. *n.* 64.] *P*rolixissime omnium, atque accuratissime, præeuntibus Scaligero & Wouwerio, eam impugnavit Humfredus Hody, *A*nglus, Vir longe Eruditissimus,

in

(57.) *Exerc.* 35. *de S. Script. p.* 80. ubi Loca, in singulorum scriptis, simul designat,

Digitized by Google

in Diss. contra Historiam Aristeæ de LXX. *Interpr.* Oxonii *A.* 1685. edita, & Is. Vossio potissimum opposita (58.) *Cap.* 3. 4. 5. 6. & 7. Opponunt hi Sententiæ Vulgatæ *P*atronis Hermippi imprimis Narrationem, supra jam laudatam, de *P*hiladelphi in Demetriam Odio atque sævitia, cum *A*risteæ Figmento de Biblioth. *A*lexandrinæ præfectura, huic ab illo commissa, e Diametro pugnantem, Telum certe insigne atque *A*chilleum. Cujus impetum ut elidant duo Vossii (59.) Versionem *S.* Codicis Græcam isto jam tempore cœptam esse adornari, quo *P*hiladelphus, una cum *P*atre Lagide, etiamnum superstite, regnavit, deinde autem, solo *P*hiladelpho imperante, absolutam, ex Irenæo, Clem. Alexandr. [*L.* 1. *Strom.*] & Eusebio [*L.* 7. *H. Ec. c.* 26.) probare allaborant. Quæ Conjectura probabilis quidem etiam ipsi videtur Conringio (60.) sed ab aliis tamen haud firmo stare talo est deprehensa. Extremis enim demum Vitæ annis, diu post obitum Demetrii, sub Imperii ejus initium exstincti, Philadelphum Bibliothecam Alexandrinam cœpisse condere, *H*odyus, ex Veteribus, ex *S*uida autem, Zenodotum illius, sub Imperio & *P*arentis, & ipsius, fuisse Custodem, ostendit. Opponunt præterea Wowerius & Hodius Aristeæ, & asseclis ipsius, *S*criptorum Paganorum omnium, de præfectura hac Bi-

(58.) V. de illa *Acta Erud. Lips. M. Apr. An.* 1686. *p.* 205. 206.

(59.) *locis citatis.*

(60.) *l. c. p.* 30.

Biblioth. *A*lexandrinæ, Demetrio commiſſa, Silentium univerſale, imo indignam ipſo, Viro tantæ in Rep. patria, & *A*ula Ægyptica, autoritatis, ſolisque olim Grammaticis demandatum fuiſſe illam oſtendunt. Wowerius Homonymiæ Originem Erroris hujus primam imputare velle videtur, aliumque Demetrium, a *P*halereo diverſum, Bibliothecæ Alexandrinæ, *P*hiladelpho imperante, præfuiſſe, ſed ab Ariſtea, cum hoc, ob *ἀνιςορησίαν* ſuam, confuſum eſſe, dubitandus conjectat, & Locum Tertulliani [*in Apologetica c.* 18.] Demetrio Phalereo *Grammaticorum peritisſimi* tribuentis Elogium, ipſius Dignitate inferius, pro ſuſpicione hac ſua allegat. Non probatum autem Conjectura iſta *H*odio, Verſionem Græcam *τοῖς* LXX. a Judæis Alexandrinis eſſe ſuppoſitam, &, ut major huic accederet *A*utoritas, Libellum etiam Ariſteæ ab aliquo illorum conſcriptum, Miniſtroque Philadelphi Aulico affictum, cum Kippingio, & aliis, perſuaſo. Credit enim, nulli hic alii Demetrio Phalereo locum eſſe, cum vel alius, præter Exulem iſtum Inclytum, *P*halerei agnomine haud ſit gaviſus, vel longe ſaltem Juniores, quos Viri Docti, & Nomen, & Agnomen, cum illo habuiſſe communia, ſibi perſuadent.

XXIII. Eidem DEMETRIO PHALEREO, ob ingentem Demetriorum, priſco ævo Celebrium, multitudinem, (Laertius enim 20. Jonſius 52. enumerat,) nonnulla Homonymorum Scripta male ſunt atrributa. Et quidem 1. Liber *περὶ*

Ἑρ-

Ἑρμηνείας, hodienum superstes, quem illius esse Fœtum, cum Editoribus, & Scriptoribus Bibliothecariis plerisque, haud ita pridem Morhofius etiam noster (61.) credidit, sed rectius alteri Demetrio Rhetori vindicarunt M. *Ant.* Muretus (62.) Joh. Schefferus (63.) & Gerh. Johan. Vossius, cœteris prolixior (64.) Liber περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ βασιλέων, quem Phalereo tribuit Josephus [*Lib.* I. *contra Apionem*,] Demetrio cuidam, nullo agnomine distincto, Clem. Alexandr. (*L.* I. *Strom.*) &, qui hunc sequitur, Hieronymus [*in Catal. Scr. Eccl. Cap.* 38.] Democrito denique, sed per Errorem, e Nominum affinitate ortum, Suidas [*in Voce* Ἰούδας.] Recentiorem certe Phalereo esse Demetrium hunc Ἀνεπώνυμον, ex Chronologia Regni Judaici, ad Ptolomæi IV. Philopatoris Tempora, Clemente Teste, ab eo deducta Vossius (65.) & Jonsius (66.) ἀναντιῤῥήτως ostenderunt, Paulus Pezronius autem, Ordinis Bernhardini in Galliis prior [qui Demetrium Phalereum Juniorem illum, cum Jonsio, salutat] ad Tempora Ptolomæi VI. sive Philometoris, haud ita pridem (67.) rejiciendum esse

(61.) *in Polyhist. P. I. Lib.* 1. *c.* 6. *p.* 43.
(62.) *Lib.* 1. *Var. Lect. c.* 16.
(63.) *in Lib. de Stylo, ejusque Exercitiis, c.* 2. §. 8. *p.* 20.
(64.) *L.* 4. *Instit. Orat. c.* 2.
(65.) *L.* 3. *de Hist. Gr. p.* 353.
(66.) *L.* 1. *c.* 18. *p.* 102. *L.* 2. *c.* 18. *p.* 210. *L.* 3. *c.* 4. *p.* 228. *L.* 4. *p.* 349.
(67.) *en l'Antiquité des Toms Retablie,* ed. Paris. A. 1687. *Cap.* 5. V. Acta *Erud. Lips. A.* 1687. *M. Sept. p.* 465. 468.

se censuit. Nec minus diversus, a Nostro Demetrio Phalereo, est Demetrius Phalereus, Interpres Nicandri, a Stephano (in Voce κορόπη) allegatus. Quanquam Phalerei Agnomen, & istic, in loco *Josephi*, paulo ante adducto, Glossenia forte Librarii tantum imperitioris esse, Jonsius haud sine causa suspicetur (68.)

XXIV. Dexippum herennium Atheniensem, Historiæ Augustæ, Macedonicæ & Scythicæ Scriptorem, sub Aureliano Imperatore, arte pariter atque Marte celebrem, cum dexippo, Philosopho Platonico, qui, Juliano imperante, claruit, &, scripto peculiari, Aristotelicum Categoriarum Librum, adversus Plotinum, defendit, confundunt, atque eundem fuisse opinantur, *Joh.* Tzetzes (Chil. IX. Hist. 274.] & Gerh. Joh. Vossius, a Tzetze seductus [*in Lib. de Nat. & Constit. Logica c.* 8. §. 3. *ac* L. 2. *de Hist. Gr. c.* 16. *p.* 241. 242. 243. ubi de Herennio fusius commentatur. Detexit utriusque Errorem *J.* Jonsius *Lib.* 3. *c.* 17. *p.* 299.

XXV. Dionysio Alexandrino, περιηγήσεως Autori [quem Ævo floruisse Augusteo, & Alexandriæ Susianæ natum esse, contra Suidam, & alios Recentiores, secus sentientes, prolixe, ex Plinii L. 6. *H. N. c.* 27. astruit Vossius,] Eustathius, ejus Scholiastes, tribui etiam indicat, non solum Λιθιακὰ, Fœtum illius Genuinum, sed etiam Ὀρνιθιακὰ, a Doctioribus Dionysio Philadelphiensi vindicata, & Βασσαρικὰ [de Rebus

(68.) *l. c. p.* 102. 210.

bus a Baccho gestis,) quæ, ob stylum incultum, illo videantur indigna, ac Dionysio Samio potius adscribenda. V. Vossii *Lib. 2. de Hist. Gr. c. 3. p. 171-175.*

XXVI. Duos fuisse EPICUROS, alterum Gargettium, Sectæ, a se appellatæ, Autorem, qui immerito Vulgo Literatorum vapulat, alterum Atheniensem, Metrodori Filium, Hermachi autem, qui Gargettio in Scholæ suæ Regimine successit, Auditorem, cum Photio, contendit Leonh. Cozzandus, & Scholiasten Bibliothecæ Photianæ (vel Andr. Schottum, vel Dav. Hoeschelium,) a quo illi, non sine Photii insectatione, confunduntur (69.) refellit (70.)

XXII. EUCLIDEM Geometriæ Statorem, atque Elementorum ejus Scriptorem merito suo decantatissimum, patria fuisse Ægyptium, ac forte Alexandrinum, Ptolomæisque, Lagida & Philadelpho, imperantibus, in Urbe hac Regia Mathesin (circa A. M. 3666.) docuisse, ex Procli *Lib. 2. Comm. in illum*, & Pappi Alexandrini *Præfat. Libr. VII. Collectt. Mathem.* accurate ostenderunt Gerh. Johan. Vossius (71.) & Mathematicus Cimbriæ nostræ Celeberrimus, Sam. Reyherus (72.) ὁμόψηφοι Duumviris his sunt, tum, quos ipsi allegant, Federicus Commandinus [*in Prolegom. Elemm. Euclidis,*] Henr. Savilius [*Prælect. I. in Eucliden,*] Chr. Clavius [*in Prolegomm. in*

U *Di-*

(69.) *p. 371. Edit. Rhotomag.*
(70.) *Lib. 6. de Magisterio Antiqu. Philos. c. 1. p. 402.*
(71.) *in Lib. de Scient. Mathem. c. 15.*

Discipl. Math. Euclidi præmissis,] And. Tacquetus [*in Narrat. de Ortu & Progr. Matheseos, Elem. suis Geometricis præfixa,*] & Sam. Tennulius [*in Not. ad Jamblichi Comm. in Nicomachi Arithm. p.* 109.] tum etiam *Johan.* Henr. Boeclerus [*in Lib. de Scriptt. Gr. ad Lat. p.* 30.] & alii Recentiores. Falluntur ergo, & Homonymos confundunt, qui, cum Gesnero, Simlero, Franc. Flussate Candalla, Στοιχείων Exegeta Dexterrimo, Abd. Trewio, J. Bapt. Ricciolo [*in Chronol. Mathematicorum, T. I. Almagesti præmissa,*] J. Bunone [in *Comm. ad Phil. Cluverii Geogr. p.* 250.] *& aliis*, uti Reyherus, hos allegans, vere judicat, *numero quidem superioribus, sed rationum Soliditate inferioribus*, Nostri Elementa Geometrica, & scripta cœtera, non unius generis, Mathematica, Euclidi vindicant Megarensi, Philosopho Græco, Socratis Discipulo, & Platonis συγχρόνῳ, Sectæ Megaricæ, sive Eristicæ, Conditori, 60. circiter Annis Antiquiori, sed Mathematum ἀμυήτῳ, de quo Diog. Laertius [*Lib.* 2.] consulendus. Imposuisse his censet, Vossius, ejusdemque Confusionis esse reum, Valerium Maximum, quo [*Lib.* 8. *c.* 12.] teste, *Plato Conductores Sacræ Arcis, de modo & forma ejus secum sermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire jussit, scientiæ ejus cedens, imo Professioni.* Sed Locus iste est mendosus, & recte jam, uti a Reyhero monitum, in Euclidis locum Eudoxus Cnidius, Mathe-

(72.) *in Diss.* Eleganti de *Euclide* Στοιχειώτῃ, Kilonii A. 1693. edita, *c.* 1. §. 2, 3. 4.

thematicus illustris, Platoni coævus, a Cl. Mitalerio, in sua Valerii Editione, ductu *Plutarchi*, *in Lib. de Deo Socratis* eandem enarrantis Historiam substitutus.

XXVIII. Valerii harpocrationis, Rhetoris Alexandrini, *Lexicon Decem Oratorum Græcorum* [Antiphontis sc. Andocidæ, Lysiæ, Isocratis, Isæi, Æschynis, Lycurgi, Demosthenis, Hyperidis & Dinarchi,) bis, seculo superiore ineunte, ab Aldo Manutio Sen., Venetiis, Græce est editum, hinc a Phil. Jac. Maussaco, e MSS. & ingenio, emendatum, & cum Notis, ac Diss. Critica, Parisiis A. 1614. iterum publicatum, tandem vero a Nicol. Blancardo, Prof. Franequerano, cum Versione Latina, a se adornata, Novis indicibus, Observationibus Maussaci, ac Notis Henr. Valesii [Anno præcedente 1682. seorsim a Jac. Gronovio evulgatis,] Lugduni Bat. A. 1683. quarto recensitum (73.) Præter hos, novas illius moliti sunt Editiones, sed, vel affectas saltem, vel ἀνεκδότης, illas reliquerunt, Joh. Meursius(74.) Gothofr. Jungermannus (75.) & Lamp. Alardus nostras, Ecclesiastes in Dithmarsia Brunopolitanus, cujus Notæ Posthumæ,

U 2 in

(73.) *V. Acta Erud. Lips. M. Aug. A.* 1682. *p.* 250. 251. *Acta A.* 1683. *M. Nov. p.* 465. 466. & Joh. Alb. Fabri *Exerc. de Lexicis Græcis* §. 7.

(74.) teste Andr. Schotto, *in Epistolis ad illum ἀνεκδότοις*.

(75.) V. ejus *Epist. ad Melch. Goldastum, A.* 1607. *scriptam, in Volumine Epistolarum ad eundem*, A. 1689. excuso, *p.* 202.

Digitized by Google

in Præfat. Græcia in Nuce promissæ, apud Filium hactenus delituerunt. In Autore illius vero indagando dubius est, & Homonymos forte confundit, Gerh. Johan. Vossius, qui (76.) *vel eundem hunc esse* censet *cum eo, quem Veri Imperatoris Præceptorem fuisse Capitolinus scribit, vel cum Ælio Harpocratione, Sophista, a quo & ipse Suidas actum ait esse de Vocibus, quæ Rhetoribus ignotæ.*

XXIX. Hecatæus Abderita, Philosophus atque Grammaticus, Alexandro M. & dein Ptolomæo Lagidæ, coævus ac Familiaris, præter Historiam Judaicam, (eo in Gentem hanc, & Sacra ejus, conspicuam affectu, ut vel suppositam ipsi esse, vel Autorem Judæorum placita probasse, Herennius Philo, ab Origene (77.) allegatus, crediderit,) & alia Monumenta Historica & Philologica, a Vossio (78.) enumerata, Ægyptiacam etiam reliquit Historiam, quam tamen nonnullos, Homonymia deceptos, Hecatæo Milesio, hoc Antiquiori, & Olymp. 70. celebri, tribuere maluisse, ex Arriani *Lib. V. de Exped. Alexandri*, idem Vir summns colligit. Sed & idem factum Hecatæi Milesii Scripta esse experta, alibi [*Lib.* 4. *c.* 3. *p.* 439. 440. 441.] fusius ostendit.

XXX. Tres Heraclidas Ponticos Veteres memorant, non raro confusos; Primum sc. Speusippi & Aristotelis Auditorem, a Laertio

(76.) *in Lib. de Philol. c.* 5. §. 17. *p.* 42.
(77.) *L.* 1. *contra Celsum.*
(78.) L. 1. *de Hist. Gr. c.* 10. *p.* 51-54.

tio celebratum, Alterum Poetam, Caligulæ, Claudio & Neroni, coævum, ac Suidæ memoratum, Tertium Odesſium etiam a Patria dictum Civitate, Hiſtoriographum, cujus apud Stephanum (in Voce ὀδησσός) occurrit mentio. Primo *Λύσεις* ſive Allegorias, quæ etiamnum ſuperant, Homericas, Laertius, in Vita ejus, ac Conr. Gesnerus [qui illas, Latine a ſe verſas, Baſileæ *A.* 1544. edidit,] attribuunt. Vosſius contra (79.) Secundo, vel Tertio, cenſet vindicandas, quod Arati, Callimachi, Eratoſthenis, Apollodori, Cratetis, Herodici, aliorumque, primi ætate inferiorum, in iis fiat mentio. Thom. Galius qui easdem *Opusculis Veterum Mythologicis, Phyſicis & Ethicis*, a ſe Cantabrigiæ A. 1671. & Amſtelod. A. 1688. publicatis atque illuſtratis, inſeruit, Heraclitum quendam illarum mavult esſe Autorem, (80.) quod Leoni etiam Allatio placuiſſe Pet. Scavenius [*Variorum* ipſius *Antiquorum Præfationem* hanc in rem allegans] teſtatur (81.) nec Joh. Rhodius, *in Catalogo Scriptorum Suppoſititiorum*, (82.) improbare videtur. Vitam *Archimedis*, ab Heraclide ſcriptam, quæ ab Eutocio [*in Comm. ad Lib. Archimedis περὶ τῆς τῦ κύκλυ μετρήσεως*] laudatur, Vosſius (83.) & Joh. Meurſius [*in Notis ad Chalcidium*] Ponticorum primo aſſerunt, ſed invito Joh. Jonſio (84.) qui

(79.) *L. 1. de Hiſt. Gr. c. 9. p. 45. 46.*
(80.) *V. Acta Erud. Lipſ. M. Sept. A. 1688. p. 477.*
(81.) in Indice *Anonymorum & Pſeudon. n. 27.*
(82.) *n. 51. p. 37.*
(83.) *l. c. p. 45.*
(84.) *L. 2. c. 11. p. 171. 172.*

Digitized by Google

qui Archimedem recte obſervat iſtius ævo eſſe haud paulo Juniorem, & Olymp. demum CXLIII. occiſum, Heraclidemque proinde Lembum, Hiſtoricum Ptolomæo VI. ſive Philometori [circa Olymp. 150.] σύγχρονον, in ejus locum mavult ſubſtituere. Eidem Heraclidi Lembo [quem Callatianum aut Alexandrinum Diog. Laertius, Suidas autem Oxyrinchiten Ægyptium fuiſſe tradit] Thom. Galius vindicat Librum περὶ ἀπίςων, ſub Heracliti nomine a Leone Allatio Romæ A. 1644. cum Verſ. Lat. editum, & a ſe deinde *Opuſculis inſertum Mythologicis*, tanquam Epitomen Operis Majoris, ab ipſo compoſiti, Agatarchidis ſtudio concinnatam (85.)

XXXI. HERMODORUM Νομίμων Scriptoribus accenſent *Johan.* Wouwerius [86.] Athenæi Lib. XI. hanc in rem allegans, &, qui illum, ſuppreſſo licet nomine, incaute ſequitur, & Lib. II. loco XImi laudat, Gerh. Joh. Voſſius (87.) in Hiſtoricorum incertæ ætatis Græcorum recenſu. At ignotus eſt Hermodorus iſte, tum Athenæo, tum cœteris Scriptoribus antiquis, & ex HARMODIO Lepreata [cujus ſcriptum περὶ τῶν κατὰ Φιγαλίαν νομίμων Athenæus L. 4. 10. & 11. citat) a Wowerio, aliud cogitante, ob nominum affinitatem, effictus, V. Joh. Jonſium *L.* 1. *c.* 10. *p.* 49. 50.

XXXII.

(85.) *V. Acta Erud. Lipſ. M. Sept. A.* 1688. *p.* 476.
(86.) *in Lib. de Polymath. c.* 9. *p. m.* 77.
(87.) *L.* 4. *de Hiſt. Gr. P. III. p.* 515.

XXXII. Scriptis variis Mechanicis, Bellicis, Mathematicis, partim editis, partim vero etiamnum ἀνεκδότοις, famam meruere tres HERONES. Quos inter *Primus*, Ctesibii Discipulus, patria fuit Alexandrinus, & Philoni Byzantio coævus. Alter, qui Mechanici obtinuit *Agnomen*, & ab *Heliodoro* in Opticis memoratur, Christianus fuit, &, quo tempore Sacraceni Imperio Romano cœperunt esse molesti, *Librum de Machinis Bellicis*, ut facilius his posset resisti, evulgavit. Tertius, a Marino Neapolitano, *in Vita Procli*, commendatus, Mathematicus fuit Paganus, ætate a duobus illis diversus. Adeo vero incertam & intricatam Scriptorum, a singulis profectorum, Notitiam, & Distinctionem accuratiorem, Homonymia illorum reddidit, ut Vir Doctiss. Gabr. Naudæus [cui hactenus relata debemus,] in Recensu Scriptorum Rei Militaris occupatus (88.) Judicium de iis ferre non sit ausus, sed Leonis Allatii, Claudiique Salmasii, sententiam opperiri maluerit.

XXXIII. Librum de VITA Homeri, qui HERODOTO Halicarnassæo, Græcorum, quotquot supersunt; Historicorum Antiquissimo, solet tribui, & a Stephano atque Suida solis, inter Veteres, sed solo tantum Herodoti nomine expresso, allegatur, Fœtum esse non Halicarnassei, sed Herodoti alicujus junioris, ex Antiquorum pene omnium Universali de illo Silentio, & dissensu ab Euterpe Halicarnassei, circa

(88.) V. ejus *Bibliograph. Militarem p.* 58-61.

Ætatem Homeri, Vossius (89.) & *Jonsius* (90.) recte collegerunt.

XXXIV. Herodianus, cui Libros VIII. historiarum, ab Excessu M. *Aurelii Antonini* Philosophi, ad Imperium usque Gordiam, deductos, debemus, quisnam fuerit, incertum est, nec Vossio (91.) explorare licuit. Solus Car. Sigonius [*in Judicio de Historicis Rom. c.* 20.] eundem esse illum censuit, cum *Herodiano*, Grammatico Alexandrino, Apollonii Dyscoli, Grammatici itidem Celebris, Filio, quem M. *Antonino* Cæsare inclaruisse, Suidas testatur. Verum displicet hæc Sententia Mart. *Hanckio*, qui, historicum Nostrum, sub Gordiani demum imperio, Libros suos elucubrasse, observat. Exorsus est autem ille Imperium A. C. 238. M. Antoninus contra, sub quo Grammaticus iste vixit, eodem A. C. 180. jam erat defunctus. Cum igitur vix sit probabile, Autorem hunc, octuagenario jam majorem, Animum ad scribendum primum appulisse, homonymos a Sigonio confundi arbitratur (92.)

XXX. Circa hierocles diversos ipse impegit Joh. *Jonsius*, quo nemo accuratius homonymos distinxit, uti a Guilh. Cavio (93.) & qui

(89.) *L. 1. de Hist. Gr. c. 3. p.* 17.

(90.) *Lib. 4. de Scr. Hist. Phil. p.* 335.

(91.) *L. 2. de Hist. Gr. c. 15. p. 238. p.* 239.

(92.) V. Mart. Hanckii *Lib. 2. de Scr. R. Rom. P. II. c. 21. p.* 294.

(93.) *in Chartophylace Eccl. p.* 50. 51. 86. 87. & *in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 94. 198.

qui huic Calculum ſuum adjecit, Wilh. Ern. Tenzelio (94.) Duumviris Celeberrimis, eſt obſervatum. Credit is (95.) HIEROCLEM, PHILOſophum Alexandrinum, *Librorum VII. de Fato*, a Photio [*Cod.* 214.] recenſitorum, Scriptorem, Olympiodori Philoſophi (cui iſtos inſcripſit) ſub Theodoſii Jun. Imperio, Sec. P. C. N. Quinto, Æqualem, eundem eſſe cum HIEROCLE, cujus Duos Λόγους Φιλαληθεῖς, Chriſtianis oppoſitos, Comparatione inter Chriſtum & Apollonium Tyaneum, ductu Octo Philoſtrati Lemnii de Vita hujus Librorum, inſtituta, Magum iſtum majora Salvatore Miracula patraſſe, affirmantes, Euſebius Cæſarienſis, in *Libro contra Hieroclem*, una cum ipſa Philoſtrati HIſtoria, egregie confutavit. Pari ἀβλεψίᾳ, Appendiculam contra Apollonii Tyanæi Doctrinam de Fato, quam ſuo Euſebius Libro attexuit, HIEROCLIS iſtius *Alexandrini VII. de Fato Libris* oppoſitam eſſe, arbitratur, & hinc porro colligit, Euſebium Cæſarienſem falſo Scripti iſtius putari Autorem, cum Seculo is IV. floruerit, ac circa An. 340., antequam *H*ierocles hic, Seculo V. celebris, naſceretur, vivis jam exceſſerit. Verum, quam infirmo Ratiocinia hæc talo nitantur, Cavius, Vindex γνησιότητος Libelli Euſebiani dexterrimus, accurate & ſolide demonſtrat.

(94.) *in Colloqu. Vernac. Menſtr. M. Oct. A.* 1690. *p.* 954. Conf. M. Joh. Chriſtoph. Erneſti *Diatr. II. de Euſebio Cæſarienſi* §. 14.

(95.) *Lib.* 3. *de Scriptoribus Hiſt. Philos c.* 18. *p.* 302-305.

ſtrat. Oſtendit enim, cum ex ipſo Euſebio, tum ex Lactantii *Lib. V. Inſtitt. Div.* (*c.2.3.& 4.*) diverſiſſimum ab Hierocle, Philoſopho, quem Photius memorat, Seculi V. Alexandrino, imo Antiquiorem illo ſeculo integro, fuiſſe Hieroclem, Λόγων φιλαληθῶν, quos Cæſarienſis ſub Examen vocavit, Autorem, Bithyniæ quippe, circa A. C. 302. Diocletiano Imperante, ex Vicario Præſidem, Judicemque Nicomedienſem, & Perſecutionis, à Tyranno iſto adverſus Chriſtianos excitatæ, Incentorem & Miniſtrum facile principem, ad Alexandrinæ poſtea in Ægypto Civitatis Præfecturam evectum. Appendicem autem de Fato, Libro Euſebiano adjectam, Apollonii ſaltem Tyanæi de eodem Dogma docet perſtringere, neutiquam vero Hieroclis Alexandrini VII. de hoc Libros impugnare, ævo quippe ipſius longe poſteriores, ac proinde etiam *Libro VI. de Præpar. Evang.* omiſſos, ubi Scriptores de Fato omnes, ſicut Jonſio ipſi eſt obſervatum, recenſet. Hoc pacto inconcuſſa perſtat Libri Euſebiani γνησιότης, quam à Thoma de Pinedo etiam (*in Breviario Autorum, à Stephano citatorum, p. 764.*) ob Jonſianas has objectiones, in dubium eſſe vocatam, à Celeb. Tenzelio ſum edoctus (96.)

XXXVI. Sex HIPPOCRATES, Medicos Scriptores, Coos omnes, & ex eadem ortos Familia, Suidas, & hunc ſecutus Simlerus, enumerant. Nec mirum proinde, complura illorum Scripta

(96.) *l.c.*

Scripta, Magni Hippocratis Coi, Artaxerxi Coævi, *Medicinæ*, judice Celſo, Parentis, operibus, ob *ὁμωνυμίαν*, à Librariis eſſe immiſta & annumerata. Libros ſane *προῤῥητικῶν* (quos Erotianus etiam, in Procemio *συναγωγῆς τῶν παρ' ἱπποκράτει λέξεων*, huic falſo cenſet adſcribi) alterius eſſe Hippocratis, Heraclida Patre itidem nati, Galenus (*Lib. 3. Comm. Epidem.*) affirmat, eidemque *Aphoriſmos* etiam tribui, ſimul indicat. V. J. Wouwerii *Lib. de Polymath. c. 16. p. m.* 163. 165. & V. Placcii *Tr. de Script. Anon. & Pſeudon. p.* 209.

XXXVII. Quantopere olim de Homero, Poetarum Græcorum Principe, ejusque Patria, inter Urbes Græciæ, & Regionum Vicinarum, complures, ſit decertatum, nemo ignorat, &, præter alia Veterum Loca, Diſtichon oſtendit Antipatri, *L. 4. Anthologiæ, Tit.* 27. obvium:

Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις δια ῥίζαν ὁμήρου,
Κύμη, Σμύρνα, χῖος, Κολοφὼν, πύλος Ἄργος, Ἀθῆναι.

In quarum locum, in ſequenti Epigrammate, ibidem ſubſtituuntur:

Σμύρνα, χῖος, Κολοφὼν, Ἰθάκη, πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Ab aliis autem:

Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Occaſionem Certamini huic præbuit, & Vatem Nobiliſſimum *πολυπάτριδα* reddidit, ſi Archilochum (cujus Locum integrum, ob prolixita-

tem

tem à nobis omissum, Jacobi à Cruce, Bononiensis, *Annotationes in Autores varios* (97.) tibi sistent legendum) audias, sola aliorum ὁμωνύμων cum illo Confusio. Octo enim, illo teste, intra 500. à Trojæ Expugnatione, ad octavam usque Olympiadem, *A*nnos, floruere *H*omeri: 1. Smyrnæus, Teutei, Regis Assyriorum, à Nino 27mi, paulo ante Descensum Heraclidarum in Peloponnesum, Præfectus; 2. Chius, Medicus, Melanthi, Atheniensium Regi, coævus; 3. Cumæus, Magus, Codro, Atheniensium Regi, συγχρονος: 4. Salaminius, sive Cyprius, Arte Institoria, Anno Agasti Atheniensis octavo, inclytus; 5. Colophonius, huic æqualis, Pictor & Sculptor insignis; 6. Atheniensis, Patriæ, sub Archippo, Legislator; 7. Argivus, Musicus & Geometra, Anno 17. Diogeniti *A*theniensis, *A*dmirabilis; 8. Moeon Patria, Poeta, de quo tot Urbes disceptarunt, ἐξοχώτατος, Olymp. 23. & Anno ab Excidio Trojæ quingentesimo, celebris, Archilochoque ipsi coævus sed parum haud dubie fidei apud Cordatos hæc Narratio merebitur, deprompta quippe, non è Monumentis Archi γνησίοις, quæ nulla supersunt, sed è *Libello de Temporibus*, per Johannem Annium Viterbiensem, Falsarium & Impostorem Famosum, illi supposito.

XXXVIII. JASONIS Byzantii Τραγικὰ (rectius Θρακικὰ, Locus enim Plutarchi, *in Lib. de Flum*

(97.) *cap. 19. V. Tom. I. Thesauri Crit. Gruteriani, p. 693, 694.*

Flum. ista allegans, uti Jonsius observat (98.) est corruptus, & male proinde à Vossio (99.) Liber de Argumentis, vel Poetis Tragicis Jasoni affictus) Vossius (100.) à Viro Erudito, qui Plutarchi *Librum de Fluminibus* Notis illustravit (Phil. Jac. Maussaco haud dubie, cujus Nomen supprimitur,) Jasoni male tribui Argivo, Grammatico, & Βίῳ Ἑλλάδος (à Stephano in Vocibus Ἀλεξάνδρεια & Τῆλος allegati) Autori, ac duos proinde Homonymos ab eo confundi, observat. Suidas Βίον hunc Ἑλλάδος, IV. Libris comprehensum, & Jasoni Argivo, & Jasoni Stoico, Posidonii, Augusto imperante, è Filia Nepoti, Discipulo & in Schola successori, adscribit, sed circa alterutrum, nominum deceptus Similitudine, more suo, impingit, uti à Jonsio recte *l. c.* est monitum.

XXXIX. Jonem Chium, Poetam Bibacem & Lascivum, Olymp. 72. celebrem, cum Jone Ephesio, Socrati (qui Olymp. 77. demum est natus) coævo, è Dialogo Platonis de Furore poetico, ipsius (quoniam in eo cum Socrate fingitur collocutus) inscripto nomine, famam adepta, confudit Jul. Cæs. Scaliger (*Lib. 1. Poet. c. 46.*) hisce usus verbis: *Multum operæ in genere Poematis Dithyrambico posuit Jon Chius, cujus Nomine scripsit Dialogum Plato.* V. Jonsium *L. 2. c. 13. p. 181. 182.*, &, quem is allegat, Leonem Allatium, Censorem Lapsuum hujusmodi Scaligeriano-

(98.) *L. 3. c. 2. p. 218.*
(99.) *L. 3. de Hist. Gr. p. 379.*
(100.) *l. c.*

Digitized by Google

rianorum justo severiorem, *in Lib. de Patria Homer. p. 273.*

XL. ISOCRATIS παραίνεσιν ad Demonicum, Hipponici Filium, vere auream, Isocrati primo, Rhetori Attico percelebri, & Socratis Æquali, Olymp. 86. nato, Annoque æt. 106. denato (cujus illa Orationibus jungi solet) tribuit *H*ermogenes, &, cum illo, è Recentioribus pene innumeri. Isocrati secundo, patria Apolloniatæ Pontico, primi Discipulo & successori, ac Platonis etiam Auditori (cujus Notitiam Suidæ debemus,) eandem vindicat Harpocration, de ὅρκω ἐπακτῶ commentans. Sed rectius Tertio, Augusto ac Ciceroni coævo, illa asseritur à M. Ant. Mureto (101.) &, qui hunc sequuntur, Jos. Simlero (102.) Gerh. Joh. Vossio (103.) Æg. Menagio (104.) ac Guilh. Dietzio, Prof. Ulmensi (105.) Dionysio credulis Halicarnasseo, ejus Familiari, cujus *de Arte Rhetorica*, ad Echeratem, *Libello*, hunc de ea locum primus eruit Muretus: Ἰσοκράτης μὲν, ὁ σὸς ἑταῖρος καὶ ἐμὸς, ὦ Ἐχέκρατες, εἴπερ ἄλλο τι, φησὶ χρῆναι προσεῖναι τοῖς σπουδαίοις ἀνθρώποις, ἐν τῇ παραινέσει, τῇ πρὸς τὸν Ἱππονίκου, καὶ τὴν φιλοπροσηγορίαν, ὅπέρ ἐστι τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, ὡς αὐτὸς φησί. Exhibet Caput V. Parænesεos istius, verba, ad quæ digitum Dionysius hoc Loco intendit,

(101.) *L. 1. Var. Lect. c. 1.*
(102.) *in Biblioth. p. 485.*
(103.) *L. 12. Institt. Orat. c. 12. p. 190.*
(104.) *in Not. ad Diog. Laert. p. 27.*
(015.) *in Notis ad illam, A. 1678.* editis, *p. 113. 114.*

tendit, longe utique clariori & illustriori, quam ut Pauli Colomesii (106.) à Cl. Placcio (107.) etiam, uti video, commendati, pro Isocrate primo, Scripti hujus Νεωτερικοῦ, uti credit, Autore, Ratiocinia quicquam contra illum proficiant.

XLI. Julianum Apostatam, Imperatorem, in Prælio, cum Persis commisso, A. C. 361. morte haud sicca exstinctum, in *Lege II. Cod. Theodosiani*, cum successore suo, Joviano, ob Nominum affinitatem, esse confusum, hæc Thomæ Reinesii (108.) Verba te docebunt: *Secunda C. Th. de Met. & Metallariis, Kal. Nov. Coss. Jul. A. IV. & Salustio, tribuitur Juliano A. Sed, cum III. Non. Mart. contra Persas, Constantinopli exisset, Julianus, VI. Kal. Jul. teste Eutropio, qui interfuit Expeditioni, ex vulnere obiit. Quare Joviano, cujus Nomen una Litera discernebat à Juliani, tribuenda est.*

XLII. Ejusdem Critici ætatis nostræ ἐξοχωτάτου Verbis (109.) similem detegam Lapsum Cl. Salmasii, Jollam, Scriptorem Botanicum, eundem cum Cl. Julio, Historico, falso opinati: *Ejusdem*, ait ille, *Argumenti, de Materia Medica, & Viribus Herbarum, Commentatorem, Jollam, Plinius L. 20. c. 17. & in Ind. L. 12. 21. 23. 24. 25. 26. 28. 34. 35. citat, qui Dioscoridæ est Ἰόλας*

(106.) *in* Κειμηλίοις *Literariis c. 9. & 18.*
(107.) *in Tr. de Script. Anon. & Pseudon. p. 215.*
(108.) *Ep. 27. ad Rupertum p. 117.*
(109.) *e Lib. 2. Var. Lect. c. 6. p. 163.*

Digitized by Google

λας ὁ Βιθυνὸς, & cum modo nominatis censetur: idemque est cum isto, quem Stephanus, de Colocasia, seu Faba Ægyptia, allegat. Cl. Salmasio (Exerc. Plin. f. 973.) Cl. Julium, Autorem φοινικικῶν (apud Stephanum & Etymologum in Γάδειρα,) & de Rebus Peloponnesi (ap. Schol. Nicandri,) cum Jolla confundere placuit. Distinxerim, si meus arbitratus sit, quos ipsa Nomina & Professiones (alter enim Herbarius, alter Ἐθνικῶν Scriptor) manifestissime discriminant.

XLIII. Lysiæ, Oratori Atheniensi Celeberrimo, Socratis Coætaneo, & adversus Accusatores improbos *Patrono*, an ὁ λόγος πρὸς Αἰσίωνα, περὶ τῆς τῶν Βιβλίων κλοπῆς, recte tribueretur, jam olim Harpocration (in Voce ἀμφιγνοεῖν) dubitavit, nec immerito. Lysiæ enim juniori, Demosthenis (octennis saltem, cum Senior vivis excederet) æquali, eam deberi, ex Plutarchi (*in Vita Demosthenis*) & Suidæ Locis, Æsionem, cui illa inscripta est, Demosthenis fuisse testantibus Condiscipulum, evicit J. Jonsius *L.* 1. *c.* 7. *p.* 36.

XLIV. Marcellinum, Historiæ Græcæ (è qua sola superest Diss. de Thucydidis Vita & Genere dicendi, Historico huic præmissa,) sub Valentiniano Seniore, Valente & Gratiano, Scriptorem, Conr. Gesnerus, ejusque Continuator Jos. Simlerus (110.) eundem esse credunt cum *A*mmiano Marcellino, Historico inter Latinos Nobilissimo, sed ortu Græco, Valentiniano Juniori coævo. Verum displicet hæc illorum Con-

(110.) *in Biblioth. p.* 31. 467.

Conjectura G. *J.* Vossio, cujus ad Argumenta Gesneri Responsiones invenies *L. 2. de Hist. Gr. c.* 18, *p.* 253.

XLV. Minoes duos, alterum Cretensium Regem Justissimum, ac Legislatorem Sapientissimum, ab Homero, *H*esiodo, aliisque Veteribus, tantopere deprædicatum, & Inferorum Judicibus annumeratum, alterum vero, hujus Nepotem, qui, ob *S*ævitiam in Athenienses Tyrannicam, male apud *P*oetas audit, falso à Plutarcho, *in Vita Thesei*, &, quem is secutus est, Platone, pro uno eodemque haberi, à Pari Conjugum in Galliis Eruditorum Lectissimo, *A*ndr. Dacerio & *A*nna Fabra, in Notis ad T. I. Versionis Gallicæ Vitarum Plutarchi Parallelarum, à se concinnatæ, A. 1695. editum, nuper est ostensum. *V. Acta Erud. Lips. M. Aug. A.* 1695. *p.* 361. Nobis Μυθωδέστερα ista persequi non vacat.

XLVI. Confundi etiam sæpius ab imperitioribus observamus Musæos, Græciæ Poetas, ingenti Temporum Intervallo à se invicem sejunctos. Tres enumerat Suidas, quatuor vero Simlerus, & alii Recentiores. Horum primum, Eleusinium, Antiphemi Filium, Orphei (circa *A.* M. 2700.) uti creditur, Discipulum & Æqualem, Gerh. Joh. Vossius (*in Lib. de Artis Poetica Natura,*) cum Orpheo & Lino, è Rerum Natura, invito Ol. Borrichio (III.) omnino exterminavit, Artapanus autem, Scriptor Rerum Judai-

(III.) *Diss. 1. de Poetis §. 17. 18. p. 7. 8.*

Digitized by Google

daicarum Antiquus, falso (uti *P. II. c.* 1. §. 18. jam est monitum), ob Nominum similitudinem exiguam, à Mose haud esse diversum, putavit. *A*lter, Eumolpi Filius Atheniensis fuit, Phalerisq; obiit ac sepultus est, &, teste Diog. Laertio (*in Proœm. Vit. Philos.*) *primus Deorum Generationem tradidisse, Sphoeramque invenisse, &, ex uno fieri, atque in idem resolvi omnia, dixisse perhibetur*, *A*ristoteli etiam (*L. 8. Polit.*) Vossio [112.] Judice, memoratus. Tertius, patria Ephesius, Eumeni & Attalo, Regibus Pergamenis, juxta Suidam, fuit σύγχρονος, &, una cum Perseidos Libris, in horum laudem aliqua scripsit, nec diversus est, si Vossium audias (113.) à Musæo, quem Euripidis Scholiastes allegat, ἰσθμίων Scriptore. Quartus tandem, Poematii de Herus ac Leandri Amoribus, à Dan. Pareo, post Aldum Manutium & Henr. Stephanum, A. 1627. Francofurti editi & fuse illustrati, politissimi quidem illius, sed *vetustatem* tamen, Borrichio (114.) judice, *non olentis*, Autor, Grammaticus fuit *A*lexandrinus, Seculo Æræ Christianæ IVto, uti idem Borrichius censet, inferior, Cæsaribus autem, juxta Vossium (115.) coævus. Qui, cum Musæo, hunc, Antiqvissimo, temere & inepte confundunt, ab Jc. Casaubono (116.) jam sunt refutati. Julio Cæsari Scaligero, qui eundem esse cum

(112.) *in Tr. de IV. Art. Popular. c. 4. §. 11.*
(113.) *L. 4. de Hist. Græcis, P. III. p. 519.*
(114.) *l. c.*
(115.) *loco n. 113. citato.*
(116.) *in Not. ad Proem. Diog. Laert.*

cum Musæo Poeta, Aristoteli (Lib. 8. Polit.) memorato, credidit, Vossius se opposuit, cujus Verba (117.) subjungo: *Meminit Aristoteles L. 8. Polit. Musæi Poetæ, qui tamen non est existimandus ille, qui Orphæo erat σύγχρονος, & à Virgilio VI. Æneid. Homero præponitur, sed is, cujus Theogonia & Sphæra olim circumferebatur, ut constat ex Laertii Proemio, sive verum ei Musæi Nomen, sive id fictitium. At cave assentiaris Scaligero, qui, in Libris de Re Poet., existimat, hunc esse eum, cujus de Amoribus Herus ac Leandri lepidum exstat Poema. Nam ille Aristotele ac Marone longe Junior fuit, ut mirandum non sit, si nemo ejus, ante Tzetzen, meminerit. Vera nempe hujus Poematis est Inscriptio:* Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ, *quæ in Vett. Codd. inventa est à Mich. Sophiano.*

XLVII. Orpheos Svidas, &, ex illo Gyraldus, & Laur. Crassus (118.) Actorumque Orbis Eruditi Lipsiensum Collectores Eruditissimi, recensent sex diversos (119.) à Pet. Lambecio (120.) & Gerh. Joh. Vossio (121.) uti ab iisdem monetur, pro uno eodemque Scriptore, sed perperam haud dubie, habitos. Reliquos omnes celebritate superat primus, Thrax patria, Apollinis, vel, quod alii malunt, Oeagri ex Calliope Filius, Philosophus & Poeta inter Græcos (cir-

(117.) *è Tr. de IV. Artibus Popul. c. 4. §. 11.*
(118.) *en l' Istoria de Poeti Greci p. 380. sqq.*
(119.) *M. Febr. A. 1690. p. 98. 99.*
(120.) *in Prodr. Hist. Lit. L. 2. c. 4.*
(121.) *L. 1. de Idolol. c. 39. Lib. de Art. Poet. Nat. c. 13. Sect. 3. p. 79. 80. & de Poetis Græc. c. 4. p. 123.*

Digitized by Google

ca A. O.C. 2700.) omnium vetustissimus, cujus Lyræ atque Gantus admirabilem in attrahendis Feris, Saxis & Arboribus, sive Hominibus potius Barbaris vita cultiori assvefaciendis, Diis item Inferis, ut Euridicen suam exstinctam vitæ restituerent, permovendis, efficaciam, Scriptores Mythici, & Poetæ Pagani, nusqvam non extollunt. In Mosen eum transformat Pet. Dan. Huetius (122.) in Davidem Joh. Henr. Ursinus (123) alii autem cum Aristotele, &, qui hunc (L. 1. de N. D.) allegat, Cicerone, Justino item Martyre, Clem. Alexandrino, Origene (124.) & Gerh. Joh. Vossio (*in Lib. de Art. Poet. Nat. c.* 13.) nunquam exstitisse, vel contendunt, vel conjectant ab Ol. Borrichio (125.) pro virili confutati. Ex Scriptis ejus deperditis paucula enumerat Svidas, longe plura, sed pleraque vana & Magica incertum ex quo Autore, Morhofius (126.) quo (127.) teste etiam *Joh.* Franc. Grandis (*in Præf. Dissert. Philol.*) se, de Orphei Philosophia & Theologia Antiquissima, Tr. scripsisse *ἀνέκδοτον*, profitetur. Sed Scripta ista, si non omnia, certe pleraque, Autorem illum mentiuntur, magnam partem à Cercope quodam, Pythagoræo, supposita, uti Cicero *l. c.* ex Aristotele [alibi

(122) *in Demonstr. Evang. p.* 184.

(123.) *Vol. I. Anal. Sacr. L.* 4. *c.* 8. *p.* 219. 220. 221.

(124.) V. J. Gabr. Drechsleri *Diss. de Cithara Davidica, in Praloqu.*

(125.) *Diss. I. de Poet.* §. 17. *p.* 7.

(126.) *P. I. Polyhist. L.* 1. *c.* 10. *p.* 91.

(126.) *ib. c.* 13. *p.* 125.

[alibi etiam Carmina Nostri τὰ λεγόμενα ὀρφικὰ ἔπη salutante,] testatur. Reliqui, quos Suidas, & hujus ductu alii, recensent, Orphei, sunt: 1. Onomacritus Atheniensis, χρησμῶν, τελετῶν, & Libri περὶ λίθων γλυφῆς Autor; 2. Ciconæus, vel Arcas, qui Μυθοποιΐαν, Ἐπιγράμματα, & Ὕμνους, posteris reliquit; 3. Odrysius; 4. Crotoniates, cui Δεκαετηρία, Ἀργοναυτικὰ, & alia quædam, debentur; 5. Camarinæus, τῆς εἰς ᾍδου Καταβάσεως Scriptor. Ex hoc tot ὁμωνύμων Recensu, facile perspicies, nullum inter Poemata, quæ hodie, sub Orphei Antiqui, sive Thracis, Nomine circumferuntur, & ab Aldo Manutio Venetiis A. 1517. ab Andr. Cratandro Basileæ A. 1523. ab Henr. Stephano, *in Corpore Poetarum Græcorum*, nuperque ab Andr. Christiano Eschenbachio, Werda Norico, cum Vers. Lat. Emendatiore, ac suis, Henr. Stephani & Jos. Scaligeri, Annotationibus, Ultrajecti *A.* 1689. [*in* 12o.] sunt edita, Fœtum illius esse γνήσιον ac ἀναμφισβήτητον, sed singula illorum, ex Orpheis Junioribus, alicui deberi. Quod & Seculo superiori, Vir Doctiss. Mich. Neander (128.) est hariolatus. Intercedit quidem Celeberimus Borrichius (129.) pro Λιθιακοῖς & *Hymnis*, mitiores plerorumque, ad Antiquum Poemata hæc Orpheum referentium, Censuras allegans. Sed vereor, ne frustra iis patrocinetur, cum Suidas

X 3 illa

(128.) *in Notis ad Apocrypha de Christo p.* 437.

(129.) *l. c.* Conf. Ejusd. *sapientiam Hermetis vindicatam, L.* 1. *c.* 7. *§.* 8. *p.* 166. 167.

Digitized by Google

illa Onomacrito, hos autem Orpheo Ciconæo, disertis verbis asserat. Argonautica quod attinet, Orpheo illa Thracio falso tribui, omnes hodie Doctiores, vel ipso Borrichio teste, agnoscunt. Ipse illa *haud vetustiora* esse censet *Temporibus Pisistrati, sive Olympiade circiter LVI. eaque ætate ab Onomacriti Calamo profluxiss.* Orpheo vero Crotoniatæ eadem asserunt, & studiose hunc larvam Thracis induisse observant, post Suidam, tum alii Recentiores, tum Thom. Reinesius, Criticorum Germaniæ Judiciosissimus, cujus Verba hanc in rem nonnulla subjungo(130.): *Orphei Argonautica non sunt illius Vetusti Vatis Thracici, sed Crotoniatæ, Poetæ Heroici, cujus meminit Suidas.--Versus* ἀλλὰ γὰρ σοὶ καταλέξω, *cum sequentibus duobus, quasi Thracicus, Eurydices Maritus, ea diceret, præ se ferunt; sed certe simulat ista Poeta, ut sua sub Thracici Celeberrimo Nomine extrudat, & Thracicum inducit loquentem, cum ipse sit longe alius, & recentior Orpheus.* Nec Causa proinde idonea fuit Olao Rudbeckio, Vindici Sueciæ suæ Antiquitatum Ingeniosissimo, cur, in Atlantica, [131.] Carmine hoc ὑποβολιμαίῳ adeo gloriaretur, aut multum ex isto Præsidii Patriæ, & Causæ, quam tuendam susceperat, polliceretur.

XLVIII. Palæphatos Quatuor, quorum Scripta, ob Homonymiam Autorum, satis accurrate distingui vix possunt, ex Suida, enumerat

(130.) *ex Epist. X. ad Nosteros*, A. 1642. Scripta, *p.* 21.
(131.) *T. I. c.* 26.

rat Vossius: [132.] 1. Atheniensem, Poetam Epicum, Phemonoæ supparem, vel fortasse etiam antiquiorem; 2. Parium vel Prienensem, Artaxerxi σύγχρονον; 3. Historicum Abydenum, Alexandri M. Coætaneum; 4. Grammaticum Ægyptium, vel, juxta alios, Atheniensem, Ætatis incertæ. Τρωικὰ Palæphati, Libris compluribus comprehensa, & à Stephano, Suida & Harpocratione, passim laudata, à nonnullis ultimo, à nonnullis, alteri observat adscribi, nec certi quid jam posse definiri. Ἀπίςων Libri V. quorum Fragmentum de Fabulis Poeticis hodienum superest, Pario, sive Prienensi, à Suida, Lud. Cœl. Rhodigino [*L.* 30. *Lect. Ant. c.* 34.] Lil. Greg. Gyraldo [*in Dial.* 11. *Historiæ Poet.*] & *Jos.* Simlero [*in Biblioth. p.* 538.] tribuuntur. Vossius contra Palæphato quarto, Grammatico Ægyptio vel Atheniensi [cui à nonnullis jam olim eos esse adscriptos, Suidas ipse haud dissimulat,] vindicare mavult, quia autor illorum à Theone, *in Progymnasmatis* Peripateticus, à Joh. Tzetze autem, modo Stoicus, modo Peripateticus, vocatur. Quod de Pario, qui sub Artaxerxe, ante Zenonem & Aristotelem, Alexandro M. coævus, floruit, intelligi haud posse luce meridiana est clarius. Metuit tamen, ne Suidas Quartum istum Palæphatum, ex duobus, conflaverit, quorum unus fuerit Ægyptius, alter Atheniensis, unus Grammaticus, sicut ipse appellat, alter vero Philosophus, à Theone

(132.) *L.* 3. *de Hist. Gr. p.* 395. 396.

ne & Tzetze designatus. Plura Vossius ipse suggeret.

XLIX. PANYASIS Halicarnassei Junioris *Libri II. de Somniis*, à Suida & Artemidoro [in *Ὀνειροκριτικοῖς*] laudati, Seniori, itidem Halicarnasseo [licet Duris Samium appellet,] Herodoti Cognato, Olymp. 78. in lucem edito, Aruspici & Poetæ Heroico Nobilissimo, cujus Heracleidem, & Jonica, Veteres pasim allegant, quive à Lygdamide, tertio Halicarnassi Tyranno, à Suida perhibetur occisus, male tribuuntur à Lil. Greg. Gyraldo, *in Dial. III. Hist. Poet.* V. Vossium *L. 4. de Hist. Gr. P. I. c. 6. p.* 452. 453. 454.

L. PHANIÆ Eresio, sive Lesbio, Peripatetico, Aristotelisque ipsius Auditori, de Plantis, Poetis, Socraticis, & Siciliæ Tyrannis, commentato, Vossius [133.] falso adscribit Libros *τῶν σχολῶν ποσιδωνείων*, à PHANIA Stoico, Posidonii Apameensis, ejusdem Sectæ Philosophi, *Γνωρίμῳ* seu Familiari, exaratos, & à Laertio [L. 7. *in Zenonis vita*] citatos. Fuit enim Ciceroni coævus. V. Jonsium L. 1. *c.* 15. *p.* 84.

LI. PHERECYDEM Lerium, a Lero, in qua natus est, Insula, Atheniensem autem, a Metropoli, in qua vixit, Atticæ, dictum, Historicum Xerxi coævum, & Herodoto paulo antiquiorem, qui Olymp. 75. inclaruit, cum PHERECYDE Syrio [e Syro, Cycladum una, oriundo,] Philosopho ac Theologo, circa Olymp. 59. Celebri, Pittaci Auditore, Pythagoræ autem & Thaletis Præceptore, soluta primum, inter

ter

ter Græcos, Oratione, & quidem de Diis ac Natura, commentato, Morbo autem Pediculari exstincto [cujus Vita apud Laertium occurrit,] Eusebius in Chronico confudit. *A*theniensem enim, Scriptorem Historicum, non solum perperam a Lerio, cum Suida, & aliis distinguit, duosque hoc Pacto *P*herecydas *H*istoricos, Bello *P*eloponnesiaco anteriores, fabricatur, sed primum etiam ex istis ad Annum II. Olymp. LXII. quo Syrius claruit, refert, & Pythagoræ atque Thaletis ait fuisse Æqualem, altero ad *A*nn. I. Olymp. LXXXI. rejecto. Utrumque hunc ejus errorem, a Scaligero, *in Animadverss. ad Chronicon* illius [ad A. 1478.] jam ante notatum, prolixe refutat, G. J. Vossius, *L.* 1. *de Hist. Gr. c.* 1. *p.* 8. 9. *& L.* 4. *P. I. c.* 4. *p.* 443-447. Conf. Leonh. Cozzandum, Vossii legentem vestigia, *L.* 5. *de Magisterio Antiquorum Philosophorum, c.* 1. *p.* 284. 285. 286. De Tertio Pherecyde, Genealogiæ Hippocratis Scriptore, qui Bello *P*eloponnesiaco fuit posterior, V. Vossium. *L.* 3. *p.* 400.

LII. *J*os. Simlerus, qui (134.) PHILARETI Medici, a Gesnero vero appellati nomine, *Librum de Pulsibus*, ab *A*lbano Torino Lat. versum, & *A.* 1533. Basileæ editum, PHILARCHO, PHYLARCHI autem, Incertæ Ætatis HIstorici, LIbros HIstoriarum, a *P*lutarcho [*in Vitis Camilli, Pyrrhi & Arti,*] & Apollonio Dyscolo [*in Hist. Commentitia,*] laudatos, PHILARETO, permuta-

X 5 tione

(134.) *in Biblioth. p.* 570.

tione Nominum Erronea, adſcribit, ob hanc Voſſii incurrit Cenſuram, *L. 3. de Hiſt. Gr. p.* 400. 401.

LIII. PHILOSTRATO LEMNIO Seniori, Sophiſtæ, Librorum VIII. de *A*pollonii Tyanæi Vita Scriptori Celeberrimo [qui, ſub *A*ntonino *P*io natus, ad Philippum usque Imp., teſte Svida fuit ſuperſtes,] Philoſtrati Lemnii Junioris, ſui e Fratre Nepotis, ac Generi, *Vitas Sophiſtarum*, ad ſuam usque Ætatem [Philippi ſc. Imp. Tempora,) *Libris II.* (non IV. qui Suidæ eſt Error) comprehenſas], perperam tribuit Suidas, ob lapſum hunc notatus a *J.* Meurſio (135.) G. J. Voſſio (136.) & Joh. Jonſio (137.) plures ſimul hujus Nominis enumerante *S*criptores. Ejusdem cum Suida Culpæ Reatum incurrerunt Joſ. Simlerus, Bibliothec. Gesnerianæ Continuator (138.) & Phil. Labbeus (139.) prolixius ſe illos Seniori *in Examine Diſſertatiunculæ J. Meurſii de Philoſtratis* Inedito, vindicaſſe jactans, ſed ab Ant. Teiſerio, Uſurpatore & Interpolatore alieni Laboris, intempeſtive ſæpius caſtrati, haud ſatis circumſpecto, nihilominus emendatus (140.) Voſſii Errorem, quo (141.) Philoſtrati alterius Hiſtoriam Indicam & *P*hœniciam, a Jo-
ſe-

(135.) *in Not. ad Philoſtratum.*
(136.) *Lib. 2. de Hiſt. Gr. c. 15. p. 235. 236.*
(137.) *L. 3. c. 14. p. 283. 284.*
(138.) *p. 577.*
(139.) *in Biblioth. Bibliothecarum p. m. 306.*
(140.) *in Catal. Catalogorum p. 277.* Conf. Joh. Henr. Boecleri *Bibliogr. Curioſam lit. F. 3. b.*
(141.) *l. c. p. 235.*

Joſepho *L. X. Ant. Jud. c.* 11. allegatam, Philoſtrato Lemnio Seniori, Joſephi ævo poſteriori, deberi, ἀβλεψίᾳ inſigni, credidit, caſtigat Jonſius (142.)

LIV. De Quinque PHILOXENIS diverſis, Paraſitis ſimul atque Poetis, Leucadio ſc. duobus Cytheriis, Eryxidis Filio, & Evletidæ Filio, partim ab Athenæo, & hujus Exegeta Iſ. Caſaubono, partim vero a Suida, Athenæi Exſcriptore parum diligenti, confuſis, legi merentur, quæ *Lib. 3. Var. Lect. c. 2.* (143.) erudite obſervavit Thom. Reineſius, Suidam imprimis reprehendens, quod, *quæ, de diverſis eodem Nomine Paraſitis Philoxenis, narrat Athenæus, omnia uni adſcribat.* Locum integrum, quod prolixior ſit, & de Ganeonibus tantum Sordidis, utut Literatis, agat, piget deſcribere.

LV. Πόιημα Νȣθετικὸν, quod, PHOCYLIDI affictum Mileſio, Poetæ Pagano, Theognidis & Pythagoræ, circa Olymp. 60., coætaneo Autoris ſui Chriſtianiſmum in ſingulis pene prodit Verſibus, Suidas ex Sibyllinis compilatum eſſe credit Oraculis, Fr. Sylburgius autem [*in Notis ad illud*] ab Hebræis, vel Chriſtianis, interpolatum. Nos Chriſtiano iſtud Scriptori vindicare non dubitamus, cum Jamborum, eidem præfixorum, Autore Anonymo [cui Pſeudophocylides hic χριςομύςης audit, & Ἀπόςολος μέγας, imo

Ἀκρααι-

(142.) *L. 3. c. 13. p. 280.*
(143.) *p. 362. 363.*
(144.) *Diſſ. II. de Poetis, §. 50. p. 20. 21.*

Digitized by Google

Ἀκροατὴς τῶν Θεῶ θεσπισμάτων, Jos. Scaligero [*ad Chron. Euseb. p.* 89.] Frid. Taubmanno [*ad Plauti Trinum, Act. II. Sc.* 4., *p. m.* 1341.] Casp. Barthio [*L.* 24. *Advers. c.* 9.] Tanaqu. Fabro [*in Tr. de Poet. Græcis p.* 43. 44.] & Adr. Baileto [*T. IV. Judiciorum de Eruditis, P. I. p.* 120. 121.] Calculum his suum etiam adjicit, Ol. Borrichius (144.) & Phocylidem quendam, Ethnico ὁμώνυμον, *quem plures Eruditorum Alexandrinum faciunt, alii Judæum, alii rectius fortasſis Christianum*, Poematis istius Parentem verum esse, judicat.

LVI. PLUTARCHO Seniori, Chæroneensi Boeotio, Boeotarcho, & Civitatis Patriæ Prætori, Apollinisque tandem Pythii, sub ANTONINO Pio, Sacerdoti, Consulari etiam, a Trajano, Dignitate ornato, Scriptori πολυμαθείας Laude nemini Veterum Secundo, vulgo tribuuntur, ac reliquis ejus immiscentur Operibus, Monumenta Filii ipsius, PLUTARCHI Junioris, (145.) non pauca. *Huic* utique vindicantur, & illi abjudicantur: 1. *Apophtegmata Regum & Imperatorum*, ad Trajanum, a Vossio [*L.* 2. *de Hist. Gr. c.* 10. *p.* 209.] & Guilh. Xylandro, quanquam dubitabundo [*in Præfat. Plutarchi*, ubi hæc legas: *Nostrine Plutarchi sit id Opus, an ab alio, & fortasſis Filio, ex Scriptis ejus consarcinatum, quæri, ut puto, non abs re potest.* (146.) 2. Libri V. τῶν

Ἀρε-

(145.) V. de illo Jonsium *L.* 3. *c.* 6. *p.* 238. Voss. *L.* 2. *c.* 10. *p.* 210.

(146.) Conf. Mart. Hanckii *Lib.* 2. *de Scr. R. Rom. P. II. c.* 12. *p.* 266.

ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, seu *de placitis philosophorum*, a Vossio [*l. c. p.* 210. *& in Respons. pro Libro Grotii de Satisfact. J. C. adversus Herm. Ravenspergerum, c.* 1.] & Joh. Jonsio, Patrum quidem, Seniori istos tribuentium, imprimis Eusebii, initio studiosiore, sed tandem tamen, ob Methodi a Libris Plutarchi aliis Discrepantiam, Silentium de iis in scriptis reliquis omnibus, Contradictiones quasdam, & Eusebii Credulitatem in talibus, ad amplectendam Vossii sententiam procliviore [*L.* 3. *c.* 6. *p.* 234.] 3. Parallela Minora a Vossio [*L.* 1. *c.* 17. *p.* 112.] 4. Liber περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων, a Vossio (*L.* 2. *c.* 10. *p.* 210.) Thoma Reinesio (*L.* 3. *Var. Lect. c.* 13. *p.* 556.) &, quem is allegat, Phil. Jac. Maussaco, ejus Exegeta, Seniori quidem plurimis illum Argumentis asserere annixo, sed fasso tamen nihilominus [*in Notis p.* 206.] *fieri posse, ut alius sit hic Plutarchus a Chæronensi.* Id quod etiam Jos. Simlerus [*in Biblioth. p.* 582.] ex stylo, & nudo Plutarchi Nomine præfixo, jam collegit.

LVII. Pollionis valerii, Alexandrini, Grammatici Ævo Adrianæo Celebris, & M. Antonini Præceptoribus a Capitolino annumerati, Ἀπομνημονεύματα, sive *Dicta & Facta Memorabilia, Musonii Philosophi*, Suidas perperam tribuit asinio pollioni, Pompeji M. Coævo, ante natum Musonium hunc Rufum, Tyrrhenum, Philosophum, ex Ord. Equestri, Neronis & Vespasianorum Temporibus, Stoicum, jam

jam defuncto, uti, in prolixiuſcula de Ætate & Vita Muſonii παρεκβάσει [*L.* 3. *c.* 7. *p.* 246-249.] Joh. Jonſius accurate demonſtravit.

LVIII. Porphyrium ſive Malchum (quod Nomen ejus fuit Vernaculum,) patria vel Bataneoten Syrum (uti Hieronymus,) vel Tyrium (ut ipſe, cum Eunapio & Suida, teſtatur,) Philoſophum paganum, ſub Aureliano & Diocletiano Impp. famigeratisſimum, Chriſtianorum autem Hoſtem Infenſiſſimum, ſenem nihilominus ad horum ſacra, relictis Gentilibus, tranſiiſſe, Cæſar Baronius [*in Annal. Eccl. ad A.* 325.] ſtatuit, &, pro ſententia hac ſua, ſequentia ex Hieronymi Chronicis Verba (*ad A.* 2345.) allegat: *Porphyrius, miſſo ad Conſtantinum inſigni Volumine, Exilio liberatur.* Verum intelligenda hæc eſſe de Publitio Optatiano Porphyrio, cujus hodienum ſupereſt Carmen ad Conſtantinum M. Panegyricum, Voſſio Judice Laborioſisſimum, Cavio autem Nugacisſimum, Chriſtianiſmum *A*utoris ſui indicans, quo ille (teſte etiam Beda in *Lib. de Metris*) Liberationem ab Exilio meruit, iſtum autem male a Baronio cum Philoſopho (qui nec in Exilium eſt miſſus, nec ſua retractavit, nec iſtis temporibus amplius fuit ſuperſtes) male confundi, poſt Joſ. Scaligerum (*in Animadvv. ad Euſebii Chron. p.* 250.) dextre oſtenſum eſt a Voſſio [*L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 16. *p.* 245.] & hunc ſecuto Gothofr. Voigtio (*in Exerc. Hiſt. de SS. Unius Divinit. Triade c.* 2. *p.* 47.] Conf. Guilh. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl.*

Eccl. p. 78. ubi, ipsum etiam Baronium suum deinde Errorem (*ad eundem A.* 325.) correxisse, testatur.

LIX. POSIDONIO Alexandrino, Philosopho circa Olymp. 130. Stoico, Zenonisque Gittiensis Discipulo, diu ante natum Polybium mortuo, falso adscribi a Suida Libros Historiarum LII, Polybianam continuantes Historiam, quos *A*thenæus POSIDONIO Apameensi Syro, Philosopho ejusdem Sectæ *S*toicæ Rhodio, Pompejo & Cæsari coævo, recte tribuit, subductis accurate temporum rationibus, fuse ostendit G. J. Vossius *L.* 1. *de Hist. Gr. c.* 24. *p.* 154-157. Observavit autem, & ante illum, hunc Suidæ Errorem Simlerus *p.* 586.

LX. CLAUDIO PTOLOMÆO, Mathematico Ægyptico, sub M. Aurelio Cæsare, circa Olymp. 235. Illustri, Albumazar, ac, qui hunc secutus est, Sim. Grynæus [*in Præfat. illius,*] & alii, ὁμωνυμίᾳ decepti, Regiam affinxerunt dignitatem, & Locum inter Ptolomæos, Ægypti Monarchas, temere assignarunt. Pet. Cirvellus autem, cœteris audacior (*in Præf. Comm. in Sphœram Mundi Parisiis A.* 1508. *editi,*) cum Ptolomæo Philadelpho, Regum ei Cognominum Secundo, eundem illum fuisse, affirmare non dubitavit. Veriora de illo hos docuit, præter alios, G. *J.* Vossius, *in Lib. de Scient. Math. c.* 33. §. 14-21.

LXI. PYTHAGORAM SAMIUM, Philosophum, circa Olymp. 60. Illustrem, cum Pythagora

gora Phliasio, Corporum Exercitatore & Alipta, ipsi coævo, imo ipsius Sectatore, Eratoclisque Filio, confundunt, quotquot cum Phavorino [*L. 3. Commentariorum*, a Laertio *Lib.* 8. allegato,] Malcho seu Porphyrio (*in Vita Pythagoræ*) Casp. Barthio [*L.* 10. *Advers. c.* 25.] & Jac. Dalechampio (*in Not. ad Plin.* 23. *c.* 7.) primum illum Athletas, Caricis antea siccis, Caseis & Tritico, nutriri solitos, Carnibus aluisse, contendunt, cum tamen harum Esum, uti Laertius, & ipse Barthius, apposite monent, damnaverit. Rectius Philasium Athletas Creophagiæ assuefecisse, ex Plinio Majore (*L.* 23. *Hist. Nat. c.* 7.) Plinio Valeriano (*L.* 4. *c.* 46.) & Jamblicho (*L.* 1. *de Vita Pythag. c.* 5.) docent Joh. Jonsius (*L.* 4. *de Scr. Hist. Phil. p.* 341. 342.) Thom. Reinesius, Barthium erroris convincens (*L.* 2. *Var. Lect. c.* 8. *p.* 201. 202. *& in Addendis p.* 683. 684.), &, quos hic, tanquam ὁμοψήφους, allegat, Conr. Rittershusius (*in Notis. ad Malchum*) & Johannes Meursius (*in Not. ad Aristoxeni Elem. Harmonica p.* 151.) A Pythagora Zacynthio Dicterium illud proverbiale: Ἀυτὸς ἔφα, quod ad Philosophum Samium vulgo detorquetur, in publicum manasse, Laertius, in hujus Vita, *H*omonymos enumerans, testatur. De Proverbio: Ἐν Σάμῳ κομήτης, an a Pythagora Samio, Philosopho, an vero a Pugile ejusdem Nominis Samio, traxerit Originem, V. Disceptationem Jonsii *Lib.* 4., *p.* 343. 344.

LXII. Scylaces tres Caryandenses, a Sui-

a Suida in unum conflatos, Primum, sc. Indicorum Scriptorem, Dario Hystaspidi coævum, Secundum, περίπλȣ, a Dav. Hoeschelio, inter Geographos Græcos editi, & a Filio suo, Isaaco, A. 1639. Versione Latina ac Notis illustrati, vel Autorem, Dario Notho forte συγχρονον, vel Abbreviatorem, Tertium vero Polybio, adversus quem Ἀντιγραφὴν scripsit, imperante Ptolomæo VII., sive Physcone, supparem, Conjecturis diversis, qua fieri id potuit, distinguere accuratius allaborat G. J. Vossius, *L.* 1. *de Hist. Gr. c.* 19. *p.* 124. 125. 126.

LXIII. Qui SEXTUM EMPIRICUM, *Philosophum Pyrrhonium*, *Hypothesium* Pyrrhoniarum Autorem, Galeno vel Æqualem, vel paulo juniorem, cum SEXTO CHÆRONENSI, Plutarchi e Sorore Nepote, philosopho Stoico, vel, juxta Suidam, itidem pyrrhonio, & M. Aurelii Imp. Præceptore, eundem esse credunt, tribus argumentis, a Suidæ, illos distinguentis, Testimonio, præceptorumque, & Sectæ, cui adhæserunt, philosophicæ, diversitate, desumptis, refutantur ad Joh. Jonsio [coætaneos forsitan fuisse non inficiante,] *L.* 3. *de Scr. Hist. Phil. c.* 12. *p.* 274. 275.

LXIV. Tres SORANOS Medicos (1. Ephesium Seniorem, Medicum, sub Trajano & Adriano, Alexandrinum atque Romanum, multis Ingenii Monumentis inclytum; 2. Ephesium Juniorem, qui Γυναικείων Libros IV. & Ἰατρῶν Βίȣς καὶ Αἱρέσεις, reliquit; 3. Cilicem, cognomento

Malloten,) ex Suida enumerat Vossius *L. 3. de Hist. Gr. p.* 414. 415. Incertum est, cuinam ex istis *Isagoge in Artem Medendi*, Basileæ ab Andr. Cratandro A. 1528. impressa, & ab Aldo Manutio A. 1547. inter Medicos Antiquos, recusa, debeatur. Simlerus (*in Biblioth. p.* 634.) Ephesio Seniori, Lindanus (*in Tr. de Scr. Med. p.* 575.) Ephesio Juniori, *Joh.* Lonæus Boscius autem, Med. PP. Ingolst. a Vossio allegatus (*in Or. de Medicina Autoribus*,) Cilici, eam vindicat. Vossio, nullus horum Autor videtur, sed homo potius Latinus, quod *in Originum Libris* se ostensurum promittit.

LXV. SOSIBIO Laconi, Grammatico, *Ptolomæi Philadelphi* Ætate Celebri, ob scripta varia philologica & Historica, a *Jonsio* accurate [*L. 2. c. 3. p.* 126. 127.] enumerata, Famam posthumam, & Ἐπιλυτικοῦ Agnomen, adepto, a Scholiaste Theocriti (*ad Idyll. X.*) & Casaubono [*in Lectt. Theocriteis c.* 12.] *Daphnis* etiam tribuitur, vero Autori SOSITHEO, *Poetæ*, a Jonsio, ex Athenæo (*L.* 10. *c.* 3.) & aliis *Scholiastæ* Theocritei Editionibus, restitutus. Ambigit tamen is, an Sositheus hic sit *Poeta* Theocrito, circa Olymp. 130. σύγχρονος, an vero alter, Tragicorum *Pleiadi* [Olymp. 164.] annumeratus, cujus Fragmenta, cum aliis Vett. Tragicorum λειψάνοις, edidit Hugo Grotius, ὁ τρισμέγιστος.

LXVI. SOTIONEM Alexandrinum, *Ptolomæo* Epiphani, Jonsio Judice, coævum, cujus

Opus

Opus de *S*uccesſionibus *P*hiloſophorum Heraclides Lembus, ſub Ptolomæi Philometoris imperio, in Compendium redegit, a quibusdam confundi cum SOTIONE philoſopho, quem Jonſius vocat, παραδοξολόγῳ, Res Alexandri M. Tiberio imperante, ſcriptis perſecuto, Voſſius refert, & in diſtinguendis illis occupatur, *L. 2. de Hiſt. Gr. c. 7. p.* 188. 189. Fatetur autem, ſe ignorare, an Liber de Ira, a Stobæo, ſub *S*otionis allegatus nomine, & κέρας ἀμαλθείας, a Gellio (*L.* 1. *c.* 8.) *S*otioni tributum peripatetico, alterutri ex his duobus, an vero tertio cuidam ejusdem Nominis, debeantur. Certiora de iis docere conatur Jonſius (*L. 2. c.* 10. *p.* 166.) illum *S*otioni Alexandrino, *S*toico, *S*enecæ præceptori, hoc autem *S*otioni Alexandrino, Apollonii peripatetici Fratri Natu Minori (quem Plutarchi *Lib. de Fratrum Amore* memorat,) conjecturis eruditis vindicans.

LXVII. XVII. Geographiæ Libros, qui hodienum ſuperſunt, & ab Eruditis *S*TRABONI Amaſeno pontico, philoſopho Ævi Tiberiani *S*toico, πολυτρόπῳ pariter atque πολυμαθεστάτῳ, unanimi tribuuntur conſenſu, Franc. Patritius, *S*trabonis hujus Geographiam intercidiſſe credens, *S*TRATONI vindicat, Geographo, quem *S*uidas memorat, & ſub Tiberio vixiſſe tradit, ſed ex *S*trabone haud dubie [quod & Voſſius (147.) hariolatur,] per Errorem, ex Nominum affinitate ortum, effinxit, itidem Amaſeno. Merito

(147.) *L.* 1. *de Hiſt. Gr. c.* 20. *p.* 130.

Digitized by Google

tito explosa est hæc ipsius Sententia, tum a Vossio (148.) tum a Jonsio (149.) qui etiam ad Argumenta, quibus [*T. 1. Discuss. Peripat. L. 3.*] ex Athenæi (Posidonium, Strabonis Æqualem, Africano Pliniori coævum fuisse, atque adeo integro ante Geographiæ hujus Autorem vixisse sesquiseculo, testantis, & nonnulla ex eadem, quæ in Libris 17. superstitibus, vel non exstant, vel aliter leguntur, citantis) *L. XII. c. 12. & XIV. c. 21.* eandem incrustare nititur, dextre respondit, Deipnosophistæque Athenæani de Ætate Posidonii Apameensis (cum Panætio Stoico, Scipionis Familiari, confusi) Errorem solide confutavit.

LXVIII. STRATONES VIII. Ὁμωνύμους, Laertius (*Lib. 5.*) in Vita STRATONIS Lampsaceni, Secundi illorum, enumerat, & huic, phisici Agnomine Inclyto, Theophrasti Discipulo, &, in Scholæ Peripateticæ Regimine, circa Olymp. 123. Successori, Ptolomæi autem Philadelphi præceptori, præter alia scripta quamplurima, duos tribuit Εὑρημάτων, sive Rerum Inventarum, Elenchos, a Clemente etiam Alexandrino (*L. 1. Strom.*) laudatos. Nihilo tamen minus Vossius (150.) quem negligenter admodum Laertii locum inspexisse patet, Stratoni Peripatetico Juniori, qui Alexandriæ vixit, & Octavus, sive ultimus, est inter Stra ones Laertii

(148.) *l. c. & in Lib. de Philologia, c. 11. §. 8. p. 61.*
(149.) *L. 2. c. 16. p. 200 - 203.*
(150.) *L. 1. de Hist. Gr. c. 20. p. 130.*

ertii ὁμωνύμως, eosdem Elenchos, insigni ἀβλεψίᾳ adscribit, castigatus ob illam, tum a Thoma Reinesio (*L.* 2. *Var. Lect. c.* 6. *p.* 159.] tum a Joh: Jonsio (*L.* 2. *c.* 2. *p.* 122.)

LXIX. THEAGENEM Rheginum, Historicum Cambysi, circa Olymp. 63. σύγχρονον, Vossius [*L.* 1. *de Hist. Gr. c.* 1. *p.* 5. 6.] celebrat, sed Scriptum ejus de Homero, a Tatiano (in Λόγῳ πρὸς Ἕλληνας, §. 48.) & Eusebio (*L.* 10. *Præpar. Evang.*) laudatum, silentio involvit, licet & Tatiani, & Eusebii, Loca, ad Ætatem Autoris definiendam, alleget. Alibi contra (*L.* 3. *p.* 417.) Scripti hujus de Homero Mentionem, ex Suida & Aristophanis Scholiaste, quidem injicit, sed Theageni illud male tribuit alteri, Grammatico incertæ ætatis, Caricorum & Macedonicorum Scriptori. Notavit hunc ejus Lapsum Jonsius *L.* 1. *c.* 3. *p.* 26.

LXX. Inter Fœminas, Pythagoræ Discipulas & Sectatrices, non una inclaruit THEANO. Gavisa enim est hoc Nomine Pythagoræ ipsius, Uxor, ortu Crotonias, Philosophia & Poetria insignis, quam, defuncto Marito, Scholæ præfuisse, Theodoretus (*Serm.* 2.) testatur. Gavisæ sunt eodem Filia Pythagoræ, a Photio [*Cod.* 249.] memorata, &, quæ Tertia duabus his accedit, Theano Metapontina, vel Thuria Leophronis Filia, Brontini Pythagoræi Conjux, cujus Librum de Pythagora, & Apophtegmata Pythagorea Suidas allegat. Sæpius has confundi Jonsius (*L.* 1. *c.* 3. *p.* 22.) non immerito conqueritur, & Apophtegmata, quæ Suidas ultimæ, uti jam dictum,

adſcripſit, a Theone (*in Progymn. c. 5.*) & Stobæo, primæ haud dubie tribui, ſimul obſervat. Quam ἐναντιοφάνειαν ut tollat, ſcripta illa eſſe, conjicit, a Crotoniade, Pythagoræ Uxòre, ſed a Metapontina poſtmodum in unum Volumen collecta.

LXXI. THEMISTOCLEM Athenienſem, Sophiſtam, ab Eunapio (*in Juliano*) memoratum, a *Joſ.* Scaligero (*in Notis ad Euſebii Chron. p. 263.*) cum THEMISTOCLE Stoico, *Plotini* coætaneo [cujus Porphyrius, in *Vita Plotini*, Præceptoribus ſui, & Euſebius, *L. 1. Chronici*, meminerunt,] confundi, obiter monuit Jonſius *L. 3. c. 15. p. 288.*

LXXII. THEODOSIUM Pyrrhonium, qui, præter κεφάλαια Σκεπτικὰ, a Suida, & Laertio (*L. 9. in Vita Pyrrhonis*) laudata, Librum etiam in Theudam Laodicenum, Philoſophum Empiricum, ſcripſit, cum Theodoſio *Aſtronomo*, *Sphoericorum*, quæ ſuperſunt, a J. Pena edita, ac Lat. verſa, aliorumque Librorum *Aſtronomicorum*, Scriptore, confudiſſe videtur Suidas, obſervante Jonſio *L. 3. c. 12. p. 275.* Eandem Confuſionem obſerves in *Joſ.* Simleri *Bibliotheca* (151.) omnia *Aſtronomi* Scripta *Pyrrhonio* tribuente.

LXXIII. THEODORUM PRISCIANUM, Scriptorem Seculi V. Medicum (152.) Vindiciani

(151.) *p. 653.*

(152.) Scripta ejus, & illorum Editiones, V. ap. Simlerum *p. 652.* & Lindanum *p. 586.*

ciani, Archiatrorum in Valentiniani Imp. Aulæ Comitis, D. Auguſtino συγχρόνῳ, Diſcipulum [quem *H*ermannus, Comes Nevenarius, & Otto Brunfelſius, Octavianum Horatianum falſo appellarunt,) Thom. Reineſius [*L.* 3. *Var. Lectt.* *c.* 17. *p.* 643. 644.] eundem eſſe credidit cum THEODORO MUSCIENO, e cujus *Capite* 58, Pharmaci cujusdam *A*ntiEpileptici Deſcriptio, ab Alex. Tralliano (*L.* 1. *c.* 21.) recitatur. Sed Lapſum hunc ſuum, ipſe, tredecim poſt Annis, in Epiſt. ad Chr. Daumium d. 23. Oct. A. 1653. ſcripta (153.) & detexit & correxit, Cenſor Errorum, non minus propriorum, quam alienorum, candidisſimus & Eruditisſimus.

LXXIV. THEOPOMPUM CHIUM, Hiſtoricum, Oratorem & Epiſtolographum magni nominis, Artaxerxi Ocho & Philippo Macedoni coævum, Diſcipulorum Iſocratis, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, ἐπιφανέϛατον, Epitomen Hiſtoriæ Herodoti, una cum Ephoro Cumano, Æquali ſuo, Libris II. concinnaſſe, Suidas teſtatur. Sed, cum iſtius Operis nemo Veterum, præter Suidam, meminerit, Vosſius (154.) Scriptores cognomines, a Lexicographo hoc, cenſet eſſe confuſos, Epitomenque illam Theopompo cuipiam *J*uniori, Cnidio forte, Julii Cæſaris Amico, a Strabone (*L.* 14.) commendato, vel Sinopenſi, Libri περὶ σεισμῶν, a *P*hlegonte Tralliano [*in Tr. de Rebus mirabilibus c.* 19.] citati Autori, vindicandam.

 LXXV.

(153.) *V. Epp. ad Daumium, num.* 51. *p.* 136. 137.
(154.) *L.* 1. *de Hiſt. Gr. cap.* 3. *p.* 16. & *c.* 7. *p.* 31.

LXXV. Timæo Locro, Philosopho Pythagorico, Socratis Æquali, & Platonis (qui Dialogorum uni Nomen ejus imposuit) Præceptori, a Suida tribuitur Vita *Pythagoræ*, in ejusdem Argumenti Scripto, a Malcho quoque sive *Porphyrio*, allegata. Hanc, solis *Conjecturis*, nullis autem *Argumentis*, nixi Timæo Siculo, sive Tauromenitæ, Historico, sub *Ptolomæorum*, tum Lagidæ, tum Philadelphi, imperio, Celebri ac πολυγράφῳ, sed, ob ἀκρισίαν, γραοσυλλέκτρίας, & ob maledicentiam Ἐπιτιμαίς, *Agnomina* nacto, parum honorifica, asserunt Conr. Rittershusius [*in Not. ad Malchum,*] Joh. Meursius (*in Not. ad Nicomachi Lib. 1.*) & Joh. Jonsius [*L. 1. de Scr. Hist. Phil. c. 6. p. 32.*] *Sed* merito ab his dissentit, &, cum Suida ac Vossio [*L. 1. de Hist. Gr. c. 12. p. 82. & L. 4. c. 8. p. 459.*] Locro Fœtum suum restituit κριτικώτατος Reinesius (*L. 3. Var. Lectt. c. 2. p. 345.*) cum nulla ea de re dubitandi causa queat proferri. Rectius Librum περὶ τῶν παρὰ πλάτωνι λέξεων, a Photio (*in Biblioth.*) laudatum, & a Joh. Meursio Locro vindicatum, huic, Platonis quippe Magistro, & ipso proinde antiquiori, abjudicaveris, cum Vossio [*l. c. p. 459.*] & Reinesio [*l. c.*] vel Siculum, vel potius alium, & Locro, & Siculo, juniorem, ac ab utroque diversum, Onomastici istius Platonici Autorem esse, persuasis. Sententiæ horum suum etiam adjicit Calculum *Jonsius* (*l. c.*) & Timæo Cyziceno, Platonis Auditori, Demochari [*apud Athe-*

thenæum L. 11. *c.* 15.] memorato, deberi illud, conjectat.

LXXVI. VECTIUS vel VETTIUS VALENS (Camerarius, Fragmenti ejus Editor, perperam *Vestium* vocavit) Syrus, Mathematicus fuit Antiochenus, Trajano, Adriano & Antoninis imperantibus, Indigena, & proinde Cl. Ptolomæo Mathematico coævus, uti è Lectione ejus Joh. Seldenus (155.) deprehendit, &, ex illo vicissim atque Scaligero, (156.) Thom. Reinesius (157.) inculcavit. Græce is scripsit, non Latine, uti Casp. Barthius, (158.) à Reinesio (159.) meliora edoctus, putabat, *Anthologias Mathematicas & Astrologicas* (Interpres Fragmenti Latinus *Florida*, Hermol. Barbarus autem (160.) male *Antilogias* appellavit) quas integras, sed ἀνεκδότȣς (præter Fragmentum enim de Naturis, potestate & Effectibus VII. Planetarum, è *Lib.* 1. Latinum, inter Opuscula veterum Græca Astrologica, Noribergæ A. 1532. à Joach. Camerario editum, nihil illarum publice legitur,) in Bibliotheca Lucæ Gaurici Romana, Gesnerus & Simlerus, & in Londinensi Johannis Dee, Chimica & Mathematici, Joh. Seldenus, exstitisse perhibent, Lugduno-Batava au-

Y 5 tem

(155.) *Synt. I. de Diis Syris c.* 1. *p.* 87. & *in Prolegg. c.* 3. *p.* 35.
(156.) *in Annott. ad Euseb. Chron. p.* 275.
(157.) *L.* 3. *Var. Lect. c.* 14. *p.* 558. 559. 560. & *in Addendis p.* 692. 693.
(158.) *L.* 5. *Advers. c.* 19. *L.* 11 *c.* 3. *L.* 8. *c.* 4.
(159.) *l. c.*
(160.) *in Castigatt. ad Plin. l.* 7. *c.* 49.

tem etiamnum ſupereſſe, *Joh.* Hallervordius (161.) teſtatur. Caſp. Barthium, qui (162.) Operis hujus, quod falſo periiſſe putat (163.) Autorem eundem eſſe credidit, cum Valente Aſtronomo, Conſtantini M. Coætaneo, *τῶν τότε περὶ τὴν τέχνην ταύτην ἐσχολακότων ἀκριβεστέρῳ*, qui Conſtantinopoli, recens ab Imperatore hoc inſtauratæ, inſpecto ejus Horoſcopo, Thema erexiſſe Genethliacum, à Cedreno, Zonara & Mich. Glyca, perhibetur, Reineſius (164.) Argumentis aliquot refellit. Sed talia illa ſunt, quæ Barthii, Latio hunc Scriptorem falſo vindicantis, Errorem, *κατ' ἄνθρωπον* ſaltem, deſtruentia, Voſſio, quem huic *ὁμόψηφον* eſſe (165.) obſervamus, opponi nequeunt, cum Græcis ille Autoribus Vettium accenſeat. Vetat etiam Reineſius eundem confundi cum Vectio Valente, Novæ Medicorum Sectæ Conditore, & Eloquentiæ Sectatore, à *Plinio* [*L.* 29. *c.* 1.] memorato, à Cœlio autem *Aureliano* Scriptoribus annumerato Medicis, qui, temporibus Claudianis, ad ſummam potentiam, Meſſalinæ Conſuetudine evectus, ſed tandem à Claudio ad ſupplicium trahi juſſus eſſe, à Tacito (L. 11. *Annal.*) perhibetur. Cujus Sententiæ tamen nulli ab eo allegantur Fautores.

LXXVII.

(161.) *in Biblioth. Curioſa p.* 398.
(162.) *L.* 5. *c.* 4. *Adverſ.*
(163.) *L.* 16. *Adv. c.* 8.
(164.) *l. c.*
(165.) *Lib. de Scient. Math. c.* 37. *§.* 6. *II.*

LXXVII. Xantho Lydo, Candaulis Filio, Scriptori Lydiacorum & Magicorum, circa Olymp. 70. Hiſtorico Sardiano, Voſſius (165.) Commentarium etiam tribuit de Viris Illuſtribus & Eruditis, è quo Laertius (L. 8.) de Empedocle, Clemens vero Alexandr. (*l.* 1. *Strom.*) de Leſche Poeta, nonnulla, ſub Xanthi Nomine, allegant. Verum, cum Empedocles, ipſo junior, Olymp. demum 84. floruerit, nec proinde à Lydo hoc celebratum illum eſſe ſit veriſimile, Joh. Jonſius (166.) Xanthum, Muſicum Athenienſem, ipſi ὁμώνυμον, Theophraſto autem σύγχρονον, à Laertio (*L.* 4. *in Vita Arceſilai*, Diſcipuli ejus) laudatum, Verum Hiſtoriæ iſtius Eruditorum potius credit eſſe Autorem.

LXXVIII. Xysti, Vel (uti ab aliis appellatur) Sexti, aut Q. Sextii. Patris, Philoſophi Pythagoræi (è quo Ciceronem, Senecam, Plinium, Plutarchum, Jamblichum, & M. Antoninum Philoſophum, quamplurima hauſiſſe, Thom. Galius (167.) oſtendit) *Sententias* 430, in Tomo Bibliothecæ Patrum Bignæanæ Pariſienſis IIdæ, A. 1589. excuſæ, Vto obvias, à ſe ex Serm. Græco in Lat. traductas, Ruffinus, *P*resb. *A*quilegienſis, ſub Sixti II. *P*ontificis ex Philoſo-

(165.) *L.* 4. *de Hiſt. Gr. P. I. c.* 5. *p.* 451. 452. Conf. *L.* 1. *c.* 2. *p.* 11. 12.

(166.) *L.* 1. *de Scr. Hiſt. Phil. c.* 19. *p.* 104. 105.

(167.) *in Præfat. ad Sententias ejus, Opuſculis Mythologicis, Phyſicis & Ethicis Veterum*, Cantabr. A. 1671. & Amſtelod. A. 1688. à ſe editis ac illuſtratis, inſertas. *V. Acta Erudd. Lipſ. A.* 1688. *M. Sept. p.* 478.

losopho Atheniensi Romani, Martyrio, *A. C.* 257. Valeriano imperante, affecti, nomine, publicavit, & ita Hominis Ethnici ac Romani Libellum Doctori Ecclesiæ Christianæ supposuit. Ipsi certe *A*ugustino ab illo est impositum, qui, *in Lib. de Natura & Gratia c.* 64. Sententias has, tanquam Foetum Sixti Pontificis genuinum, allegavit, sed, alia omnia postea edoctus, Errorem suum, *L. 2. Retractat. c.* 42. ingenue agnovit & emendavit. Præter Augustinum, eandem Ruffini, sive Fraudem, sive ἀβλεψίαν, in Homonymorum Confusione, detexerunt Hieronymus *in Epist. ad Ctesiphontem, & in Comm. ad c.* 22. *Jeremiæ ac c.* 18. *Ezech.* Gelasius, *in Can. Sancta Romana* (ubi ab *H*æreticis eas esse conscriptas falso opinatur,) & Gennadius, *in Catal. Scr. Eccl.* Conf. hanc in rem, Marg. Bignæum (*in Præfat. illarum, T. V. Bibl. PP. obvia,*) Rob. Bellarminum (*in Lib. de Scr. Eccl. p. m.* 60. 115.) *And.* Rivetum (*L. 2. Crit. S. c.* 19. *p.* 243.) Joh. Gerhardum (*in Patrol. p.* 161.) J. C. Danhauerum [*in Christeide, Act. I. p.* 901.] Joh. Hülsemannum [*in Patrol. p.* 1051.] Lud. Jacobum à S. Carolo [*in Biblioth. Pontificia, Lib.* 1. *p.* 201.] Phil. Labbeum [*T. II. Dissert. de Scr. Eccl. p.* 359.) Chr. Sandium (*in Tr. de Scr. Eccl. Nucleo Hist. Eccl. præfixo, p. m.* 89.) J. Gotfr. Olearium (*in Abaco Patrol. p.* 435.] Vinc. Placcium [*in Tr. de Scr. Anon. & Pseudon. p.* 259.] & Thom. Galium *l. c.*

LXXIX. Zosimi Panopolitæ, Scriptoris Chymici, Magni atque Oecumenici Agnomina

na ab Artis hujus Amaſiis adepti (168.) imo, Conringio (169.) Judice [cui tamen à Borrichio [170.] contradicitur,] Autorum illius, qui hodie ſuperſunt, omnium Antiquiſſimi, Olympiodorum [de quo *Cap. ſequ.* agetur] nacti Exegetam, Hiſtoriam, Ætatem & Religionem, non Eruditorum ſolum de iis Diſſenſus, ſed & Homonymia aliorum, denſæ adeo incertitudinis involvit Caligini, ut certi quicquam polliceri vix queamus. Λόγους ejus χειμευτικοὺς, ſive Scripta Chymica (non Frigida, uti And. Schottus male tranſtulit,) Photius *Cod.* 170. memorat. Libri 24. Ἰμοῦθ [nomen hoc eſt Chemiæ Ægyptium, ex Th. Reineſii [171.] ſententia] πρὸς Θεοσέβειαν Ἀδελφὴν à Suida, ſub Zoſimi Philoſophi Alexandrini, Nomine, laudati, eidem à pleriſque vindicantur. Alia Scripta ejusdem Argumenti ἀνέκδοτα quamplurima, in Collectionibus Scriptorum Chemiæ Græcorum Pariſienſi, Altenburgenſi, Scorialenſi, Bavarica, &c. obvia, Thom. Reineſius [172.] & Ol. Borrichius [173.] Αὐτόπται, fuſe enumerant. Conringio [174.] ætate Conſtantini M. videtur inferior,

(168.) teſte Autore Anonymo *Tr. de Ratione dealbandi Aqu. Divin.* quem allegat. Ol. Borrichius *in ſap. Herm. Vind. L.* 1. *c.* 3. §. 17. *p.* 78.

(169.) *L.* 1. *de Med. Herm. c.* 3. *p.* 17.

(170.) *l. c.*

(171.) *L.* 3. *Var. Lect. c.* 3. *p.* 380.

(172.) *l. c. p.* 380. 381.

(173.) *l. c. c.* 3. §. 2. *p.* 49.

(174.) *l. c. L.* 1. *c.* 3. *p.* 25.

rior, Borrichio [175.] eadem anterior, Reinesio autem, quem Morhofius [176.] ab illo dissentiens, allegat (*in Scholiis ad Codicem Scriptorum Chymicorum Altenburgicum ἀνεκδότοις*,) ob Simplicium quorumdã, Græcis ignotorum, & ab Arabibus atque Persis inventorum, Σοφῶν item Ἰσμαηλιτῶν, sive Philosophorum Arabico-Muhammedanorum, mentionem, infra A. C. 900. saltem quoad nonnulla Scripta, ablegandus. Religioni Paganæ addictum fuisse, multi opinantur, Morhofius vero Christianis accenset (177.) Cum Zosimo, Comite, & Fisci Exadvocato, Scriptore Ethnico, qui sub Theodosii Junioris Claruit imperio, & Libros VI. Historiæ Romanæ, Græce scriptos, nobis reliquit, idem esse videtur Balth. Bonifacio (178.) Th. Rheinesio (179.) &, uti Morhofius censet, ipsi etiam Photio (*Cod.* 170.) Simlerus (180.) pronior est in Zosimum, *Philosophum* in certæ ætatis Alexandrinum, Librorum 24. Chymicorum Autorem, Suidæ memoratum. A qua Sententia nec Reinesium, cum *Varias* ederet *Lectiones*, abhorruisse, è *Lib.* 3. *c.* 3. (181.) colligas. Borrichius (182.) Zosimum substituit Medicum, Constantino M. longe

175.) *l. c. L.* 1. *c.* 3. §. 17. *p.* 78.
(176.) *P. I. Polyhist. L.* 1. *c.* 11. *n.* 107. 108.
(177.) *l. c. p.* 108.
(178.) *in Excerptis de Hist. Rom. Scriptoribus*, *n.* 32. *p.* 59.
(179.) apud Morhofium *l. c. p.* 108.
(180.) *in Biblioth. p.* 691
(181.) *p.* 380.
(182.) *l. c. p.* 79.

longe vetustiorem, cujus Unguentum, Tremulis utile, *Paulus* Ægineta (*L.7.c.19.*) commendat, cujusque Ophtalmicon, ex Cadmia usta, Ære usto, & Stibio, à Galeno (*L.4.de Compos. Medicam. secundum locos, c.7.*) laudatur. Morhofius huc illuc anceps fluctuat, &, in aliorum sententiis recensendis & discutiendis, unice occupatus, nulli tamen accedit, imo sibi ipsi contradicit. Medo enim (183.) non unum esse omnium Opusculorum Zosimi Chemicorum Autorem, sed quædam ex illis Juniorem loqui ætatem, & proinde, vel cognomini cuidam deberi, vel Zosimo Veteri esse supposita, Reinesianis convictus *A*rgumentis, agnoscit, Modo contra (184.) mutata mente, Reinesio, Zosimi Tractatus de variis Metallicis speciales hoc pacto discerpenti, & diversis assignanti Autoribus, indignatur. Meum non est hic agere palæmonem.

Omnia sunt incerta, & adhuc sub Judice Lis est.

CAPUT IV.

De Scriptoribus Paganis, Qui Latine scripserunt, ob Homonymiam confusis.

I.

SI vera sunt, quæ de ÆTHICI ISTRI, Scriptoris Theodosio, ex Simleri, Casp. Barthii

(183.) *l.c.p.* 104.
(184.) *ib.p.* 107. 108.

thii (1.) & aliorum, Sententia, coævi, Cosmographia, à Jos. Simlero edita, & in Codicibus aliquot Mss. Julio Oratori, ab Alberto M. autem Julio Cæsari, absurde tributa, Rhabanus Maurus (*in Lib. de Inventione Linguarum*,) apud Vossium (2.) narrat, è Græco sc. Sermone, & hanc, & Historica ejus alia, à S. Hieronymo, in Latinum esse translata, Locus illi, in Capite præcedenti, omnino debebatur. Verum, cum dubiæ sit Fidei hæc Narratio, imo, Vossio (3.) Judice, meras crepet nugas, ac Liber præterea ipse Latine tantum supersit, nihil prohibet, quo minus, ejusdem Vossii exemplo, Scriptorum Latinorum Recensum ab illo exordiamur. Censent autem Vossius, Theod. Ryckius (4.) & alii Eruditi, deberi Cosmographiam istam fortassis uni ex Tribus Istris, scriptoribus Ævi Veteris Græcis, vel scilicet Istro Callimachio, Ptolomæi Evergetæ Συγχρόνῳ, & Callimachi Discipulo, cujus plurima olim exstiterunt Monumenta Historica, vel Istro, quem Plutarchus *in Qq. Græcis* allegat, Alexandrino, vel Istro denique Calætiano, Libri de Tragoedia Egregii Autori, à Stephano (*in Voce* Κάλατις) laudato (5.) Latine deinde

(1.) *L. 45. Advers. c. 13.*

(2.) *L. 3. de Hist. Lat. P. II, p. 692. 693. 727.*

(3.) *l. c. p. 727.*

(4.) *in Fragmento Literarum ad Paulum Vindingium, in hujus Epist. ad Joh. Deckherum*, Deckheri *Conjecturis de Scriptis Adespotis* adjecta, obvio, *p.* 194. 195.

(5.) V. de tribus his Istris Vossii *Lib. 4. de Hist. Gr. P. I, c. 12. p.* 468. 469.

de Versam conjectant, vel ab Hieronymo, vel ab alio Interprete, à Monachis autem ineptis interpolatam, & Æthico Istro, quod Agnomen ejus, a solo Natali impositum, cum Veri Autoris Nomine amice conspirans, ipsis imponeret adscriptam. Gualtherus Raleigh, *in Historia Mundi* Anglica, Scriptorem ejus Ptolomæo Philadelpho ratus fuisse Antiquiorem, Ryckio (6.) vapulat, & Confusionis istius cum Istro Callimachio (quem etiam justo credit Vetustiorem) insimulatur. Callimachio recentiorem esse, etiam Simlerus (7.) inculcat.

II. AFRICANUM, JCtum Gravissimum, Papiniani fuisse Discipulum, & Alexandro Severo Imperatori a Consiliis, ex Æl. Lampridii *Alexandro c.* 68. ostendit, Lampridio adversus Censores quosdam, falso hæc ab ipso tradi persuasos, patrocinatur, & Jac. Cujacium, qui (*Tr. I. ad Africanum*) nostrum eundem esse putat cum Sexto Cæcilio Africano, cui consulenti Julianus (*in L.* 3. *D. de agnosc. Lib.*) respondisse perhibetur, Confusionis ὁμωνύμων insimulat, Joh. Bertrandus, *L.* 1. *de Jurisperitis, in Africano, p. m.* 98. 99.

III. A. POSTUMIUM ALBINUM, qui Urbis Romanæ, cum L. Licinio Lucullo, A. U. C. 602. fuit Consul, & Res ejusdem Græco persecutus Sermone, imperitiæ istius Veniam, in Historiæ Procemio, petiit, sed a M. Catone, quod cul-

 pam

(6.) *l. c.*
(7.) *in Biblioth. p.* 186.

pam deprecari, quam culpa vacare, maluerit, est irrisus, Plutarchus in Catone perperam vocat LABIENUM, Conr. Gesnerus autem (*in Biblioth.*) falso eundem censet esse cum ALBINO, Juniore, Poeta, ac Latino Rerum Romanarum Scriptore, è cujus *Lib.* 1. tres versus, de triplici Pompeji, ex tribus Orbis Partibus, Triumpho, Priscianus (*L.* 7.) allegavit. V. Vossii *Lib.* I. *de Hist. Gr. c.* 20. *p.* 130. 131.

IV. L. APULEIO, Madaurensi Afro, Philosopho Platonico, Antoninis coævo, ex Scriptis ὁμωνύμων, male sunt attributa: 1. *Liber de Ponderibus & Mensuris*, Q. L. Gr. in Lat. transfusus à Joh. Bapt. Nicolao, &, in supplemento operum Joh. Mesuæ, Ven. A. 1575. 1589. & 1623. impressus, cujus Autorem Casp. Wolphius vocat Apulienum, seu Apulium, & à nostro distinguit. V. Phil. Labbei *P. II. Biblioth. Nummariæ p. m.* 531. 532. 2. *Liber de Herbarum Medicaminibus, sive Herbarium*, à Gabr. Humelbergio Tiguri, cum Ant. Musæ *Tr. de Herba Veronica*, editum, de cujus vero Autore, Apulejo Celso, Tiberii Imp. συγχρόνῳ, ita Th. Reinesius *Ep.* 30. *ad Hofmannum*, p. 146. *Fuit Apulejus Celsus, Centuripinus Siculus, Vettii Valentis, & Scribonii Largi qui fuere sub Claudio, Præceptor; hujus sunt, quæ circumferuntur, Botanica; vel hic est, in quem referuntur: hoc enim fidentius adsererem, non illud.* Plura de Apulejo hoc Medico suggeret Joh. Alb. Faber *in Decade Decadum, sive Centuria Plagiariorum, num.* 58. ubi Veterum de illo Loca exhibet, sed Madau-

rensi

renſi nihilominus Librum, quem diximus, vindicare velle videtur. 3. Verſio *Aſclepii*, Dialogi Hermetici, quam Madaurenſi abjudicant Eruditi, & Bartius (*ad Gall. Confeſſ. p.* 48.) alterius forte Apuleji eſſe cenſet. V. Fabrum *l. c.*

V. C. Aquilium Gallum, M. Aquilii Galli Conſulis (à quo Bellum in Sicilia Servile eſſe confectum Florus teſtatur) Filium, Mutii Auditorem, Servii Sulpitii Præceptorem, Ciceronis autem Amicum, & in Prætura Collegam, JCtum ſummæ, non ſolum Autoritatis & Prudentiæ, ſed etiam Integritatis (invidendis à Tullio Laudibus, *in Or. pro A. Cæcinna, c.* 27. cohoneſtatæ,) Romanum, imperite à nonnullis cum illo confundi Aquilio, quo Tribuno Plebis rogante Aquiliam Legem eſſe latam, Ulpianus (*in* L. *I. D. ad* Leg. *Aquil.*) perhibet, a Joh. Bertrando (8.) luculenter eſt oſtenſum. Nunquam enim Noſter, uti recte is monet, Tribunus Plebis fuit, Legem autem Aquiliam, ante ejus latam tempora, Q. Mutius Scævola (*in* L. *Q. Mutius* 39.) & Brutus (*in* L. 27. §. *ſi mulier* 22. *D. ad* L. *Aquil.*) uterque ipſo antiquior, jam allegarunt.

VI. Arrianum JCtum, ſub Hadriani Imperio, vel paulo ſerius, Romanum, Libri de Interdictis Autorem, a Paulo (*in L. Arrianus* 47. *D. de Obligat. & Action.*) & aliis in Locis J. Civ. diverſis, laudatum, non pauci eundem eſſe crediderunt, cum Arriano Nicomedienſi, Philoſopo Stoico, atque Hiſtorico Græco inſigni,

 Ha-

(8.) *L. 2. de Juriſperitis, in Vita ejus, p.* 223. 224.

Hadriano & Antonino Pio (cujus Præceptor, juxta Genebrardum, fuit) Imperatoribus, coævo, horumque Beneficio, tum Consularem Romæ Dignitatem, tum Sacerdotium Cereris ac Proserpinæ, in Civitate patria, adepto. De cujus Scriptis (ob quorum styli gratiam atque Dulcedinem singularem, *Novi Xenophontis*, Photio & Suida Testibus, obtinuit Agnomen,) tum etiamnum reliquis, Libris sc. IV. de Dissertationibus Epicteti, Præceptoris sui, Periplo Ponti, tum Euxini, tum Erythræi, Librisque VII. de Expeditione Alexandri M. &. Octavo Indicorum, istis adjecto, tum deperditis, Simlerus (9.) *Joh.* Bertrandus [10.] & Vossius [11.] consuli merentur. Arrisit hæc sententia Alexandro Gabardo Turcellano [*in Epist. ad Thom. Plonatatiam, Patric. Constantinop.*] Bertrando ipsi (*l. c.*) J. Guilh. Stuckio [*in Notis ad Arriani Periplum*, quas Vossius allegat] & Tob. Magiro [*in Eponymol. Crit. p.* 30.] Verum dissentiunt ab his Vossius, &, qui illum exscribit, Leonh. Cozzandus [12.] JCtum, & Historico, & Hadriano Imp. aliquanto Juniorem esse, persuasi. Contrariæ Patronis sententiæ, JCtum etiam sub Hadriano vixisse, *ex* L. *omne Delictum*, §. *qui se vulneravit, de Re Militari*, astruentibus, Vossius respondet, Legem illam non

(9.) *in Biblioth. p.* 69.

(10.) *Lib.* 2. *de Jurisperitis, in Arriani JCti Vita, p.* 301. 302. 303.

(11.) *L.* 2. *de Hist. Gr. c.* 11. *p.* 215. 216. 217.

(12.) *L.* 3. *de Magisterio Antiqu. Philos. c.* 4. *p.* 244.

non esse ARRIANI, sed ARRII Menandri, longe junioris, ac de re militari commentati, quem cum ARRIANO, ob Nominum similitudinem, etiam Simlerus [13.] Libros de Re Militari ARRIANO tribuens, ut obiter id moneam, confudit. Imo, in alia etiam *L. nec novum S. D. de condict. Indeb.* pro ARRIO, ARRIANUM, Librariorum culpa legi, Bertrandus ipse agnoscit. Joh. Glandorpium, qui, *in Onomastico Romano*, JCtum hunc, conjectat, haud esse diversum ab ARRIANO Juniore, Historico [quem a se cum seniore olim esse confusum, Bertrandus, suum ipsius Errorem emendans [14.] fatetur] Græco Vitarum Maximini & Gordianorum Scriptore, a Capitolino aliquoties [15.] citato, Vossius [16.] hunc Imperatoribus, a se celebratis, coævum fuisse asserens, ex Ætate Ulpiani, illo ANTIQUIORIS, & Scriniorum in AULA ALEX. Severi Magistri, â quo ARRIANUS ICtus (*in L. 1. §. qui autem quorum Legatorum*) Jam est allegatus, Parachronismi convicit Erronei.

VII. C. ASINIUM POLLIONEM, inter Optimates Ævi AUGUSTÆI Romanos haud infimum, duplicique Consulatu, & Triumpho de Dalmatis, illustrem, Oratorem insuper & Historicum magni nominis, primæque in Urbe Bibliothecæ Conditorem, Vossius [17.] & Morhofius [18.]

 pro-

(13.) *l. c. p. 69.*
(14.) *l. c. p. 301.*
(16.) *in Maximino Jun. c. 7. & in Gordianis c. 2.*
(16.) *L. 4. de Hist. Gr. c. 17. p. 484.*
(17.) *L. 1. de Hist. Lat. c. 17. p. 80-83.*
(18.) *in Tr. de Patavinitate Liviana. c. 4. p. 40-56.*

prolixe, ſcriptorum etiam ejus variorum injecta mentione, celebrarunt, ſimulque Indolem ejus aſperam ac moroſam, & nimiam in Æquales, Ciceronem, *C*æſarem, Livium, Salluſtium, aliosque Scriptores Ætatis ſuæ Inclytos, maledicentiam, qua par erat, ſeveritate notarunt. Cum ASINIO QUADRATO Italo, Res Germanicas, Romanas & Parthicas, *P*hilippis imperantibus, ad *A*. usque U.C. 1000. perſecuto, hunc, Voſſio teſte, confuderunt Joh. Glandorpius, *in Onomaſtico Romano*, eum, qui plerisque eſt *A*ſinius Pollio, Straboni Aſinium Quadratum vocari, contendens, Iſ. Caſaubonus, Pollionis de *R*heni longitudine & Oſtiis Narrationem, a Strabone *L.* 4. allegatam, *in Notis ad h. l.* ex Quadrato (quem Pollionis etiam, 250. *A*nnis illo Antiquioris, abſurde vocat Filium) deſumptam eſſe, conjectans, & *P*hil. Cluverius, qui (*in Procœmio German. Antiqua*) eodem modo, circa Locum Strabonis lapſus, Cenſorem reperit *J*oh. Iſ. Pontanum, verſibus hiſce, nimiæ acerbitatis merito à Voſſio accuſatis, in iſtum Errorem (*L*.6.*Poem.*) invectum:

Qui Pollionem, quem vocat Aſinium Strabo,
Illum eſſe Aſinium, qui Quadratus Agathiæ eſt,
Contendit, ipſe ſit Quadratus Aſinius.

Non minori ἀβλεψίᾳ Aſinium noſtrum Pollionem, Civem ſummæ Dignitatis Romanum, cum ASINIO POLLIONE Tralliano, Homine & ſcriptore Græco, ſed Timagenis in Schola Grammatica Romæ Succeſſore, illi coævo, imo ab

ipſo,

ipſo, Voſſio Judice, ob Libertatem vel Civitatem donatam, Nomen ſuum, in Clientelæ teſtimonium, adepto (cujus Libros non unius generis complures Suidas, &, ex iſto, Voſſius (19.) enumerant) confudit Tarquinius Gallutius, *in Or. de Obitu Ciceronis*, Conſularem noſtrum Romanum, antequam in forum prodiret, Rhetoricam in Schola Timagenis docuiſſe, perperam arbitratus. Quem ipſius Lapſum Morhofius noſter, ὁ μακαρίτης, ſolerter detexit, atque emendavit (20.)

VIII. In Funeratione C. Julii Cæſaris, inter Ludos, quædam, ex ATTILII *Electra*, & Pacuvii *Armorum Judicio*, ad miſerationem & Invidiam cædis ejus accommodata, decantata eſſe, Suetonius, *in Julio c.* 34. teſtatur. Plane ignotum ſibi eſſe hunc Attilium, Lev. Torrentius, Suetonii Exegetes, fatetur, & titulum Fabulæ è Textu tollere haud dubitat. Iſ, autem Caſaubonus, pari Licentiæ Criticæ abuſu, in Attilii locum ATTIUM ſubſtituit, Lucii gaviſum prænomine, Tragicum Olymp. 160. Romanum, Pacuvio ſupparem, ſed tamen aliquanto juniorem, de quo, & Fabulis ejusdem plurimis, Simlerus (21.) G. J. Voſſius (22.) & Caſp. Sagittarius (23.) conſulendi. Laboravit utique Torrentius

(19.) *L. 1. de Hiſt. Gr. c. 24. p. 153. 154.*

(20.) *l. c., c. 4. p. 42.*

(21.) *in Biblioth. p. 457.*

(22.) *L. 1. de Hiſt. Lat. c. 7. p. 29. 30.*

(23.) *in Comm. de Vita Livii Andronici, Nevii Attii, Attilii, &c. A. 1672. edita. p. 41-45.*

tius Ignorantia, in tanto Literatore vix tolerabili, cui vel ſola Bibliotheca Gesnero Simleriana, & *A*ttilium, & Electram *S*ophoclis, ab eo translatam, memorans (24.) potuiſſet mederi. Uterque nimiam & præcipiti, in verbis Suetonii truncandis & corrigendis, peccavit audacia, & duriorem hac Viri *S*ummi, Thomæ Reineſii (25) promeruit Cenſuram. M. ATTILII enim, Comici Romani, Attio, judice Sagittario, coævi, à Volc. Sedigtio (apud Gell. *L.* 15. *c.* 24.) Terentio quidem, Loco inter X. Comicos quinto ei aſſignato, prælati, ſed à Cicerone, qui *Lib.* 14. *Epp. ad Atticum*, *Ep.* 20. *Poetam* vocat *durisſimum*, minore in pretio habiti, Electram, ex *S*ophocle traductam, præter Suetonium, idem memorat Tullius, *L.* 1. *de Finibus c.* 11. his utens verbis: *A quibus tantum diſſentio, ut, cum Sophocles vel optime Scripſerit Electram, tamen male converſam Attilii mihi legendam putem, de quo Licinius:*

Ferreum Scriptorem opinor; verum Scriptorem tamen, ut legendus ſit.

Meminit ejusd. Attilii etiam Varro *L.* 5. *&* 6. *de L. Lat.* apud Chariſium *Lib.* 2. V. Reineſium *l. c.* & *S*agittarium *l. c. p.* 46. 47.

IX. Qui DECIUM MAGNUM AUSONIUM, Burdigalenſem, Poetam Seculi IV. Ethnicum, argutisſimum quidem & Eruditisſimum, ſed in *P*hraſi ac Metro duriuſculum nonnunquam, & plus juſto περίεργον, a Gratiano Imp. Diſcipulo ſuo,

(24.) *p. m.* 74.
(25.) *L.* 3. *Var. L. c.* 3. *p.* 379.

ſuo, ad Conſularem Romæ evectum dignitatem, Medicis accenſent, cum Patre illum confundunt JULIO AUSONIO, Illyrici Præfecto, & Valentiniani Senioris Archiatro, ab Aquitanis ſuis VII. Græcorum æquiparato Sapientibus, qui Libros de Re Medica, Vindiciano lectos, reliquit. V. Pet. Criniti *L. 5. de Poet. Lat. c.* 87. Joſ. Scaliger *L. 2. Lectt. Auſon. c. 33. ſive ult* & Thom. Bartholini *Diſſ. de Medicis Poetis p.* 124. Fuere etiam, qui, cum cognomine quodam Burgundienſium Epiſcopo, eundem illum putarent, a Cl. Bineto, Bellovacenſi, *in Proœmio Notularum ad Petronii Arbitri Epigrammata* (26.) obiter caſtigati.

X. SEXTUM CÆCILIUM, JCtum Romanum, A. Gellii (qui *L. 20. N. A.* inſigni illum ornavit Elogio,) imperante Antonino Pio, σύχρονον, cum CÆCILIO, vel potius ÆLIO GALLO, in Dictionariis Latinis, verba Gelli de illo explicantibus, confundi, a Bernh. Rutilio autem Loca Pandectarum, in quibus is memoratur, male P. CÆCILIO, Servii Sulpitii Auditori, applicari, monet Joh. Bertrandus, *Lib. 2. de Jurisperitis, p.* 287. 288.

XI. L. CÆCILIUS VINDEX, & L. CÆSELLIUS, duo Veteres Grammatici, quorum Fragmenta apud A. Gellium, Priſcianum, Chariſium, & alios, superſunt, vulgo ita confunduntur, ut Cæcilius in Oblivionem fere veniat, A-

(26.) *in Sylloge Annott. ad Petronium,* a Georg. Erhardo A. 1621. collecta & edita, *p.* 123.

gnomen autem ejus, & ſcripta, Cæſellio falſo tribuantur, uti, ex Casſiodori *Lib. de Orthographia* Ruffini *Lib. de Metris Comicis*, & aliis Antiquioribus, fuſius eſt oſtenſum a Juſto Lipſio, *L. 2. Var. Lectt. c.* 18.

XII. Cum L. CÆLIO *A*NTIPATRO, Hiſtoriæ Belli Punici Scriptore, quem C. Graccho fuiſſe coævum, Valerius Maximus (*L.* 1. *c.* 8.) teſtatur, CÆCILIUM, Rhetorem Calactianum, Hiſtoriam Belli Civilis (teſte Athenæo *L.* 6. *&* 11.) peculiari Commentario perſecutum, ortu Siculum, & Ævo *A*uguſtæo Celebrem (27.) Confudit Vir Eruditus, qui Veterum Hiſtoricorum Fragmenta collegit, dum hujus Locum, de Roma a Græcis condita, a Strabone *L.* 5. allegatum, Cælio vindicavit. V. Vosſium *L.* 1. *de Hiſt. Lat. c.* 8. *p.* 32. 33.

XIII. T. CAJUM, JCtum Ævi Hadrianæi, cum CAJO CASSIO LONGINO, Sabini Diſcipulo, Sectæque Casſianæ Autore, ad Dignitatem Conſularem, Tiberio imperante, evecto, qui ſæpe ſub ſolo CAJO nomine, a *J*uris Civilis Autoribus citatur, a Cujacio (*L.* 11. *obſ.* 38.) P. Pithoeo, & aliis, ea, quæ a Servio (*ad L.* 3. *Georg.*) & *J*avoleno [*L.* 54. *de Condit. & Demonſtr.*] ex hoc allegantur, illi accepta perperam ferentibus, confundi, monent Joh. Bertrandus *L.* 1. *de Jurisperitis*, *p.* 51. 52. 108. 109. 115. 116. Æg. Menagius *in Amœnitt. J. Civ. c.* 43. & Georg. Caſp.

(27.) Plura de illo V. ap. Vosſium *L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 4. *p.* 178. 179.

Casp. Kirchmaierus, *in Elogiis & Elegantiis Latinis JCtorum Veterum p. 18.* Cum utroque autem, a Guid. Pancirollo, JCtorum Vett. Encomiaste, confunditur alter CAJUS CASSIUS Longinus, Equ. & Prætor Romanus, Pomponio *L. 2. de O. J.* memoratus, uti a Kirchmaiero (*l. c.*) est observatum.

XIV. CAMPANUM JCtum, a Valente (*in L. 47. de oper. Libert.*) & Pomponio [*in L. 34. §. 1. de fideic. libert.*] Hadriano & Antonino Pio coævis, jam allegatum, a Joh. Bertrando [L. 2. *de Jurisperitis p. 295.*] falso eundem putari, cum COCCEJO CAMPANO, ex Familia Coccejorum Romana orto, ad quem, apud Martianum [*l. 4. Institt. in L. si quis 29. D. ad SC. Treb.*] & Justinianum [*in Instit. §. 3. Tit. quibus modis Testam. infirm.*] Rescriptum Imperatorum Severi & Antonini occurrit, ac ad horum tempora, seculi fere integri Parachronismo, detrudi, ostendit Æg. Menagius *in Amœnitt. J. Civ. c. 37.*

XV. CAJUM ATTEJUM CAPITONEM, LUCII, Prætura & Tribunatu Plebis functi, Filium, JCtum Civitatis Romanæ, sub Augusto (qui Consulatum ei acceleravit,) & Tiberio, Principem, sed Imperatoribus his Adulatione perpetua plus justo obsequiosum, Antistio autem Labeoni, Viro incorruptæ Libertatis & Integritatis, semper adversum, cum C. FONTEJO CAPITONE, Germanici Cæsaris in Consulatu, A. U. C. 754. Collega, Joh. Cuspinianus, hunc Consula-

ſulatum Attejo vindicans, confudit. V. Johan. Bertrandi *Lib. 2. de Jurisperitis p. 314.*

XVI. CATONEM JCtum, Regulæ (cujus Titulus in Pandectarum Voluminibus exſtat contextus,) Catonianæ, Librorum item de Juris Civilis Diſciplina, a Gellio [*L. 13. N. A. c. 19.*] & Commentariorum Juris, a Paulo & Feſto, laudatorum, Autorem, haud alium eſſe, quam CATONEM, M. Porcii Catonis, Familiæ Porciæ Principis, Filium Natu Majorem, Prætorem deſignatum, ſed ante Patrem mortuum, cujus plurimos exſtare Libros Pomponius [*in L. 2. D. de O. J. §. 38.*] teſtantur, *Joh.* Bertrando [*l. c. Lib. 2. p. 192. 193.*] eſt perſuaſum. Confuſionis τῶν ὁμωνύμων is inſimulat Bologninum & Dionyſ. Gothofredum (*in L. 4. D. de Verb. Oblig.*) CATONEM UTICENSEM eundem cum JCto hoc eſſe putantes.

XVII. Diſtichorum, quæ ſub CATONIS circumferuntur Nomine, Moralium Libri IV. tantum non ſingulis, quibus iſtud CATONIS ſive Cognomen, ſive Agnomen, olim Celebritatem aliquam conciliavit, modo ab hoc, modo ab illo, non ſine frequenti ὁμωνύμων confuſione, ſunt vindicati. M. PORCIO CATONI CENSORIO, ſive MAJORI, eos tribuerunt, præter Gualtherum Burleum, Anglum, Theologum Sec. XIV. Oxonienſem (a quo in *Opere de Vitis & Moribus Philoſophorum*, Nugaci ævi iſtius genio conformi, Poeta ſalutatur (28.)] alii etiam com-

(28.) V. G. J. Voſſii *L. 2. de Hiſt. Lat. c. 65. p. 516.*

complures, ψευδερμηνεία loci Gelliani (*Cato, in Libro, qui inscriptus est Carmen de Moribus,*) incertum quem Catonum designantis (29.) imo J. Franc. Quintiano Stoa (30.) Judice , *Libellum Prorso, non vorso, Eloquio* conscriptum, illi asserentis , decepti. *A*lii eidem hos vindicant, non tanquam Parenti, sed tanquam susceptori, persuasi scilicet, cum Ptol. Flavio (*in Conjectaneis, Tomo I. Thesauri Critici Gruteriani insertis, c.* 95.*p.*992.) Jos. Scaligero (*L.* 2. *Lect. Auson. c.* 32.) Mart. Opitio (*sub init. Notarum ad hac Disticha,*) Casp. Barthio[*L.* 24. *Adversf. c.* 4.*p.*1180. & *L.*60. *p.* 2851.] & Henr. Jul. Scheurlio (*in Statua Mercur. P. II. Sect. II. c.* 1. *p.* 84.] Catonis nomen non Autorem designare, sed ipsum esse Libri Titulum, idcirco illi impositum, quod vel *P*ræcepta, Catone illo *P*risco (cujus Sanctitatem & Integritatem in *P*roverbium abiisse nemo ignorat, & Versus iste Juvenalis ostendit: *Tertius e cœlo cecidit Cato*) dignissima, contineret, vel ejusdem esset cum illius de Moribus ad Filium Scripto *P*rosaico, ex Gellio supra laudato, Argumenti, vel ex eodem, Metaphrasi Poetica, a Scriptore incerto, derivatus. CATONI UTICENSI eadem Disticha moralia vindicare allaborat *J*ac. Tirinus *J*esuita, in Historico Autorum, quem Commentario Biblico præfixit, Indi-

(29.) V. C. Sagittarii *Comm. de Vita Livii Andronici, Nevii, M. Porcii Catonis &c. p.* 106. Exstat Locus Gellii, *Lib.* 11. *c.*2.

(30.) *Epographia III. de Primis Syllabis p.* 48. *a, ap. Dammium in Proleg. Cat.*

dice, Ethicam illum scripsisse Moralem, & ex ista Versus hos esse decerptos, perhibens, & Augustini Locum nescio, quem, hanc in rem allegans. Nec desunt, qui VALERIO CATONI, Grammatico & *Poetæ*, Dirarumque Autori, Catullo συγχρόνῳ, eosdem Distichorum Libros, recte adscribi opinentur, ab Olao Borrichio (31.) allegati, &, ex styli, ævo isto indigni, genio, refutati. Alium CATONEM, his cognominem, sed incertæ ætatis, nec a Veterum ullo memoratum, DIONYSIUM sc. CATONEM, Autorem illis assignat Codex Antiquus MStus Simeonis Bosii, JCti Lemovicensis, unicus, tantæ tamen apud Recentiores plerosque Autoritatis, ut, cum Elia Vineto, cui is a Bosio est monstratus [*in Comm. in Ausonii Rosas, n.* 298.] Jos. Scaligero (*sub finem Notarum in P. Syri Sententias,*) Gerh. Joh. Vossio (*L.* 5. *Instittor. c.* 12. *p.* 412.) Casp. Barthio, modo huc, modo illuc, fluctuante (*L.* 21. *Adverʃ. c.* 21. *L.* 24. *c.* 4. *L.* 51. *c.* 13. *L.* 53. *c.* 6. *L.* 99. *c.* 7. *& L.* 184. *c.* 10.) Theoph. Raynaudo (*in Erot. de Libb. Bonis & Malis p.* 134.) Ol. Borrichio (*l. c. p.* 49. 73.) Vinc. Placcio (*in Tr. de Scr. Anon. & Pseudon. p.* 77. 78. 175.) & Christ. Daumio (*in Edit. sua,*) non alio facile Nomine, ex illo tempore, ipsum appellent. Tot diversos Autores sola, his Distichis, Catonum ὁμωνύμων obtrusit Multitudo. Silentio enim a nobis merito involvuntur, qui *Seneca* (cum Codicibus quibusdam MSS. Joh. Edv. Moninio, & Marq.

(31.) *Diss. I. de Poet. Lat.* §. 18. *p. m.* 49.

Marq. Frehero,) *Ausonio* [cum Bapt. *Pio* & Guilh. *Cantero*,] *Boethio* (cum quibusdam, a *Ptol.* Flavio allegatis) Probo cum J. Franc. Quintiano *Stoa l. c.* &, quem is laudat ac ſequitur, Galeotto Martio Narnienſi) *Tullio*, ad fidem converſo, ſed Chriſtianum ſe fateri non auſo, (cum Codd. & Gloſſis Monachorum nugacibus,) Joh. Clothomio, Scriptori Chimærico, ex Joh. Chryſoſtomi Nomine, uti belle obſervavit Daumius, inepte efficto [cum aliis furfuris ejusdem Gloſſematis, ac M. Z. Boxhornio *in Qq. Rom. c. 14. p. 75.*] Octaviano cuidam (cum Membranis, Goldaſto & Barthio viſis,) Scriptoribus diverſis, a Compilatore ignoto in unam redactis farraginem [cum Caſp. Sagittario *l. c. p.* 109.] vel Autori denique Unico, ſed incerto (cum *Joh.* Sarisberienſi, Laur. Valla, Jod. Badio & Conr. Gesnero,) eadem adſcribunt. Cui Sententiæ Ultimæ & ipſe lubens accedo, dubius, an Vocabulum Catonis præfixum Autoris ſit Nomen, an vero Libri Titulus, certisſime autem perſuaſus, hujus Scriptorem Valentiniani quidem I. ævo, ſive Seculo IV. (quo a Vindiciano, Archiatrorum Comite, *in Epiſt. ad hunc Imp.*, eſt allegatus,) eſſe antiquiorem, ſed Temporibus tamen Neronianis (quorum Poetam Lucanum ipſe celebrat) Juniorem, ac proinde neutiquam Antiquis Familiæ *Porciæ* Catonibus poſſe accenſeri. Plura, de Eruditorum circa Gnomographum hunc diſſenſu, quære in Chr. Daumii Prolegomenis Editionis ſuæ, Cygnææ A. 1662. excuſæ, & adde huic Caſp. Sagittarium (*l. c. p.* 106-110.) ac

Joh.

Joh. Saubertum Juniorem (*L.* 1. *de Sacrificiis*, *c.* 1. *p.* 6. 7.

XVIII. Merito dubites, an cuiquam Nominis ſui cum aliis Communio plus nocuerit, quam C. HELVIO CINNÆ, poetæ Romano, Catulli συγχρόνῳ, *Smyrnæque*, ab hoc (*Epigr. Eleg.* 27.) & Quintiliano (*L.* 10. *Inſt. Or. c.* 4.) commendatæ, *A*utori, quem *P*lebs Romana, *C*ædem C. Julii Cæſaris ultura, loco CORNELII CINNÆ, prætoris, ipſi Cognominis, (qui Tyrannicidas pridie ſummis publice extulerat laudibus, & e Capitolio, tanquam patriæ Liberatores, maximis cum Honoribus evocandos, cenſuerat,) per Errorem Nominis, interfecit, caputque ejus præfixum haſta circumtulit. V. Suetonii *Vitam C. Julii Cæſaris c.* 85. & Joh. Bertrandi *Lib.* 2. *de Jurisperitis*, in Elogio Cn. Cinnæ, *J*cti, Prætoris Filii, *p. m.* 242. 243.

XIX. COELIUM JCtum, ab Antiſtio Labeone (*in L.* 17. §. 15. *D. de Ædil. Edict.*) & Ulpiano [*in L. Ædiles* 38. §. 7. *D. de Ædil. Edict.*] aliisque allegatum, non eſſe (quod Ant. Auguſtinus in Indice exiſtimat) COELIUM SABINUM, Virum Conſularem, & *Libri de Ædilium Curulium Edicto*, a Gellio *L.* 4. *c.* 2. laudati, *A*utorem, Veſpaſiano coævum & gratisſimum, Centumque proinde Annis Labeone propemodum Juniorem, nec [uti ipſe aliquando ſit opinatus] L. COELIUM ANTIPATRUM, Hiſtoricum juris valde peritum, & §. 12. jam a nobis memoratum, ſed M. CÆLIUM RUFUM, Oratorem, Ci-

ce-

ceronis Æqualem, Munere Ædilitio, & Tribunatu plebis, functum, peculiarique, quæ etiamnum superest, a Tullio, adversus Atratinum Accusatorem, defensum Oratione; aliquot Argumentis astruit Joh. Bertrandus *Lib. 2. de Jurisperitis, p.* 306-310.

XX. Cornutum, Leptiten Africanum, Grammaticum & Philosophum Civitatis Romanæ Stoicum, Lucani & A. Persii Præceptorem, a Nerone A. U. C. 820. in Exilium ejectum, & postmodum forte etiam trucidatum, Suidas Historicum quoque fuisse perhibet, & Æmulum T. Livii Patavini, cui pauciores quidem fuerint, quam Cornuto, Auditores, sed ingenio & Eruditione præstantiores. Verum, cum Livium A. U. C. 770. (æt. 75.) sub Tiberio, 50. annis ante Cornuti hujus Exilium, obiisse, ex Hieronymi constet Chronico, Vossius non immerito veretur, ne Suidas, more suo, Cornutum, Neronis σύγχρονον, cum Cognomine quodam Ævi Augustæi Historico, ipsius forsan Parente, confuderit. V. *Lib. 1. de Hist. Lat.* [Chr. Sandius, *in Animadvv. ad h. l.* Græcis illum mavult accenseri) *c.* 26. *p.* 136. 137.

XXI. Eutropium, Sophistam, teste Suida Italum, Breviarii Rerum Romanarum, ab U. C. usque ad Fl. Valentem Augustum, Imperatori huic inscripti, *A*utorem Paganum, qui Juliani Expeditioni contra Persas interfuit, & circa *A.* C. 370. claruit, Ptolomæus Lucensis, Raph. Volaterranus [*L. 15. Anthropol.*] Jac. Phil. Ber-

 go-

gomas (*in supplem. Chron. ad A. 429.*) Conr. Gesnerus, Jos. Simlerus, Guilh. Eisengreinius, Theod. Zwingerus (*Vol. VI. Theatri Vit. Hum., L. 2.*) Ant. Possevinus (*in Appar. 5.*) Steph. Vinandus Pighius (*in Annal. Rom. ad A. U. C. 728.*) & alii complures, eundem esse putarunt cum Eutropio, Augustini Discipulo, & Presbytero, circa A. C. 430. Christiano, cui duæ ad totidem Sorores, Christi Ancillas, a Parentibus exhæredatas, a Gennadio [*in Catal. Vir. Illustr. c. 49.*] Epistolæ tribuuntur Consolatoriæ. Rectius, distinguendos eos esse, monuerunt, & Parachronismum Autorum, jam allegatorum, detexerunt, Vossius *L. 2. de Hist. Lat. c. 8. p.* 196. 197. 198., eumque secuti Jac. Tirinus, *in Indice Autorum, quem Comm. Biblico* adjecit, Alphabetico, & Guilh. Cavius *in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 231. Conjecturam Jani Cornarii, qui Eutropium Medicum, a Marcello Empirico, Theodosii M. *συγχρόνῳ, in Præf. Operis de Medicamentis,* tanquam se paulo antiquiorem, laudatum, Breviarii Scriptorem esse, in Epist. Marcello præfixa, suspicatur, Tirinus quidem itidem rejicit, sed Vossius, cum Tempora conveniant, non omnino improbat.

XXII. Ubbo Emmius, qui, *in Opere Genealogico,* prævia Raph. Volaterrani [*L. 16. Anthropol.*] & Bernh. Rutilii [*in Vitis JCtorum*] secutus vestigia, *Q. Fabium Pictorem* tradit, *cum Q. Ogulnio, A. U. C.* 485. *fuisse Consulem, Ædem salutis pinxisse, Antiquissimum Historiæ Romanæ esse Scriptorem,*

&

& Juris Literarumque peritissimum a Cicerone vocari, quatuor, uti a Vossio (*L. 1. de Hist. Lat. c. 3. p. 12. 13. 14.*) fusius, licet Nomine ejus dissimulato, est ostensum, confundit Optimates ejusdem Familiæ Romanos, iisdem cognominibus quidem atque Agnominibus, sed Prænominibus diversis, gavisos: I. C. FABIUM PICTOREM, qui Ædem Salutis A. U. C. 450. (teste Plinio *L. 35. c. 4.*) pinxit, & inde Agnomen Pictoris primus reportavit; 2. C. FABIUM PICTOREM, ejus Filium, Q. Ogulnii Galli, in Consulatu, *A.* U. C. 485. Collegam; 3. Q. FABIUM PICTOREM, Caji Junioris Filium, Quæstorem A. U. C. 535. Provincialem, triennio post, a Civibus, Clade nuper Cannensi ab Hannibale afflictis, Delphos, ad Apollinem, ut hunc de Fine tantarum Calamitatum, ac ratione Deos placandi, consuleret, ablegatum, qui Historiam Rerum Romanarum, & Belli imprimis Punici, Græco pariter atque Latino Sermone est persecutus, & a Livio *Lib. 1. Scriptorum Antiquissimus* salutatur; 4. SERVIUM FABIUM PICTOREM, Quinti, Flaminis Quirinalis & Prætoris, Filium, Quæstura Provinciali *A.* U. C. 598. Prætura autem *A.* 608. functum, & de Jure Pontificio commentatum, qui a Cicerone, *in Bruto, Orator, & Juris, & Literarum, & Antiquitatis, bene peritus*, vocatur, a Seb. Corrado autem (qui in Loco Ciceronis pro *Servio* legit *Servilianum*) cum Q. Fabio Maximo Serviliano, ipsius in Prætura *A.* 608. Collega, Jus Pontifi-

cium Scriptis illustrare itidem aggresso perperam, uti Vossius *l. c.* docuit, confunditur.

XXIII. Ælium Gallum, Equ. Rom. tertium Ægypti Præfectum, ad Arabas subjugandos, ab Augusto, cum Exercitu, testibus Strabone, ejus Familiari (*l.* 16. *&* 17.) ac Plinio (*l.* 6. *c.* 28.) missum, cum Corn. Gallo, primo Ægypti Præfecto, ac Poeta Celebri, quem Virgilius *Ecl. X.* ob jacturam Cytheridis, Amicæ perfidæ, consolatur, Cajo item Asinio Gallo, C. Asinii Pollionis Filio, Consulari A. U. C. 746. dignitate functo, & a Tiberio fame (teste Tacito *L.* 6. *Ann. c.* 23.) perempto, ab Æl. Donato (*in Vita Virgilii*) & Servio (*ad Ecl. X.*) confundi, ostendunt Joh. Bertrandus Lib. 1. de Jurisperitis [in Elogio Ælii Galli, JCti, huic cognominis, *de Verborum, quæ ad Jus pertinent, significatione, Libris* 12. commentati,) *p.* 187. 188. & Autor Anonymus Animadversionum, quæ Bertrandi Scripto, in Edit. Lugduno-Batava, *A.* 1675. sunt subjunctæ, *lit. Y.* 2. *b. Y.* 3. *a.*

XXIV. Q. Horatium Flaccum, Venusinum, Poetarum inter Latinos Lyricorum, & Primum, & Principem, Augusto coævum, eundem esse cum M. Horatio Pulvillo, qui, mox a Regibus pulsis, Romæ floruit, & in Consulatu, A. U. C. 245. Sp. Lucretio, exstincto, suffectus, Templum Jovi Capitolino dedicavit, stolide putavit Gualtherus Burleus, Theol. Sec. XIV. Oxoniensis, *in Opere de Vitis & Moribus Philosophorum*, merito, ob istum plusquam 450. Anno-

norum *Parachronismum* manifestissimum, explosus a Vossio *Lib. 2. de Hist. Lat. c. 65. p. 515.*

XXV. C. JULIO HYGINO, ortu Hispano, vel, juxta alios, Alexandrino, Augusti Imp. Liberto, Grammatico Romano, & Biblioth. Palatinæ Præfecto, (de quo Suetonii *Lib. de Illustribus Grammaticis c. 19.* consulendus,) HYGINI alterius, Trajano coævi, *Libros II. Gromaticorum, sive de Limitibus constituendis*, cum aliis ejusdem *Argumenti* Scriptoribus, Parisiis a Morellio A. 1554. impressos, a Radbodo Hermanno *Schee*lio autem, *Agri* in Transisulania Iselmudani Præside, seorsim, cum Commentario, Amstelodami A. 1660. iterum recensitos, a Raph. Volaterrano [*L. 16. Comm. Urban.*] falso adscribi, Vossius [*L. 1. de Hist. Lat. c. 20. p.* 102. 103. 104.] recte monuit. Censet idem Vir Eruditissimus, nullum hodie, ex tot, quæ e Veteribus ibidem ennmerat, *C.* Julii Hygini Monumentis, præter *Fabulas*, & *Poeticum Astronomicum*, M. Fabio inscriptum, superesse. Sed & ista nonnulli *Hy*gino vindicant Juniori. Testem allego Ol. Borrichium, in *Conspectu Præstantiorum L. Lat. Scriptorum* (32.) hanc de iis ferentem sententiam: *Satis constat, C. Jul. Hyginum Scriptorem fuisse Octav. Augusti ævo; sed an Poeticon istud Astronomicon, & Fabulæ, quæ nomine ejus circumferuntur, antiqui illius Hygini sint, an recentioris, juste dubitatur. Certe dictio ejus humilis est, tenuis, & fere plebeja, nec satis hinc inde a Barbarismis libera, quam*

(32.) §. 35. p. 28.

ideo Joh. Schefferus, recens Editor, in Ævum Antoninorum rejicit, & Thom. Munckerus Prudentio facit posteriorem.

XXVI. De JULIANI, Antecessoris Constantinopolitani, *Epitome*, sive Versione Latina compendiaria, Novellarum Justiniani, ejusque Historia, Fatis, ac Editionibus diversis, multa, lectu dignissima, Frid. Jac. Leikherrus, JCtus eleganter eruditus, in suis ad Andr. Schotti Vitam Ant. Augustini, Editoris illius, Observationibus (33.) congessit. Monet istic, ex Ant. Augustini *Præfatione*, & Broei *Historia Juris Chronologica*, cum JULIANO eum, Patricio & Consule, confundi ab Andrea Alciato (*L. 2. Parerg. c. 46.*) & hunc secutis Jos. Maria Suaresio [*in Notit. Basilicorum*] ac Joh. Strauchio [*in Diss. de Beryto c. 4. §. 13.*] eosdem Titulos huic Novellarum Interpreti tribuentibus. Diversos autem eos esse ostendit, quod Annus Christi 527. quo Libri Prisciani Patricio isti, imperante Justino I., & Consule Fl. Mavortio, sunt inscripti, ipsam Novellarum Justiniani Collectionem, post obitum demum ejus factam, 50. pene *A*nnis antecedat. Vetat etiam, Augustino & Broæo præeuntibus, confundi eundem, uti ab aliis factum, cum JULIANO, Prætorii *P*ræfecto, ad quem aliquot Græcæ Justiniani Constitutiones, *A*. C. 530. Posthumo Lampadio & Fl. Oreste Consulibus, datæ leguntur, cum & huic, quo minus idem cum nostro censeri possit, temporis ratio repu-

(33.) *in Vitis JCtorum Clarissimorum p. 163-166.*

pugnet. In Nostrum denique scriptum esse statuit, cum Joh. *Strauchio* [*l. c.* §. 12. & 13.] sequens Theæteti Distichon Epigrammaticum, statuæ inscriptum, quod And. Alciatus (*L.* 2. *Disp. c.* 27.) &, qui eum sequuntur, SALVIO JULIANO, Edicti Perpetui Conditori, minus recte applicant:

Τοῦτον Ἰουλιανὸν, Νομικῆς φάος, εἴπον ἰδοῦσαι,
Ῥώμη καὶ Βερονὴ, πάντα φύσις δύναται.

XXVII. SALVIO JULIANO tamen Elogium hoc Theæteti vindicat, &, pro Βερονὴ Βήρυτος legendum esse, merito contendit Joh. Bertrandus, *Lib.* 1. *de Jurisperitis p.* 45. Fuit ille patria Mediolanensis Insuber, Javoleni Discipulus, Hadriano Imp. a Consiliis, Præturaque Urbana, & gemino Consulatu, illustris, tantæ præterea apud *JCtos* posteriores, ob Edictum perpetuum, Hadriani jussu, Anno Imperii ejus 15to, & Æræ Christianæ 132. conditum, Autoritatis, ut Justinianus, non solum, passim in Digestis, Codice & Novellis, Elogiis *Viri Sapientissimi, Optimi, & Magnæ Existimationis, Jurisperiti disertissimi, Testis Juris sublimissimi, ac Summi Scientiæ Juris Autoris*, ornaverit invidendis, sed, in JCtorum etiam Indice, primo loco, posthabitis ei tot Antiquioribus, sit dignatus, atque ad Edicti illius, tanquam Prototypi, imitationem, totum Pandectarum opus concinnaverit. Severi etiam Nomen habuit proprium , &, sub Antonino Pio, tandem decessit, nec pauca Doctrinæ suæ Juridicæ Monumenta reliquit Literaria, a Bertran-

do [*p.* 12. 13. 14.] recensita, Senex quippe adeo Φιλομαθὴς, ut, Solonem æmulaturus, scitum hoc semper in ore habuerit: *Καὶ τὸν πόδα ἐν τῇ σωρῷ ἔχων προσμαθεῖν τι βουλοίμην.* Filio ejus, quem Lampridius memorat, Cognomini Salvio Juliano, (aliis, a Bertrando dissentientibus, Nepos is audit,) Edictum nonnulli perperam adscribunt Perpetuum, refutati a Christoph. *Ad.* Ruperto, ambos accurate distinguente (*in Notis ad Enchir. Pomponii p.* 469. *& sqq.*) &, qui hujus insistit Vestigiis, Christ. Thomasio (*Lib.* 2. *Nævorum Jurisprud. Ante Justinianeæ, c.* 3. *p.* 84.) De Pronepote ejus, DIDIO JULIANO, Petronii Didii Severi Filio, JCto itidem insigni, a *Præ*fectura Vigilum, A. C. 193. ad summum Imperii Romani fastigium, per Milites Prætorianos in Societatem Conspirationis adversus P. Helvium Pertinacem, Antecessorem, promissis pertractos magnificis, evecto, sed, post bimestrem tantum illius usuram, cum ærarium expilaret pariter obtruncato, apud S. AUR. Victorem hæc legas, quæ & illi idem Edictum, tanquam Conditori, vindicare videntur: *Genus ei pernobile Jurisque Urbani præstans Scientia, quippe qui primus Edictum, quod varie inconditeque a Prætoribus promebatur, in ordinem composuerit.* Sed Locum AURELII in mendo cubare, recte monuit, &, locc suo restitutis, quæ a Librariis erant trajecta ingeniose emaculavit, Johan. Bertrandus *l. c. p.* 10. 11.

XXVIII. C. JULII CÆSARIS, Primi Roma-

no-

norum Imperatoris, & Dictatoris Perpetui, *Libri VII. de Bello Gallico*, in Mss. Atrebatensi, Lovaniensi, Oxoniensi Collegii Corporis Christi, & aliis, JULIO cuidam CELSO CONSTANTINO (*cujus de Vita C. Julii Cæsaris Commentarios*, A. 1473. excusos, ad multa Cæsaris loca restituenda utilissimos, Vossius memorat) tribuuntur, &, sub ejusdem Nomine, à Vincentio Bellovacensi, Joh. Sarisberiensi (*in Lib. de Nugis Curialium*,) & Alberto de Eyb. (*in Margarita Poetica*) allegantur, imo a Lud. Carrione, ob Codd. horum atque Autorum Testimonia, & Dictionis, passim solutæ, hiantis ac superfluæ, a Stylo reliquorum Cæsaris Monumentorum terso & Attico, diversitatem, Dictatori abjudicantur. Opponit se huic Carrionis Censuræ audaciori Justus Lipsius (*L. 2. Epistol. Qq. Ep. 2.*) &, Celsum manus quidem Cæsaris Operi, fatetur, attulisse, ac nonnulla recidisse, addidisse, interpolasse, non tamen Cæsarem totum, eadem, qua Justinus Trogum, ratione, immutasse. Stylum Librorum de B. G. aliquantum, ab Historia Belli Civilis, filo orationis, quoniam interpolati forte sint, discrepare, itidem agnoscit, sed similitudinem omnem evanuisse negat, & argute tandem concludit: *Quanquam gemini non sint, fratres tamen esse, ex ipsa scribendi ratione, agnoscas.* Lipsiano huic Judicio suum etiam Vossius (*L. 1. de Hist. Lat. c. 13. p. 65.*) adjecit Calculum, &, Celsum Libros Cæsaris tantum recensuisse, ex ipsis Codicum Mss. Epilogis, pulchre ostendit.

Digitized by Google

XXIX. Æthici Coſmographia (de qua §. 1. jam dictum,) in Codd. aliquot Vetuſtis, Julio Oratori tribuitur, ab Alberto M. autem, & hunc ſecuto Valerio Faventio, Academico Veneto (*in Lib. de Montium Origine*, Venet. A. 1561. edito, *fol*. 15. *a*.) ipſi C. Julio Cæsari adſcribitur, uti à Voſſio (*L*. 3. *de Hiſt. Lat. P. II. p*. 692. 693.) eſt monitum. Imo credit etiam ipſe Voſſius (*L. I. c*. 13. *p*. 64. 65.) Scriptum hoc, quod nunc ſub Æthici & Antonini nomine legitur, idem eſſe, cum Coſmographia, ſive Deſcriptione Orbis, Romanorum ſubjecti imperio, quam Cæſarem, ex SCto, ſe atque M. Antonio Coſſ. per Viros Prudentisſimos, concinnari curaſſe, Æthicus ipſe (in Præfat.) Baldericusque Epiſc. Tornacenſis, (*Lib*. 1. *Chronici Camerac. & Atrebatenſis, c*. 3.) teſtantur, ac Felix etiam Malleolus (*in Dial. de Nobilit.*) allegat, ſed varie poſtmodum, à Gentilibus pariter atque Chriſtianis, & Julio forte etiam hoc Oratore, cujus & Caſſiodorus meminit, interpolatum. Gemina his judicat de *Itinerario*, quod ſub Antonini Auguſti nomine circumfertur, ſed Antoninorum neminem, ne quidem Antoninum, Severi Cæſaris Filium (cui Hier. Surita, ob Narrationes de Locis Britanniæ, deberi illud cenſuit) agnoſcere poteſt Autorem, cum Conſtantinopoleos, aliarumque Urbium, illorum ævo longe inferiorum, in eo occurrat mentio. Tribuitur & illud, in quibusdam Mss. Julio Oratori (cui etiam Caſſiodorus, in *Lib. de Divin. Lect. c*. 25. Libellum hujus-

hujusmodi Coſmographicum vindicat,) in Codice autem Thuanæo Julio Honorio, *Magiſtro perito atque Doctiſſimo.* Nec deſunt Codicos alii, Ἐπιγραφῇ ſua (*Incipit Chronico Julii Caſaris*) ipſum C. Julium Cæsarem ejus Autorem jactantes, cui olim illud adſcriptum fuiſſe, ex Joh. Cuſpiniano etiam, & Fel. Malleolo (*l. c.*) addiſcas. Voſſius veriſimile judicat, illud vel à Julio Oratore eſſe profectum, vel certe ab Æthico Iſtro Scriptum, Antonini forte Æthici nomine gaviſo, imo Partem) quod & Barthio L. 45. *Adverſ. c.* 8. placuit) Coſmographiæ Æthici, præſertim, cum eadem utrique præmittatur Præfatio, & (uti Joſ. Simlero, Æthici Editori, idem eſſe utrumque Scriptum itidem perſuaſo, jam obſervatum in illius *Præfatione*,) quæ Flodoardus (L. 1. *Hiſtoria Pontificum Rhemenſium c.* 1.) ex Æthico allegat, in hoc Pſeudo Antonini Hodoeporico occurrant. V. *Lib.* 3. *de Hiſt. Lat. P. II. p.* 695. 696. *&* L. *de Philol. c.* 11. §. 17. *p.* 65.]

XXX. julium cæsarem, cum Collegium Poetarum acceſſiſſet, non iniquo tuliſſe animo, quod L. Accius, Tragicus (§. 8. *a nobis jam memoratus* (ſibi non aſſurgeret, non contemptu id illum Majeſtatis ſuæ, ſed fiducia Studiorum Poeticorum, quibus antecelleret, feciſſe arbitratum, ex Chriſt. Matthiæ, Hiſtorici Recentioris, *Theatro Hiſtorico*, refert Joh. Frid. Hekelius, *in Notis*, *Libello de Poetarum Corona ſubjunctis*, *c.* 2. *p.* 58. Imo, in Indice, ad eundem hæc refert C. Jul. Cæſarem Dictatorem, qui jus Laureæ Co-

ronæ

ronæ perpetuo geſtandæ, præ Honoribus aliis, à Senatu ſibi decretis, elegit. Verum Jul. Cæſarem, de quo iſta Valerius Maximus, Hekelio haud inſpectus, *L.* 3. *c.* 7. narrat, diverſum eſſe a Dictatore, A. U. C. 653. demum in lucem edito, Ætas *A*ttii, qui *A.* U. C. 584. teſte Heronymo, eſt natus, & circa A. 614. floruit, edocere ipſum haud difficulter potuiſſet. Sed Lapſus iſtiusmodi apud Scriptorem hunc, multæ quidem Lectionis, ſed tenuis admodum Judicii, non ſunt infrequentes. Gravior certe eſt, quem in Centonibus illius ineptis, & turpi, erga Literatores Minorum Gentium quoslibet, mentione vix dignos, adulatione, Lectoribus paſſim moleſtis, Phil. Cluverii Introductioni Geographicæ aſſutis, olim (jam enim Liber non eſt ad manum) obſervaſſe recordor. Niceæ enim Sabaudicæ coactam eſſe, niſi fallor, illic nugatur *Synodum* Nicenam, quam Niceæ Bithynicæ vindicandam eſſe, etiam Tyrones haud ignorant. Sed, ut ad Cæſarem, Attio coævum, revertamur, fuit iſte non C. Julius Cæſar, Dictator, ſed Gentilis ejus, C. CÆSAR STRABO, uti Caſp. Sagittarius, in Vita Attii, §. 8. jam allegata (*p.* 45.) & alii ante me, inculcarunt.

XXXI. L. JUNIUM ARULENUM RUSTICUM, ob Laudes Pæti Thraſeæ, Stoici, & Helvidii Priſci, ſcriptis mandatas, a Domitiano (uti Suetonius, *in Vita ejus c.* 10. Plinius Jun. *L.* 1. *Ep.* 5. & *L.* 14. *Ep.* 27. ac Plutarchus *in Lib. de Curioſit.* teſtantur) occiſum, Voſſius (*Lib.* 1. *de Hiſt. Lat.*

c. 29.

*c.*29.*p.* 155.) cum JUNIO RUSTICO *Juniore*, illius forte Filio, Philoſopho itidem ſtoico & M. Antonini Philoſophi, *A. C.* 121. demum nati qui Epiſtolam ejus, *L. I. de Vita ſua* intexuit) Magiſtro, confudit. V. J. jonſii *L.* 3. *de Scr. Hiſt. Phil. c.* 5. *p.* 231.

XXXII. M. JUNIANUM JUSTINUM, Scriptorem Epitomes Hiſtoriæ Trogi Pompeji, ſub Antonino Pio (cui eandem inſcripſit) & Latinum, & Gentilem, cum JUSTINO MARTYRE, Doctore Chriſtiano celeberrimo, eodem Antonino imperante, ob Fidei profeſſionem, Romæ morte violenta ſublato, Græce autem commentato, abſurde eundem eſſe credidit Mart. Polonus, Innocentii IV. Sec. XIII. Pœnitentiarius, in *Chronico* ſuo, refutatus, cum *A*ſſeclis, a Joh. Vaſæo, *in chronico Hiſpaniæ, ad A.* 140. G. J. Voſſio *L.* 1. *de Hiſt. Lat. c.* 32. *p.* 169. Theoph. Raynaudo *in Erotem. de Libb. Ben. & Mal. p.* 147. Conf. qui hos ſequuntur, V. *P*laccium *in Tr. de Scr. Pſeudon. p.* 215. & Mart. Zeilerum *in Tr. de Hiſtoricis, P. I. p.* 81.

XXXIII. *A*NTISTIUS LABEO, JCtus Ævi *A*uguſtæi Celeberrimus, & *S*ectæ Proculejanæ *P*rinceps, adverſus *A*uguſtum paulo contumacior, Filium reliquit Cognominem, cuine, an vero *P*arenti, Commentariorum de LL. XII. Tabb. Libri debeantur, incertum eſſe monet Æg. Menagius *in Amoenitt. J. Civ. c.* 20. Oſtendit etiam, circa *Libros Epiſtolarum A*ntiſtii Labeonis (*in L. Rerum Mixtura*, §. *Labeo*, *D. de Uſurp.* allegatos,) non Jacobum ſolum Cujacium, a Joh.

Joh. Bertrando jam (*Lib. 1. de Juriſperitis p. 84. 85.*) notatum, impegiſſe, dum, aliorum Veterum de iſtis Silentio motus, Javoleno vindicare eos allaboravit, ſed ipſum etiam Bertrandum, *Domitio Labeoni*, qui Juventium Celſum quidem, de Qu. ridicula, per Epiſtolam conſuluiſſe, ex *L. 27. D. qui Teſtament. fac. poſſ.* cognoſcitur, ſed JCtis à nemine, præter Bertrandum, accenſetur, eosdem aſſerere fruſtra (*l. c.*) annixum. Rectius utique ipſi Antiſtio Labeoni illi à Bertrando, in Vita ejus, *p. 67. præced.* adſcribuntur. ὁμόψηφος, Menagio eſt Georg. Caſp. Kirchmaierus *in Elogiis & Elegantiis Vett. JCtorum p. 9.*

XXXIV. Livium Andronicum, Poetam & Comœdiographum, inter Romanos, Belli II. Punici tempore, antiquisſimum, Geſta Populi Romani Libris XVIII. eſſe complexum, ex Diomedis Grammatici *Lib. III.* Pet. Crinitus (34.) oſtendere allaborat, iisque indignatur, *qui parum diligenter conſiderantes, quæ à Gellio & Priſciano ſcribuntur, ad alterum Livium* (Patavinum ſc.) *Annales iſtos Romanos referunt.* Verum Patrocinantur his Duumviri Celeberrimi, Gerh. Joh. Voſſius (35.) & Caſp. Sagittarius (36.) Locum inter Hiſtoricos Livio Andronico denegantes, &, in Loco Diomedis mendoſo, Ennii Annales illi, Librariorum incuria, falſo adſcribi, dextre obſervantes. Manifeſtæ autem Liviorum, Andro-

(34.) *L. 1. de Poet. Lat. c. 1. fol. 97. a.*
(35.) *L. 3. de Hiſt. Lat. c. ult. p. 827. & L. 1. c. 2. p. 6.*
(36.) *in Comm. de Vita Livii Andronici, Nævii, &c. p. 1. 2.*

dronici & Patavini, Confuſionis, à Voſſio (37.) merito inſimulatur Gualth. Burlæus, Scriptor *Operis de Vita & Moribus Philoſophorum*, Seculo XIV. Anglicus unum eundemque Scriptorem, ex ambobus, effingens.

XXXVI. Commiſeratione autem non immerito quis dignam cenſeat Civium Patavinorum, in Concivem ſuum, T. Livium, Inclytum Ævi Auguſtæi Hiſtoricum, Pietatem, adeo, ob confuſum cum illo à Majoribus T. Livium alterum Cognominem, in Inſcriptione quadam memoratum, infelicem, ut Liberti hodienum obſcuri oſſa Summis, quas Civitatis Univerſæ Conſenſus Hiſtorico decreverat, in Prætorio Publico, fruantur Honoribus. Effoſſum ſc. eſt, in Æde D. *Juſtinæ Patavina*, ſub finem Sec. XIV. Marmor Antiquum, hanc Inſcriptionem oſtentans:

V. F.
T. LIVIUS
LIVIÆ T. F.
QUARTÆ L.
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI ET SUIS
OMNIBUS.

Monachi, Epitaphium ſe T. Livii *Patavini* Monumentum reperiſſe, falſo perſuaſi, oſſa, quæ Anno poſtea 1413. in Capſa Plumbea, eodem in

(37.) *L. 2. de Hiſt. Lat. c. 65. p. 515. 516.*

in loco, fuere inventa, huic itidem vindica[
non dubitarunt, & imperita hac Credulita[
ſua Urbi Univerſæ ita impoſuerunt, ut Nobil
um illa Humeris in Forum Maximum ſint depo
tata, publicoque ſumptu initio, ſupra Occide[
talem *P*rætorii Portam, cum Imagine & Elogi[
repoſita, deinde autem A. 1548. *S*plendido, i
eadem Parte Prætorii Occidentali, Mauſolæ[
Tabellis Æneis, Inſcriptionibus, & has inter iſt
etiam Lapide, Vetuſtisſimaque ipſius Imagin
Marmorea, ornato, illata. Nec Cautior Pat[
vinis fuit *A*lphonſus, V. Rex Arragoniæ, qui [
1451. misſis Patavium Legatis, os Brachii Liv
ani, quo Hiſtoriam ejus ſcriptam eſſe credeba
à Magiſtratu petiit, & doni ingentis inſtar obt
nuit, Neapolinque deportavit. Pluribus tota[
hanc Pompam Comicam, a Λειψανολάτραις iſti[
Servi Pagani oſſa tanta Veneratione proſecuti[
in tertium usque Seculum, & tempora mode[
na, ridicule continuatam, perſequuntur Xicc
Polentonius *in Epiſt. de Osſium Livii* Invention[
ad Nicolaum Florentinum ſcripta, & *Originib*[
Laur. Pignorii *Patavinis* (*c*. 16.) inſerta, Jac. Phi[
Tomaſinus, Epiſc. Æmonienſis, *in Vita T. Liv*[
Patavini, Utini *A*. 1630. & Amſtelodami A. 167[
excuſa, ac Dan. Georg. Morhofius noſter, i[
Tr. de Patavinitate Liviana, toto fere Cap. III. [
26-37. Primus publice Inveteratum hunc Erro
rem ſuum, ex ὁμωνύμων confuſione ortum, Pa
tavinis, & cœteris, qui incaute iſtorum Perſua
ſionem erant ſecuti, Eruditis, cum Patavii ve[

ſaretu[

ſaretur, detexit Vir Illuſtris, & merito ſuo dudum inter Lumina Cimbriæ, ac Seculi noſtri, potiora relatus, Marquardus Gudius, quem Fabulæ totius, & ſuæ de illa cum Sertorio Urſato Concertationis, ſeriem, plus ſemel, in Colloquiis Familiaribus, coram mihi expoſuiſſe, recordor. Ejus veſtigiis præviis Morhofius noſter, loco paulo ante allegato, preſſe inſtitit, &, Vanitate Opinionis iſtius pervulgatæ docte oſtenſa, *Manibus*, uti ipſe loqui amat, *Livianis, queis tanto apparatu funeralia & Parentalia, Pietate quidem laudabili, ſed vana ac inutili, celebraverant Patavini, denuo funus duxit.* Ipſa certe Inſcriptio, alium, quam Hiſtoricum Rerum Romanarum Illuſtrem, ſui Autorem manifeſte prodit, Titum ſc. Livium Halyn, Libertum, hoc modo, Compendiis Scripturæ in Voces integras mutatis, uti Duumviri jam laudati monuerunt, legenda: VIVUS FECIT TITUS LIVIUS [*a Patrono ſuo, ſive Hiſtorico, ſive alio, Nomen hoc Adoptivum, more ſervorum apud Romanos, mutuatus,*] LIVIÆ, TITI FILIÆ QUARTÆ, LIBERTUS HALYS [*Vetus hoc eſt Nomen ipſius, ante Manumiſſionem, Servile,*] CONCORDIALIS [*i. e. Deæ Concordiæ Sacerdos,*] PATAVI, SIBI ET SUIS OMNIBUS. Plura ſuggeret Morhofius *l. c.*

XXXVII. LUCTATII [quem alii LACTANTIUM vocant] PLACIDI, Grammatici Veteris, Commentarium in Statium Poetam, LUCIO COELIO LACTANTIO, Firmiano, Scriptori, circa Seculi III, & IV. confinia, Eccleſiaſtico nobilis-

Digitized by Google

biliſſimo ac diſſertiſſimo, a nonnullis, ob Nominum ſimilitudinem, ſed falſo, eſſe tributum, teſtantur Joſ. Simlerus *in Biblioth. p.* 442. Th. Raynaudus *in Erotem. de Libb. Bon. & Mal. p.* 147. & V. Placcius *in Tr. de Scr. Pſeudon. p.* 216. [ubi in *Tacitum* eſſe commentatus, Typographi haud dubie, hunc cum *Statio* permutantis, incuria, traditur.]

XXXVIII. Macros Tres enumerat Thom. Bartholinus Sen. (38.) Æmilium ſc. Macrum Veronenſem, Poematum de Avibus, Serpentibus & Herbis Scriptorem, Ovidio [a quo illa *L.* 4. *Triſt. El.* 10. commendantur] coævum, Macrum, Plinii Junioris σύγχρονον, *Lib.* 3. *Epiſt.* laudatum, & Tertium incertæ Ætatis. Cuinam ex his *Liber de Virtutibus Herbarum*, qui etiamnum ſuperat, & poſt alias Editiones, ab Henr. Ranzovio, Cimbriæ noſtræ Prorege Inclyto, ex Biblioth. Bredembergenſi, Lipſiæ A. 1590. in 8vo, una cum *Libro, de quibusdam Animalium Partibus ac Terræ Speciebus, Medicamentisque totius Corporis Humani, ſecundo* (quem, Macro, ab ipſo itidem tributum, Q. Sereno Sammonico recte vindicat Bartholinus,) publicatus, debeatur, diſceptari ſolet. Bartholinus Naſonis æquali Poema hoc Epicum, *humili* licet, teſte Fabio, imo [uti Georg. Eberh. Schreinerus jocatur] macro ſcriptum ſtylo, aſſerere initio, Naſonis, Catonis & Manilii [*L.* 2. *Aſtron.*] hujus Argumenti quædam illum elucubraſſe referentium

(38.) *in Diſſ. de Medicis Poetis p.* 112-117.

tium, motus teſtimoniis, non dubitavit. Ob Citationes tamen Plinii, Oribaſii, Galeni, Strabi, & aliorum Recentiorum, in illo obvias, mutata, poſtea Mente, Macrum Plinianum, cum Ranzovio Editore, prætulit, imo Plinio eſſe poſteriorem, aut ab aliis forſan interpolatum, merito judicavit. Borrichius etiam Macro tribuit Recentiori, eumque ad Sec. IV. monet referri (39.) Paulus Colomeſius (40.) Macris omnino abjudicat, & Odoni Medico attribuit, cujus Nomen in Veteri Cod. ſibi eſſe lectum, Gaud. Merula [*L. 1. Antiqq. Gall. Ciſalp. c. ult.*] teſtatur.

XXXIX. Poetam, inter tres hos MACROS, Primum ÆMILIUM ſc. MACRUM Veronenſem, Auguſto coævum, ab ÆMILIO MACRO *JC*to, qui, Alexandro Severo imperante, inclaruit, & de Re Militari, *J*udiciis publicis, Appellationibus, &c., eſt commentatus, haud ſatis accurate diſtinguit Joh. Bertrandus (*L. 1. de Juriſperitis p.* 176. 177.) dum dubitat, annon hic is ſit, qui *Ornithonogiam*, illi a Nonio Marcello [*in Voce Picumnus*] attributam, & in *Theogoniam* a Pet. Crinito (*L. 3. de P. L. c. 52.*) perperam mutatam, ſcripſerit. Anonymus Scholiorum ad Bertrandi Librum Autor (*lit. T. 2. a.*) Theogoniam, ex Loco Nonii allegato, Æmilio Macro, Ornithogoniam autem, ex eodem (*in Voce Profecta*,) LICINIO MACRO vindicans, haud dubie errat, & utrumque confundit, cum, Æmi-

(39.) *in Diſſertt. de Poet. p. m.* 186.
(40.) *in κειμηλίοις Literar. c. 6.*

milium de Volucribus ſcripſiſſe, Naſo, aliique veteres, teſtentur, Vocem autem *Theogonia*, apud Nonium, mendoſam eſſe, Critici accuratiores, & in his Voſſius [*L. de Art. Poet. Nat. c.* 6. §. 4.] ac Bartholinus (*l.c. p.* 113.) conſentiant.

XL. Ælius Lampridius, qui MÆTIANUM JCtum, inter Alexandri Severi, recenſet, conſiliarios, ab *A*nt. *A*uguſtino falſi crimine damnatur, ſed immerito, Judice *J*oh. Bertrando (*L.* 1. *p.* 94. 95.) qui Librariorum id ψευδογεάφημα eſſe & pro MÆTIANO legendum METIUM, recte obſervat. Confuderunt ſc. Homines imperiti MECIUM, ſive (uti in Inſcript. Antiqua apud Gruterum *p.* 49. appellatur.) M. MÆCIUM RUFUM, Alexandri cum Papiniano & Julio Paulo Aſſeſſorem, *L.* 50. *D. de Jure Fiſci* memoratum, & Turpilii Dextri in Conſulatu Collegam (de quo Bertrandus *L.* 2. *p.* 294. conſulendus,) cum VOLUSIO MÆTIANO, Antonini *P*ii Conſiliario, & M. Antonini Philoſophi Præceptore, ab hoc atque L. Ælio Commodo Vero (*in L. Divi D. de Jure Patron.*) Elogio *Amici ſui, Juris civilis, præter Veterem & bene fundatam peritiam, anxie diligentis*, cohoneſtato, cujus hodienum ſupereſt Lib. de *A*ſſe, & *P*artibus ejus, a J. F. Gronovio, ſub finem Commentarii *de Seſtertiis*, denuo recenſitus. Conf. de Mætiano Bertrandum *Lib.* 1. *p.* 93-96. qui & ipſe [*L.* 1. *p.* 24.] cum MARTIANO JCto eum confudit, dum illi *Notas* Martiani ad Lib. *P*apiniani de Adulteriis, ab ipſo (*in L. qui Pupillam. D. ad L. Jul. de Adul-*

Adulter.) allegatas, male tribuit, uti Scholiastæ Anonymo [*Lit. X.* 6. *a.*] est observatum.

XLI. Casp. Gevartium, Philologum Belgii celebrem, qui MARCUM MANILIUM Antiochenum, Augusto Coævum (41.) Poematisque ad eundem, de Rebus Astronomicis, Heroici, Libris V. comprehensi, Autorem, eundem, Parachronismo aliquot seculorum ingenti, putabat; cum FL. MALLIO THEODORO Ligure, sub Imperio Gratiani, Valentiniani II., Theodosii M., Honorii & Theodosii II., plurimis, tum *Præfecturis* extra Italiam amplissimis, tum Muneribus in Aula Cæsarea splendidis, gemino item Consulatu (A. 390. & 399.) ad A. usque Emortualem 410., perfuncto, & de Astris, aliisque Argumentis Philosophicis, docte commentato, *Dissert.* peculiari Posthuma *de Vita Fl. Mallii Theodori*, veriora edocuit Amicus ipsius, Alb. Rubenius, Philippi IV. Hispan. Regis, in Sanctiore Consilio Belgico, Secretarius. In hac, e Musæo Rich. Bentleji Angli, Anno demum 1694. Ultrajecti, a Polyhistore Summo, Johan. Georg. Grævio, edita, Antiquarius ille Nobilissimus, eadem, qua jam olim Rem Veterum Vestiariam illustraverat, accuratione & diligentia, totam Mallii Historiam, e Claudiani *in secundum ejus Consulatum Panegyri*, Augustini *Libro de Vita Beata*, ipsi inscripto, aliisque Monumentis Vetustioribus, solerter eruit, & fuse est persecutus,

 uti

(41.) Uti ostensum ab Ol. Borrichio *Diss. I. de Poet. Lat.* §. 26. *p. m.* 54. 55.

uti e Recenſu illius elegantisſimo, quem Actorum Orbis Eruditi Lipſienſium Collectores [*M. Jun.* 1694. *p.* 284. 285. 286.] exhibuerunt, abunde perſpicies. conf. Celeb. Tenzelii *Colloquia Menſtrua Vernacula, M. Oct. A.* 1694. *p.* 894.

XLII. AMMIANUM MARCELLINUM, Hiſtoricum, Valentiniani Junioris ævo, Latinum, male a Conr. Gesnero, & Bibliothecæ ejus Continuatoribus, eundem credi, cum MARCELLINO, Hiſtoriæ Græcæ Scriptore, paulo antiquiore, *cap. præced. III.* §. 44. e Vosſio, jam monuimus. Lapſu hoc Gesneriano longe crasſior eſt ἀβλεψία Chriſt. Wilh. Eybenii, qui (*in Eponymologio Tob. Magiri aucto p.* 39.) Paganum iſtum Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptorem, cum MARCELLINO, Brigantio Anglo, Bresbytero Sec. VIII. Chriſtiano, Friſiorum, Belgarum & Cimbrorum Apoſtolo, Vitæque S. Suidberti Autore (de quo *in Cimbria Literata* prolixius ſumus commentati,) confundit, *P. II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.* [*c.* 2. §. 7. *p.* 26.] obiter jam a nobis notatus.

XLIII. ÆLIUM MARTIANUM, JCtum Romanum, ſub Antonino & Alex. Severo Celebrem, hujusque Conſiliarium, cum VOLUSIO MÆTIANO, a Joh. Bertrando eſſe confuſum, §. 40. jam indicavimus. Geminus Lapſui iſti, eſt alter ejusdem Autoris, quo (*Lib.* 1. *p.* 169.) JULII MAURITIANI, qui eidem Alex. Severo fuit a Conſiliis, Notas in Julianum [*in L. Juris Gentium* 7. §. 2. *D. de Pact.* allegatas) Martiano deberi conjectat, cum tamen ipſe jam ante

(*p.*

(*p.* 97.) Mauritiano easdem adſcripſiſſet. Obſervavit hoc παρόραμα Scholiaſtes Anonymus (*lit. Y.* 1. *b.*) & imperitis Fœtus illius Poſthumi Editoribus imputavit.

XLIV. Arrium Menandrum, Jctum Romanum, Alexandro Severo, cui a Conſiliis fuit, coævum, *Librorumque IV. de Re Militari* Scriptorem, a Steph. Forcatulo male eundem cenſeri, cum Cn. Publicio Menandro, Homine Libertino, Legatorum in Græciam Romanorum Interprete, Jure Civitatis donato, (cujus *in L. Poſtliminii* 5. §. *Captivus* 3. *D. de capt. & poſtlim. reverſ.*) occurrit mentio, ex Ciceronis, quo antiquiori is fuit, *Or. pro Corn. Balbo cap.* 11. oſtendit Joh. Bertrandus, *Lib.* 1. *de Juriſperitis p.* 163. 164.

XLV. M. Valerius Corvinus Messalla, Optimatum Ævi Auguſtæi Romanorum haud infimus, Conſulatu & Præfectura Urbis functus, &, tum ob Eloquentiam ſingularem, tum ob Librum de Familiis Romanis, aliaque Scripta, celeberrimus, a Gerh. *Joh.* Voſſio (*L.* 1. *de Hiſt. Lat. c.* 18. *p.* 88. 89. 90.) confunditur: 1. cum M. Valerio Messala Augure, Cn. Domitii Calvini in Conſulatu A. U. C. 700. (quo Noſter, A. U. C. 694. teſte Hieronymo, natus, puer erat Sexennis,) teſte Macrobio (*L.* 1. *Saturn. c.* 9.) Collega, dum *Libros* hujus de *Auſpiciis*, a Macrobio (*l. c.*) & Gellio (*L.* 13. *N. A. c.* 14.) laudatos, illi tribuit; 2. cum L. Valerio Messalla Voluso, Cn.

Corn. Cinnæ in Conſulatu, A. U. C. 758. (quo Auguſto Patris Patriæ Cognomen eſt decretum) Collega, dum ipſum primum Patrem Patriæ Auguſtum, in Curia, nomine Senatus Univerſi, ſalutaſſe, ex Suetonii Octavio (c. 58.) præeunte Andr. Schotto (*in Lib. de Claris apud Senecam Rhetoribus,*) perhibet. Verum, cum Suetonius Valerii tantum Meſſalæ, absque ullo Prænomine, meminerit, &, ex *Dialogo de Corrupta Eloquentiæ Cauſis* ἀνωνύμῳ (*c.* 17.) Marcum noſtrum, circa A. U. C. 744. jam obiiſſe, Mart. Hankius (42.) veriſimiliter collegerit, probabilius omnino eſt, Salutationem hanc a Lucio, Anni iſtius Conſule, publico Ordinis Senatorii factam eſſe nomine. V. prolixius hæc perſequentem Mart. Hankium (cui noſtra debemus) *Lib. 2. de R. Roman. Scriptt. P. II. c. 7. p. 223. 226.*

XLVI. Herennium Modestinum, JCtum Romanum, ad Gordiani usque Tempora Celebrem, Alexandri autem Severi Conſiliarium, & Dalmatiæ Proconſulem, diverſum eſſe a Modesto [Vettium Modeſtum Reusnerus vocat,] Probi, in Conſulatu A. U. C. 980. vel 981., Collega, contra nonnullos, a Jac. Labitto allegatos, recte inculcat Joh. Bertrandus, *L. 1. de Juriſper. p.* 171.

XLVII. Cn. Nævium, Comicum, & Scriptorem Poematis de Bello Punico, in quo ipſe ſtipendia meruit, Illuſtrem, ortu Campanum, Uticæ tandem, cum ob nimiam adverſus Vi-

(42.) *L. 1. de R. Rom. Scr. P. I. c. 7. p. 50. 51.*

Digitized by Google

Viros Principes, in Fabulis ſuis, Dicacitatem, Roma eſſet ejectus, defunctum, cum Q. Novio, Autore Fabularum Attellanarum, eo quod Nomina illorum, in Codd. Antiquis, ob Scripturæ affinitatem, nonnunquam a Librariis ſint permutata, imperite a Grammaticis recentioribus confundi, monuit Pet. Crinitus, *L.* 1. *de Poet. Lat. c.* 4. *f.* 99. *a*, *& c.* 18. *f.* 102. *b.*

XLVIII. *Julii* Pauli, JCti, patria, juxta nonnullos, *P*atavini, juxta alios Græci, vel [uti Bertrandus credit] Tyrii, qui Septimio Severo & Antonino Caracallæ, Romæ fuit a Conſiliis, ab Heliogabalo autem Aula eſt ejectus, & ab Alex. Severo in eandem revocatus, Cognomen, *in L.* 17. *D. de Hæred. Inſtit.* Litera initiali, Librariorum incuria, mutilatum, & in Aulum mutatum, Jac. Cujacio præbuit occaſionem aulo cascellio Pauli Notas ad Antiſtii Labeonis Libros πιθανῶν, quæ ſiſtic allegantur, affingendi. Male autem hoc fieri, cum Caſcellius, JCtus & Cauſidicus Ævi Juliani & Auguſtæi inſignis, Labeone antiquior, nihil in Libros illius ſcripſerit, nec alibi in Pandectis, ſub ſolo *A*uli Nomine, allegetur, imo in Codicibus Fradrini etiam *h. l. Pauli* Nomen legatur integrum, docte evicit Joh. Bertrandus, *Lib.* 2. *de Juriſper. p.* 256. 257.

XLIX. Petronii Arbitri *Satyricon* c. petronio deberi, Homini perpetuis Voluptatibus ac Vitæ oblectamentis immerſo, quem Tacitus [*L.* 16. *Annal.*] poſt *P*roconſula-

Bb 5 tum

tum Bithyniæ, & Conſulatum Urbis, adminiſtratos, Neroni Familiarem, atque Elegantiæ Arbitrum, evaſiſſe, necemque, cui a Tigellino æmulo deſtinabatur, Venis αὐτοχειρίᾳ ſpontanea inciſis, prævertiſſe, poſtquam Flagitia Principis, ſub Nominibus Exoletorum Fœminarumque perſcripta, ei transmiſiſſet, teſtatur, plerique hodie Eruditi conſentiunt. Hadrianum tamen Valeſium excipio, qui, in *Diſſ. de Cœna Trimalcionis*, ſive Fragmento Petronii Traguriano, A. 1666. edita, in hujus locum Petronium ſubſtituit alium, Seculo integro Juniorem, & M. *A*urelio Imperatori coævum (43.) Pet. Pithoeus, in ſuis ad *S*atyricon hoc *Conjectaneis* (44.) viſum ſibi teſtatur Veterem Defloratorum Librum, qui Johannis, Biturigum Ducis, fuerit, in quo Fragmenta quædam illius *Petronio Arbitro Affranio* tribuantur, ei ſc. quem Quintilianus, *mores ſuos faſſum, inquinaſſe Argumenta*, ſcribit, *fœdis Puerorum Amoribus*, ſed, alium eſſe ab Afranio Scripti hujus, Spurcisſimi ſimul atque Elegantisſimi, Autorem, ipſi nihilominus agnoſcit. Turpisſima omnium eſt ἀβλεψία Vincentii Bellovacenſis, qui (*in Speculo Hiſtor. L. 20. c. 25.*) Librum hunc, *partim Metricum, partim Proſaicum*, ex quo Gnomas allegat plurimas, PETRONIO tribuit, Eccleſiæ Bononienſis Seculo V. Antiſtiti, ſive Epi-

(43.) V. Joh. Galloeſii *Ephem. XV. Erudd. A. 1666. p. 280. Edit. Lat.*

(44.) *V. Syllogen Annott*, Editioni Lundorpianæ A. 1621. adjectam, *p.* 10.

Episcopo Christiano, castigatus eam ob causam a Lil. Greg. Gyraldo [*in Diall. de Hist. Poet.*] Centuriatoribus Magdeburgensibus [*Cent. V. c.* 10.] Cl. Bineto [*in Proœmio Notularum ad Petron.*] Theoph. Raynaudo [*in Erot. de Libb. bonis & malis p.* 152.] Vinc. Placcio [*in Tr. de Scr. Pseudon. p.* 238.] & Mich. Casp. Lundorpio [*in Prolegg. suæ Edit. p.* 9. 10. 11.] Quorum ultimus, Antoninum etiam, *A*rchiep. Florentinum, *in Summa Historiarum*, in eodem monet Errore versari. Obiter addo, multitudinem *P*etroniorum Ævi Veteris, etiam Cæsari Baronio fucum fecisse, qui de Petronio, *S*yriæ Præside, ad A. C. 39. agens, e tribus, nomine isto gavisis, unum conflavit; id quod, post Henr. Norisium, *P*atribus Eccl. Rom. Purpuratis nuper adscriptum, ab Ant. Pagio, *in Critica Annalium ejus Tomo I.*, ad *A.* eundem, esse ostensum, Lipsienses (45.) testantur.

L. M. ACCII PLAUTI, Comœdiæ Latinæ *P*rincipis, & PLAUTII, eorundem, quibus ille vixit, Temporum, uti nonnulli credunt (46.) Comici [C. Plautium Crinitus (47.) appellat,] Fabulas jam olim, Ævo Augustæo, ob *A*utorum Homonymiam, fuisse confusas, vel solus M. Varro fidem fecerit, qui, Gellio [*L.* 3. *N. A. c.* 3.] teste, *in Lib. de Comœdiis Plautinis*, tradidit, *Plau-*

(45.) *in Actis Erudd. M. Aug. A.* 1690. *p.* 376.
(46.) V. Casp. Sagittarii *Comm. de Vita & Scriptis Plauti, Terentii & Cic. p.* 15.
(47.) *L.* 1. *de Poetis Lat. c.* 3. *f.* 98. *b.*

Digitized by Google

Plautium fuiſſe quempiam, Poetam Comœdiarum: Cujus quoniam Fabulæ Plauti inſcriptæ forent, acceptas eſſe, quaſi Plautinas, cum eſſent non a Plauto Platinæ, ſed a Plautio Plautianæ. Plautio huic nonnulla ex Fragmentis Plautinis, quæ Critici undique corraſerunt, deberi, Caſp. Sagittarius (*l. c.*) haud immerito conjectat.

LI. C. PLINIUM SECUNDUM Veronenſem [uti ab Onuphr. Panvinio (48.) G. J. Voſſio (49.) & plerisque hodie Eruditis, recte ſalutatur,] Scriptorem Hiſtoriæ Naturalis, ſub Veſpaſianorum Imperio, inclytum, Novocomenſes, per aliquot jam *S*ecula, Civibus ſuis adſcribere, magno conatu allaborarunt, freti imprimis Hieronymi (*in Chronico Euſebiano*,) & *A*nonymi Vitæ [quæ Suetonio male a Vulgo affingitur) Plinianæ Autoris, pro Urbe ſua, contra Veronenſes, militantium, Teſtimoniis. Statuas certe non Cajo ſolum Plinio *C*æcilio Secundo, hujus ex Sorore Nepoti, Epiſtolographo, Trajani συγχρόνῳ, & præter *C*iceronem, vix cuiquam ſecundo (quem merito ſuæ vindicant *C*ivitati,) ſed & huic Naturæ Bibliothecario, ante Ædem erexerunt Cathedralem, & iſti, quæ in Noſtri *H*onorem eſt poſita, hanc adiderunt Epigraghen (50.):

Ordo

(48.) *in Comm. ad Faſtos, ad A.* 853. *ubi, pro ea Sententia, in Verona ſuæ gratiam, diverſis militat Argumentis.*

(49.) *L.* 1. *de Hiſt. Lat. c.* 29. *p.* 153. & *c.* 31. *p.* 166.

(50.) V. Franc. Sweertii *Delicias Orbis Chriſtiani p.* 291. 292. Ott. Aicheri *Hortum Inſcriptt. p.* 184.

Ordo Populusque Commensis, C. Plinium II. Mactum Ingenio Virum, dignatione clarum, Doctrina admirabilem, ut qui olim Impp. Cæsarum Vespasianorum Amicitiam meruerit, officia maxima gesserit, ac Scriptores universos copia & varietate superaverit, Municipem suum Incomparabilem, Statua & Elogio Ornavere.

Tantus Honos, dulcisque, juvat me, Fama, Secundum,
At mage, Concives hoc posuisse meos.

Calamo eidem Novocomensium Persuasioni publicæ, sed erroneæ, est patrocinatus, Paulus Cigalinus, Civitatis Poliater, cujus *Prælectiones II. altera de vera C. Plinii Secundi Patria, altera de Historia ejus Naturalis Fide & Autoritate*, Comi *A.* 1605. *in 4to* prodierunt, &, cum ipso Plinii Opere, Francofurti *A.* 1608. (in 8vo) sunt recusæ. Sed dextre est responsum his ipsius Prælectionibus, a Polycarpo Palermo Veronensi, Vindice Patriæ Civitatis haud ignobili, a Rusticis tandem, uti Corn. Tollius (51.) perhibet, occiso, *in Tr. de Vera C. Plinii Secundi Superioris Patria, atque ea Verona, quo Pauli Cigalini, & aliorum, contraria Sententia refutatur*, Veronæ An. 1608. [*in 4to*] juris facto publici. Imo exstitit inter Veronenses, qui, vicem forte Comensibus redditurus, Plinium etiam Juniorem his ivit ereptum, & patriæ asserere voluit, Joh. sc. Mansionarius, cujus *Brevem Animadversionem* de

(51.) *in Append. ad Joh. Pierii Lib. de Infelicit. Literatorum p. 34. 35.*

de duobus Pliniis Veronenſibus Oratoribus, *ex mul*
hinc inde collectam, Epiſtolis Plinii, in MSto ill
rum Oxonienſi, eſſe præmiſſam, Voſſius (52
teſtatur. Verum, uti hic *Juniorem* haud d
bie cum Seniore confudit, ita Hieronymi & Bi
graphi *Anonymi*, Plinium Majorem Civib
annumerantium Comenſibus, Errorem non
liunde eſſe ortum, quam quod a Nepote C
gnomine, in iſta Urbe nato, haud ſatis accura
illum diſtinxerint ; præeunte eodem Voſſ
(53.) arbitramur. Gravius deliravit Gualt
Burlæus Anglus, qui, in Opere, quod Sec. XIV
de Vitis & Moribus Philoſophorum, Minerva ſcri
ſit invita, ex utroque Plinio unicum ſtolide e
fingit ſcriptorem (54.) cujus generis *παρόραμ*
etiam in Cornelii a Beughem *Bibliographia* ob
ſervabis *Hiſtorica* (55.) Plinio Cæcilio Secund
ſive Juniori, & *Hiſtoriam Mundi* (quæ illius d
betur Avunculo,) & *Epiſtolas*, *Panegyricumq*
Trajano dictum, tribuente.

LII. Nec, cum Epiſtolographo & Nepote ſo
lo, PLINIUS MAJOR, ob Homonymiam, e
confuſus, ſed & cum PLINIO VALERIANO
Empirico, (quem C. Plinium Secundum Linda
nus (56.) AUTORINO Autore, appellat,) pa
tria (uti Inſcrippt. aliquot Vetuſtæ docent) it
dem Comenſi, Scriptore *Librorum V. de Re M*
dic

(52.) *L.* 1. *de Hiſtor. Lat. c.* 30. *p.* 160.
(53.) *locis num.* 49. *citatis.*
(54.) V. Voſſ. *L.* 2. *de Hiſt. Lat. c.* 65. *p.* 516.
(55.) *p.* 197.
(56.) *in Tr. de Scr. Med. p.* 104. 105.

dica, magnam partem ex *Hiſtoria* ipſius *Naturali* compilatorum, Pagano, haud incelebri, ac Marcello, qui eum allegat, Empirico, Theodoſii M. συγχρόνῳ, ſuperiore, de quo multa, lectu digna, ex Barthii, Reineſii, ac aliorum, Monumentis, Joh. Alb. Faber, in *Decade Decadum*, *ſive Plagiariorum* (quibus illum annumerat) *Centuria* (*num.* 56.) congeſſit. Albanus enim Torinus, Vitodurenſis, Med. Baſileenſis, qui Libros iſtos, a ſe emendatos, cum Sorani *Iſagoge*, Oribaſii *Fragmento de Ratione Victus*, *A*puleji *Hiſtoria de Herbarum Virtutibus*, & *A*nt. Muſæ *Libello de Betonica*, Baſileæ A. 1528. in fol. edidit, & C. Plinio Secundo in ipſo vindicavit Titulo, iis, quibus operis hujus genius a Plinii Majoris ſtylo ac indole diſſidere videtur, ſeſe opponit, & e Naturali ejus Hiſtoria a Rhapſodo quodam eſſe congeſtum, ac, ordine mutato, paſſim interpolatum, judicat, Plinii alterius, a Veronienſi diverſi, Autoris veri, plane incurioſus. Quam Sententiam ipſius, & Aſſeclarum, Veronenſi Libros eosdem adſcribere haud veritorum, merito improbant Phil. Labbeus (*P. II. Biblioth. Nummariæ p.* 558.) & Johan. Alb. Faber (*l. c.*)

LIII. Sicut autem Confuſionibus, hactenus recenſitis, PLINII Cognomen præbuit Occaſionem, ita SECUNDI Agnomen, quod PLINIUS Junior, ſive Epiſtolographus, cum aliis habuit commune, eodem Homonymiæ Errore, nonnullis ſequioris Ævi Scriptoribus, ut in Chriſtia-

ſtianorum (quorum innocentiæ, cum *Ponti* & Bithyniæ eſſet Prætor, in Epiſt. ad Trajanum, eſt patrocinatus,) imo Martyrum, numerum falſo illum referrent, perſuaſit. Flavius certe Dexter, *in Chronico*, ipſum, e Bithynia Pontoque reverſum, cum, Trajani juſſu, Templum Jovi in Creta exſtrueret, a Tito, hujus Inſulæ Epiſcopo, converſum eſſe, fabulatur, ſeductus ab Actis Titi, Zenæ Legisperite ſuppoſitis, in quibus, teſte Petro de Natalibus, Epiſc. Esquilino (*L.* 7. *Catal. Sanctorum c.* 118.) hæc de Secundo quodam leguntur: *Cum, die quadam, Titus tranſiret ante Palatium, quod Secundus Proconſul, juſſu imperatoris, in Jovis Nomine, conſtruebat, maledixit illud, & ſtatim Opus funditus disſipatum eſt. Tunc Secundus venit ad Titum, cum lacrymis rogans, ſe indemnem ab Opere conſervari. Cui Titus impoſuit, ut Opus, in Nomine unius Dei Chriſtianorum, inciperet, ut ſic Opus perficere poſſet, quod & factum eſt. Completo vero opere, Secundus, cum Filio ſuo, eſt baptizatus.* Qui Martyrio eum, ad Novocomum, d. 7. Aug. affectum eſſe fabulantur, nullum itidem aliud ea de re afferunt Teſtimonium, quam Locum Martyrologii Romani, *Secundum* quendam iſto die occubuiſſe, perhibentis. Quæ Nugamenta merito exploduntur a Theologo Cordatisſimo, & noſtri quondam amantisſimo, Chriſt. Kortholto, *in Comm. ad Epiſt. Plinii de Chriſtianis p.* 5. 6.

LIV. Fabium Quintilianum, patria vel Calaguritanum, vel (quod Edm. Gibſonus, nuper-

nuperrimus *Inſtitutionum* ejus *Oratoriarum*, Oxoniæ A. 1693. excuſarum, Editor (57.) mavult,) Romanum, Rhetorem ſub Domitiano, juxta pleroſque [licet Gibſonius, quo Imperatore vixerit, definire non audeat] Celeberrimum, Eruditiores, cum Gerh. Johan. Voſſio & Ol. Borrichio, ab Avo diſtinguunt Cognomine, M. FABIO QUINTILIANO, Senecæ memorato, cui Pet. Pithoeus Declamationes 143. quæ vulgo ſub illius circumferuntur nomine, vindicavit. Declamationes autem alias XIX., quæ Inſtitutionibus ſolent adjungi, & Oxoniæ *A.* 1692. ſeorſim ſunt recuſæ, & Avo & Nepoti, ob Styli diſſimilitudinem, & Diſcrepantiam a Præceptis Nepotis Rhetoricis, cum Eraſmo, Lud. Vive, & iisdem, quos paulo ante laudavimus, Duumviris, abjudicant, &, vel M. Floro, cui in MSS. quibusdam tribuuntur, vel Poſthumio Juniori, quem Declamationes ſcripſiſſe, ſuo ævo pro Quintilianeis habitas, Trebellius Pollio teſtatur, deberi conjectant. V. *Acta Erudd. Lipſ. l. c. p.* 317. & Ol. Borrichii *Conſpectum Præſtantiorum L. Lat. Scriptorum*, §. 31. *p.* 16.

LV. Q. RHEMNIO PALÆMONI (quem Voſſius (58.) Labbeus (59.) & Thom. Bartholinus (60.) cum altero forte, mox memorando eum confundentes, Q. Rhemnium Fan-

Cc nium

(57.) *V. Acta Erudd. Lipſ. T. II. ſupplem. Sect. VII. p.* 318.
(58.) *in Lib. de Scient. Mathem. c.* 71. *§.* 5.
(59.) *P. II. Biblioth. Nummaria p. m.* 554. 555.
(60.) *in Diſſ. de Medicis Poetis p. m.* 122.

nium Palæmonem appellant) Vicentino, Grammatico & Poetæ Ævi Tiberiani ac Claudiani Romano, non incelebri, ſed ob luxum, Arrogantiam ſtolidam, & Libidinum intemperantiam, Suetonio (61.) teſte, infami, Gesnerus, Simlerus, & alii, Carmen tribuunt de Ponderibus & Menſuris Medicinalibus Heroicum, in fine mutilum, cujus plurimas Labbeus (62.) recenſet Editiones. Sed ſimilitudine illos nominum eſſe deceptos judicat Borrichius (63.) & Poema hoc, Humili ſcriptum dictione, Rhemnio Fannio, Poetæ Conſtantino M. Coævo, & *A*rnobii, juxta nonnullos, diſcipulo, vindicat, ſecutus haud dubie Codd. Antiquos, in quibus tamen Remum Favinum Autorem hunc vocari, Voſſius, Labbeus & Bartholinus, obſervant. *P*riſciano alii illud tribuunt, ſed, cum Nomen hoc pluribus fuerit commune, incerti ſunt, teſte Bartholino, utrum Priſciano *C*æſarienſi, Grammatico, Juſtiniani Coætaneo, an vero Theodoro *P*riſciano, Medico, ſit adſcribendum.

LVI. Licinium Rufinum, JCtum, ſub Alex. Severi Imperio, Romanum, Julio Paulo *σύγχρονον*, *Regularum Juris* Scriptorem, Johan. Bertrandus, in Vita ejus [*Lib.* I. *de Juriſperitis*, *p.* 180. 181. 182.] cum tribus aliis Rufinis, uti

(61.) *in Vita ejus. V. Libellum de Illuſtribus Grammaticis c.* 22.

(62.) *l. c.*

(63.) *Diſſ. I. de Poet. Lat.* §. 35. *p.* 60. & *Diſſ.* II. §. 47. *p.* 69.

uti Scholiaſtæ, cujus *Animadvv.* ſub finem Libri, in Edit. Lugduno-Batava, acceſſerunt, *Anonymo* [*lit. Y. 2. a.*] jam eſt obſervatum, confudit: 1. ſc. cum JUNIO RUFINO, dum Præfectum eum Vigilum fuiſſe, *ex L. Imperatores* 4. *D. de Offic. Præf. Vig.* [in qua Junii Ulpianus meminit,) probare conatur; 2. cum M. MARIO TITIO RUFINO, dum eum M. Claudii Laterani, [cui Faſti Titium adjungunt,] in Conſulatu, A. U. C. 950., credit fuiſſe Collegam; 3. cum LICINIO RUFINO Juniore, cujus illi tribuit *Collationem Legum Moſaicarum & Romanarum*, a *Pet.* Pithoeo, cum Notis Eruditis, e Bibliotheca Mandubiorum, Pariſiis A. 1572. editam, quam *Scriptoris* Chriſtiani [qualem Licinium Rufinum Seniorem fuiſſe falſo hinc colligit] eſſe Fœtum, ipſemet fatetur, Jac. Gothofredus autem [Autorem ne quidem Profesſione JCtum fuiſſe, *e Præfatione Tit.* 6. *&* 7. oſtendens] & Æg. Menagius, ducentis annis Ætate Lic. Rufini Veteris eſſe poſteriorem, ac, poſt Codicem Theodoſianum, ſive A. C. 438. concinnatam, ex Conſtitutionum illius, uti & Gregoriani atque *Hermogeniani*, *Allegatione*, pasſim facta luculenter demonſtrarunt. V. Jac. Gothofredi *Manuale Juris*, *P. II. c.* 2. §. 10. *p.* 59. 60. 61. & Æg. Menagii *Amœnitates J. Civ. c.* 7.

LVII. MASSURIUM SABINUM, *J*Ctum Ævi Tiberiani Nobilem atque integerrimum, ex Ordine Plebejo, ob Virtutem & Eruditionem, in Equeſtrem translatum, Lampridius

cum Q. Aquilio Sabino, gemino Conſulatu, temporibus *Antonini* Caracallæ, functo, confundit, Ulpianum ad hunc Libros ſcripſiſſe referens, quos Animadverſiones ad *Scripta* Masſurii fuiſſe complexos, ex variis Juris Civilis Locis, & Gellio [*L.* 10. *c. ult.*] oſtendit *Johan.* Bertrandus, *L.* 1. *de Jurisper. p.* 37. 38. 39. ubi alios etiam Sabinos JCtos, noſtro cognomines, ab illo diſtinguit.

LVIII. Q. Claudium Saturninum, JCtum Romanum, *Antonino Pio* coævum, & Prætorio functum munere, a claudio venulejo saturnino, Papiniani Diſcipulo, & Alex. Severi Conſiliario, non eſſe accurate, uti par erat, diſtinctum ab Ant. Auguſtino, hunc Q. Claud. Venulejum Saturninum vocante, & ita duorum Nomina uni tribuente, monet Idem Bertrandus *L.* 1. *p.* 116. *& L.* 2. *p.* 263. *ac ſeqq.*

LIX. Qui eundem, cum Scævola Augure, eſſe credunt Q. Mutium Scævolam, Publii Conſulis Filium, omnibus pene in Rep. Romana Honoribus, & Conſulatu quidem A. U. C. 658. functum, tandemque, poſt Provinciæ *Aſia*ticæ Adminiſtrationem, Pontificatum etiam Maximum adeptum, inque iſto, ad Aram Veſtæ, quam amplexabatur, a Mario interfectum, *Jurisperitorum*, ex Sententia L. Craſſi, Collegæ ipſius, (*ap. Cic. L.* 1. *de Orat.*) & Tullii [*in Bruto,*] *Eloquentisſimum, & Eloquentium Jurisperitisſimum,* cum L. Mutio Scævola, Gentili coævo, Augure, illum confundunt, uti Bertrandus (*L.* 1. *p.* 27. 28.)

28.) ex Tullii in Lælio verbis, recte oſtendit, quibus ſe a L. Mutio *Scævola* Augure, ad Q. Mutium Scævolam, Pont. Max. ſe contuliſſe, teſtatur. Bertrandus ipſe [*L.* 1. *p.* 20.] Q. MUTIO SCÆVOLÆ falſo adſcribit CERVIDII SCÆVOLÆ [qui M. Antonino *P*hiloſopho fuit a Conſiliis] *Quæſtionum Juris Libros*, Vero *A*utori inferius (*p.* 106. 107.) a ſe reſtituendos, uti a *S*choliaſta ejus *A*nonymo [*lit. X. 6. a.*] eſt ſubindicatum.

LX. Fuiſſe Hominem Imperitum, qui L. ANNÆUM SENECAM, Cordubenſem, Philoſophum, Neronis ævo, in *C*ivit. Romana, *S*toicum, Canoniſtis, ſive Juris Pontificii Scriptoribus, ob *Libros de Beneficiis* [quam ille Vocem, Significatu, Romæ Veteri ignoto, & ſequioribus demum ſeculis ei affictо, Munera Eccleſiaſtica, & horum reditus, deſignare, ſtulte credebat,] annumeraverit, Marcus Schönmannus, Jeſuita Erfurtinus (64.) ejusque Antagoniſta, *J*oh. Frid. Mayerus, memorant (65.) Suſpicor autem ego, occaſionem forte illi etiam Erroris hujus præbuiſſe Confuſionem SENECÆ cum JOHANNE SEMECA, Præpoſito Baſilicæ D. Stephani Halberſtadienſis, primoque Decreti Gratianæi Gloſſatore, ſive Scholiaſta, per Clementem IV., Pontificem, quod ſibi, Decimas a Clero Germaniæ exigenti, *A*ppellationem op-

(64.) im Catholiſchen Zeughauſe/ *in Præfat. Partis II. p.* 110.
(65.) im Reinen Gewiſſen/ wider P. Schönmann, *p.* 100. 101. 102.

cum Q. Aquilio Sabino, gemino Conſulatu, temporibus *Antonini* Caracallæ, functo, confundit, Ulpianum ad hunc Libros ſcripſiſſe referens, quos Animadverſiones ad *S*cripta Masſurii fuiſſe complexos, ex variis Juris Civilis Locis, & Gellio [*L.* 10. *c. ult.*] oſtendit *Johan.* Bertrandus, *L.* 1. *de Jurisper. p.* 37. 38. 39. ubi alios etiam Sabinos JCtos, noſtro cognomines, ab illo diſtinguit.

LVIII. Q. Claudium Saturninum, *J*Ctum Romanum, *Antonino Pio* coævum, & Prætorio functum munere, a claudio venulejo saturnino, Papiniam Diſcipulo, & Alex. Severi Conſiliario, non eſſe accurate, uti par erat, diſtinctum ab Ant. Auguſtino, hunc Q. Claud. Venulejum Saturninum vocante, & ita duorum Nomina uni tribuente, monet Idem Bertrandus *L.* 1. *p.* 116. *& L.* 2. *p.* 263. *ac ſeqq.*

LIX. Qui eundem, cum Scævola Augure, eſſe credunt Q. Mutium Scævolam, Publii Conſulis Filium, omnibus pene in Rep. Romana Honoribus, & Conſulatu quidem A. U. C. 658. functum, tandemque, poſt Provinciæ *Aſia*ticæ Adminiſtrationem, Pontificatum etiam Maximum adeptum, inque iſto, ad Aram Veſtæ, quam amplexabatur, a Mario interfectum, *Juriſperitorum*, ex Sententia L. Crasſi, Collegæ ipſius, (*ap. Cic. L.* 1. *de Orat.*) & Tullii [*in Bruto,*] *Eloquentisſimum, & Eloquentium Juriſperitisſimum*, cum L. Mutio Scævola, Gentili coævo, Augure, illum confundunt, uti Bertrandus (*L.* 1. *p.* 27. 28.)

28.) ex Tullii in Lælio verbis, recte oſtendit, quibus ſe a L. Mutio *S*cævola Augure, ad Q. Mutium Scævolam, Pont. Max. ſe contuliſſe, teſtatur. Bertrandus ipſe [*L.* 1. *p.* 20.] Q. Mutio Scævolæ falſo adſcribit Cervidii Scævolæ [qui M. Antonino *P*hiloſopho fuit a Conſiliis] *Quæſtionum Juris Libros*, Vero *A*utori inferius (*p.* 106. 107.) a ſe reſtituendos, uti a *S*choliaſta ejus *A*nonymo [*lit. X.* 6. *a.*] eſt ſubindicatum.

LX. Fuiſſe Hominem Imperitum, qui L. Annæum Senecam, Cordubenſem, Philoſophum, Neronis ævo, in *C*ivit. Romana, *S*toicum, Canoniſtis, ſive Juris Pontificii Scriptoribus, ob *Libros de Beneficiis* [quam ille Vocem, Significatu, Romæ Veteri ignoto, & ſequioribus demum ſeculis ei affictо, Munera Eccleſiaſtica, & horum reditus, deſignare, ſtulte credebat,] annumeraverit, Marcus Schönmannus, Jeſuita Erfurtinus (64.) ejusque Antagoniſta, *J*oh. Frid. Mayerus, memorant (65.) Suſpicor autem ego, occaſionem forte illi etiam Erroris hujus præbuiſſe Confuſionem Senecæ cum Johanne Semeca, Præpoſito Baſilicæ D. Stephani Halberſtadienſis, primoque Decreti Gratianæi Gloſſatore, ſive Scholiaſta, per Clementem IV., Pontificem, quod ſibi, Decimas a Clero Germaniæ exigenti, *A*ppellationem op-

(64.) im Catholiſchen Zeughauſe/ *in Præfat. Partis II. p.* 110.
(65.) im Reinen Gewiſſen/ wider P. Schönmann, *p.* 100. 101. 102.

poſuiſſet, excommunicato, & ſacra privato dignitate, tandemque A. 1267. defuncto, V. de illo Alb. Krantzii *Saxoniam L. 8. c. 27.* & Melch. Adami *Vitas JCtorum Germ. p.* 1. 2.

LXI. De Tragœdiarum Decem, quæ SENECÆ nomine ſuperbiunt, Vero Autore, valde diſcrepant Eruditorum, Homonymos forſan hic ſæpius confundentium, Judicia. Eundem illum eſſe cum L. ANNÆO SENECA, Philoſopho, plurimi credunt, e quibus ſolos jam allegabo Joſ. Simlerum (66.) Joh. Chr. Becmannum (67.) & Ol. Borrichium (68.) de plerorumque Doctiorum conſenſu gloriantem. Sunt tamen alii, qui diverſos eſſe cenſent, cum *Pet.* Crinito (69.) pro ſententia ſua non ſolum Diſtichon Martialis allegante notiſſimum, quod alii forte de M. Annæo Seneca, Rhetore, Parente, & Filio ejus Lucio, Philoſopho, interpretabuntur:

Duosque Senecas, unicumque Lucanum,
Facunda loquitur Corduba;

ſed Sidonii etiam Apollinaris, *in Carmine ad Felicem*, Phaleucos, magis eidem faventes:

Non, quod Corduba, prepotens Alumnis,
Facundum ciet, hic putes legendum;
Quorum unus colit hiſpidum Platona,
Incaſſumque ſuum monet Neronem:

Orche-

(66.) *in Biblioth. p.* 458.
(67.) *in Catal. Bibl. Francof. p.* 419.
(68.) *in Conſpectu Scriptt. L. Lat. §. 23. p.* 12. & *Diſſ. I. de Poet. Lat. §. 30. p.* 56. 57.
(69.) *L. 3. de Poet. Lat. c. 53. f.* 118. *b.*

Orcheſtram quatit alter Euripidis,
Pictum facibus Æſchylum Secutus,
Aut plauſtris ſolitum ſonare Theſpim, &c.

In quibus ſane Seneca Tragicus, a Philoſopho, ſollicite diſtinguitur. Verum & huius Sententiæ Patroni parum inter ſe ſunt concordes. Plerique enim, invito licet, ac improbante conjecturas iſtas, nullis Veterum Teſtimoniis nixas, Crinito, cum Thoma Dempſtero (70.) Fabulas haſce Tragicas Senecæ Philoſophi vindicant Filio, & Rhetoris Nepoti, alii autem, quamvis pauciores Rhetoris Filio, ac Fratri Philoſophi Germano; quorum uterque Antiquis eſt ignotus. Sunt tandem, qui diverſos earundem, cum M. Anton. Delrio, Juſto Lipſio, Joſ. Scaligero, Dan. Heinſio, & Scholiaſte illarum atque Editore, Thoma Farnabio, comminiſcuntur Autores, ac Medeam, Hippolytum & Troadas Senecæ Philoſopho, Agamemnonem, Herculem Furentem, Oedipoda, Thyeſten & Thebaida, Patri ejus Declamatori, ſive, ut ipſi vocant, Tragico, Herculem Oeteum autem & Octaviam Poetaſtris quibusdam obſcuris, adſcribunt. Sed vereor, ne hac ratione magis ſe impediant, quam extricent. Farnabius certe, a reliquis diſſentire auſus, Oedipodem Philoſopho, Thebaidem autem proprio, abjudicare, Autori, non dubitavit. Nobis ἐποχὴ, cum parum certi omnibus hiſce Conjecturis inſit, tutisſima videtur.

Cc 4 LXII.

(70.) V. Tob. Magiri *Eponymol. Crit. p.* 181. 182. & Johan. Andr. Quenſtedii *Dial. de Patr. Vir. Illuſtr. p.* 9. 10.

LXII. In locum Servilii, JCti ætatis Neronianæ, Librarii, Nominum decepti ſimilitudine, *in L. Eum Patronum*, 10. *D. de Jure Patron.*, Servium ſubſtituerunt, cui Sulpitii fuit Cognomen Gentilitium, Ciceronis Æqualem, uti ex Proculi, *S*ervio *J*unioris, in eadem Mentione, oſtendit Joh. Bertrandus, *Lib.* 2. *p.* 300.

LXIII. Corn. Severum, Ævi Auguſtæi Poetam, Hiſtoriæ Belli *S*iculi, & Poematis de Ætna, Virgilio ſuppoſiti, *S*criptorem, cum Cassio Severo, Parmenſi, Vate ejusdem temporis, Horatii Verſibus exagitato, & Auguſti tandem juſſu, a Q. Vario, Athenis interfecto, nonnulli confuderunt, notati a Pet. Crinito, *L.* 3. *de Poet. Lat. c.* 47. *f.* 115. *a.* Cum T. Cassio Severo, Oratore maledico, qui, ſub imperio Tiberii, Exul, & rerum omnium inops, in Saxo obiit Seriphio, Idem a Popelinerio, in Hiſtoria ſua, teſte Voſſio (*L.* 1. *de Hiſt. Lat. c.* 21. *p.* 109.) confunditur. Cum hoc Caſſio Severo eundem eſſe putarunt Simlerus, & Popelinerius, modo allegatus, L. Cassium Heminam, Hiſtoricum Rerum Italicarum atque Romanarum, circa A. U. C. 608., celebrem, quem, illi, Annales ſuos ad Mecænatem & Tiberium miſiſſe, ex Priſciano, Severum, *l.* 7. *&* 9. ſub ſolo Caſſii laudante Prænomine, collegerunt, non ſine ingenti ſequiſeculi totius Parachronismo. V. Voſſius *L.* 1. *c.* 7. *p.* 26. 27. Locum Tertulliani (*in Apologetico c.* 10.) in quo Locus Annalium Heminæ, de Saturno, Caſſio Severo tribuitur,

tur, corruptum eſſe, & Gloſſemate Librariorum interpolatum, Idem probat *Lib.* 1. *c.* 21. *p.* 110.

LXIV. Sicconem Polentonum (71.) qui, in Vita C. Suetonii Tranquilli, hujus Parenti, SUETONIO LENI, Tribuno Militum Legionis XIII. ſub Othone, Anguſticlavio, applicat, quæcunque Tacitus (*L.* 1. *&* 2. *Hiſt. ac in Vita Agricolæ,*) & Plinius (*L.* 5. *Hiſt. Nat. c.* 1.) de C. SUETONIO PAULINO, Numidiæ initio, ſub *Cajo*, proprætore, hinc L. Pontii Teleſini, in Conſulatu, A. U. C. 811. ſub Nerone, Collega, & Britanniæ tandem Proconſule, Rebusque hujus in Africa, & contra Britannos, geſtis, referunt, Muretum item (*L.* 15. *Var. Lect. c.* 11.) Gesnerum (*in Biblioth.*) & Popelinerium (*L.* 5. *Hiſtoria de Hiſtoricis,*) ejusdem reos confuſionis, poſt Lipſium [*in Not. ad Tac. L.* 2. *Hiſt.*] docte confutavit Voſſius *L.* 1. *de Hiſt. Lat. c.* 26. *p.* 134. 135. *&* *c.* 31. *p.* 167. Ubi etiam Polentonus ſeorſim ei vapulat, quod SUETONIO LENI, Parenti, Filii ejus, C. SUETONII TRANQUILLI, Epiſtolarum in Aula Hadriani Imp. Magiſtri, Libros *de Inſtitutione Officiorum, Scriptoribus Illuſtribus, & Hiſtoria Ludicra*, inepte tribuat.

LXV. Quam ſtudioſe Symmachus (*Lib.* 1. *Ep.* 2.) TERENTII Comici, cum TERENTIO Reatino, *Romanæ Eruditionis Parente, & Hebdomadon* Scriptore [qua Periphraſi M. Terentium Varronem deſignat,) Confuſionem, accuratiori Diſtinctione, præcaverit, oſtendit, & Vulgatam

tam Loci iſtius Lectionem vindicavit, Johan. Frid. Gronovius, *L. 3. Obſervatt. c. 16. p. 235.*

LXVI. TERTULLIANUM JCtum, *Quaſtionum Juris, & Libri de Peculio Caſtrenſi*, Autorem, ab Ulpiano aliquoties allegatum, & Pomponio Juniorem, Aimarus Rivallius eundem eſſe falſo putavit, cum Q. FLAVIO TERTULLO, quo Conſule, ac referente, SCtum Tertullianum, A. U. C. 910., ſub Antonino Pio, eſt conditum, ex Nominum atque Temporis, quo vixerunt diverſitate, refutatus a Bertrando, *L. 1. de Jurisperitis, p. 135. 136.* Cum Q. SEPT. FLOR. TERTULLIANO *Afro*, Scriptore Eccleſiaſtico, eundem a non paucis confundi, *Capite VI.* de hoc nonnulla allaturo, monebitur.

LXVII. Q. ÆLIUM, TUBERONEM, Philoſophum Vitæ Auſterioris Stoicum, L. Æmilii Pauli ex Filia Nepotem, & Gracchi Adverſarium, L. ÆLIUM TUBERONEM Hiſtoricum, Q. Ciceronis in *Aſia* Legatum, & Q. ÆLIUM TUBERONEM, hujus Filium JCtum Ævi Tulliani, Scriptis de Jure publico & privato plurimis, Pomponio teſte, illuſtrem, a Riccobono, Popma, & aliis, perperam confundi, docet, atque accurate & prolixe diſtinguit, Voſſius, *L. 1. de Hiſt. Lat. c. 12. p. 56. 57. 58.*

LXVIII. De L. VARIO, Poeta Ævi *Auguſtæi* Tragico atque Epico haud ignobili, Maroniſque & Horatii Amico, ita Pet. Crinitus, *L. 3. de Poet. Lat. c. 44. f. 113. a.* : *Quidam ætate noſtra imprudenter faciunt, qui, cum L. Vario,*

Quin-

Quintilianum Varrum confundunt, parum intelligentes, quantum inter ſe differant, & Carminum genere, & moribus.

LXIX. M. Terentium Varronem, Romanorum ſuæ ætatis omnium πολυμαθέςατον, poſt adminiſtrata Munera complura, tam Civilia, quam Militaria, Bibliothecis a C. Julio Cæſare præfectum poſt obitum autem illius, A. U. C. 710., ab Auguſto, Lepido & Antonio, Triumviris, proſcriptum, & tandem A. U. C. 725. (æt. 88.) mortuum, cum *M. Terentio Varrone Lucullo*, ipſi cognomine & coævo, eandemque Proſcriptionis Sortem experto, & M. Antonii juſſu interempto, confundi a M. Vertramo Mauro, Vitæ illius Scriptore, dum M. Bruti Proconſulis eum, A. U. C. 707. in Gallia fuiſſe Quæſtorem (*e Cic. L.* 13. *Epp. Famil. Ep.* 10.) perhibet, ſuſpicatur Mart. Hankius *L.* 2. *de R. Rom. Scr. P. I. c.* 6. *p.* 29. 30. Vixit Romæ, eodem, quo duo hi proſcribebantur, tempore, Tribunusque Plebis fuit, M. Terentius Varro Tertius, ab utroque diverſus, qui, ne, ob Nominis cum proſcriptis communionem, idem cum C. Helvio Cinna, loco Cornelii Cinnæ Prætoris (uti §. 18. dictum,) A. U. C. 709., occiſo, mortis incurreret periculum, Scripto in Vulgus edito, ſe ab iſtis diſtinxit. Teſtis hujus rei eſt Dio Casſius *L.* 47. e quo verba Hankius (*l. c. p.* 31.) allegat ſequentia, a G. Xylandro Latine verſa: *M. Terentius Varro, Tribunus Plebis, tum temporis eandem cum quodam proſcripto Appellationem gerens, uno*

uno excepto Cognomento, cum alioquin nihil contra Triumviros deliquiſſet, veritus, ne idem ſibi, quod Cinnæ, acciderit, edito Scripto eam rem declaravit; hocque eo nactus eſt facto, ut jocis riſuque agitaretur.

LXX. Incertum eſt, duone, an vero tres, fuerint SEXTI AURELII VICTORES, Hiſtorici Cognomines, nec ſatis liquido exploratum, cuinam ex iſtis Liber de Viris Illuſtribus (Plinio etiam Juniori & Corn. Nepoti adſcriptus a nonnullis,) cuinam Epitome de Vitis Imperatorum, ad Theodoſii M. Exceſſum usque perducta, cui denique Scriptum de Origine Gentis Romanæ, debeatur. Plerisque tamen Voſſii probatur ſententia, qui Libellum primum Afro, Conſtantio Imperatori, a quo Pannoniæ, ac dein urbi, teſte Amm. Marcellino (*l.* 2.) eſt præfectus coævo Religione Pagano alterum S. AUR. VICTORI, ſub Theodoſio M. & Filiis ejus, celebri, tertium denique Incerto Afri iſtius Exſcriptori, ſive Epitomatori, tribuit. V. *L.* 2. *de Hiſt. Latin. c.* 8. *p.* 195. 196. *&* *c.* 15. *p.* 221., Balth. Bonifacii *Excerpta de Hiſt. Rom. Scriptt. n.* 29. *p.* 56. 57. Mart. Hanckii *L.* 1. *de R. Rom. Scr. P. I. c.* 29. *p.* 149. 150. 151. *&* *P. II. c.* 5. *p.* 304. 305.

LXXI. DOMITIUM ULPIANUM, JCtum ævi ſui Principem, & Alex. Severi Imp. Conſiliarium, Joh. Bertrandus, *in Vita ejus* (*L.* 1. *p.* 122.) falſo eundem eſſe putavit cum ULPIANO Sophiſta, quem aſſiduas, in viis, Ambulationibus, Balneis, & Librariorum Tabernis, proponere ſolitum fuiſſe Quæſtiones, Athenæ-

næus *Lib.* 1. perhibet. Correxit hunc ejus Errorem Scholiaſtes ipſius Anonymus, *lit.* Υ. 1. *a.*

CAPUT V.

De Scriptoribus Chriſtianis, Græco commentatis Sermone, & ob Homonymiam confuſis.

§. I.

ACHILLEM TATIUM Alexandrinum, Scriptorem ἱϛορίας συμμίκτου, Etymologici, Libri de Sphœra, & Fabulæ, quæ ſola ſupereſt, de Leucippe & Clitophonte Eroticæ, ex Gentili Chriſtianum, ad Epiſcopalem tandem evectum dignitatem, verum ætatis incertæ, (de quo Suidas & Voſſius (1.) conſulendi,) cum ACHILLE STATIO, Vidigveira Luſitano, Philologo ac Poeta Seculi Superioris inſigni, qui Romæ Pio V. Pontifici ab Epiſtolis fuit Latinis, & XV. Kal. Oct. A. 1585. eſt mortuus (2.) Tob. Magirus, in *Eponymologio Critico* (3.) confudit. Non enim ſolum *Achillem Tatium*, Scriptorem Eroticorum, male *Statium* vocat, ſed Ludov. etiam Carrionis Elogium, quo (*L.* 1. *Lectt. Antiqu. c.* 2.) Luſitanum eſt dignatus, eumque *Virum Summum, atque, ut ejus Amplitudo, & præclara omnium Scientiarum Cognitio, meretur, non niſi cum Hono-*

(1.) *L.* 3. *de Hiſt. Gr. p.* 315.

(2.) De illo, & Scriptis ejus, V. Nic. Antonii *T. I. Biblioth. Hiſpan. lit. A.*

(3.) *P.* 3.

uno excepto Cognomento, cum alioquin nihil contra Triumviros deliquiſſet, veritus, ne idem ſibi, quod Cinnæ, acciderit, edito Scripto eam rem declaravit; hocque eo nactus eſt facto, ut jocis riſuque agitaretur.

LXX. Incertum eſt, duone, an vero tres, fuerint SEXTI AURELII VICTORES, Hiſtorici Cognomines, nec ſatis liquido exploratum, cuinam ex iſtis Liber de Viris Illuſtribus (Plinio etiam Juniori & Corn. Nepoti adſcriptus a nonnullis,) cuinam Epitome de Vitis Imperatorum, ad Theodoſii M. Exceſſum usque perducta, cui denique Scriptum de Origine Gentis Romanæ, debeatur. Pleriſque tamen Voſſii probatur ſententia, qui Libellum primum Afro, Conſtantio Imperatori, a quo Pannoniæ, ac dein urbi, teſte Amm. Marcellino (*l.* 2.) eſt præfectus coævo Religione Pagano alterum S. AUR. VICTORI, ſub Theodoſio M. & Filiis ejus, celebri, tertium denique Incerto Afri iſtius Exſcriptori, ſive Epitomatori, tribuit. V. *L.* 2. *de Hiſt. Latin. c.* 8. *p.* 195. 196. *& c.* 15. *p.* 221., Balth. Bonifacii *Excerpta de Hiſt. Rom. Scriptt. n.* 29. *p.* 56. 57. Mart. Hanckii *L.* 1. *de R. Rom. Scr. P. I. c.* 29. *p.* 149. 150. 151. *& P. II. c.* 5. *p.* 304. 305.

LXXI. DOMITIUM ULPIANUM, JCtum ævi ſui Principem, & Alex. Severi Imp. Conſiliarium, Joh. Bertrandus, *in Vita ejus* (*L.* 1. *p.* 122.) falſo eundem eſſe putavit cum ULPIANO Sophiſta, quem aſſiduas, in viis, Ambulationibus, Balneis, & Librariorum Tabernis, proponere ſolitum fuiſſe Quæſtiones, Athenæ-

næus *Lib.* I. perhibet. Correxit hunc ejus Errorem Scholiaſtes ipſius Anonymus, *lit. Y. 1. a.*

CAPUT V.

De Scriptoribus Chriſtianis, Græco commentatis Sermone, & ob Homonymiam confuſis.

§. I.

ACHILLEM TATIUM Alexandrinum, Scriptorem Ἱϛορίας συμμίκτȣ, Etymologici, Libri de Sphœra, & Fabulæ, quæ ſola supereſt, de Leucippe & Clitophonte Eroticæ, ex Gentili Chriſtianum, ad Epiſcopalem tandem evectum dignitatem, verum ætatis incertæ, (de quo Suidas & Voſſius (1.) conſulendi,) cum ACHILLE STATIO, Vidigveira Luſitano, Philologo ac Poeta Seculi Superioris inſigni, qui Romæ Pio V. Pontifici ab Epiſtolis fuit Latinis, & XV. Kal. Oct. A. 1585. eſt mortuus (2.) Tob. Magirus, in *Eponymologio Critico* (3.) confudit. Non enim ſolum *Achillem Tatium*, Scriptorem Eroticorum, male *Statium* vocat, ſed Ludov. etiam Carrionis Elogium, quo (*L. I. Lectt. Antiqu. c. 2.*) Luſitanum eſt dignatus, eumque *Virum Summum, atque, ut ejus Amplitudo, & præclara omnium Scientiarum Cognitio, meretur, non niſi cum Hono-*

(1.) *L. 3. de Hiſt. Gr. p. 315.*

(2.) De illo, & Scriptis ejus, V. Nic. Antonii *T. I. Biblioth. Hiſpan. lit. A.*

(3.) *p. 3.*

Honore nominandum, ſalutavit, eundem Tatium Alexandrinum extollere, falſo credidit.

II. Homiliæ *de Occurſu D. N. J. C. & de Deipara atque Simeone*, aliorum item Opuſculorum aliquot, AMPHILOCHIO, Epiſcopo in Lycaonia, circa A. 392. Iconienſi, hactenus attributorum, Autorem eſſe AMPHILOCHIUM, Sidæ Epiſcopum, qui Concilio Epheſino A. 431. interfuit, cenſet Phil. Labbeus *T. I. Diſſert. de Scr. Eccl. p.* 60. conf. Joh. Gotfr. Olearium *in Abaco Patrol. p.* 30. & Guilh. Cavii *Hiſtor. Lit. Scr. Eccl. p.* 143.

III. Confuſa atque incerta eſſe omnia, quæ ſub ANASTASIORUM, utriusque nempe Sinaitæ, ſive Antiocheni, & Niceni, nominibus ſunt evulgata, Frid. Spanhemius Jun., *in Summa Hiſt. Eccl. p.* 325. merito conqueritur, & fuſius haud dubie oſtendit Caſimirus Oudinus, Vir in Studio Patrologico verſatiſſimus, *in Diſſ. de diverſis Anaſtaſiis Sinaitis, & Archiepiſcopis Antiochenis, illorumque Scriptis*, quam, a ſe ad umbilicum jam perductam, A. 1692. *in Epiſt. de Studiorum ſuorum Ratione*, Orbi Literato eſt pollicitus. ANASTASIUM NICENUM, S. Maximi Abbatis & Martyris, circa A. 640. Coætaneum, ſecus, ac pleriſque eſt viſum, cum Sinaitarum altero eundem eſſe, opinatur Labbeus, ſed invito ac contradicente Frid. Spanhemio (4.) ANASTASIO SINAITÆ Seniori, Monacho initio Cœnobii in Monte Sinai erecti, deinde vero Epiſcopo

(4.) *Tomo II. Introd. ad Hiſt. S. p.* 638.

po ab A. 561. Antiocheno, A. 599. defuncto, vulgo, ſed perperam tribuuntur: 1. Ὁδηγὸς, noviſſime etiamnum a Ludov. Elia du Pin, Theologo Sorbonico (*T. V. Novæ Autorum Eccleſiaſticorum Bibliotheca*, *A.* 1691. *edito*, *p.* 96.) illi vindicatus, ſed Labore plane fruſtraneo, cum Joh. Dallæi (5.) & Edm. Albertini (6.) Argumentis, Scriptorem illius utroque Sinaita eſſe Juniorem, & ab iis diſtinguendum, ſolide evincentibus, & proinde a Caſp. Sagittario (7.) ac Fr. Spanhemio (8.) merito commendatis, ab ipſo haud ſit ſatisfactum, nec improbabilis videatur Virorum in Acad. Lipſienſi Eruditisſimorum Sententia, nuper (9.) propoſita, Librum hunc (in quo Eucherius Alexandrinus, A. 608. novennio poſt Anaſtaſium integro, defunctus, mortuis accenſetur) Centonem eſſe, tum ex Patrum aliorum, tum ex Anaſtaſii, Scriptis conſarcinatum, ab hoc autem, Fragmenti primi Autore, ab imperitioribus poſtea, eodem cum Monumentis aliis, Antiquioribus fato, denominatum. Guilh. Cavius (10.) ab his haud multum diſcrepat, Hodegum iſtum *vel Anaſtaſii Opus non eſſe, vel quædam ei, poſt utriusque Anaſtaſii mortem, inſerta, pronuncians*; 2. *Contemplationum Anagogicarum in Divini Opificii Hexaemeron Libri*, *in*

(5.) *in Lib. de Scriptis Dionyſ. Areop. p.* 187. *& ſeqq.*
(6.) *L.* 3. *Operis de Euchariſtia p.* 903. *& ſeqq.*
(7.) *in Introd. in Hiſt. Eccl. c.* 32. *§.* 13. *p.* 803.
(8.) *in Summa Hiſt. Eccl. p.* 325.
(9.) *in Actis Erud. T. II. Supplem. Sect.* 9. *p.* 427. 428.
(10.) *in Chartophyl. Eccl. p.* 140.

in Tomo Bibliothecæ PP. Pariſienſis IIdæ, A. 1589. excuſæ, *Imo* (ut alias taceam Editiones) obvii, & ab Editore, Margarino Bignæo, Noſtro (quem tamen Martyrem falſo vocat, & ita cum Anaſtaſio Juniore confundit,) teſtimonio Mich. Glycæ, ex *P. I. Annalium,* hanc in rem allegato, vindicati, ſed invito, uti ipſe fatetur, Sixto Senenſi, Succeſſori ejus, ANASTASIO SINAITÆ Juniori, Patriarchæ itidem ab A. 599. Antiocheno, A. 608. (juxta *Martyrol. Rom.*) vel 611. (juxta alios,) a Judæis trucidato, eosdem *Lib.* 4. *Biblioth. S.* tribuente ; 3. *Reſponſio ad Orthodoxorum aliquot Interrogationes de diverſis Capitibus Eccleſiaſticis,* ſub ejus nomine a Jac. Andradio (*L.* 8. *Orthodox. Explicatt.*) & aliis, ſæpe allegata, quam *a Recentiori manu hinc inde eſſe auctam,* Cavius (11.) ſtatuit, Rob. Cocus autem (12.) nec Sinaitarum alterum, nec Anaſtaſium Nicenum, Parentem agnoſcere, ex Allegatione *Canonis Vti Synodi VI.* An. 692. habitæ, Maximi item Monachi, qui Sec. VII. Nicephorique, Archiepiſc. Conſtantinop., qui Sec. IX. floruit, jampridem demonſtravit ; 4. Compendiaria Fidei Inſtitutio, quam nonnulli ipſi, plures, imprimis e Recentioribus, Anaſtaſio Sinaitæ Juniori, Theod. autem Beza, Nominum deceptus affinitate, ATANASIO, Archiep. Alexandrino, in ſua illius Edit. Græco-Latina, Genevæ An. 1570. excuſa tribuerunt. Guilh. Cavius (13.) nul-

(11.) *l. c. p.* 140.
(12.) *in Cenſura Vett. Scr. Eccl. p. m.* 405. 406.

(13.) nullius ex his eſſe arbitratur, & S. Maximo Martyri vindicat.

IV. ANTONII, MELISSÆ Agnomen a Scripto ſuo adepti, Monachi ad Sec. VIII. a Patrologis plerisque, ſed Conjectura, uti Cavius fatetur, incerta, relati, *Meliſſas, ſive* 175. *Locos de Virtutibus & Vitiis Communes*, ANTONIO Magno, Coma Ægyptio, Abbati Inclyto, & primo Vitæ Cœnobiticæ in patria Autori, A. 357. (æt. 105.) exſtincto, a nonnullis, ſola haud dubie Homonymia deceptis, falſo adſcribi, recte monet J. G. Olearius *in Abaco Patrol. p.* 43.

V. Seculo IV., inter Doctores Eccleſiaſticos Celebriores, Polymathiæ haud vulgaris, & Venæ Poeticæ Elegantis, gloria, enituerunt duo APOLLINARES, Pater ſc. ortu Alexandrinus, ex Grammatico Presbyter, circa A. 362. Laodicenus, Filiusque hujus ὁμώνυμος, ejusdem Eccleſiæ Laodicenæ, circa A. 370. Epiſcopus, Theodoſio M. imperante defunctus, Autor Hæreſeos Apollinariſtarum, de qua, uti & Hiſtoria ipſius univerſa, Eruditam nuper A. 1694. Jac. Basnagius, in *Quadriga Diſſertationum Hiſtorico-Theologicarum*, edidit Diatriben. E Scriptis utriusque plurimis, ſolæ hodie ſuperſunt *Metaphraſis Pſalmorum* Poetica, & Tragœdia (quæ Gregorium Nazianzenum diu mentita eſt Autorem) *Chriſti Patientis*. Sed incertum propemodum eſt, cuinam debeantur. Metaphraſin Filio adſcribunt Bellarminus, Labbeus, Olea-

(13.) *in Hiſt. Lit Scr. Eccl. p.* 297-308.

rius, & alii complures, Patri autem Joſ. Simlerus, G. J. Voſſius (14.) in Poetarum tamen Græcorum Hiſtoria, *c.* 9., cum Filio eum, Cavio obſervante, confundens; & ipſe Guilh. Cavius (15.) *Chriſtum* etiam *Patientem* eidemvindicans. Solenne ſc. eſt, uti recte idem monet, tam Veteribus, quam Modernis, horum Confuſione peccare, ac proinde circa illos labi proclivius. Libros XXX. contra Porphyrium, a Filio, teſte Hieronymo, ſcriptos, Simlerus Patris monumentis accenſet. Cognominis utrique, ſed duobus fere Seculis, non unico tantum, uti Joh. Hülſemannus cenſet, antiquior, fuit APOLLINARIS, Epiſc. in Aſia, circa A. 171. Hierapolitanus, ob varia, pro Relig. Chriſt. Veritate, adverſus Gentes, & Montaniſtas atque Cataphrygas Hæreticos, Scripta ac Certamina, ab Euſebio & Hieronymo celebratus, ſed, in nonnullis Catalogi Doctorum Eccleſiæ Illuſtrium Hieronymiani Codicibus MStis, cum Apollinari Juniore, Epiſc. Laodiceno, uti Poſſevinus, *in Apparatu*, & ex iſto Joh. Hülſemannus (16.) teſtantur, confuſus.

VI. ASTERIOS tres, primum ſc. Eccleſiæ in Ponto Amaſenæ, circa A. 400. Epiſcopum, alterum Philoſophum, & Exegeten Biblicum, ſub Conſtantio, circa A. 304. Arianum, patria Cappadocem, tertium denique Petræ in Arabia Epi-

(14.) *L. 2. de Hiſt. Gr. c. 9. p. 252.*
(15.) *in Chartophyl. p. 68. & Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p. 125.*
(16.) *in Patrologia c. 2. p. 985.*

Epiſcopum, ex Ariano Orthodoxum, a Conſtantio eodem in Africam relegatum, ibique mortuum, Olearius, Labbeum ſecutus, recenſet, ac ſollicite diſtinguit, olim quippe a Bellarmino, Collectoribus Bibliothecæ Patrum Colonienſis, & aliis, qui Legationem ultimi ad S. Julianum Sabam, a Theodoreto *in Philot. c. 2.* memoratam, primo affinxerunt, confuſos. Quartus his addi potuiſſet ASTERIUS URBANUS, trium adverſus Cataphrygas Librorum, ſub finem Sec. II., Scriptor, ab Euſebio *L. 5. H. E. c.* 16. *&* 17., ac Cavio, hunc ſecuto (17.) celebratus. Hodie ſolius Amaſeni Homiliæ complures ſuperſunt, ſed magnam partem ſuſpectæ, vel ſuppoſititiæ. Certe, an VII. iſtæ, quas Franc. Combefiſius, in *Tomo Auctarii ad Biblioth. PP. GræoLatini Imo*, ſub Aſterii Amaſeni Nomine, primus publicavit, omnes ejusdem ſint Aſterii, dubitare ſe haud diſſimulat Doctiſſ. Cavius, *in Indice Chartophylacis, lit. Ff.* 1. *a.*, *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 201.

VII. ATHANASIUM, Archiepiſcopum Eccleſiæ Alexandrinæ, & Antagoniſtam Arianorum, Sec. IV., inclytum, ac vere, etiam poſt Fata, quæ A. 371. ſubiit, ἀθανάσιον, cum Athanaſio altero recentiore, confudit Gerh. Johan. Voſſius, dum, *in Lib. de Scient. Mathem. p.* 38. Conr. Gesnerum, Georgium Pachymerem Athanaſio σύγχρονον fuiſſe perhibentem, caſtigat. Non enim intellexit Gesnerus, uti a Vindice e-

(17.) *in Cartoph. p.* 17.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

jus nupero, Joh. Alb. Fabro (18.) eſt monitum, Scriptorem iſtum Seculi IV. decantatiſſimum, ſed ATHANASIUM, Archiepiſc. Sec. XIII. itidem Alexandrinum, de cujus cum Athanaſio altero, Patriarcha Conſtantinopolitano, certaminibus Pachymeres, utriusque Æqualis, complura in Hiſtoriam ſuam retulit. Monumentorum etiam Præſulis iſtius Sanctiſſimi Numerum nonnulla Scriptorum ὁμωνύμων, ipſo obſcuriorum, ut fieri ſolet, auxerunt. Librum ſane *de Paſſione Imaginis D. N. J. C. in Urbe Syriæ, Beryto, Temporibus Conſtantini Senioris, & Irenes, Uxoris ejus, à Judæis crucifixæ*, in Synodo Nicena IIda, Act. IV. (ubi totius legitur) ipſi, ſi Bellarminum audias attributum, *Tomo IV. Operum* ejus inſertum, & a Colonienſibus, Aloys. Lipomano, Pet. Crabbio, aliisque Iconolatriæ Patronis, pro Fœtu ejus genuino ſæpius Lectoribus obtruſum, ſed a Rob. Coco (19.) ob Hiſtoriæ ipſius Fabuloſæ Nugacitatem, & Ævum, Athanaſii aliquot Seculis inferius, *νοθείας* Argumentis inſimulatum Achilleis, Baronius ipſe (20.) atque Bellarminus (21.) illi abjudicant, & Athanaſii alterius, multo recentioris, in Syria, (juxta Conjecturam Baronianam) dignitate functi Epiſcopali, Partum eſſe, conjectant. Imo Baronius, Bellar-

(18.) *in Decade Decadum, num.* 20.

(19.) *in Cenſura Scr. Vett. p.* 192-198. Conf. Riveti Crit. *S. L.* 3. *c.* 5.

(20.) *T. IX. Annal. ad A.* 707. *n.* 3. & 29. *ac in Notis ad Martyrol. Rom.* (a Coco allegatis,) *ad d.* 9. *Nov.*

(21.) *in Lib. de Script. Eccl. p. m.* 78. 79.

larmino heic contradicens, hanc Miraculi iſtius (ad A. 766. in Sigeberti Gemblacenſis Chronico relati) Narrationem, in Synodo Nicena II., tanquam Athanaſii Scriptum, eſſe cognitam, candide inficiatur. A. 1685. Pariſiis, ab Andrea Arnoldo Noribergenſi, e Bibliotheca Iſ. Voſſii, editum, ſub nomine Athanaſii, Archiep. Alexandrini, eſt GræcoLatine *Syntagma Doctrinæ ad Clericos & Laicos*, quod Editor quidem revera ab illo eſſe profectum, tum ex Stylo, tum e Synodi cujusdam Græcæ, Sec. IX. habitæ, Teſtimonio, oſtendere, allaboravit. Sed dexterrimæ his ipſius Argumentis eſt reſponſum, & νοθεία Scripti ſimul, ex Athanaſii ipſius, aliorumque Patrum, de eodem Silentio, Præceptorûmque Autoris de Vita Monaſtica, Decimis, Jejuniis, Clericorum conjugio, Juramentis, ac Mercatura, ingenti a Doctrina vere Athanaſiana, Ævique iſtius Inſtitutis, Diſcrepantia, luculenter oſtenſa, a Viro Doctiſſ. Jac. Basnagio, Gallo, tum in Epiſtola de Libello hoc Gallica, *Novellarum Reipub. Liter. Belianarum M. Julio* A. 1685. inſerta (22.) tum in Diſſ. peculiari, Exceptionibus Reſponſoriæ Arnoldi repoſita, &, cum Chryſoſtomi *Epiſtola ad Cæſarium, Ultrajecti* A. 1687. edita in *Diſſertationum* autem *Hiſtorico-Theologicarum* Tetrade, Roterodami An. 1694. recuſa (23.) Nec

Dd 3 quis-

(22.) Lat. translata occurrit *in Actis Erudd. Lipſ. M. Nov. A.* 1685. *p.* 511. 512. 513.

(23.) Recenſum illius exhibent *Acta Erudd. M. Oct. An.* 1685. *p.* 563-567.

quiſquam, uti credo, γνησιότητα Syntagmatis illius jam amplius defendit, poſtquam Celeberr. Cavii (24.) indicio ſumus edocti, MStum, e quo prodiit, Voſſianum 500. ſaltem vel 600. Annorum præ ſe ferre ætatem, Doctrinam autem Libri ipſius Juniori eum Athanaſio vindicare, eandemque Iſ. Voſſii, Poſſeſſoris, in Colloquio ſecum habito, fuiſſe Sententiam.

VIII. De Symbolo etiam Fidei, quod ſub ATHANASII, Archiep. Alexandrini, Nomine circumfertur, nonnulla addemus. Video γνησιότητι illius patrocinari Andr. Rivetum (25.) & Joh. Hülſemannum (26.) ut vetuſtiores alios taceam. Sed, quo minus his aſſenſum præbeas, Argumenta contraria ponderis haud exigui, partim a Gerh. Johan. Voſſio (*in Diſſert. II. de III. Symbolis,*) & Henr. Nicolai, Prof. Thorunienſi (*in Diſſ. de Symb. Athanaſiano*, Dantiſci A. 1655. edita,) partim vero ab aliis Recentioribus, allata, & a Viro πολυμαθεστάτῳ, Wilh. Ern. Tenzelio, in Libello de eodem peculiari pereleganti, Gothæ A. 1687. excuſo, ſtudioſe collecta, facile te ſufflaminabunt. Hülſemanno, ex Anteceſſoribus ſuis, contradicit Joh. Aſſelmannus, Aſſecla Lutheri γνήσιος, dubitare ſe, an Symbolum Athanaſii ipſum agnoſcat Autorem, verbis diſertis profeſſus (27.) A Riveto

(24.) *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p. 105.*
(25.) *L. 3. Crit. S. c. 4. p.* 261.
(26.) *in Patrol., c. 4. p.* 1022. 1023.
(27.) *in Corollario VIII. Diſſ. de Communicat. Natur. & Idiom.*

to! diſſentit Succeſſor ejus in Acad. Lugduno-Batava hodie Celeberrimus, Frid. Spanhemius Jun. Autorem Symboli *Hominem* eſſe *Latinum, & Neſtorio poſteriorem*, perſuaſus (28.) ὁμόψηφοι huic ſunt, quod Ætatem Autoris attinet, plerique Patrologi, & Archæologiæ Eccleſiaſticæ Scrutatores moderni, ſed, ubi certus Fœtus hujus Parens eſt deſignandus, admodum diſcordes. Non moramur jam illos, qui vel Euſebio Vercellenſi, vel Theologo Ævi Carolini Gallo aut Hiſpano, ὁμολογίαν hanc vindicant, & a Tenzelio, in Sectione Opuſculi ſui Poſteriore, allegantur. Nec prolixe immorabimur Sententiæ de Vigilio Afro, Epiſcopo Tapſenſi, qui Sec. VI. floruit, & alios etiam Libros complures Athanaſio ſupponit, a Paſchaſio Queſnellio (*Diſſ. XIV. in Leonis M. Opera*) publice primum A. 1676. Argumentis plurimis, iisque haud levibus, confirmatæ, magno Eruditorum Applauſu exceptæ, & Aſſeclas ex his, præter Nat. Alexandrum & Caſſim. Oudinum, a Tenzelio allegatos, nactæ, Ludovicum Eliam du Pin (29.) Guilh. Cavium (30.) & Jac. Basnagium (31.) Triumviros in Antiquitate Eccleſiaſtica verſatiſſimos. Prætereo etiam muſteam Joſephi Antelmii, Forojulienſis, Doct. Theologi, Vincentium Lirinenſem illius arbitrati Autorem, Sen-

Dd 4 ten-

(28.) *in Summa Hiſt. Eccl. p.* 149.

(29.) *T. II. Nova Biblioth. Autt. Eccleſ.*

(30.) *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 104. 263.

(31.) *in Diſſ. III. Hiſtorico-Theol. de Syntagmate Fidei, quod Athanaſio tribuitur, p.* 111.

tentiam, *in Nova de Symbolo Athanaſiano Disquiſitione*, Pariſiis A. 1693. excuſa, propoſitam, & in *Actis Eruditorum Lipſienſibus*, fuſe atque accurate, cum Fundamentis ſuis, recenſitam (32.) Hæc enim omnia ad noſtram haud faciunt Inſtitutum, qui Autorum ob Homonymiam, vel Nominum Affinitatem, Confuſiones colligimus. Potiori Jure Mentionem ſui *h. l.* poſtulat Chriſtoph. Sandii NeoArianorum Promachi, in Symbolum hoc, quod Sabellianismi accuſat, iniquioris, novella, qua illud ATHANASIO, Eccleſiæ Spirenſis ab A. 610. ad A. 650. (ſive potius, uti a Car. Cointio, *Annalium Franciæ Eccleſiaſticorum* Scriptore (33.) eſt oſtenſum, ad A. ſaltem 642. ipſi Emortualem) Epiſcopo, tribuere eſt annixus, Opinio, nullis confirmata rationibus, ſed Conjecturæ inſtar, *in Appendice ad Nucleum Hiſt. Eccl.* (34.) tantum prolata, ac merito proinde a Tenzelio (35.) mentionem Confesſionis hujus, Epiſcopatu illius antiquiorem, in Gregorii M. obſervante Pſalterio, exploſa. Sunt alii, qui ATHANASII Nomen in locum ANASTASII, ob Vocis utriusque Convenientiam haud exiguam, irrepſiſſe, conjectant, cum Gerh. Johan. Voſſio (36.) Henr. Nicolai (37.) & Joh. Lud. Rue-

(32.) *M. Sept. A. 1695. p. 412-416.*
(33) *T. II. ad A. C. 614. n. 14. & T. III. ad A. 642. n. 66.*
(34.) *p. 35.*
(35) *l. c. Sect. Poſter. p. 227-230.*
(36.) *Diſſ. II. de III. Symbolis n. 19. & ſeqq.*
(37.) *in Diſſ. de Symbolo Athanaſiano.*

Ruelio (38.) Quos inter Ultimus, & Conjecturæ huic plus reliquis duobus tribuit, &, ut ANASTASIUM SINAITAM Seniorem, Patriarcham Antiochenum, §. 3. memoratum, Symboli hujus credat Autorem, haud difficulter videtur poſſe adduci. Huic Opinioni Ponderis aliquid videtur accedere, e Teſtimonio Joh. Belethi, Theologi Sec. XII. Pariſienſis, qui ſua jam ætate multos in eadem fuiſſe refert (39.) Editione item *Rationalis Divinorum Officiorum* Guilhelmi Duranti Noribergenſi (40.) & Codicibus Pſalterii Gloſſati MSS. Gothano ac Lipſienſi, in quibus hæc Fidei ὁμολογία Anaſtaſio, Patriarchæ Alexandrino, tribuitur (41.) Enochus certe Hanmannus, Superint. Rochlizenſis, *in Diſp. Inaug. de Symbolo Apoſtolico*, non indocta, Lipſiæ A. 1653. Hulſemannianis edita auſpiciis, Voſſii contra Athanaſium Argumentis, & pro Anaſtaſio Conjecturis, nonnulla quidem (42.) regeſſit, ſed fateri tamen coactus eſt, *Rationes ejus haud eſſe contemnendas, & animum ferme inducere*, ad Symbolum hoc Athanaſio abjudicandum, & Anaſtaſio, Euſebio Vercellenſi, vel alii, adſcribendum; imo, poſt prolixam illarum Diſcusſionem, §. 45. (*p.* 93.) de Autore non conſtare, ingenue agnovit. Arridet tamen nihilominus

(38.) *T. II. Concil. Illuſtr. p.* 669.

(39.) *in Explicat. Divin. Offic. c.* 40.

(40.) *L.* 4. *c,* 25.

(41.) V. Tenzel. *l. c., Sect. I. p.* 90. 91. 92. 95. 96. 97. *& Sect. II. p.* 222-230.

(43.) *c.* 9. *§.* 23. *& ſeqq. p.* 77. 78. *& ſqq.*

nobis Tenzelianum de hiſce Anaſtaſii Patronis Judicium (43.) quod monet, inter Patriarchas Alexandrinos fruſtra illos Anaſtaſium, Symboli Autorem, quærere, Sinaitæ autem, ſive Antiocheno, Codd. Veterum, de Alexandrino, Teſtimonia perperam applicare, & probabile proinde eſſe, ipſos illos Libros Vett. in mendo cubare, ac, pro Athanaſii Nomine, Anaſtaſianum per Errorem ſubrepſiſſe. Sed ſufficiant hæc de iſta Controverſia, in qua, qui verus Symboli ſit Autor, ipſo Voſſio judice, nondum ſatis eſt compertum. *Neque*, uti recte idem addit, *tam id ſcire refert, quam optandum, ut ſimiliter omnes ſapiamus in Myſterio hoc Sacroſanctæ Trinitatis* (44.).

IX. Septem Ævi Veteris a Joh. Alb. Fabro (45.) recenſentur ATHENAGORÆ, quos inter Celeberrimus eſt ATHENAGORAS Athenienſis, ex Philoſopho Gentili, Doctor Seculo II. Chriſtianus, & quidem, juxta Dodwellum & Tenzelium (46.) Alexandrinus, cujus pro Chriſtianis ad M. Aurel. Antoninum, & Filium ejus, Commodum, *Apologia*, ac *Libellus de Reſurrectione*, etiamnum ſuperſunt. A Nemine is antiquiorum, uti Paulo Colomeſio eſt obſervatum (47.) laudatur, præterquam a ſolo Methodio, in Scripti de Reſurrectione contra Origenem Fragmento, apud Epiphanium (*Hær.* 64. *Sect.* 21.) & Pho-

(43.) *l. c. p.* 228. 229.
(44.) *l. c. num.* 24.
(45.) *in Decade Decadum, num.* 71.
(46.) *in Exercc. Selectis, P. I. Exerc. V.*
(47.) *in Paralip. ad G. Cavii Charthophyl. Eccl. p. m.* 2. 3.

Photium (*Cod.* 234.) reliquo. Quod Silentium Veterum Cæſ. Baronio occaſionem credo præbuiſſe dubitandi (48.) annon Libelli ipſius ATHENOGENI potius Martyri ſint tribuendi. Quæ tamen ejus Conjectura Audacior merito, & a Colomeſio, & a Fabro, exploditur. Circumfertur, ſub Nomine ATHENAGORÆ, Gallico Sermone, Fabula Erotica, X. Libris comphenſa, *de Vero & Perfecto Amore*, e Græco, uti perhibetur, Idiomate, a Fumæo, in iſtum transfuſa, integra Loca, ex Plutarcho, Livio, Herodoto, Curtio, aliisque Autoribus, verbotenus deſcripta exhibens, iſtamque ob cauſam, teſte Gisb. Cupero (49.) a Viris Illuſtribus ac Præſtantibus, pro genuina agnita, ac Noſtro attributa. Colomeſius ſuum de illa Judicium ſuſpendit, & ampliandum cenſet. Tenzelius, quid ſtatuat dubius, in *Exerc. V.* hanc illi abjudicare, in Addendis autem, mutata mente, tribuere velle videtur (50.) Cuperus de γνησιότητι ambigit. Pet. Dan. Huetius, *in Lib. de Orig. Fabularum Romanenſium* (51.) ſub Examen illam vocavit accuratum, & ſuppoſitam eſſe Noſtro deprehendit, fraudisque Architectum fuiſſe Guilh. Philandrum Caſtilioneum, Vitruvii Commentatorem, eſt ſuſpicatus. Joh. Alb. Faber tandem, Homonymiam imperitioribus impoſuiſſe ratus, Athenagoræ alte-

(48.) *in Not. ad Martyrol. Rom. ad d.* 18. *Jan.*

(49.) *in Harpocrate p.* 119. *ap. Fabrum l. c.*

(50.) Conf. ejus *Colloqu. Menſtr. Vernac. M. Apr. A.* 1692. *p.* 294.

(51.) *p.* 42-57. *Ed. Lat. ap. Fabrum l. c.*

alteri, Epiſcopo Byzantino, in Phil. Cyprii *Chronico Eccleſiæ Græcæ* (p. 4.) memorato, deberi conjectat.

X. Barlaamum, Monachum Ord. S. Baſilii Græcum, Franc. Petrarchæ & Joh. Boccatii (quo familiariter eſt uſus, cujusque judicio (52.) *in Literis Latinis parum quidem fuit verſatus, ſed in Græcis parem nullum habuit*) Sec. XIV. Æqualem (53.) ortu Calabrum, Hoſtem Latinorum Acerrimum, & Scriptis adverſus iſtos plurimis inclytum, cum alio Barlaamo Calabro, Epiſc. Hieracenſi, Latino, & Latinis mancipato, ab Abr. Bzovio, Leone Allatio & Dav. Blondello, male confundi, paucis monet Frid. Spanhemius Jun., *in Summa Hiſt. Eccl. p. 722. & in Introd. ad Hiſt. Sacr. p.* 140. prolixius autem demonſtrat, *in Disquiſ. Hiſt. de Papa Fœmina p.* 257-268. Dav. Blondellum, qui, in Tr. de eadem Johanna Papiſſa, illius *de Primatu Papæ Librum*, a Joh. Lhuido Anglo, Melch. Goldaſto, & tandem etiam a Salmaſio, GræcoLatine, cum Notis, editum, huic adſcribit, Erroris itidem inſimulavit Joh. Gotfr. Olearius, in *Abaco Patrol. p.* 66. Video tamen Guilh. Cavium, Scriptorem Oculatisſimum (54.) eandem nihilominus tueri Sententiam, & unum tantum memorare Barlaamum, ex Urbe Seminaria Calabrum, Monachum & Abbatem Cœ-

(52.) *L. 15. Geneal. Deorum c. 6.*

(53.) V. Voſſ. *L. 3. de Hiſt. Gr. c. 1. p.* 526., Labbeum *T. 1. Diſſ. de Scr. Eccl. in Append. p.* 736. *& ſeqq.* J. G. Olearii *Abacum p. 65.*

(54.) *in Chartophyl. Eccl. p.* 320.

Cœnobii D. Salvatoris Conſtantinopolitani, deſertis Græcis ad Latinos transgreſſum, & Epiſcopatu tandem, circa A. 1340. Hieracenſi functum, eique, præter ſcripta alia quamplurima, iſtum etiam *de Primatu Papæ Tractatum* vindicare.

XI. BASILIUM, Epiſc. in Iſauria, circa An. 455., SELEUCIENSEM, Homiliarum 43., a Claud. Dausquejo Lat. verſarum, & Notis illuſtratarum, ſed ex Chryſoſtomi compilatarum Sermonibus, *Demonſtrationis* item *adverſus Judæos de Adventu Chriſti*, ex ejusdem *Libris V. contra Judæos* magnam partem deſcriptæ, Autorem, qui AntiSynodo Epheſinæ, judice Hülſemanno, præfuit, cum BASILIO SELEUCIENSI, Chryſoſtomi Amico & Contubernali, confundunt, poſt Photium (a Guilh. Cavio *in Chartbophyl. p.* 111. notatum,) Ant. Poſſevinus, & Bibliothecæ Patrum Editores, a Joh. Hülſemanno *in Patrol. c. 5. p.* 1089.) reprehenſi, hosque incaute ſecutus Joh. Gotfr. Olearius *in Abaco Patrol. p.* 73.

XII. CÆSARIO, Gregorii Nazianzeni Fratri, Medico, & Quæſtori Sec. IV. Imperiali, vulgo tribuuntur *Dialogi IV.* 195. Qq. complexi, & in *Bibliothecis Patrum* obvii, ab ipſo Gregorio, Nomen Fratris hac ratione æternitati conſecraturo, ſi Photium (*Cod.* 210.) Labbeum (*T. I. p.* 217.) & Olearium (*in Abaco p.* 97. 98.) audias, conſcripti. Diſſentit ab his Jac. Billius, *in Præfat. ad Nazianzeni Or. X. ſive Laudationem Fratris Fune-*

Funebrem, & Cæsarium eos longe recentiorem Autorem agnoſcere, ex Allegatione S. Maximi, contra Nicephorum (*L.* 12. *c.* 24.) & Joh. Leunclavium, illorum Interpretem, oſtendit. Calculum ſuum Billio adjicit Andr. Rivetus in *Specim. Crit. Sacri* (*L.* 3. *c.* 22. *p.* 345.) ſed Leunclavio, Nominis ambiguitate decepto, impotenter adeo ab illo haud fuiſſe inſultandum, judicat. Monumentis Ævi priſci Spuriis etiam, a Guilh. Cavio, iidem Dialogi accenſentur, *in Chartophyl. p.* 71. 72.

XIII. Callisti, Patriarchæ Conſtantinop. Homilia *in Exultationem pretioſæ & Vivificæ Crucis*, GræcoLatine, a Jac. Gretſero, *Tomo II. Scriptorum de S. Cruce, p.* 1347. *& ſqq.* edita, utrum Callisto, A. 1360. ad iſtam dignitatem evecto, ſed ultra biennium eadem haud gaviſo, an vero alteri, qui circa A. 1406. eidem Sedi, teſte M. Frehero (*in Chronol.*) præfuit, debeatur, incertum eſt. V. Guilh. Cavii *Chartophyl. p.* 328. 329.

XIV. Emanuelem Chrysoloram, Conſtantinopolitanum, Nobili ortum Familia, Johannis Palæologi Senioris, ad impetranda contra Turcas Auxilia, ad Gentes Europæas Legatum, primumque, cum, in Itinere iſto, ſedem fortunarum in Italia fixiſſet, Literaturæ Argolicæ, in eadem, Sec. XIV. expirante, Inſtauratorem, Conſtantiæ tandem A. 1414., cum Spectatorem Concilii, iſtic coacti, ageret, defunctum, trium *de Veteris & Novæ Romæ Comparatione*

ne Epiſtolarum, Georg. Codini *Antiqq. Conſtantinopolitanis* a P. Lambecio A. 1655. adjectarum, Autorem, fuſe atque accurate celebrat Mart. Hankius, *in Lib. de R. Byzant. Scriptoribus, P. I., c. 37. p.* 626-635. Oſtendit ibidem, confuſum illum eſſe cum JOHANNE CHRYSOLORA Seniore, Doctrinæ Barlaami Calabri, de Lumine Thaboritico creato, circa A. 1341. Aſſecla, Georg. Phranzæ (*L. 1. Chron. c.* 12.) memorato, a Jac. Pontano, Phranzæ Editore, *in Notis ad h. l.* Epitaphium Noſtri Conſtantienſe, & alias de Vita ejus Narrationes, Johanni perperam applicantibus. Cum JOH. CHRYSOLORA Juniore, Equ. Conſtantinopolitano Doctiſſimo, qui Franc. Philelpho, Hoſpiti ingrato, Filiam ſuam, ante ab illo conſtrupatam, invitus (teſte Joh. Franc. Poggio (*in Prima in Philelphum Invectiva*) dedit Uxorem, eundem, præeunte Pontano, confudit Gerh. Johan. Voſſius (*L. 4. de Hiſt. Gr. c.* 49. *p.* 492.) Philelphi illum vocans Socerum, ab Hanckio itidem Erroris convictus.

XV. CLEMENTI, Presbytero, ſub finem Seculi II., ALEXANDRINO, geminam ad Corinthios Epiſtolam CLEMENTIS, Epiſcopi ab A. C. 91. ROMANI, perperam adſcribit Corn. a Beüghem. in *Apparatu II. ad Hiſt. Liter. Noviſſ. p.* 82. 83. Cognomines Clementi huic Romano fuere IX. alii, e ſuis in Cathedra iſta Succeſſoribus, ætate autem, inter hos, proximus CLEMENS II., A. 1064. ad Pontificatum evectus, ſed A. ſequ. 1047. eodem, una cum

Vita

Vita defunctus. De cujus Patria ac Natalibus quoniam Amice inter me, & Virum πολυμαθέςατον, Wilh. Ern. Tenzelium, ab aliquot jam Annis, coram Orbe Literato, eſt diſceptatum, lubet h. l., ἐν παρόδῳ, ad Novisſimas ejus Exceptiones, pauca reponere. Holſatis ego Pontificem hunc, e Gente Meinſtorfia, juxta Traditionem παλαιοπαράδοτον antiquisſimam, ortum, cum Henr. Ranzovio, Inclyto Cymbriæ noſtræ ProRege, *P. I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.* (*c.* 14. §. 4. *&* 5. *p.* 212-218.) accenſui, & Argumenta hanc in rem aliquot probabilia, ex Hiſtoria illius collecta, una cum Hier. Henningii & Andr. Angeli, Hiſtoricorum Marchiæ & Saxoniæ Inferioris nobilisſimorum, pro eadem Sententia, Teſtimoniis, Mart. Frid. Seidelio, Johan. Chriſtoph. Becmanno & Joh. Schiltero, Marchiæ illum Brandenburgicæ, & Familiæ hujus Meiendorfiæ, ex Meinſtorfia ortæ, vindicantibus, oppoſui. Nec disſimulavi, eo minorem hos fidem mereri, quod nullis Becmannus & Schilterus rationibus, nullis Scriptorum Veterum, aut Seculi ſaltem ſuperioris, Autoritatibus, opinionem ſuam muſteam veriſimilem reddere potuerint. Id quod de Seidelio etiam, primo illius Autore, affirmare jam mihi licet, poſtquam a Viro Clariſſ. Henn. Wittenio, per Literas amicas ſum edoctus, *in Iconibus* ejus *Virorum Marchiæ Illuſtrium*, mihi nondum viſis, Clementis Imagini ſola hæc Verba ſubjici: *Suidigerus a Maiendorf, Nobilis Marchicus, Epiſc. Bambergenſis, & Cancellarius Cæ-*
ſaris

ſaris, tandem Papa Romanus, Clemens II. dictus, obiit A. C. 1047. Adverſus hanc *Iſagoges*, pro Clementis Natalibus Cimbricis, παρέκβασιν, Patrocinium Novæ Marchicorum Sententiæ ſuſcepit Vir, quem paulo ante laudavi, diffuſæ, in Hiſtoria imprimis omnium Temporum, Eruditionis, W. E. Tenzelius, in Scripti mei Recenſu, quem ſuis ad Libros Recentiores Diſſertationibus, ſive Dialogis Menſtruis Vernaculis, A. ſequ. 1692. (*M. Jan.*) inſeruit. Infringere illic Argumentorum meorum Robur aliquot conatus eſt Exceptionibus, & Genti, quæ, per Secula hactenus complura, in Marchia Brandenburgica, viciniſq; Ducatibus, Magdeburgenſi & Halberſtadienſi, floruit, Meiendorfiæ Clementem aſſeruit, Teſtimonio fretus unico Scriptoris *Chronici Ducum Brunſuicenſium* Anonymi, a Madero editi, qui ex Familia eum Toparcharum in Saxonia Nobilium Morslevenſium & Hornborgenſium derivat, & Canonicum, antequam ad Epiſcopatum Bambergenſem eveheretur, fuiſſe Halberſtadienſem, perhibet. Repoſitæ a me ſunt Dialogo iſti Vindiciæ Digreſſionis meæ, in Præfatione, quam *Parti Iſagoges Tertiæ*, eodem A. 1692. præfixi, inque iſtis, tum ad alias Viri Doctiſſimi Exceptiones, κατ' ἄνθρωπον reſponſum, tum etiam oſtenſum, Locum Anonymi fruſtra pro Meiendorfiis, quorum nulla in eo occurrit Mentio, allegari, niſi, Prædiorum, quæ is memorat, hos fuiſſe Poſſeſſores, idoneis probetur documentis, hactenus non prolatis. Sed & Autoritas

ejus merito a me in dubium eſt vocata, quod de Vita Clementis nonnulla tradat, cœteris omnibus Rerum ejus Scriptoribus ignota, falſo autem narret, Clementem Epiſcopatui Bambergenſi, quem A. demum 1042. obtinuit, a Fundatore illius, Henrico II. Imp. (A. 1042. jam mortuo,) eſſe præfectum, cum Henrico III. illum Sacram hanc Dignitatem debuiſſe, inter omnes conſtet. Monitum proinde ibidem, fide etiam indignam haud immerito ejusdem de Natalibus Clementis Relationem cenſeri, donec, ex aliis Scriptoribus, aut Monumentis Vetuſtioribus, haud ſuſpectis, confirmetur. Seriem hactenus exhibui Compendiariam Controverſiæ Hiſtoricæ, a Celeberrimo Tenzelio mihi motæ, e Locis Scriptorum utriusque, in eadem allegatis, accuratius, cum prolixo mihi jam non eſſe liceat, repetendam. Licet autem is Monumenta, quæ deſideravi, de Clementis e Diœceſi Halberſtadienſi Ortu, & Canonicatu in Civitatis Baſilica controverſo, Antiquiora alia Halberſtadii, per integrum, fruſtra indagaverit, biennium, Serram tamen ipſi Diſceptationis hujus amicæ ulterius reciprocare, & ad Vindicias meas nonnulla (*M. Mart. A.* 1694. *p.* 209-234.) regerere, placuit, de quibus Sententiam meam *h. l.* paucis exponam. Nomen Clementis ante Ponticicatum quod attinet, diverſimode illud ab Autoribus diverſis ſcribi atque efferri, *in Præfat. Partis III.*, jam monui, nec proinde Anonymo, *Svvickerum* eum ſalutanti, admodum ſuccen-

ſeo,

ſeo, integrum tamen *Svidegeri*, ſive *Svidgeri*, iſti per Syncopen abbreviato & mutilato præferendum, merito arbitror. Joh. Pomarii *Chronicon Saxonicum*, in quo Schwyderus ille appellatur, quodque magna congeſtum eſſe diligentia Vir Doctisſimus cenſet, minori a me in pretio haberi non diffiteor, poſtquam Narrationum ejus de Rebus Ævi Vetuſtioris Partem haud exiguam, ex *Chronico Saxonum* ἀδεσπότῳ, Dialecto Moguntiæ A. 1492. Saxonica excuſo (cujus Autorem *P. I. Iſagoge* (55.) *Fabulatorem omnium ineptisſimum* merito vocavi,) verbotenus, ſine judicio & ſelectu, tranſcriptam eſſe, ex Collatione utriusque, deprehendi. Inſignia Meiendorfiana, quæ Clementis Effigiei Andr. Angelus adjecit, in Joh. Baptiſtæ de Cavalleriis Imaginibus Pontificum, Æri inſculptis, non comparent, ſed, ornatus ergo, ab ipſo ſunt addita. Qui, cum alibi (56.) Noſtrum diſertis Verbis Holſatiæ, & Genti ejus Meinſtorfiæ, vindicaverit, utut ipſe ortu Marchicus, inconſtantia ejus, ſibi ipſi nonnunquam, ob ἁμάρτημα μνημονικὸν, in confundendis errore facili Meiniſtorfiorum ac Meiendorfiorum Nominibus atque Inſignibus, parum diverſis, contradicentis, in præjudicium Noſtratium haud poteſt allegari, multo autem minus Clementis proprium de Natalibus ſuis Meiendorfianis Suffragium, inde, aliqua veri ſpecie, exſculpi. Conjectura ejusdem Angeli, Mei-

(55.) *Cap. 5. §. 10. p. 55.*
(56.) *L. 1. Chronici Nobilit. Holſat. p. 25. & 71.*

Meiendorfiorum & Meinſtorfiorum in Familias diverſas ſeceſſionem ad A. 913. referentis, parum fidei meretur, cum, in Hier. Henningii Tabula utriusque Gentis Genealogica, ante Fridericum, Canonicum circa A. 1200. Magdeburgenſem, nemo occurrat, qui Meiendorfiis Marchico-Magdeburgicis probabiliter queat accenſeri, ac Separatio proinde iſta, ad Seculi XI. quo Venedi Holſatos aſſiduis vexabant Incurſionibus, initium potius videatur rejicienda. Nulla autem nos adigit Neceſſitas, ut, Clemente Meiendorfiis nondum vindicato, an horum aliquis ex ſtirpe Meienſtorfia ortus eſſe dici poſſit, ſimus ſolliciti. Nec tamen video, quid prohibeat, Meiendorfios modernos, a Meienſtorfiis Seculi IX. Holſatis Antiquioribus, quibus primam Familiæ ſuæ debent originem, derivare. Anonymus, quem Madero debemus, Chronici Brunſuicenſis Scriptor, pro Meiendorfiis, & Clementis ex illorum proſapia ortu, fruſtra allegatur, cum Prædia Gentilium ejus, quos ipſe nobis obtrudit, *Morsleve & Hornborch*, iſtos Seculo XI., aut poſtmodum, Dynaſtas agnoviſſe, nondum ſit oſtenſum. Epitaphium ſane Bambergenſe (de quo mox dicetur,) & Imago Clementis, ab Angelo Inſignibus temere aucta Meiendorfium ortu fuiſſe, multo autem minus, Meiendorfios eosdem eſſe cum Toparchis, ab Anonymo memoratis, Lectoribus, a Partium ſtudio alienis, perſuadebunt. Nec proinde Opus, ut an Fide dignus ſit Scriptor ille, neutri favens

Sen-

Sententiæ, prolixe iterum a nobis disquiratur. Cauſæ forte Conringio & Madero ſuæ fuerunt, cur hunc Rerum Patriæ, & Principum, ſub quorum vivebant Imperio, Scriptorem aliquo cuperent in pretio haberi. Nec ego omnino rejiciendum in aliis arbitror. Sed, ut, in hac de Clemente Controverſia, illi, non ſolum reliquis Hiſtoricis omnibus ignota, ſed & manifeſte, uti oſtenſum a me eſt, falſa, de Pontifice hoc, commemoranti, credam, aut Elogium *Autoris ſpectatæ Fidei*, cum Viro Eruditisſimo, tribuam, adduci non poſſum, tum demum agniturus, ex Charta Donationis Thiderici ſua illum deſumpſiſſe, ubi iſta, aut Monumenta illius generis alia, νοθείας haud ſuſpecta, ab Halberſtadienſibus in lucem proferentur. Potuit Rumore incerto decipi; imo imponi ei potuit a Monachis iſtius ævi impudentioribus, quibus Fabulas ejusmodi, Falſam Viris Illuſtribus, in gratiam gentis ſuæ, affingentes Patriam, debemus plurimas, magisque ſpecioſas, & hanc etiam Narrationem ἀσύστατον, maleque cohærentem, haud immerito forſan vindicabimus. Conjecturam, qua Vir Doctisſimus Ἀνιστορησίαν ejus, & Confuſionem Henrici II. & III., Imperatorum, excuſare conatur, ingenioſam eſſe fateor, haud ignarus, Pontifices, ac Adulatores horum Italos, & Henrico I., & aliis Germaniæ Imperatoribus (Conradis ſc. Duobus, Rudolpho Habspurgenſi, &c.) ob Neglectum Coronationis Romanæ (per ſesquiſeculum tamen jam integrum, a Ferdinando I., &

& Succeſſoribus univerſis, ſpretæ,) Axioma Cæſareum invidiſſe. Sed hanc tamen Erroris ipſi Cauſam exſtitiſſe, ut credam, vix poſſum adduci, tum quod, a Scriptorum Germanorum aliquo, Henricum Aucupem Imperatorum Catalogo excluſum eſſe, non recorder, tum quod Anonymus noſter non circa ſolos impingat numeros, ſed Henricum II., Epiſcopatus Bambergenſis Fundatorem, cum Henrico III., a quo Svidgero iſte eſt commiſſus, ὀφθαλμοφανερῶς contundat, & eundem eſſe, ἀβλεψίᾳ intolerabili, perhibeat. Sed accedamus tandem ad Conſiderationem Novi, quod, pro Meiendorfiis adverſus Meinſtorfios Holſatos, Dn. Tenzelius, e Dan. Papebrochii *Propylæo ad Acta SS. M. Maji, ſive Conatu ad Catalogum Pontificum Chronico-Hiſtorico* (*p.* 186. 187.) mutuatus eſt, Præſidii Inſcriptionis ſcil. Bambergenſis, Monumento Clementis Sepulchrali inſculptæ, quam totam ſubjicio:

Rrmus IN CHRO PATER ET DNUS, D. SVIDERUS A MAYENDORF, SAXO, 2. EPISCOPUS BAMB., POSTEA SUMMUS PONT., CLEM. 2. DICTUS. OBIIT ROMÆ 10. OCTOB. AO 1047.

Rem ſane actam, ut Phraſi utar Plautina, agerem, ſi prolixius, quam parum ea mereatur fidei, perſequerer. Oculatisſimus enim Papebrochius, in Verbis, a Tenzelio ipſo allegatis, e Li-

e Literarum Romanarum Forma, non multo plus, quam ab Annis Centum reſtitui paulatim coepta, Vocum aliquot (*Sviderí* ſc. & *Bambergenſis*) Novitate, Ziffris, Numeralibus Arabicis, ipſaque Bambergenſium Confeſſione, eam, una cum Lapide, cui inſculpta eſt, recentiorem eſſe, & hoc demum ſeculo concinnatam, abunde, & quidem ἀναντιῤῥήτως, demonſtravit. Nec immerito idem, nimiæ licet timiditatis a Tenzelio inſimulatus, Familiæ, quod iſta nobis obtrudit, ac Vir Doctisſimus ex Monumentis Certis atque Vetuſtis depromptum eſſe, fruſtra ſibi perſuadet, Nomini Mayendorfiano fidem adhibere noluit, quod, Ævo Clementino, nullus adhuc Germanis Cognominum uſus in Scripturis fuerit Publicis, & ex Traditione proinde incerta deſumptum illud eſſe, conjectavit. Plura poſſem, ad Novitatem Inſcriptionis hujus confirmandam, Argumenta congerere, ſed, brevitatis ſtudio, Lectores ad Viri Conſultisſimi, nobisque Amicisſimi, Ott. Sperlingii Jun. *Diſſertationem* ablegabo *de Monumento Benedicti V. Pontificis Hamburgenſi* perelegantem, Kilonii A. 1675. excuſam, aut Recenſum ejusdem Compendiarium in Dialogis Anni 1695. Tenzelianis (*M. Mart. p.* 248-255.) obvium. Pleræque enim, quibus is Monumenti Hamburgenſis Benedictini Autoritatem, & Antiquitatem falſo creditam, deſtruit, Rationes, mutatis mutandis, etiam contra Bambergenſe hoc Clementinum, illi geminum ac ſimillimum, militant. Unicum ſaltem

tem hoc addo Epitaphium iſtud nuperum, non minus quam Fabuloſam Chronicographi Anonymi Narrationem, Relationibus manifeſte falſis ſibi ipſi fidem abrogare, &, quam leviter Autor ſuus in Hiſtoria Clementis fuerit verſatus, luculenter teſtari. Non enim ſolum, in illo, in locum Noni Octobris diei, Clementi, juxta pleroſque, emortualis, Decimus ſubſtituitur, ſed Romæ etiam is obiiſſe falſo perhibetur, invitis omnibus fere Hiſtoriæ ipſius Scriptoribus, Antiquis pariter ac modernis, qui illum A. 1047. cum Henrico III., inſidias Vitæ ejus a Romanis ſtructum iri non fruſtra verito, in Germaniam remigraſſe, & iſtic Veneno eſſe ſublatum, teſtantur. Solus Hier. Henningius, *in Genealogiis Familiarum, quæ Epiſcopos protulere, Saxonicarum Nobilium*, nullo Autore allegato, ſibi ὁμοψήφῳ, Memoriæ forte lapſu deceptus, in Urbe hac Italiæ Principe, exſtinctum eſſe retulit. Unde conjectare me haud diffiteor, Autorem Epitaphii, & hunc Errorem, & cœtera, quæ de Clemente narrat, Scriptori huic Genealogico Celeberrimo debere, ſed in Locum Familiæ, e qua is Clementem nobiscum derivat, Meinſtorfiorum Holſaticæ, Meiendorfiam, Germanis ſuperioribus notiorem, & in eadem cum iſta Tabula ab Henningio propoſitam, facili Nominum, adeo affinium, Confuſione, ſubſtituiſſe. Satis, uti credo, hactenus eſt oſtenſum, inconcuſſam etiamnum perſtare Sententiæ noſtræ, Veritatem, qua, Clementem Familiæ Meiendorfiorum

Mar-

Marchico-Magdeburgicæ incaſſum, ab hujus Patronis, nullo Teſtimoniorum fide dignorum præſidio inſtructis, adſcribi, longe autem probabilius Holſaticæ Meinſtorfiorum, ob Argumenta ἔνδοξα, a nobis, ante quinquennium (*P. I. Iſag. c.* 14. *& in Præfat. Partis III.*) propoſita, vindicari, arbitramur. Ἔνδοξα autem Argumenta mea ſtudioſe appello, & adverſus eos tantum, qui vulgatam de Clementis ortu e Gente Meinſtorfio-Meiendorfiana Traditionem veriſimilem judicant, καθ' ἄνθρωπον militare, aliis autem, hanc rejicientibus, vix eſſe ſatisfactura, lubens agnoſco. Ἀποδεικτικὰ enim, Clementem ἀναντιῤῥήτως, vel Cimbriæ, vel Marchiæ, vicinisve Tractibus Saxoniæ Inferioris, aſſerentia, fruſtra a me, fruſtra ab Antagoniſtis meis, Viris licet Eruditisſimis & Ἱστορικωτάτοις, in tanta Hiſtoriæ iſtius ævi Genealogicæ Caligine, expectantur.

XVI. Libros XX. Γεωπονικῶν, ſive *de Re Ruſtica*, ἀδεσπότους, Græce, ex Cod. MS. in Cæſaream poſtmodum illato Bibliothecam, a Johan. Alex. Brasſicano, Baſileæ A. 1539. editos, Latine autem translatos a Jano Cornario (cujus Verſio Baſileæ A. 1549. eſt excuſa,) & Andrea (Antonium hunc, facili memoriæ lapſu, Doctiſſ. Faber appellat) Lacuna, Segobienſi (Libros tantum 8. ultimos interpretato,) nonnulli Dionyſio Caſſio, Uticenſi, Hadr. Junius, & Caſp. Barthius, Casſiano Baſſo, Scholaſtico, Joh. Harduinus vero Vindanio Anatolio Berytio,

 (quem

(quem Photius *Cod.* 163. memorat,) tribuunt, ſed perperam omnes, uti a Joh. Alb. Fabro (57.) accurate eſt oſtenſum. Inſcripſit illos Autor, Homo Chriſtianus,& Conſtantinopoli commoratus, CONSTANTINO (ſub cujus imperio floruit) PORPHYROGENNETO, Leonis Sapientis ex Zoe Filio, Imperatore Seculi X. Græco, A. *C.* 959. defuncto, qui Eruditionis ſuæ Teſtes reliquit Luculentos, tum Libros de Imperii Conſtantinopolitani Thematibus, Baſilii Macedonis, Avi ſui, Vita, & Imperii a Filio Romano adminiſtrandi ratione, tum Hiſtoricam de Imagine Chriſti Edeſſena, ſe imperante, A. 944., Conſtantinopolim translata, Narrationem. Hinc factum, ut nonnulli, in locum veri Geoponicorum Autoris, quem ignorabant, Conſtantinum hunc, cui illa ſunt nuncupata, ſubſtituerint, ipſumque Gyraldum (*Dial. V. de Hiſt. Poet.*) una cum Gerh. Johan. Voſſio (*in Lib. de Philoſ. c.* 6.) in eandem fere pertraxerint Sententiam, a Fabro, ex Styli ab aliis Porphyrogenneti Scriptis diſcrepantia, & aliquot Autoris ad hunc Apoſtrophis, confutati. Conſtantinum viciſſim Porphyrogennetum alii, cum Cognomine ipſi CONSTANTINO MAGNO, Primo Imp. Chriſtiano, inepte confuderunt, & huic Opus iſtud Georgicum, utut multa, ævum recentius indicantia, continens, vindicare non dubitarunt, a Fabro, nihil certi de vero illius Parente definire auſo, itidem *l. c.* exploſi. Potiori

(57.) *in Decade Decadum, num.* 100.

tiori Jure Porphyrogenneto Narrationem, quam paulo ante memoravimus, de Imagine Chriſti Edeſſena Hiſtoricam, Latine ab Aloyſ. Lipomano & Laur. Surio, *in Vitis SS.* (*ad d. 4. Aug.*) GræcoLatine autem, cum Notis, a Franc. Combefiſio, *in Originum Rerumque Conſtantinopolitanarum Manipulo*, Pariſiis A. 1664. excuſo, editam, vindicavit Mart. Hankius (58.) CONSTANTINO PORPHYROGENNETO alteri, Romani Lecapeni Filio, ejusque ſimul ac noſtri Conſtantini in Imperio Collegæ, A. 944. violenter a Patre, Noſtri Socero, ad iſtius Culmen evecto, ſed A. ſeq. 945. ab eodem deturbato, quem Aloyſ. Lipomanus (59.) & Cæſ. Baronius (60.) Scripti hujus eſſe credunt Autorem, nec iſtud deberi, nec Eruditionis eximiæ uspiam tribui prærogativam, imo ne ipſum quidem πορφυρογεννήτȣ Convenire agnomen, idem demonſtravit.

XVII. CYRILLI, Patriarchæ, ab A. 350. ad Emortualem 386., HIEROSOLYMITANI, κατηχήσεις φωτιζομένων XVIII., & Μυςαγωγικαὶ V., in Librorum Græcorum, quos Resp. Auguſtana ab Ant. Eparcho, Corcyræo, emit, Indice, JOHANNI, Epiſcopo HIEROSOLYMITANO, Cyrillo, quoad Agnomen, ὁμωνύμῳ (Succeſſori haud dubie illius, qui, ab A. 386. ad Fatalem usque 416., Eccleſiæ huic præfuiſſe perhibe-

(58.) *in Lib. de Scriptoribus Rer. Byzant. P. I., c. 25. p. 475. 476.*

(59.) *in Annot. ad hanc Narrationem.*

(60.) *in Annal. Eccl. ad A. C. 944. n. 14.*

hibetur, cujusque Scriptorum, ſed ὑποβολιμαῖον, Tomos II., Bruxellis A. 1643., edidit Pet. Waſtelius,) teſte Joſ. Simlero (61.) in hunc procliviore, fuerunt adſcriptæ. In ipſo Codice Auguſtano, Catecheſes Illuminatorum ſunt ἀδέσποτοι, Myſtagogicæ autem Ἰωάννȣ, Ἐπισκόπȣ Ἱεροσολύμων, nomen præferunt, uti e Dav. Hoeſchelii *Catalogo Græcorum Biblioth. Auguſtanæ Codicum*, A. 1595. edito (62.) didici. Ipſe tamen Hoeſchelius, cum Marco Velſero (in Catal. eorundem MSS. Græcorum, Poſſevini adjecto *Apparatui* (63.) & has, & iſtas, Cyrillo deberi, exiſtimat, cum cœteri contra MStorum ejusdem Bibliothecæ Nomenclatores, Anonymus ſc. qui primus Indicem illorum, circa A. 1575. publicavit, El. Ehingerus, &, qui duos hoſce allegat, Ant. Reiſerus (64.) utrumque Opus Johanni adſcribant. Joh. Gerhardus (*in Patrologia, Sec. IV.*) & Rob. Cocus (*in Cenſura Scr. Vett. Eccl. p.* 238.239.) Simleri & Velſeri, de iis, loca recitant, ipſi autem ſuam de Autore Sententiam non exponunt. Quodnam Joh. Rainoldi (*T. I. Prælect. de Libb. Apocr. p.* 328.) & Phil. Mornæi (*L.* 3. *de Miſſa c.* 16. *p.* 1208.) quos Gerhardus de Suſpicione Simleriana, jubet conſuli, ſit judicium, Libris illorum deſtitutus, indicare nequeo. Andr. Rivetus, prolixe, de utroque Scripto, in *Cri-*

(61.) *in Biblioth. p.* 153.
(62.) *num.* 23. *p.* 20.21.22.
(63.) Allegat hunc Rivetus *in Specim. Crit. S. L.* 3. *c.* 8. *p.* 281.
(64.) *in Indice MSS. Biblioth. Auguſtanæ*, Auguſtæ A. 1675. excuſo *p.* 13.

Critici Sacri Specimine (65.) diſputans, Catecheſes quidem Illuminatorum Cyrilli (cui & ab Hieronymo tribuuntur) Fœtum eſſe, Fragmentis, quæ Theodoretus, Damaſcenus, & Joh. Cypariſſiota, ſub hujus nomine, ex iſtis, deprompſerunt, permotus, poſt tergiverſationem diuturnam, tandem agnoſcit, interpolatas tamen eſſe, & aſſumentis compluribus auctas, imo & mutilatas, a Monachis, ac Editoribus Pontificiis, Joh. Grodecio, Canon. Varmienſi, ac Decano Glogovienſi, & Joh. Prevotio Burdigalenſi, contendit, locorumque aliquot inductione oſtendere allaborat. Myſtagogicas contra, ob Veterum de iis Silentium, & Modum Doctrinæ Sacræ Capita proponendi, prioribus haud congruum, Cyrillo audacter abjudicat, & Johanni forte Hieroſolymitano tribuendas eſſe, cum Simlero, conjectat, non minus autem, quam cœteras, ab Editoribus, & Grodecio imprimis, ſtatuit, eſſe interpolatas. Sed nimio illum rigore, & de his, & de iſtis, tuliſſe Sententiam, Guilh. Cavius, a quo Cyrillo ambo hæc Scripta ſunt vindicata, & Rivetianis ſimul Objectionibus eſt reſponſum, in *Hiſtoria Scriptt. Eccl. Literaria* (66.) docte monſtravit.

XVIII. Panſa Mutius, in Scripto *de Bibliotheca Vaticana* Italico (*Ragionamenti della Libraria Vaticana*,) Romæ An. 1591. edito (67.) hunc CY-

(65.) *Lib.* 3. *c.* 8. 9. & 10. *p.* 279-296.
(66.) *p.* 115. 116.
(67.) *pag.* 4.

CYRILLUM, Patriarcham Sec. IV. Hieroſolymitanum, ingenti V. Seculorum Parachroniſmo, eundem eſſe putavit, cum CYRILLO, Slavonice *Chiurill* dicto, Mengreliorum, Circasſiorum, Gazaranorum, Gentiumque Sclavonicarum, ad Religionem Chriſtianam, ab ipſo, & Methodio Illyrico, Michaelis III. Imp. & Nicolai I., Pont. Rom. temporibus, converſarum, circa A. C. 860. Apoſtolo (68.) Characterumque Illyricorum, ex ipſius Sententia, Inventore. V. Edv. Breerewoodi *Scrutinium Religionum*, *c.* 17. *p.* 146. 147., ubi Panſam ſibi ipſi obſervat contradicere, dum Cyrillum hunc, Sclavoniorum Apoſtolum, Hieronymo, quo Hieroſolymitanus fuit Antiquior, agnoſcit eſſe Juniorem.

XIX. DIODORUM, ex Presbytero Antiocheno Epiſcopum, ab A. circ. 378. in Cilicia Tarſenſem, Exegetam Librorum S. Cod. haud obſcurum, & Neſtorii Præceptorem, cum DIODORO SICULO, Ævi Juliani atque Auguſtæi Hiſtorico Pagano, Librorumque *Bibliothecæ Hiſtoricæ* XL., e quibus tantum XV. ſuperſunt, Autore, confudit Epitomator quidam; notatus a Joh. Hülſemanno, *in Patrol. c.* 4. *p.* 1041.

XX. DIONYSIUM AREOPAGITAM, Athenienſem, ex Philoſopho, & Aſſeſſore Protodicaſterii Civitatis Patriæ Inclyti, Fidei Chriſtianæ (cujus Sacris ab ipſo Paulo eſt initiatus, V. Act. XVII. 34.) Proſelytum, ac primum in ea-

(68.) V. de illo Martin Miechovii, a Breerewoodo allegati, *Lib.* 1. *de Sarmat. c.* 7.

eadem (teſte Dionyſio Corinthio apud Euſeb. *L.* 3. *H. E. c.* 4. & *L.* 4. *c.* 23.) Doctorem, ſive Epiſcopum, Domitiano imperante, An. C. 95. vel 96., Martyrio affectum, Corinthiacæ etiam Eccleſiæ fuiſſe Antiſtitem, Beda, Pet. Comeſtor & Hugo Cardinalis, tradiderunt, ſed cum DIONYSIO, Epiſc. circa A. 173. CORINTHIO, illum, uti, poſt Johan. Lorinum, Dorſcheus (69.) monuit, confuderunt. Longe major illorum eſt Numerus, qui Traditioni Vetuſtæ quidem, ſed Fabuloſæ, de Apoſtolatu ejus Gallico, creduli, Athenis Romam ipſum migraſſe, & a Clemente, Epiſc. Romano, ad Galios convertendos, miſſum, primum omnium Eccleſiæ Pariſienſi, per Annos complures, præfuiſſe, ac tandem, Sec. II., ſub Hadriani Imperio, a Feſcennino Præfecto, gladio occiſum eſſe, contendunt. Fabulæ huic, ex profeſſo, Seculo jam nono, in *Areopagiticis* ſuis, juſſu Ludov. Pii Imp. de Vita ac Rebus Dionyſii, Scriptis, in Opere de Vitis SS. Suriano, ad d. 9. Oct. obviis, eſt Patrocinatus Hilduinus, Monaſterii, quod Sepulchro & Oſſibus ejus falſo gloriatur, SanDionyſiani, etiamnum in Galliis Celeberrimi, Abbas, An. C. 842. defunctus. Huic ὁμόψηφοι ſunt, præter Menologii Græci, & Martyrologii, quod Baronius edidit, Romani, Compilatores, e Sequioris Ævi Scriptoribus, Mich. Syngelus, Joh. Erigena Scotus, Methodius Conſtantinopolitanus, Anaſtaſius Bibliothecarius, Simeon Metaphraſtes, Ge-

(69.) *in Sylloge Semeſtri Miſcell. Hiſtorico-Theol. p.* 47.

Geneſius Presbyter, Anonymus Rerum Dagoberti I. e Monaſt. SanDionyſiano Scriptor, Hugo Victorinus, Conr. a Lichtenau, Abb. Ursperg. Vinc. Bellovacenſis, Guilh. Nangiacus, Antoninus Florentinus, Hartm. Schedelius, Bapt. Mantuanus, Pet. de Natalibus; E Recentioribus autem Arn. Mermannus, Johan. Molanus, Gilb. Genebrardus, Cæſ. Baronius, Rob. Bellarminus, Joh. Pap. Maſſonus, Johan. Mariana, Jac. Gaulterius, And. du Sauſſay, Epiſc. Tullenſis (*in Lib. de Myſticis Galliæ Scriptoribus*, Pariſiis A. 1639. edito, eique adjecto *Tractatu Polemico de Gallico Dionyſii Areopagitæ Apoſtolatu,*) Pet. Halloixius, Dionyſii Biographus, Pet. Lanſelius (*in Diſp. Apol. de Dionyſ. Areop.*) quorum Loca, a Mart. Hankio (70.) jam indicata, recenſere superſedeo. Addendi his ſunt, quos ille partim omiſit, partim vero memorare, recentiſſimos quippe, non potuit, Hincmarus Rhemenſis (*in Ep. ad Car. Calvum,*) Joh. Aventinus (*L. 4. Annal. Boic. p. 277.*) Wigul. Hundius (*T. I. Metrop. Salisb. p. 191.*) Andr. Brunnerus (*P. II. Annal. Boic. L. 7. p. 336.*) (71.) Conr. Peutingerus (*in Sermonibus Convival. ap. Schardium T. I. Scriptt. Hiſt. Germ. p. 405.*) Germanus Milletus (*in Gloria de Dionyſio Areop. Eccleſiæ Gallicanæ vindicata, & Pariſ. An.* 1638.)

Hugo

(70.) *in Lib. de Scr. Rer. Byzant. P. I. c. 24. p. 454. 455.*

(71.) Triumvirorum horum, de Oſſibus Dionyſii, ſub Arnolpho Imp. furto e Monaſt. SanDionyſiano ſublatis, & in Cœnobium S. Emerani Ratisbonenſe translatis, gloriantium, loca recitat Dorſcheus *l. c. p. 62-65.*

Hugo Menardus, Johan. Samblacatus, & Pet. Franc. Chifletius, Jeſuita (*in Diſſ. de Uno Dionyſio, primum Areopagita & Epiſc. Athenienſi, deinde Pariſiorum Apoſtolo & Martyre*, Triadi Diſſertationum, Pariſ. A. 1676. excuſæ, inſerta, & *in Append. Concordia Bedæ ac Fredegarii*, ibid. A. 1681. publicatæ,) Quatuor Traditionis iſtius falſiſſimæ, contra Johan. Launoyum, Patroni (72.) Thom. a S. Joſeph, Carmelita, ejusd. Antagoniſtes, a Dorſcheo (73.) allegatus *in Tr. pro Sodalitio S. Scapular.*) Hugo Mathoud, Monachus S. Mauri Bened. (*in App. Diſſ. de Vera Senonum Origine Chriſtiana AntiLaunoyana*, Pariſ. A. 1687. editæ, L. El. Dupinio oppoſita (74.)] & Natalis tandem Alexander. Verum, confundi ab hujus Sententiæ (quam in dubium etiam vocavit Jac. Gordonus Lesmoreus Jeſ., *T. II. Chronol. p.* 57.) Patronis, & abſurde eundem putari, DIONYSIUM AREOPAGITAM, Sec. I. Doctorem, cum DIONYSIO, Epiſc. Primo PARISIENSI, a Fabiano Pontifice, Sec. III. A. *C.* 252. (juxta Gerh. Boiſium,) Decio & Grato COSS., in Galliam ablegato, &, una cum Ruſtico Presbytero, & Eleutherio Diacono, juſſu Feſcennini Præfecti, 7. Id. Oct. decollato, e Martyrol., quod Rosweidus edidit, Romano, Bedæ item, Adonis & Uſuardi Martyrologiis, Areopagitæ Martyrium ad d. 3. Oct. Pariſienſis autem cædem ad d. 9. Oct.,

(72.) *V. Act. Er. Lipſ. A.* 1682. *M. Nov. p.* 330. & *T. I. Suppl. Sect. VII. p.* 383. ac Caſp. Sagittarii *Introd. in H. E. p.* 423.

(73.) *l. c. p.* 61.

(74.) *V. Act. Erud. T. I. Suppl. S. VII. p.* 383. 386.

referentibus, Gregorii it. Turonenſis *L. 1. Hiſt. Franc. c.* 30. & Doctorum Eccleſiaſticorum, Sec. IX. antiquiorum, de Apoſtolatu Areopagitæ Gallico Silentio, Viri Docti dudum luculenter demonſtrarunt. V., e Gallis ipſis, Franc. Bosquetum, ab Hankio allegatum, *in Hiſt. Eccl. Gallic. P. I. & II.*, Joh. Dallæum *L. 1. de Libris Dion. Areopagitæ ſuppoſitis c.* 1. & 15. FF. Sammarthanos *T. I. Gall. Chriſt. p.* 400. Lud. El. du Pin *T. I. Biblioth. Autt. Eccleſ.* Gerh. du Bois *in Hiſt. Eccl. Pariſ., L.* 1. *c.* 2. 3. & 4., & *L.* 6. *c.* 5. & 6.) e Germanis Caſp. Sagittarium *in Tr. de Cruciatibus Martyrum, c.* 7. §. 5-13., *p.* 64. & *ſqq.* Frid. Spanhemium *T. I. Introd. ad Hiſt. S. p.* 191. J. Gotfr. Olearium *in Abaco Patrol. p.* 137. &, quem is allegat, Balth. Bebelium *in Antiqq. Eccl. p.* 25. Prolixius, & Libris peculiaribus, eandem confutarunt, Argumentaque Adverſariorum, ex Antiquitate, ſingula ſub Examen vocarunt, præter J. G. Dorſcheum, Theol. Luth. (*in Sermone Rectoratus Academici Roſtoch. Finali, de Dionyſio Areopagita*, A. 1656. habito (75.) ex ipſis Gallis atque Pontificiis Candidioribus, Jac. Sirmondus Jeſuita (*in Diſſ. qua Dionyſii Pariſienſis, & Dionyſii Areopagitæ, Diſcrimen oſtenditur*, Pariſ. A. 1641. edita,) & Johan. imprimis de Launoy, Theol. Sorbonicus, Triumphator tot Fabularum Sacrarum Inclytus. Conſulantur ejus: 1. *Diſpunctio Epiſtolæ Petri de Marca, de tempore, quo pri-*

(75.) Extat is in *Sylloge Semeſtri Miſcell. Hiſtorico-Theol. p.* 1976.

primum in Gallia ſuſcepta eſt Chriſti Fides, A. 1658. editæ; 2. *Triga Diſſertationum*, A. 1651. publicata, qua Greg. Turonenſis, de VII. Epiſcoporum, ſub Decii imperio, in Galliam Adventu Teſtimonium, & Sulpitii Severi de primis in Gallia Martyribus locus, defenduntur, ac quid de primi Cenomanorum Antiſtitis Epocha ſentiendum ſit, explicatur; 3. *Opuſculum de duobus Dionyſiis*, Pariſiis A. 1660. excuſum; 4. Alia ejusd. Argumenti Scripta, contra Germ. Milletum, Joh. Samblacatum, Hug. Menardum, & Pet. Franc. Chifletium, Polemica, a Lipſienſibus merito commendata (76.) Libros *de Hierarchiis, Eccleſiaſtica & Cœleſti, Theologia Myſtica, ac Divinis Nominibus*, Areopagitæ affictos, ſpurios eſſe, Joh. Dallæus (*in Tr. pecul.*) Gisb. Voetius (*in Diſp. de Hierarchia Cœleſti*,) Abr. Scultetus, Rob. Cocus, & innumeri alii luculenter demonſtrarunt, Doctoresque Eccleſiæ Romanæ Eruditiores plerique agnoſcunt, fruſtra diſſentientibus Matthæo Galeno, *Areopagiticorum*, Mart. Delrio *Vindiciarum contra Joſ. Scaligerum Areopagiticarum*, & Pet. Halloixio *Vita Dionyſii*, Scriptoribus. De vero autem illorum Autore nondum inter Eruditos convenit. Cum Laur. Valla nonnulli, & noviſſime quidem Guilh. Cavius (77.) Apollinari eos Seniori, Presbytero Sec. IV. Laodiceno, vindicarunt. Alii autem, cum Mart.

(76.) *in Act. Erudd. M. Nov. A. 1682. p. 330. & T. I. Supplem. Sect. VII. p. 383.*

(77.) *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p. 125. 126.*

Chemnitio (78.) Dionyſium ſubſtituunt alium, Areopagitæ Cognominem, & Eraſmus quidem Roterod. (*in Not. ad Catal. Hieronymi,*) a Poſſevino in *Apparatu* caſtigatus, Johan. Chriſtoph. Becmannus (79.) compluresque illis ὁμόψηφοι, quanquam dubitabundi, Dionyſium, Epiſc. Sec. II. Corinthium, jam ſupra laudatum, aut Dionyſium, Epiſc. Sec. III. Alexandrinum, An. 265. mortuum, ſed invito Joh. Hülſemanno (80.) invitis item reliquis Patrologis accuratioribus, qui Fœtus hoſce Adulterinos Sec. IV. Antiquiores eſſe inficiantur.

XXI. Tres, Seculo IV. ineunte, DOROTHEOS in Eccleſia Chriſti inclaruiſſe coævos, Labbeus (*in Append. ad T. I. p.* 769.) &, ex illo, Olearius (*in Abaco p.* 141.) obſervant: 1. Diocletiani Cubicularium, Martyrem Sanctiſſimum (de quo Euſeb. *L.* 8. *H. E. c.* 1. *&* 6.) 2. Eunuchum & Presbyt. Antiochenum, Gr. & Hebraice doctisſimum, Præfectura Baphii a Diocletiano honeſtatum (de quo Euſeb. ejus Auditor, *L.* 7. *c.* 28.) 3. ſub Juliano Martyrem. Sæpius hi a Patrologis, de DOROTHEO, Tyri Sec. IV., ſive Epiſcopo, ſive Presbytero, cui *Synopſis de Vita ac Morte Prophetarum & Apoſtolorum, Tomo VII. Biblioth. PP. Paris IIda* A. 1589. a Marg. Bignæo inſerta, vulgo, ſed male, tribuitur, disquirentibus confunduntur. Qui Presbyte-

(78.) *in Or. de Lect. Patrum.*
(79.) *in Notit. Dignitt. D.* 12. *Cap.* 1. §. 3. *p.* 316.
(80.) *in Patrol. c.* 2. *p.* 986.

byterum hunc tantum fuiſſe, cum And. Riveto (*L. 3. Crit. 5. c. 13. p. 305.*) & Labbeo (*T. I. p.* 266.) contendunt, Martyrologium ſecuti Romanum, confuſionis illius cum Presbytero Antiocheno inſimulantur a Guilh. Cavio, pro Epiſcopatu ejus, cum Sixto Senenſi, militante (*in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 82. Qui tamen & ipſe olim (*in Chartophyl. p.* 35.) Presbyterii ſolum honore functum credidit. Frid. Spanhemius Jun. (*T. I. Introd. ad Hiſt. S. p.* 335.) cum Diocletiani illum Cubiculario cenſet confundi a Baronio, Miræo, Blondello & Labbeo. Nec forte a Culpa hac ſunt immunes omnino, qui, ſub Juliano, illum A. 362. vel 363. Martyrii decus reportasſe, cum And. Riveto (*l. c. p.* 304.) Voſſio (*L. 2. de Hiſt. Gr. c.* 18. *p.* 251.) Bignæo (*l. c.*) Jac. Tirino (*in Ind. Autt. Comm. Bibl.*) & G. Cavio (*in Chartoph. p.* 35.) perhibent, cum Ætas 107. Annorum, quam Bignæus illi tribuit, ſuſpicionem hujus injiciat. Guilh. Crowæus (*in Elencho interpr. Scr. p.* 114. 115.) Baronium ſecutus, Presbytero Antiocheno Gloriam Martyrii, ſub Juliano, A. Æt. 105. tolerati, vindicat. Ipſam Synopſin quod attinet, nulla ejus, apud Euſebium, Hieronymum & Gennadium, occurrit mentio, ſuppoſitamque eſſe Dorotheo Tyrio, imo eo indignam, Fabulis quippe putidis & mendacibus plenam, fatentur Baronius, Bellarminus, Johan. Molanus (*in Hiſt. Imag. c.* 39.) Poſſevinus, Bignæus, Tirinus, &, ex Reformatis Voſſius, Cocus, Rivetus, & alii complures. Codex Biblioth.

Vaticanæ MStus DOROTHEO, Abbati Ævi haud paulo recentioris Romano, eam tribuit, uti a Joh. Maria Braſichellano, quem Labbeus allegat, *in Ind. Rom.* & Cæſ. Baronio (*in Not. ad Martyrol. Rom. d. 5. Jun.*) non ſine applauſu, eſt obſervatum. Nec difficiles ſunt, in admittendo hoc Fœtus iſtius Parente, plerique Patrologi, Bignæus, Rob. Cocus (*in Cenſ. Scr. Vett. p.* 224. 225. 226.) Voſſius, Rivetus, Crowæus, Labbeus, Olearius (*locis cit.*) &c. Sed, omnia, quæ de hoc Autore traduntur, parum certa eſſe, recte monet Cavius *in Chartoph. p.* 35.

XXII. Seculo II. floruit, & *Libris V. Actuum Eccleſiaſticorum*, Græce ſcriptis, inclaruit EGESIPPUS, Juſtini Martyris, circa A. 170. Æqualis, cujus Fragmenta quædam, non ſine inſignibus Autoribus Elogiis, Euſebius (*L.* 2. *H. E. c.* 13. *L.* 3. *c.* 32. *L.* 4. *c.* 8. 11. 21. & 22.) Hieronymus (*in Catal. Scr. Eccl. c.* 22.) & Photius (*Cod.* 232.) allegarunt. Quinque *de Excidio Hieroſolymitano Libri*, ex Joſepho maximam partem compilato, qui hodienum ſuperſunt, & illum Autorem, Ambroſium autem, Archiepiſc. Mediolanenſem (cui tamen, ob ſtyli ſimilitudinem, fœtum hunc aſſerere cum Celomeſio J. Frid. Gronovius (81.) fuſe atque operoſe allaboravit,) Interpretem mentiuntur, Latino ſcripti ſunt ſermone (82.) Ævo Seculi IV. Theodoſiano (non

(81.) *in Monobibl. Obſervv. in Scr. Eccl. c.* 1. *p.* 6-19.

(82.) V. J. A. Boſii *Exerc. ad Perioch. Fl. Joſephi de Chriſto, c.* 3. §. 46. *p.* 70.

(non enim audiendus Voſſius (83.) qui, cum Aſſecla, Aub. Miræo, ob Locum de Antiochia unicum, *L.* 3. *c.* 5. male explicatum, ad Sec. IX. & Nicephori Phocæ Tempora, eos relegavit, a Gronovio (84.) accurate confutatus,) & proinde ipſi ſuppoſiti. Νοθείαν hanc atque Novitatem illorum, contra Joh. Trithemium, Lud. Vivem (*L.* 1. *de trad. diſcipl.*) Alb. Pighium (*L.* 3. *Hierarch. Eccl. c.* 13.) Aloyſ. Lipomanum (*in Vitis SS. P. I. p.* 295.) & Caſparum (cui ſe Gronovius imprimis oppoſuit) Barthium (*L.* 46. *Adverſ. c.* 4. Ubi tamen, ex Rufini Joſepho valde interpolatum eſſe, ſimul contendit,) aliosque γνησιότητ@ eorum Patronos, ſolide, ex Stylo, Conſtantini M. ac Filiorum ejus, Urbisque Conſtantinopoleos, mentione, ac Fragmentorum Hegeſippi Veteris genuinorum defectu, oſtenderunt Renatus Laurentius Barrenſis (*in Præfat. Hiſtoria Vett. Patrum*, cui eosdem inſeruit, Pariſiis A. 1583. editæ,) Rob. Cocus (*in Cenſura Scr. Eccl. p.* 120-124.) G. J. Voſſius (*l. c.*) A. Rivetus (*in Spec. Crit. S., L.* 2. *c.* 4. *p.* 191-195.) J. F. Gronovius (*l. c., c.* 1. *p.* 2-6. 19. 20.) Joh. Hulſemannus (*in Patrol. c.* 2. *p.* 982. 983.) alii complures. Hegeſippo alteri, Veteri ὁμωνύμῳ, ſed Conſtantini M. Ævo Juniori, eos vindicant Cæſ. Baronius (*T. I. Annal., ad A.* 34. *n.* 227. *& ad A.* 72., *n.* 27. *T. II. ad A.* 167. *n.* 15.) Rob. Bellarm. (*in*

(83.) *L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 14. *p.* 229. 230.

(84.) *c.* 21. *p.* 223-227. Conf. Boſium, Gronovio ὁμοψήφου, *l. c.*

Lib. de Scr. Eccl. p. 49.) & Margar. de la Bigne (*in Monito de illis, T. VII. Bibl. PP. Pariſ.*) Verum longe probabilior eſt illorum Sententia, qui, cum J. F. Gronovio (*l. c. c.* 1. *p.* 2-6. 19. 20.) P. Colomeſio (*in Paralipom. ad G. Cavii Chartophyl. p.* 4. 5.) & Thoma Ittigio (*in Prolegg. Opp. Fl. Joſephi*, A. 1691. editorum,) Scriptum hoc Verſionem tantum Librorum Joſephi de Bello Judaico Liberiorem eſſe, perſuaſi, Hegeſippo illud, ob Nominis hujus cum altero Joſephi, vel Joſippi, Affinitatem, ſuppoſitum eſſe, judicant, vel ab ipſo Autore (quem ſtudioſe Hegeſippi nomen adoptaſſe Gronovius *p.* 6. conjicit,) vel a Librariis, quorum imperitia atque incuria Hegeſippus in locum Joſephi, vel Joſippi, ſubrepſit. Id quod, e Membranis Iſ. Voſſii pervetuſtis (in quibus, eraſo Joſippi Nomine, alterum eſt ſubſtitutum,) Colomeſius, e Cod. autem Biblioth. Ambroſianæ Mediolanenſis (quem Joh. Mabillonius, *T. I. Muſei Italici*, inſpectum ſibi teſtatur) MSto, his gemino, Lipſienſes (85.) Ittigio applaudente: confirmarunt. Joh. Hülſemannus (*l. c.*) Pſevdo Egeſippum hunc Nomen ſuum adoptivum Joſippo credit debere Gorionidi, Impoſtori (de quo *P. II. c.* 2. §. 6. fuſe a nobis actum) ac Pſevdo Hiſtorico Judæo, Flaviique Joſephi Simio, e quo Libros iſtos *V. de Excid. Hieroſ.* maximam partem eſſe exſcriptos, præter Ren. Laurentium (*l. c.*) A. Rivetum (*l. c.*) Poſſevinum (*in Appar.*) & Joh. Gerhar-

(85.) *in Act. Erudd. A.* 1687. *M. Nov. p.* 594.

hardum (*T. I. Conf. Cathol. p.* 621.) Joſ. Scaliger, *in Elencho Trihæreſii Serariani* (*L.* 1. *c.* 9.) & *in Reſponſ. ad Minerval. Serarii* (*c.* 9.) pluribus, ipſo Judice, demonſtravit.

XXIII. *Sermonem de B. Virgine*, EPIPHANIO Palæſtino, Eccleſiæ in Cypro Salaminiæ, ab An. 361. ad Emortualem 403. Epiſcopo, Hæretico-Maſtigi decantatisſimo, affictum, a Johan. Pico, Canon. Pariſ., Lat. verſum, &, tum in Petaviana Operum illius Editione, tum in *Biblioth. PP.* Bignæana, obvium, ſed in recentioribus omisſum, non ejus, ſed Epiphanii cujuspiam Junioris, Seniori, Mariolatriam averſato, contradicentis, eſſe, Joh. Georg. Dorſcheus, ineptias illius fuſius recenſens, monuit in *Tr. de Tunica Chriſti Inconſutili*, *c.* 2. §. 9. Eidem Epiphanio Salaminio Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpp. S. Scr. p.* 119.) perperam tribuit *Syllogen Interpretum*, *ante ſe in Pſalmos commentatorum*, Baſileæ A. 1588. in fol. excuſam, ſed paulo poſt, ipſe ſuum emendans Errorem, EPIPHANIO, Scholaſtico Græco, adſcribit.

XXIV. EVAGRIUM, Epiſc. ab A. circ. 388. Antiochenum, ab Hieronymo, *in Catal. Scr. Eccl. c.* 125. commendatum, cum EVAGRIO Hyperborita, ejusd. Hieronymi Coætaneo, ſed, ob Varia de Sanctis Scripta, Fabulis Nugacibus plena, imo Hæreticos etiam, & plane Chimæricos iis accenſentia, inter Mendaciorum Hamaxarios ab illo, *in Epiſt. ad Cteſiphontem*, relato, a Gennadio, (*in Catal. Vir. Illuſtr. n.* 11.) Honorio Augu-

ſtodun., J. Trithemio, Sixto Sen. (*L.* 4. *Bibl. S.*) Baronio (*ad A. C.* 358. *&* 372.) aliisque, confundi, obſervat Joh. Hülſemannus, *in Patrol. c.* 4. *p.* 1042. Confundit etiam Simlerus (*p.* 186.) utriusque ſcripta uni eidemque Evagrio Monacho, Macarii Familiari, tribuens. Librum *de VIII. Vitioſis Cogitationibus*, & alterum, *Apophtegmata Anachoretarum Ægyptiorum* complexum, in *Bibliothecis Patrum* obvios, Evagrio Hyperboritæ, ſive (qui idem cum illo cenſetur, & a Socrate *L.* 4. *H. E. c.* 23. memoratur) Pontico, Seculi IV. Monacho, falſo adſcribi, e Turcarum, Saracenorum, & Juſtiniani Imp., mentione, Hülſemannus (*l. c. p.* 1043.) oſtendit. Conf. de illo Olearii *Abacum p.* 151., & Jac. Thomaſii *Schediaſma Hiſtor. p.* 42. 43. 44.

XXV. Aub. Miræum, qui (*in Auctario c.* 307.) EUDOCIÆ Athenaidis, Theodoſii Jun. Imp. ab A. 421. Conjugis Literatiſſimæ, A. 460. defunctæ, *Homerocentones de Chriſto* Sacros, EUDOCIÆ alteri Auguſtæ, Conſtantino XII., ſive Ducæ, Imp. Græco, (A. 1067. mortuo,) nuptæ, tribuit, *immane quantum errare*, merito cenſet Guilh. Cavius, *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 222.

XXVI. EUGIPPIUM, Monaſterii in Regno Neapolitano Lucullanenſis, circa A. 511., Abbatem, Gelaſii I, Papæ, ac S. Severini Abbatis, & Noricorum Apoſtoli, Diſcipulum, hujusque *Vitæ*, a Marco Velſero editæ, Scriptorem, ab Iſidoro (*in Lib. de Vir. Illuſtr. c.* 13.) laudatum, Autorem etiam eſſe *Theſauri, ex S. Auguſtini Operi-*

peribus collecti, & in Libb. 2. diſtincti, (qui, curante Joh. Heroldo, Baſileæ A. 1542. prodiit, & Venetiis A. 1543. eſt recuſus,) ex M. Aur. Caſſiodori *Lib. de Div. Lect. c.* 23. Lambecius (*L.* 2. *Comm. de Bibl. Vindob. c.* 1.) & Johan. Alb. Faber (*in Decade Decadum n.* 33.) probabiliter admodum colligunt. Fruſtra ergo EUGIPPIUM quendam, Abbatem, circa A. 530. vel 553., Africanum, *Theſauri*, hujus Autorem, cum Heroldo Editore, nobis obtrudunt M. Velſerus, Rob. Bellarminus, Herib. Rosweydus, Aub. Miræus, Ph. Labbeus, J. G. Olearius, G. Cavius, & Patrologi cœteri. Fruſtra item a Velſero (apud Fabrum *l. c.*) confuſionis utriusque Eugippii insimulatur Joh. Trithemius, qui *Theſaurum* iſtum Lucullanenſi adſcripſit. Quod & a Simlero (*in Biblioth. p.* 189.) factum eſſe obſervo.

XXVII. EUSEBIUM, Eccleſiæ Patriæ Cæſarienſis in Palæſtina Sec. IV. Epiſcopum, Hiſtoricorum inter Chriſtianos Sacrorum ἐξοχώτατον, circa A. 340. Guilh. Cavio judice, defunctum, idem Cavius (*in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. & Chartophyl.*) Joh. it. Conr. Danhauerus (*in Chriſteide, Act. II. Phan.* 8.) Balth. Bebelius (*in Antiqq. Eccl. Sec. IV.*) Joh. Gotfr. Olearius (*in Abaco Patrol. p.* 155. *& ſqq.*) ac Frid. Spanhemius (*in Summa H. E. p.* 187. & præmiſſa illi *Or. de Chriſtianismo degenere p.* 200.) recte monuerunt diſtinguendum accurate eſſe, a quinque Epiſcopis ejusdem Sec. IV. Cognominibus, quibus Joh. Chriſtoph. Erneſti

neſti (86.) totidem alios, ipſi *ὁμωνύμους*, adjecit. Sunt autem iſti: 1. Laodicenus in Syria (de quo V. ipſius *L.* 7. *H. E. c.* 11. *&* 32.) 2. Cæſarienſis in Cappadocia (V. Sozom. *L.* 6. *c.* 12. *&* 15.) 3. Emeſenus in Syria, circa A. 341. Arianus; 4. Nicomedienſis circa A. 325. Arianorum itidem Promachus; 5. Samoſatenus, Arianorum Adverſarius, & tandem, circa A. 360., Martyr; 6. Vercellenſis, circa A. 354. Arionaſtix itidem, & Martyr; 7. Chalcidenſis; 8. Dorilæenſis, circa A. 451. 9. Ancyranus, 10. Conſtantinopolitanus Emeſeno coævus; 11. Theſſalonienſis, circa A. 601. de quibus plura Autores, modo laudati, ſuggerent. Cum nonnullis certe iſtorum non raro Noſter eſt confuſus. Iniquior utique in illum eſt, & merito a Mart. Hankio (87.) proinde reprehenſus, Joh. Henr. Hottingerus, qui (*in Hiſt. Eccl. P. I. c.* 4. *Sect. I. Aphor.* 3.) Arianos, poſt Concil. Nicenum a Cæſarienſi credit appellatos Euſebianos, cum Agnomen iſtud a Nicomedienſi, illorum Anteſignano, circa A. 342. defuncto, Orthodoxos ipſis impoſuiſſe, ſit certisſimum. Fuit, qui, ex Sozomeni *Lib. VI. H. E. c.* 12. *&* 15., Cæſareæ Cappadocum eum fuiſſe Epiſcopum, in ſcripto publico, tradidit, & ita cum Secundo inter *ὁμωνύμους*, paulo ante recenſitos, confudit, a Johan. Chriſtoph. Erneſti (88.) nomine diſſimulato, no-

(86.) *Diſſ. I. de Euſebio Cæſarienſi §.* 2.
(87.) *in Lib. de Rer. Byzant. Scriptt. P. I. c.* 1. *p.* 48.
(88.) *Diſſ. II. de Euſeb. Cæſar. §.* 20.

notatus atque refutatus. *Libb. II. de Fide adverſus Sabellium*, *& Homilias XII. Sacras*, quas Jac. Sirmondus, e 2. Codd. MSS., Herivallenſi & Compendienſi, ſub Euſebii Cæſarienſis nomine, Pariſiis A. 1643. (*in 8vo*,) ſed Latine tantum, primus in lucem protulit, & Henr. Valeſius, tanquam Fœtus ejusdem genuinos, paſſim laudavit, Guilh. Cavius (89.) illi abjudicavit, & Euſebio, Epiſc. circa A. 341. Emiſeno, Semiariano, adſcripſit. *Libros VI. de Vita Conſtant. M.* Jac. Gothofredus, (*in Epiſt. de interdicta Chriſtianorum cum Gentilibus Communione*, ſub Nomine Jac. Pacidii A. 1648. edita, & in *Diſſert. ad Philoſtorgii Lib. 7. Hiſt. Eccl. c. 3. p. 273.* aliisque earundem in locis,) ac J. Georg. Dorſcheus (*in Exerc. ad Concil. Niceni Diatyp. de S. Cœna, Sect. I. §. 2. p. 3.*) ob Hieronymi, in Scriptorum Euſebianorum Recenſu, de iſtis Silentium, Euſebio alteri, a Cæſarienſi diverſo, tribuere maluerunt. Sed præcipitem hanc illorum fuiſſe Cenſuram, meritoque iſtos Cæſarienſi vindicari, e Codd. MSS. Conſenſu, Socratisque, Sozomeni, Gelaſii Cyziceni, Pauli Diaconi, Photii, Nicephori Calliſti, Externis, Internis autem Operis ipſius Teſtimoniis, luculenter, & ἀναντιῤῥήτως plane, poſt Henr. Valeſium, applaudente, & Conjecturæ Gothofredi Levitatem notante, Frider. Spanhemio Jun. (90.) evicit Mart. Hankius, de

(89.) *in Chartophyl. p. 56. & in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p. 95-112.* Conf. J. Chr. Erneſti *Diſſ. II. de Euſeb. Cæſar.* §. 18.

(90.) *T. I. Introd. ad Hiſt. S. p. 438.*

de Hiſtoria Euſebii, cum Valeſio, G. Cavio, & Joh. Andr. Boſio (*in Exerc. ad Perioch. Joſephi de Chriſto*) præclare admodum meritus (91.)

XXVIII. EUSEBIO (quem paulo ante laudavimus, & Hieronymus, *in Chronico*, *Arianorum* vocavit *Signiferum*) EMISENO, Scriptori Græco, a Seculis jam compluribus (verſati enim ſunt in Errore iſto, teſte Daumio, Ivo Carnutenſis, *Ep.* 287. & alii Sequioris Ævi Scriptores,) ſunt attributæ, imo, ſub nomine ejus, Pariſiis A. 1547. (curante Joh. Gagnejo,) & Antvverpiæ A. 1555. editæ *Homiliæ* L. Latinæ, & aliæ CXLV. in Periochas Dominicales atque Feſtales Anniverſarias, eodem ſcriptæ Idiomate. Ultimas halce Brunoni Aſtenſi, Epiſc. Signienſi, & S.R.E. Card. A. 1125. mortuo, cujus ſtylo ſunt conformes, Viri Eruditi, fidem Codd. MSS. Vaticani & Caſſinenſis ſecuti, jam reſtituerunt, Maurusque Marcheſius, Panormitanus, Monachus Bened. Caſſinenſis, cœteris ejus Operibus, *Tomis II.* a ſe, in Urbe Veneta, A. 1651. recenſitis, adjunxit. L. autem priores Emiſeno quidem hodie omnes, tum quod Latine ſint ſcriptæ, tum quod e Monaſterio Galliæ Lerinenſi multas illarum ortum traxiſſe pateat, abjudicant, ſed de vero Autore non conſentiunt. EUSEBIO Epiſc. GALLICANO (quem Honoratus Maſſilienſis, *in Vita S. Hilarii*, Plauſtra Ser-

(91.) *in L. de Rer. Byzant. Scrippt. P. I. c.* 1. *p.* 80-86. Conſ. J. C. Rumetſchii *Sched. de Hiſt. Theol. Evang. p.* 7. 8. & Joh. Chr. Erneſti *l. c. Diſſ. I.* §. 9.

Sermonum ſcripſiſſe teſtatur, & Helmannus, Rabani Diſcipulus, in Poematis ſuis, Celebribus Franciæ Epiſcopis annumerat,) illas vindicavit Andr. Schottus, *T. V. Biblioth. PP. Colon. P. I.*, & poſt eum alii; Eucherio autem Lugdunenſi If. Caſaubonus [*in Exercc. contra Baron. p.* 429. *a*] & C. Barthius (*in Not. ad Eucherii Paraneticon*, & *L.* 54. *Adverſ. c.* 9.) a Daumio jam allegati. Sed deprehenſum eſt ab oculatioribus, Sermones hujus Sylloges (crebris etiam adverſus Pelagianos Declamationibus Ævum Emiſeni ætate recentius indicantes) non eſſe unius Autoris, ſed diverſorum, Eucherii ſc., Cæſarii Arelatenſis, Faſti & Maximi Rhegienſium, aliorumque Vett. Galliæ Theologorum, imo quosdam plane eosdem cum nonnullis, Ambroſio, Auguſtino & Hieronymo ſuppoſitis. Quam in rem lectu digna apud Rob. Cocum, & Lud. Eliam du Pin, occurrunt. Pinio certe hinc nata videtur conjectura, qua (*T. IV. Biblioth. Autt. Eccl. p.* 175. & *ſqq.*) congeſtas eſſe Homilias iſtas, ſtatuit, a Monachis Lirinenſibus, eosque, ſub Appellativis deliteſcere nominibus aſſuetos, (id quod Peregrini Nomen a Vinc. Lirinenſi, Timothei a Salviano, adoptata, oſtendant,) Syllogæ illorum Euſebii Nomen, non Proprium, aut certum indicans Autorem, ſed Appellativum, a Viris piis Homilias has eſſe profectas, innuens, præfixiſſe Plura de iis V. in Chr. Daumii *Præfat. ad Homilias Patrum Natalitias, a ſe Cygneæ A.* 1670. *editas, p.* 9. 10. 14. Rob. Coci *Cenſura pag.*

227.

227-232., Joh. Gotfr. Olearii *Abaco p.* 94. 157. Lud. El. Pinii *T. IV. Biblioth. l. c. Actis Erudd. Lipſ. T. II. Supplem: Sect.* 9. *p.* 422. 423. & Johan. Chriſtoph. Meelführeri (qui, cum *Chronol.* Jeſuitæ cujusd. *Eccleſiaſtica*, a Coco *p.* 232. allegata, duos nobis inepte obtrudit Euſebios Emiſenos, unum Epiſc. Sec. IV. Emiſenum, alterum Monachum, & tandem Abbatem, circa A. 430. Lirinenſem, Sermonum horum Autorem). *Corona Centum Patrum p.* 162. 163. 164.

XXIX. EUSTATHII, Epiſcopo Sec. XII. Theſſalonicenſi, Exegetæ Homeri ac Dionyſii Periegetæ haud obſcuro, perperam tribui *Libros VI. de Iſmeniæ & Iſmenes Amoribus*, quos Gilb. Gaulminus Pariſiis A. 1618. (*in 8vo*) primus GræcoLatine, cum Notis, ſub ejus Nomine, edidit, Argumentum quippe perſequentes Epiſcopo indignum, & in Codd. MSS. Mediolanenſi, atque aliis, EUMATHIO, Macrembolitæ Protonobeliſario, (cujus nomen in Euſtathianum, affine ac notius, facile mutari potuit,) Vindicatos, docet G. J. Voſſius, *L.* 4. *de Hiſt. Gr. c.* 19. *p.* 491.

XXX. EUSTRATII, Metropolitæ circa A. C. 1100. Niceni, *Commentaria in Ethica Ariſtotelis*, a Franc. Patritio (*T. I. Diſcuſſ. Peripat. L.* 10.) male ipſi abjudicantur, & EUSTATIO aſſeruntur, uti, ex Codd. MSS. & Editorum conſenſu, Herm. Conringius, in Epiſtola, Editioni illorum Rachelianæ Helmſtadienſi A. 1662. præfixa, oſtendit. conf. *Epiſtolas* ejusdem *pag.* 423. 424.

Caſim.

Caſim. Oudinum, qui eadem EUSTRATIO, Presbytero circa A. 560. Conſtantinopolitano *Libri de Vita functorum ſtatu*, a Photio recenſiti, & ab Allatio editi, Autori, Niceno noſtro quinque Seculis anteriori, falſo, una cum *Commentariis* ejusd. *in Poſteriora Analytica*, adſcripſit, caſtigat Guilh. Cavius *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 294. 295.

XXXI. Inter Sedis Conſtantinopolitanæ Patriarchas, tres, Spanhemio obſervante, claruere GERMANI, quorum primus, Epiſc. antea Cyzicenus, illi, ab A. 715. præfuit, & A. 740. deceſſit; Secundus, ſub Alexio Comneno, Sec. XII., Tertius autem, ſub Michaele Palæologo, Sec. XIII., eandem obtinuit. Inter Primi Opera, in Bibliothecis Patrum, atque a Front. Ducæo, & Franc. Combefiſio, edita, occurrunt etiam *Theoria Rerum Eccleſiaſticarum, Oratt. III. in Encomium, Nativitatem, & Dormitionem Deiparæ, Or. in Encænia Ædis B. Mariæ, & in Faſcias Domini, aliaque plura*, quæ Germano Juniori, Dignitate, circa A. 1222. functo Patriarchali, potius tribuenda cenſet Guilh. Cavius *in Chartophyl. p.* 164. & 282. ac *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 338. cum Frid. Spanhemio Jun. *in Summa H. E. p.* 364. *Theoriam* (quam, Transſubſtantiationi contrariam, Germano Seniori a Pontificiis vindicari, haud invitus patitur Spanhemius (92.) Germano Recentiori itidem aſſerit Joh. Hülſemannus, *in Dialyſi Probl. Cal. p.* 131. & *ſeqq.* Jacobum etiam Gret-

 ſerum

(92.) *T. II. Introd. ad Hiſt. S. p.* 751.

ſerum, Editorem, Theologos Colonienſes, & Ant. Poſſevinum, tanquam ſibi ὁμοψήφȣς, allegans.

XXXII. GEORGIUM, Epiſc. Eccleſiæ Alexandrinæ Sec. IV. Arianum, in Athanaſii Exulis Locum, a Syriano Præfecto, Conſtantii Imp. juſſu, violenter intruſum, ſub Juliano autem, An. 362. vel a Melchianis (i. e. Chriſtianis Orthodoxis,) uti Patricides refert, vel ab Ethnicis (uti, ex Juliani Epiſt. ad hos Objurgatoria, Socrates & Sozomenus confirmant) eJusdem Civitatis, occiſum atque combuſtum, &, teſtibus Athanaſio [*in Apol.* 2.] Greg. Nazianzeno [*in Orat. in Laudem Athan.*] & Amm. Marcellino (*Lib.* 22.) poſthumis, tanquam Martyrem, a nonnullis, eod. Sec. IV., jam affectum honoribus, Chriſtoph. Sandius Jun., NeoArianorum Promachus, *Lib. II. Hiſt. Eccl. Enucl.* celebrare atque vindicare operoſe eſt aggreſſus. Multis illic Argumentis, ſatis probabiliter, aſtruit, Epiſcopum hunc Arianum, patria Cappadocem, eundem eſſe, cum S. Georgio Cappadoce, Fidei Chriſtianæ, ex Duce Militari, Proſelyto, ac Martyre, quem, Divis annumeratum Cœlitibus, Eccleſia Romana, Fidem Hagiographorum, plurima de illo putida ac Fabuloſa narrantium, ac Picturarum, ſub figura eum Equis Cataphracti, Virginem Regiam, Dracone interfecto, liberantis, exhibentium, ſecuta, d. 23. Apr. cultu proſequitur Anniverſario, Gentes Europææ Templis, memoriæ ipſius conſecratis, paſſim honeſta-

ſtarunt, Angli autem, & Regni ſui, & Ordinis Periſcelidis Aureæ Equeſtris, elegerunt Patronum. Sed & haud diverſum hunc eſſe, rationibus non minus ſpecioſis, oſtendit, a MAR GERGES, ſive GEORGIO, inter Muhammedanorum Sanctos & Prophetas locum adepto, quem Gente Cappadocem & Martyrem fuiſſe, Patricides teſtatur. Utramque Sandii, Homonymos ex ipſorum Sententia confundentis, Conjecturam fuſe impugnarunt, & Georgium, ab Eccleſia Rom. tanti æſtimatum, non alium eſſe judicarunt, quam Georgium Cappadocem, juſſu Diocletiani & Maximiani Impp., ob conſtantem fidei Chriſtianæ Profeſſionem, variis, per Annos aliquot, excruciatum tormentis, & tandem in Palæſtina, teſtibus Patricide [*T. I. Annal. p.* 402.] Georg. Elmacino & Niceph. Calliſto [*L.* 7. *c.* 1.] Mortis affectum Supplicio, Joh. Henr. Hänerus, Juvenis Eruditus, & in LL. Or. Verſatiſſimus, *in Miſcellaneis Philologico-Criticis*, Jenæ A. 1674. editis (*num.* 4.) & M. Joh. Paſchius, Ratzeburgenſis, Häneriana preſſe ſecutus Veſtigia, *in Diſp. de B. Georgio Martyre* AntiSandiana, Witeb. A. 1685. excuſa. Quibus an ſuum calculum etiam Johan. Reiskius, Gymnaſiarcha Guelpherbytanus, in *Programmate* de eodem Martyre, quod Jac. Thomaſius alicubi allegat, Lüneburgenſi, A. 1678. publicato, adjecerit, ignoro. A Duumviris certe iſtis, nondum plene Argumentis Sandii eſt reſponſum, cujus, de Georgio, Divis Eccleſiæ Rom. annu-

numerato, ab Antiſtite Alexandriæ Ariano haud diverſo, Sententiam, è Lutheranis & Reformatis, præter Rod. Hoſpinianum, Pet. Molinæum, J. Conr. Danhauerum, Georg. Hornium, J. Lud. Gothofredum, & Simeonem Ruytingium, ab ipſo allegatos, ſuis noviſſime confirmarunt Suffragiis, Joh. Chr. Becmannus [*in Notit. Dignitt. Diſſ. XVI. p.* 422.] Frid. Spanhemius Jun. [*in Sum. H. E. p.* 202.] Autor *Hiſtoriæ Calvinismi & Papismi Parallelæ*, Gallice Roterodami A. 1683. editæ [*P. I. L.* 1. *c.* 14. (93.)] & Jac. Basnagius [*en L' Hiſtoire de la Religion des Egliſes Reformées*, Opere AntiBoſſvetiano, ibid. A. 1690. excuſo, *P. I. c.* 10. (94.)] Certum interim eſt, & ab Hänero, ejusque ductum ſecuto Paſchio, dextre oſtenſum, male à Sandio Georgium ſuum Arianum confundi, ac eundem putari, cum Georgio Medico Indiæ Pagano, ipſi coævo, quem, non Georg. Elmacinus (quod ἁμάρτημα eſt ejus μνημονικὸν,) ſed Eutychius, ſive Patricides [*T.* 1. *Annal. pag.* 470.] Sapori, Perſarum Regi, viſum reſtituiſſe, perhibet.

XXXIII. Duo vulgo, in Eccleſia *Græca*, Sec. XV., inclaruiſſe creduntur GEORGII SCHOLARII, quorum uterque, poſt tranſitum in Ordinem Eccleſiaſticum, GEORGII Nomine faſtidito, GENNADIUS voluit appellari; Alter Monachus, circa A. 1438. Celebris, alter autem Eccleſiæ ſuæ ad Synodum Florentinam A. 1438. Lega-

(93.) *V. Act. Erudd. Lipſ. M. Dec. A.* 1683. *p.* 524.
(94.) *V. Act. Erudd. A.* 1690. *M. Aug. p.* 403.

Legatus, hinc primus Conſtantinopoleos, ſub Imperio Turico, ab A. 1453. Patriarcha in Monaſterio tandem abdicata An. 1458. dignitate iſta, paulo poſt defunctus. Horum Confuſionem Pontificii Reformatis, & hi viciſſim illis, objiciunt. Moderni Eccleſiæ, Romani Promachi, cum Ant. Poſſevino (*T. I. Appar. S. p.* 624. 625.) Leone Allatio (*in Diatriba de Georgiis*, Georgii Acropolitæ *Chronico* A. 1651. adjecta, *&* *L.* 3. *de Utriusque Eccleſiæ Orient. & Occident. perpetua Conſenſione*, *c.* 5. *&* 6.) & Phil. Labbeo [*T.* 1. *Diſſertt. de Scr. Eccl. p.* 346. *ac ſeqq.*) ex Scriptis, quæ ſub communi utriusque Nomine circumferuntur, Patriarchæ, Fautori, uti jactant, Eccleſiæ Romanæ perpetuo, ea tribuunt, quæ hanc, atque Unionem *Græcorum* ac Latinorum Florentinam, defendunt, *Oratt. ſc. IV. ad Synodum Florentinam*, *Expoſitionem ſeu Apologiam pro Synodo Florentina*, *&* *Defenſionem V. Capitum Decreti ejus ad Græcos*, *Orationesque de Pace ad eosdem*, quorum Editiones Labbeus & Cavius recenſent. Monacho contra, quem Hoſtem fuiſſe ajunt Latinorum infenſiſſimum, & cum Patriarcha, a Joh. Matth. Caryophilo, Pet. Arcudio, & aliis Gregalibus ſuis, confundi indignantur, Homini obſcuro, & Græcia nunquam egreſſo, præter alia Inedita, vindicant καταφύγιον ὀρθοδόξε, Libris VIII. conſtans, Synodo Florentinæ oppoſitum, & Londini, ſine Anni mentione, excuſum, quod Labbeo incondite & petulanter ſcriptum, Virorumque Cordatorum Lectione in-

 di-

dignum, videtur. E Reformatis contra, non nulli, & hos inter præcipue Frid. Spanhemius Jun., Gennadium Patriarcham, in Synodo quidem Florentina, cum Auxilia Latinorum adverſus Turcas ſperaret, unionis cum his cupidiorem, Partibus illorum aliquamdiu faviſſe, ſed deinde, cum ſpes iſta evanuiſſet, mente mutata, hoſtem eorundem evaſiſſe, &, quæ conceſſerat, retractaſſe, perſuaſi, pleraque pro Unione Florentina, & Dogmatibus Latinis, Opuſcula, imprimis autem *Apologiam pro V. Decreti Florentini Capitibus*, ab Hoornbeckio licet [*L. II. S. C.*] illi tributam, cum Thom. Smitho [*cap. I. Miſcellaneorum, Londini A.* 1690. *editorum*,] Arcudio item & Caryophilo, Adverſæ Partis Aſſeclis, ei abjudicant, & Gennadio alteri, ab hoc diverſo, Dogmatum Latinorum, Florentinæque Synodi, Hyperaſpiſtæ, deberi contendunt. V., hanc in rem, Spanhemii *Introd. ad Hiſt. S. p.* 140., *Summam H. E. p.* 835. &, quam hæc allegat, & fuſius circa Controv. iſtam occupari teſtatur, *Diſſ. de Perpetua Eccleſia Orientalis a Pontificia Diſſenſione.* Conf. *Acta Erudd. Lipſ. M. Febr. A.* 1691. *p.* 82. in Libri Smithiani Recenſu. Non deſunt tamen hodienum, qui credunt, unum tantum Gennadium, Patriarcham initio, deinde vero Monachum, Sec. XV., inter Græcos, Scriptis inclaruiſſe, & cum Rich. Simone [*en le Creance de l'Egliſe Orientale ſur la Transſubſtantiation*, ed. A. 1687. (95.)] haud invito, ni fallor, Thoma Smitho, ejus

(95.) *V. Acta Erudd. Lipſ. T. I. Supplem. Sect. II. p.* 77.

ejus Adverſario (*l. c.*) ab utraque Parte faciunt ſeceſſionem. Nos, in Controv. hac intricata, cum G. Cavio, Allatii ſolum de utroque Gennadio, Placita, in *Chartophylace* ſuo (96.) breviter recenſente, *ἐπέχομεν*. Longe manifeſtior eſt *ἀβλεψία* Johannis a Fuchte, Theologi hoc Sec. Helmſtadienſis, Antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſisſimi, qui, cum A. 1611. GEORGII ſive GENNADII SCHOLARII, Patriarchæ, *Dialogum de Via Salutis Humana* græcoLatine Helmſtadii ederet, in Præfatione eundem illum eſſe abſurde credidit, cum GENNADIO altero, Patriarcha itidem Sec. Vti Conſtantinopolitano, A. 457. vel 460. juxta ipſum, 471. autem, juxta Cavium, mortuo, ac mille proinde Annis Scholario Antiquiore, quem Gennadius Maſſilienſis, Sec. V. Scriptor, Encomiaſtes illius [*in Lib. de Vir. Ill. c.* 90. *Comm. in Danielem*, & *Homilias* plurimas reliquiſſe teſtatur. Lapſum hunc ſuum Ipſe, A. ſequ. 1612. [*in Præf. Libri Gennadii Maſſilienſis, a ſe itidem recenſiti, de Vir. Illuſtr.*] emendavit, ſed Joh. Heroldum, qui, ante ſe, Scholarii Dialogum, Baſileæ A. 1556. *in Hæreſeologia*, publicaverat, ejusdem falſo inſimulavit, uti a nuperrimo Dialogi iſtius [Hieronymi, Theol. græci, *Dialogo de Trinitate*, Cygnææ A. 1677. recenſito, ſubjuncti) Editore, Chriſt. Daumio [*in Præf. p.* 8. *& in Append. p.* 98. 99. 100.] ex ipſiſſimis Heroldi Verbis, Seculi V. Patriarcham ne memorantibus quidem, recte eſt oſtenſum. Conf. de

(96.) p. 355. 364.

de Paroramate hoc Fuchtiano, Gerh. Joh. Voſſii *Epiſtolas, Cent. I. Ep.* 83. *p.* 117. & *W. E. Tenzelii Dialogos Menſtruos Vernacc.*, *M. Jul. A.* 1690. *p.* 618.

XXXIV. Inter XXIV. GREGORIOS, quos Scriptoribus Eccleſiaſticis *Chartophylax* Cavianus annumeravit, cœteros, & Fama, & Ætate, ſuperant Neocæſarienſis, ſive Thaumaturgus, Sec. III. & Nazianzenus, Bæticus atque Nyſſenus, Sec. IV. celebres, Agnominibus quidem ſuis ſatis commode diſtincti, ſed nihilo tamen minus, Hominum imperitorum culpa, & Homonymiæ fraude, ſæpius confuſi. GREG. NAZIANZENUS certe, Cappadox, Saſimorum initio, deinde Patriæ Nazianzi, tandem vero Urbis Conſtantinop. ab A. 380. ad 382. (quo, Pacis ſtudio, ſedem hanc reliquit,) Epiſcopus, An. 389. in patria defunctus, confuſus eſt: 1. cum GREGORIO NEOCÆSARIENSI, ſive THAUMATURGO, Civitatis in Cappadocia Patriæ, ad A. usque Emort. 265., Antiſtite, cujus ipſi *Metaphraſis in Eccleſiaſten*, diu, etiam in ipſis Operum Editionibus, fuit ſuppoſita, donec, fœtum illam Thaumaturgi [non Nyſſeni, quem Placcius Noſter, *in Tr. de Scr. Pſeudon. p.* 202., facili Memoriæ lapſu, ſubſtituit] eſſe, Jac. Billius, Operum Nazianzeni Editor, ex ſtyli diverſitate, & Hieronymi [*in Catal. ac Comm. ad Eccl. c.* 4.] Ruffini [*in Additt. ad Euſebii Hiſt. Eccl. L.* 7. *c.* 24.] atque Haymonis (*L.* 7. *H. E. c.* 8.) Teſtimoniis, luculenter evicit, omnibusque Eruditis perſuaſit. V. Bellarm.

larm. (*in L. de Scr. Eccl. p.* 48. *&* 91.) Marg. Bignæum (*T. II. Bibl. PP. Pariſ.*) J. Gerhardum (*in Patrol.*) And. Rivetum (*in Spec. Crit. S.*, *L.* 3. *c.* 22. *p.* 341. 342.) Gerh. Meierum (*Lib.* 1. *Biblioth. Theol. Contr. c.* 4. *p.* 39.) Guilh. Cavium (*in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 141.) cœterosque Patrologos omnes, ei ὁμοψήφȣς; 2. cum GREGORIO BÆTICO, Eccleſiæ in Hiſp. Bætica Illiberitanæ, circa A. 370. Epiſcopo, circa *Lib. de Fide Orthodoxa, contra Arianos*, quem nonnulli Ambroſio, Labbeus, Andr. Schottus, & Olearius, Fauſtino Diacono, Chifletius Vigilio Thapſenſi, alii Gregorio Nazianzeno, Achilles Statius, Editor illius, Guilh. Cavius, Hermannus (*in Vita Ambroſii*,) Paſch. Quesnellius (*in Append. ad Leonis M. Opera*,) & Monachi S. Mauri Benedictini, Operum Ambroſii Editores, Gregorio Bætico, Bignæus tandem (*T. IV. Bibl. PP. Pariſ. IIda*, bis illum exhibente) ac Bellarminus, & huic, & Fauſtino, adſcribunt. V. *Acta Erudd. Lipſ. T. II. Supplemm., Sect. V. p.* 220.) J. G. Olearii *Abacum p.* 160. 182. & Patrologos reliquos; 3. cum GREGORIO NYSSENO, Pontico, Baſilii M. (quem Nazianzeni fuiſſe fratrem, Auguſtinus, Homonymia, itidem deceptus, alicubi (97.) putavit) Germano, Nyſſæ Cappadocum Epiſcopo, circa A. 395. mortuo, circa *Tr. de Fide*, quem, Nazianzeno tributum, non hujus, ſed Nyſſeni, eſſe, Greg. de Valentia (*T. I. Diſpp. in Thomam, Q.* 12. *Puncto* 8., *p.* 264.) teſte Joh. Gerhardo (*in Patrol.*)

Gg 5 oſten-

(97.) V. Frid. Spanhemii Jun. *T. I. Introd. ad Hiſt.* 5. *p.* 424.

oſtendit. GREGORII NEOCÆSARIENSIS, ſive Thavmaturgi, paulo ante laudati, *Expoſitionem Fidei*, & alia Opuſcula plura controverſa, Chr. Sandius Jun., τῇ ὑποθέσει forte δουλεύων, GREGORIO NEOCÆSARIENSI Juniori, qui Sec. VII. tempore Concilii VII. vixit, deberi conjectat. V. *Tr.* ejus *de Vett. Scr. Eccl. Nucleo Hiſt. Eccl. præfixum*, *p.* 76.

XXXV. HELIODORI Jambos περὶ τῆς χρυσοποιΐας, ad Theodoſium Jun. Imp., in Collectionibus Chymicorum Græcorum MStis paſſim locorum obvios, præter Pet. Lambecium & Joh. Jac. Hofmannum, *Lexici Univerſalis Hiſtorici* Compilatorem, a Morhofio (98.) allegatos, Herm. etiam Conringius (99.) HELIODORO tribuit, Emeſa Phœnici, Epiſcopo, Theodoſii M. & Arcadii temporibus, in Theſſalia Triccenſi, Fabulæ *Æthiopicorum* Eroticæ (quam ne Igne, ex Synodi Provincialis ſententia, abolere cogeretur, Epiſcopatu cedere maluit) Scriptori haud obſcuro (100.) Confirmant illi hanc Sententiam ſuam, e Gloſſemate Codicis *Æthiopicorum* Vaticani, cui Gerh. Falckembergius hæc verba, teſte, quem Conringius laudat, Autore Præfationis, Ant. Mizaldi *Memorabilibus*, Coloniæ A. 1575. editis, præfixæ, invenit adſcripta: γράφει δὲ διὰ στίχων Ἰάμβων τὴν τοῦ χρυσοῦ ποίησιν, πρὸς τὸν αὐτὸν Θεοδόσιον, ὥς φησὶ Γεώργιος ὁ Κεδρηνός.

(98.) *in Polyhiſt. P. I. Lib. I. c.* 11. *p.* 102. 103.

(99.) *Lib.* 1. *de Med. Herm. c.* 3. *p.* 25. & *L.* 2. *c.* 14. *p.* 400.

(100.) Plura de illo, ex Socrate, Nicephoro, & aliis, congeſſit Voſſius *L.* 4. *de Hiſt. Gr. c.* 18. *p.* 487.

Κεδρηνὸς. Diſſentit ab his Morhoſius, cum Thoma Reineſio, ob ævi Infimi Barbariem, in Jambis his obviam, perſuaſus eſſe illos *Græculi ineptisſimi, qui intra annum ducenteſimum vixit, nihilque aliud egit, quam quod Stephani Scriptum, de eadẽm Arte Chymica, Or. ſoluta exaratum, ligavit.* Agnoſcit interim, Æthiopicorum Scriptorem Chemiæ non fuiſſe ignarum, plurimaque, occultos Senſus habentia, operi ſuo inſeruiſſe, ac proinde Poetaſtrûm hunc nomine ejus forte eſſe abuſum. Ad Locum Cedreni excipit, fruſtra illum, in *Annalibus* Hiſtorici hujus (quem etiam, tanquam Autorem Juniorem, futiliorem, & exiguæ Fidei, elevat,) a ſe eſſe quæſitum. Verum, ad hanc Objectionem, Conringius (*l. c. p. 25.*) ipſi, uti apparet, haud inſpectus, Volumen Cedreni editum valde eſſe mutilum, & miris modis deformatum, e Scaligero, regesſit. Ita, neſcio quo fato, Duumviri hi Eruditi, Hopotheſeos ſua immemores, Conringius quidem, Chemiæ Hoſtis, pro Antiquitate, Morhoſius autem, ejusdem Patronus, pro Novitate Poetaſtri hujus Chemici, σκιαμαχȣσιν. Heliodorum Alexandrinum, Hermiæ Fil., Ammonii Fratrem, Procli Diſcipulum, Philoſophum Ævi Theodoſiani Paganum, Chymiæ haud imperitum, Jamborum iſtorum credi poſſe Autorem, ob illorum Barbariem atque Chriſtianismum, Reineſius & Morhoſius itidem inficiantur.

XXXVI. Qui hodie, ſub HERMÆ Nomine, ſuperſunt, & in *Orthodoxographis* Baſileenſibus,

Digitized by Google

bus, ac *Patrum Bibliothecis*, leguntur, Libri III., Guilh. Cavio quidem judice (101.) iidem ſunt cum *Paſtore* ejus, tantopere in Eccleſia Veteri Celebrato, utut Aſſumentis quibusdam interpolati, ſed a plerisque tamen Patrologis cœteris, etiam Pontificiis, & hos inter Sixto Senenſi, Bellarmino, Bignæo, Poſſevino, &c. ob Fabulas, ineptias & Heterodoxias plurimas, tanquam Apocryphi, ὑποβολιμαῖοι, & ab iſto diverſi, merito rejiciuntur. V. Riveti *Spec. Crit. S. L.* 1. *c.* 12. *p.* 172. 173. 174. Rob. Coci *Cenſuram p.* 23. 24. 25. Joh. Hülſemanni *Patrol. C.* 1., *p.* 968-972. & alios. *Paſtorem* autem quod attinet Antiquum, Irenæus, Tertullianus, Clem. Alexandr. Origenes (*in Rom.* 16.) Euſebius (*L.* 3. *H. E. c.* 3.) Hieronymus (*in Catal. Scr. Eccl.*) aliique, qui paſſim allegantur, Sec. II. III. & IV. Scriptores, HERMÆ tribuerunt, Pauli Diſcipulo, quem is Rom. XVI. ſalutari jusſit, circa A. C. 80., uti creditur, defuncto. E Modernis nonnulli HERMETEM ſubſtituunt, Pii, Pontificis Rom., circa A. 159. exſtincti, Fratrem, Sec. II. Scriptorem, quem PſevdoDamaſus, ſive Anaſtaſius potius Bibliothecarius, in Vita Pii, Librum, ſub titulo *Paſtoris*, juſſu Angeli, Paſtoris habitum induti, ſcripſiſſe, & in iſto, ut Feſtum Paſchatis die Celebraretur Dominico, ſanxiſſe fabulatur. Verum, cum Hermæ & Hermetis Nomina ſint diverſa, Hermæque Paſtorem, tanquam Pii Ævo Antiquiorem, Veteres, huic σύγχρονοι, laudent, nihil

(101.) *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 15. 25. Conf. *Chartophyl. p.* 7.

nihil autem de Paſchate ex eodem allegant, imo Hieronymus, apud Græcos eum quidem fuiſſe notiſſimum, ſed apud Latinos (inter quos Hermes vixit) pene ignotum, teſtetur, duo Cardinales, Bellarminus (*in Lib. Scr. Eccl. p.* 34, 35, 36.) & Baronius (*T. II. Annal. ad A.* 159., *n.* 5.) hunc a Libro Hermetis (qui forte Anaſtaſii purum putum eſt figmentum,) cito deperdito, recte cenſent diverſum, applaudentibus Riveto ac Cavio, locis citatis. Errorem Joh. Chr. Meelführeri, qui (*in Corona C. Patrum, num.* 1. *p.* 2.) Hermam noſtrum cum HERMETE TRISMEGISTO confudit, ſupra (*P. II., c.* 2., §. 16.) jam deteximus.

XXXVII. HERMIAM, Philoſophum Chriſtianum, cujus *Διασυρμὸς τῶν ἔξω Φιλοσόφων*, ſive *Irriſio Philoſophorum Gentilium*, Baſileæ apud Oporinum A. 1552., ex Joh. Jac. Fuggeri Bibliotheca, curante Raph. Seilero, JCto Auguſtano, GræcoLatine primum prodiit, & in *Patrum* deinde *Bibliothecis*, ac Juſtini Martyris Operibus, locum invenit, plerique Patrologi, & noviſſime Cavius, Seculi II., Bignæus autem, & Bibl. PP. Colonienſis Editores, Sec. IVti Scriptoribus, ſolis (cum nihil de ejus ætate certi conſtet) innixi Conjecturis, annumerarunt. Olearius incertæ Ætatis Autoribus recte accenſet. Pet. Lambecius, &, qui hunc ſequitur atque allegat, Wilh. Ern. Tenzelius (*P. I. Exercc. Select. Exerc. V.*) HERMIÆ Libellum iſtum vindicant SOZOMENO, Salaminio, vel, juxta Cavium, Palæſti-

læſtino, Scholaſtico ſive Advocato Sec. V ti (circa A. 440.) Conſtantinopolitano, Scriptori Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ non inglorio. Sed & hæc Conjectura Veterum indiget ſuffragiis.

XXXVIII. De HESYCHIIs variis, & illorum Confuſione, Humphredus Hodius, *in Hiſtoria Chronica* Joh. Malelæ Prolegomenis, ſe, Capite peculiari *Diatriba* ſuæ *de Scriptoribus Græcis, cum profanis, tum Eccleſiaſticis*, fuſius dicturum, eſt pollicitus (102.) De HESYCHIO ALEXANDRINO, Lexici Græci Autore, multa, lectu digniſſima, congeſſit, & ex Mentione Scriptorum Sacrorum, Virorum S. Cod. Illuſtrium, Patrum aliquot Eccleſiaſticorum, Vocum Biblicarum, Chriſtique & Sp. S. ipſius, crebra, Chriſtianismum ejus docte aſtruxit, Joh. Alb. Faber (*in Exerc. de Lexicis Græcis, Decadi Decadum adjecta*, §. 8.) cui idem ille videtur cum HESYCHIO ALEXANDRINO, Græco V. T. quem Hieronymus laudat, Interprete. Recte autem illum diſtinguit ab HESYCHIO MILESIO ILLUSTRI, Ævi, Sec. VI., Anaſtaſiani, Juſtinæi & Juſtinianæi Hiſtorico, & Nomenclatoris Virorum Eruditione Celebrium Autore, quem itidem Chriſtianum fuiſſe, ex Mentione Chriſti in *Sibylla*, & Johannis Nomine, ab eo, Photio teſte, Filio impoſito, contra Suidam, præeunte Voſſio (103.) dextre oſtendit. Perpe-

(102.) V. Tenzelii *Dial. Menſtr. Vernac*, *M. Nov. Ann.* 1693. *p.* 868.

(108.) *L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 22. *p.* 268.

peram ergo utrumque confundunt, tum plerique Lexici Heſychiani Editores, ac Novisſimus illorum, C. Schrevelius, qui Svidæ de Mileſio verba illi præfixerunt, tum Mart. Hankius, qui (*in Lib. de Rer. Byzant. Scriptt. p.* 145.) Elogium *Doctisſimi Grammaticorum*, Alexandrino a Rich. Montacutio tributum, Mileſio vindicat, a Fabro (*l. c.*) jam notati. Adde his Johan. Chriſtoph. Becmannum, uni eidemque Heſychio, & *Lexicon Græcum*, & Mileſii Opuſcula, a Johan. Meurſio Leidæ A. 1613. edita, tribuentem (104.) *Libros VII. Commentariorum in Leviticum*, Mere Allegoricos, & Sermone obſcuro, ac Soloecismis referto, judice Hülſemanno (105.) Scriptos, qui HESYCHII, ſive ISYCII, præferunt Nomen, &, poſt Edit. Baſileenſem, Patrum Bibliothecis ſunt inſerti, Joh. Trithemius, & Sixtus Senenſis, HESYCHIO vindicant Presbytero, Greg. Nazianzeni Sec. IV. Auditori, Simlerus autem, & Card. Perronius, HESYCHIO, Epiſcopo (Simlerus Presbyterum tantum & Monachum *p.* 289. appellat) in Dalmatia, circa A. 418. Salonitano, cujus *de Fine Seculi* ad Auguſtinum Epiſtola, inter Auguſtinianas (*num.* 79.) occurrit. Verum, cum Verſionem is ſequatur Hieronymi, diu poſt hujus obitum in Eccleſia demum receptam, Bellarminus (*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 170.) merito, & hoc, & Auguſtino, illum credit eſſe Juniorem, & HESYCHIO, Presb.,

(104.) *in Catal. Bibl. Francof. p.* 235.
(105.) *in Patrol. c. 7. p.* 1098.

Presb., ac dein Patriarchæ, circa A. 600., Hieroſolymitano, Comm. iſtum vindicat, cui plerique Recentiores, & in his Labbeus (*T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p.* 632-639.) ac Cavius (*in Chartophyl. p.* 146. 147.) licet dubitabundi, eundem relinquunt. Sunt tamen, qui HESYCHIUM Juniorem, Epiſc. vel Presb., Gregorii M. ævo, Salonitanum, huic præferant. Quænam, ex tot Sententiis, ſit probabilior, ob ſummam Hiſtoriæ Autoris hujus obſcuritatem, a Labbeo, & Cavio, agnitam, perquam difficile eſt judicatu. V. Labbeum *l. c.* &, ex illo, Olearii *Abacum p.* 207. 208. Simlerus *Commentarii* Autori complura etiam adſcribit Opuſcula Argumenti Sacri Græca, ſed quæ diverſos agnoſcere videntur Parentes.

XXXIX. HIPPOLYTOS confundere, non ſolum Veteribus, uti Voſſius (*L.* 2. *de H. Gr. c.* 25. *p.* 293.) conqueritur, ſed & Recentioribus, eſt ſolenne. Martyrem Seculi III. Inclytum, Irenæi Diſcipulum, Origenis Familiarem & Ἐργοδιώκτην, A. 230. uti perhibent, ab Equis diſcerptum, cujus plurima Hieronymus (*in Catal. c.* 61.) ſcripta recenſet, cujusnam Loci Antiſtes fuerit, ignarus, Gelaſius (*L.* 1. *contra Eutychen*) Arabum vocat Metropolitanum, Germanus autem Conſtantinop. & Nicephorus Portus Romani Epiſcopum. Olearius (*in Abaco p.* 218.) ex Arabia in Italiam eſſe delatum, & a Calixto Pontifice Eccleſiæ præfectum Portuenſi, incertum quo Autore, perhibet. Voſſius (*L.* 4. *de H. Gr.*,

Gr. P. II. c. 20. *p.* 495. 496.) Relationem hanc Veriſimilem eſſe negat, &, diverſos ævo iſto Hippolytos floruiſſe, cum Cavio (*in Chartophyl. p.* 25.) perſuaſus, Portuenſem ab Epiſcopo Martyre diſtinguit. Prudentius, in Elegia de Martyrio ejus, ad Valerianum Epiſcopum (*Libro* περὶ Στεφάνων inſerta,) duos alios cum illo confudit Hippolytos, &, hos inter, Presbyterum Novatianum, uti a Baronio (*in Not. ad Martyrol. Rom., ad d.* 30. *Jan. &* 13. *Aug.*) Joſ. Scaligero (*in Animadvv. ad Chron. Euſeb. p.* 425.) J. G. Dorſcheo (*in Scrupulis Relig. Vernaculis, Scrup.* 8.) & aliis, eſt monitum. Hippolyti Statuam Marmoream, A. 1551. Romæ, non procul ab Æde Laurentiana, in Agro, effoſſam, Verano, & a Pio IV., ejus Inſtauratore, Portuenſi, in Epigraphe moderna, vindicatam, Joſ. Scaliger (*l. c.*) ex Ἑκκαιδεκαετηρίδος Paſchalis, Librorumque, ab eo ſcriptorum, in utroque Laterculo obviorum, indicio, (ſtatua enim ipſa eſt ἀδέσποτος, nec, cui ſit poſita, innuit,) Epiſcopum Martyrem, ab Euſebio & Hieronymo celebratum, ac a Portuenſi diverſum, nobis ſiſtere, recte collegit (106.) *Orationem de Conſummatione Mundi, & Antichriſto*, Latine verſam, & Pariſiis A. 1557. ſub Hippolyti Epiſc. & Martyris nomine, editam, a Joh. Pico, Senatus Pariſ. Præſide (Heterodoxa quædam, & a Doctrina Eccleſiæ aliena, in illa contineri faſſo,) Rob. Cocus (*in Cenſura*

(106.) Conf. de illa Tenzelii *Dial. Menſtr. Vernac. M. Maj. A.* 1693. *p.* 360.

p. 127. 128. 129.) & alii Critici Sacri, dudum *νοθείας* convicerunt, & Marg. Bignæus (a quo illa *Tomo II. Biblioth. PP. Pariſ. IIda* A. 1589. eſt inſerta,) duos fuiſſe perſuaſus Hippolytos, Antiquiorem ſc., Epiſc. Portuenſem Latinum, & Juniorem Græcum quendam, poſteriori huic adſcripſit. Marq. Gudius Noſter aliud ejusdem Argumenti Scriptum (Ἀπόδειξιν ſc. περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν,) e 2. MSS. Rhemenſi & Ebroicenſi, Pariſiis A. 1660. Græce edidit, a Franc. Combefiſio poſtmodum, GræcoLatine, *Bibliotheca Patrum Auctario* A. 1672. inſertum, quod pro genuino Hippolyti Martyris fœtu, ab omnibus fere, habetur, uti in Gudii Elogio, quod *Cimbria* exhibebit *Literata*, fuſius oſtendemus. *Chronicon* Hippolyti Thebani, in Biblioth. Vaticana, teſte Gesnero, reliquum, cujus Fragmentum, e MS. Bavarico, Henr. Caniſius (*T. III. Lectt. Ant. p.* 34. *& ſqq.*) publicavit, Conr. Gesnerus, & Continuator ejus, Joſ. Simlerus (*in Biblioth. p.* 303.) Epiſcopo, quem Hieronymus celebrat, Antiquiori, Metropolitano, ſc. Arabum, deberi conjectant, ſed invito Voſſio, qui (*L. 2. de H. Gr. c.* 25. *p.* 293.) HIPPOLYTO illud THEBANO, Michaeli Glycæ (*P. III. Annal.*) memorato, Seculi X. Hiſtorico, Simeone, quem allegat, Metaphraſta Juniori, recte vindicavit. Secuti ſunt ejus Judicium alii, &, hos inter, Olearius (*in Abaco p.* 218.) atque Guilh. Cavius (*in Chartophyl. p.* 205, *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 206.) Quorum ultimus, lo-

co

co poſteriore, modo ablegato, *Indiculum etiam de XII. Apoſtolicis*, Gr. & Lat. a Franc. Combefiſio ſub Hippolyti Senioris Nomine, *T. II. Auctarii Bibl. PP.* Pariſ. A. 1648. publicatum, Thebanum hunc Hippolytum Parentem agnoſcere, ſuſpicatur.

XL. IGNATIOS diverſos, quandoque ab ignaris, vel malevolis, eſſe confuſos, teſtis eſt Frid. Spanhemius Jun., *T. I. Introd. ad Hiſt. S. p.* 139. 140. Mihi nullum Confuſionis hujus Exemplum hactenus innotuit, licet, præter Antiſtitem Antiochenum & Martyrem Inclytum, a feris Romæ A. C. 108. dilaniatum, Ignatium etiam, Metropolitam ex Diacono Conſtantinop., circa A. 806., Nicenum, & Ignatium, Patriarcham Conſtantinop., A. 877. defunctum, Scriptis Sec. IX. famam meruiſſe, haud ignorem.

XLI. JOBIUM, Monachum Sec. VI. Orientalem, e cujus *Libris IX. de Incarnatione Domini* Photius (*Cod.* 222.) ampliſſima exhibuit Excerpta (107.) cum JOBO, Cœnobita Sec. XIII. Græco recentiore, cujus Notitiam Leoni Allatio debemus, ab Eman. Scheelſtratenio, *in Diſſ. de Diſciplina Arcani Apologetica*, eſſe confuſum, Antagoniſta ejus Celeberrimus, Wilh. Erneſt. Tenzelius, *in Epiſt. ad Diſſ. hanc Reſponſoria*, Gothæ A. 1687. excuſa, oſtendit. V. *Acta Erudd. Lipſ. T. I. Supplem. Sect. I.*, *p.* 17.

XLII. JOHANNI CHRYSOSTOMO, Antiocheno, Eccleſiæ initio Patriæ Presbytero, de-

 inde

(107.) V. de illo G. Cavii *Chartoph. p.* 129.

inde autem Archiepiſc. ab A. 398. Conſtantinopolitano, A. 407. Comanis Ponti in Exilio defuncto, Doctorum Eccleſiæ Chriſtianæ Græcorum omnium Eloquentiſſimo, ob Homonymiam ſuppoſita creduntur: 1. *Opus Imperfectum in Matthæum*, quod JOHANNI, Epiſcopo, ab A. 386. ad Emortualem 416. HIEROSOLYMITANO, Carmelitæ moderni, & horum Promachus, Pet. Waſtelius, Cœnobita Belgicus, *in Libris III. Vindiciarum Johannis Hieroſolymitani*, Operum ejus Editioni, *Tomis II.* Bruxellis An. 1643. publicatæ, adjectis, magno conatu aſſerunt, ſed invitis Labbeo (*T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p.* 586.) Rich. Simone (*in Hiſt. Critica Commentatorum N. T. c.* 13.) &, qui hunc allegat, Wilh. Ern. Tenzelio (*in Dial. Menſtr. Vernac. M. Apr. A.* 1693. *p.* 287. 288.) aliisque a Partium Studio alienis, Autori illud hactenus ignoto tribuentibus; 2. JOHANNIS JEJUNATORIS, ſive Νηϛευτȣ̃, Cappadocis, Patriarchæ, ab A. 585. ad Fatalem 596. Conſtantinopolitani, *Homilia* prolixa *de Pœnitentia, Continentia & Virginitate*, *Sermo* (quem Voſſius & Pearſonius Neſtevtæ itidem vindicant) *de Pſevdoprophetis & Falſis Doctoribus*, aliæque Demegoriæ Sacræ haud paucæ, Chryſoſtomi Sermonibus, in plerisque Operum ejus Editionibus, etiam Saviliana, immiſtæ, de quibus V. Guilh. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 177. 178. 182. 301. & *Chartophyl. Eccl. p.* 138.

XLIII. Quantum Litigiorum, haud ita pridem, JOHANNIS CHRYSOSTOMI *Epiſtola*

ad

ad Cæſarium Monachum, contra Apollinariſtas, a Reformatis ipſi recte vindicata, ab Eccleſiæ autem Romanæ Promachis quibusdam Audacioribus, aliis, ei ὁμωνύμοις, attributa, excitaverit, nemo, niſi rerum, quæ in Orbe Literato geruntur, plane incurioſus, ignorat. Scriptam hanc revera a Chryſoſtomo eſſe, in Exilio Secundo, ad Cæſarium Monachum, Errore infectum Apollinaris Junioris, Epiſc. Laodiceni, de Humana Chriſti Natura, Animæ Rationalis Experte, abunde, licet a Patrologis Antiquioribus, & Scriptoribus Bibliothecariis, nulla ejus facta ſit Mentio, demonſtrant Fragmenta, quæ, ex illa, Anonymus Sec. VII. contra Severianos & Acephalos Scriptor (*ap. Caniſium T. IV. Lect. Ant., P. I. p.* 238.) Joh. Damaſcenus (*in Lib. contra Acephalos, ib. p.* 211.) & Nicephorus, Patriarcha Conſtantinop. (*in Diſp. Ined. contra Iconomachos,*) allegarunt. Ob Locum autem, adverſus Transſubſtantiationem militantem, in ea obvium (qui *Panis Naturam* in S. Cœna, affirmat, *permanere integram, quamvis, divina Sanctificante gratia, mediante Sacerdote, Corporis Dominici Appellatione dignus habeatur,*) a Monachis Ævi ſequioris, hujus Patronis, adeo eſt neglecta, ut & Textus illius Græcus omnino diſparuerit, & Verſionis Antiquæ Latinæ unicum ſaltem, in Bibliotheca Dominicanorum Florentina, ſuperfuerit Exemplar. Ex hoc illam Pet. Martyr, Florentinus, Theol. Tigurinus Reformatus, deſcripſit, ſuumque Apographum in Helvetiam, ac deinde in

Angliam, ſecum aſportavit, poſt mortem ipſius, in Thomæ Crammeri, Archiep. Cantuar. Bibliothecam, iſta autem, ſub Imperio Mariæ, direpta, incertum quo, translatum. Allegavit autem, ex ea, Martyr (*in LLCC., Cl. IV. c.* 10., *p.* 603., *& in Defenſ. Euchar., contra Steph. Gardinerum, P.I. p.* 390. *&* 502.) Locum, quem diximus adverſus τὴν μεʹ]ουσίωσιν πολυθρύλλητον, quem cum ſuæ repugnare doctrinæ Pontificii obſervarent, Epiſtolæ ipſius Autoritatem & γνησιότη]α labefactare ſunt aggreſſi. Fœtum enim Chryſoſtomi eam eſſe Bellarminus, Poſſevinus, & alii, audacter negarunt, futili hoc uſi Argumento, quod in Operibus ejus non inveniretur. Steph. Gardinerus, Epiſc. Wintonienſis, Martyris Antagoniſta (*in Reſp. ad Object.* 201.) & Greg. de Valentia. (*in Lib. de Transſubſt. c.*7.) alii eam JOHANNI CONSTANTINOPOLITANO, a Chryſoſtomo diverſo, vindicarunt, quem Conjectura Sagaci haud expiſcari potuiſſe And. Rivetum (*in Spec. Crit. S. L.* 4. *c.* 1. *p.* 382.) jure mireris. Intellexerunt enim illi JOHANNEM JEJUNATOREM, Patriarcham Sec. VI. Conſtantinopolitanum, §. *præced.* jam laudatum, cui, aut JOHANNI ELEEMOSYNARIO, Patriarchæ, ſub init. Sec. VII. (Heraclio imperante,) Alexandrino, eandem deberi etiam Natalis Alexander, noſtra ætate, conjectavit, circa poſteriorem Philippum haud dubie ſecutus Gamachæum, Doctorem Sorbonicum, qui, eundem Eleemoſynarium

Epi-

Epiſtolæ hujus Autorem eſſe, credidit. Nec defuere, Basnagio teſte, Theologi, pauci quidem, ſed Magni Nominis, qui JOHANNI cuidam VINCESTRIENSI eandem abſurde attribuerunt. Quas Conjecturas omnes, τῇ ὑποθέσει δουλεύουσας, Doctiſſ. Basnagius, tum e MSti Florentini Titulo, & Veterum, quæ paulo ante laudavimus, Teſtimoniis, Chryſoſtomo eam aſſerentibus, tum, quod Apollinariſtæ, quibus illa eſt oppoſita, nulli, Jejunatoris, Eleemoſynarii & Vinceſtrienſis ævo, ſuperfuerint, dextre refutavit. Noſtra tandem Ætate, Verſio hujus Epiſtolæ Latina in lucem emerſit, Florentiæ, in eodem, cui Pet. Martyr illam debuerat, Dominicanorum βιβλιοτάφῳ, inventa ab Emerico Bigotio, Homine inter Gallos Eruditiſſimo, qui, etiam, agnita, cum Petro de Marca, Archiepiſc. Pariſino, ejus γνησιότητι, luce dignam cenſuit, &, una cum Fragmentis Textus Græci, hinc inde collectis, Palladii, Epiſc. Helenopolitani, *de Vita Chryſoſtomi Dialogo*, a ſe Lutetiæ An. 1680. edito, ſubjunxit. Verum Theologi Pariſienſes, Grandinus imprimis & Favrius, Reformatis hoc Cauſæ ſuæ Præſidium invidentes, antequam Editio iſta diſtraheretur, Quaternionem, in quo Epiſtola hæc occurrebat, (*p. 236. ſqq.*) e pleriſque Libri Exemplaribus, ſuſtulerunt ac ſuppreſſerunt, Locumque Præfationis Bigotianæ, de eadem, pariter expunxerunt. Fraudulenta hæc Libri Caſtratio, tum ex Lacuna, tum ex Rumore Publico, confeſtim Reformatis innotuit,

fuit, & a Pet. Allixio, Eccleſiaſte olim Charentonienſi, tunc apud Anglos Exule, *in Expoſtulatione de Epiſtola Joh. Chryſoſtomi ad Cæſarium, a Theologis aliquot Pariſienſibus non ita pridem ſuppreſſa*, quam *Libro XIImo Contemplationum* Anaſtaſii Sinaitæ *in Hexaemeron*, a ſe primum Londini A. 1682. publicato, adjecit, univerſo Orbi Literato eſt detecta. Fragmenta paulo poſt ejusdem Epiſtolæ, ex Autt. Priſcis, & Pet. Martyre, Guilh. Cavius ſtudioſe collegit, ac *Chartophylaci* ſuo *Eccleſiaſtico* (*p.* 81. 82. 83.) A. 1685. inſeruit. Incidit tandem Exemplar aliquod Editionis Bigotianæ, non mutilatum, in Manus Anglorum, e quo Theologus quidam Gentis illius Doctiſſimus, Epiſtolam iſtam ſuæ *adverſus Jac. Ben. Boſſuetum, Epiſc. Meldenſem, Defenſioni* adjecit, hujusque fidem ſecutus Jac. Basnagius, Latine, cum Fragmentis Græcis, tribusque Eruditis de Apollinariſtarum, quam ea impugnat, Hæreſi, & aliis Controvv. Hiſtorico-Eccleſiaſticis, Diſſertationibus, Ultrajecti initio A. 1687. & deinde, *in Quadriga Diſſertationum Hiſtorico-Theologicarum*, Roterodami A. 1694. recudi curavit. Notas in eandem Steph. le Moyne, Acad. Lugduno-Batavæ Theologus, promiſerat, ſed, morte præventus, pollicitis ſtare non potuit. Theologi Galliæ Pontificii, cum illam, ſe invitis, toties editam, luce frui publica viderent, γνησιότητα ejus & ipſi quidem agnoverunt, ſed Verba Chryſoſtomi, contra Transſubſtantiationem a Reformatis allegata, in alienum,

imo

ſimo contrarium, & ſuis Hypotheſibus congruum, detorquere ſenſum, ſunt aggreſſi, Ludov. imprimis Elias Pinius, *Tomo III. Biblioth. Autt. Eccleſ.*, A. 1693. edito, & Joh. Harduinus, Jeſuita, in ſua ejusdem, quæ Pariſiis A. 1689. prodiit, Editione, Notis, ac *Diſſertatione de Sacramento Altaris*, illuſtrata, hujusque *Defenſione* Gallica, adverſus Joh. Clerici, *Biblioth. Univerſalis Hiſtoricæ Menſtruæ* Autoris, Cenſuram, ibid. A. 1691. excuſa. Plura de Epiſtola iſta ſuggerent, quibus noſtra hæc pleraque debemus, And. Rivetus *L. 4. Crit. S. c. 1., p.* 381. 382. Jac. Basnagius *in Diſſ. de Hæreſi Apollinariſtarum*, Edit. ſuæ adjecta, Guilh. Cavius in *Chartophyl. p.* 81. 82. 83. & *Actorum Orbis Eruditi Lipſienſium* Collectores, in Scriptorum Allixii, Basnagii, Pinii & Harduini Recenſibus, *M. Jan. A.* 1683. *p.* 25. 26. 27., *M. Dec. A.* 1687. *p.* 563. 564., *M. Nov. A.* 1693. *p.* 490., *ac T. I. Supplemm., Sect.* 9., *p.* 495. 496.

XLIV. *Librum de Inſtitutione Primorum Monachorum, ad Capraſium*, in quo tota Structura Ordinis Carmelitici, ab Eliæ Ævo, Credulitate Cœnobitarum illius, deducti, recumbit, Hominis Latini eſſe, Bellarminus (*in Lib. de Scr. Eccl., ad A.* 390., *p.* 114. 115.) & Joh. Maria Braſichellenſis, Palatii Apoſt. Magiſter, (*in Ind. Rom. Expurg.*) cum Marg. Bignæo (*T. VIII. Bibl. PP. Pariſ.*) cenſuerunt, idem autem Bignæus, cum Jac. Tirino (*in Ind. Autt. Comm. Biblico præfixo*,) & Pet. Lucio, Carmelita, JOHANNI cuidam, Sec. VIII. Scriptori, adjudicavit. Hæc Judicia,

 uti

uti & Gennadii, Honorii Auguſtod. & Joh. Trithemii, de illo ſilentium, aliaque Autt. Variorum, Teſtimonia, de Novitate Ord. Carmelitici, ejusque Initiis ad Honorii IV., aut Alex. III., Pontificum, tempora referendis, Paulus Sherlogus (*in Comm. in Cant. Cant.*) Carmelitis, Inſtituti ſui Monaſtici canam jactantibus Antiquitatem, Librumque iſtum, unicum hujus Præſidium, JOH. Epiſcopo, circa Sec. IV. & V. confinia, HIEROSOLYMITANO, §. 42. jam memorato, Familiæ ſuæ, uti nugantur, Sodali, Scriptori autem Græco, vindicantibus, recte oppoſuit. Contra hunc *Libros III. Vindiciarum Joh. Hieroſolymitani*, Operibus ejus adjectos, An. 1643. protruſit Pet. Waſtelius, Carmelita Belgicus, ead. §. 42. laudatus, ac operoſe Scriptum iſtud huic, tanquam Parenti, aſſerere, Græce quippe, uti fingit, initio exaratum, ac Latina deinde ab aliis veſte indutum, allaboravit; coacervatis fuſe, hunc in finem, præter Conjecturas futiles, Alberti, Patriarchæ Sec. XII. Hieroſolymitani, Cyrilli Conſtantinopolitani, Prioris Ord. ſui Sec. XIII. Generalis, aliorumque Autorum Recentiorum, ſed maximam partem Carmelitarum, Teſtimoniis quamplurimis. Sed, quam parum iis inſit roboris, prolixo oſtendit Examine Joh. Georg. Dorſcheus, Theol. Argent. & Roſtoch., in Sermone Promotionis Esdræ Edzardi Theologicæ Prodromo, *in Sylloge Miſcellaneorum Hiſtorico-Theologicorum Semeſtri p. 77-104.* obvio, quem exſcribere haud vacat, Dorſcheo

ὁμό-

ὁμόψηφ☉ eſt Labbeus (*T. I. Diſſert. p.* 589.) cum Oleario (*in Abaco p.* 256.) Perperam etiam cum JOHANNE HIEROSOLYMITANO hoc Seniore, a Petro Lucio, *in Biblioth. Carmelitica*, confunditur JOHANNES, Patriarcha Sec. VIII. Hieroſolymitanus, plusquam 300. Annis illo poſterior, Iconolatriæ Patronus iſta ætate Princeps, & Vitæ Joh. Damaſceni Scriptor, uti recte eſt obſervatum a Voſſio *L. 2. de Hiſt. Gr., c.* 24., *p.* 283. 284.

XLV. JOHANNEM ANTIOCHENUM, cognomento MALALAM, Ἱςορίας χρονικῆς, ab Humphredo Hodio, Collegii Wadhamenſis Oxoniæ Socio, cum Prolegomenis ſuis, & Edmundi Chilmeadi Notis Poſthumis Oxoniæ Anno 1691. editæ, Autorem admodum fabuloſum, Voſſius (108.) Incertæ Ætatis accenſet Scriptoribus, Chilmeadus, Ant. Pagius, & Guilh. Cavius (109.) ad Juſtiniani Tempora, aut A. 600., referunt, Hodius autem, iſtis contradicens, in Sec. IX. translocat. Oſtendit idem, *in Prolegomenis*, falſo illum, tum cum aliis Johannibus Antiochenis (quorum Cavius, in *Chartophylace* quinos, partim Patriarchas, partim Monachos, recenſet) a nonnullis confundi, & Patriarchis Sedis iſtius annumerari, tum a Franc. Combefiſio (*in Manipulo Origg. Conſtantinop.*) cum Johanne, Presbytero, circa A. 480. Antiocheno (qui, Gennadio *c.* 93. teſte, Euty-

chi-

(108.) *L.* 3. *de Hiſt. Gr. p.* 380.
(109.) *in Chartoph. p.* 146.

chianos ſcriptis, impugnavit,) vel Johanne Hiſtorico, cognomine *Διακρινομένῳ*, ſive Eutychiano, Juſtiniani ævo antiquiore, eundem putari. Fuſius ſe varios Johannes Antiochenos diſtincturum promittit, *Cap. I. & II. Diatribæ* ſuæ de *Scriptoribus variis Græcis, tum profanis, tum Eccleſiaſticis*, propediem edendæ. V. *Acta Erudd. Lipſ. M. Mart. A.* 1692., *p.* 106. 107. 108. & W. E. Tenz. *Dial. Menſtr. Vern.*, *M. Nov. A.* 1693. *p.* 867.

XLVI. Seculo III., Origenis, circa A. 220. ſub Macrino, Heliogabalo, & Alex. Severo, Impp., Coætaneus fuit JULIUS AFRICANUS, Palæſtinus, ex Urbe Syriæ, Emaunte, juxta Colomeſium (110.) oriundus, Scriptor magni nominis Eccleſiaſticus, & primus inter Chriſtianos Chronologus, ab Euſebio, Hieronymo, atque aliis, Laboribus ejus plurimum adjutis, paſſim celebratus, quem Civitatis Emaunticæ (pro cujus inſtauratione Legatione ad Heliogabalum, teſte Hieronymo (111.) eſt functus) fuiſſe Epiſcopum, Hebed Jeſu, Metropolita Sobenſis (*in Catal. Libb. Chald. c.* 15.) & huic creduli, G. Cavius (*in Chartoph. p.* 26., ubi circa A. 232. eum obiiſſe conjicit,) ac P. Colomeſius (*l. c.*) perhibent. Conjecturæ Colomeſii, qui, præeunte And. Maſio, illum cum JULIO Epiſcopo, in Evangelium Johannis commentato, & in *Catena in Johannem* Corderiana, ac Moſis Barcephæ *de Paradiſo Tractatu*, laudato, Johan. item

(110.) *in Paralipom. ad G. Cavii Chartoph. p.* 3. 4.
(111.) *in Catal. Scr. Eccl.*

item Hülſemanni, qui (112.) cum JULIANO, Agrippino, in Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopatu, Anno Commodi Imp. primo (juxta Euſeb. *L. 5. H.E. c. 9.*) ſuffecto, eundem eſſe ſuſpicantur, magna laborant incertitudine. Hülſemannus, Nomen ejus & Scripta, a non paucis, per imperitiam, queritur, confundi, cum JULIO AFRICANO, Seculi VI. Scriptore, mihi, niſi forte τῶν κεςῶν ϗ Στρα[?]ηγικῶν Autorem deſignet, & diverſum a Noſtro, cum aliis Viris (quibus tamen Sextus ille audit) Eruditis, eſſe ſtatuat, ignoto. Celebrantur nempe paſſim ab Antiquis τῶν Κεςῶν Libri (IX. juxta Euſebium, XIV. juxta Photium, XXIV. autem juxta Suidam,) τῶν Ἰα[?]ρικῶν, ϗ φυσικῶν, ϗ γεωργικῶν, ϗ χυμικῶν δυνάμεις, complexi, & Alex. Severo (teſte Euſebio *Lib.* 1. *Chron.*) inſcripti, quos in Biblioth. ſe Scorialenſi offendiſſe Alex. Barvoetius (113.) Apollodori, Bitonis ac Heronis *Strategeticis* adjunctos, teſtatur, ſed *ſequioris Ævi ac ſtyli eſſe, multaque habere Tacticis Leonis ſimilia, quædam etiam ſuperſtitioſa, ac multa ridicula, ut de Curatione per Abra cadabra, quædam Mulomedica, falſa plurima*, imo vix *tantum boni continere, quantum continent mali*, judicat. Negant tamen alii, cum Gabr. Naudæo (114.) & Joh. Alb. Fabro (115.) Opus iſtud integrum ullibi hodie ſu-

(112.) *in Patrol. t. 3. p.* 1005. 1006.

(113.) *in Catal. MSS. Biblioth. Scorial.* apud Maderum *in Syntagm. de Biblioth. p.* 124. 125.

(114.) *in Bibliogr. Militari p.* 61. 62.

(115.) *in Decade Decadum, num.* 3.

ſupereſſe, Fragmentum autem ejus, imo totum *Lib. V. & VI.* exhibere, arbitrantur, duos *de Apparatu Bellico* Libros ἀνεκδότους, in Bibliothecis Vaticana, Palatina, Barberina, Farneſiana, Pariſienſi, Bavarica, & aliis, ſuperſtites, ex Æneæ Tactici *Poliorcetico* (*uti a Caſaubono in Notis ad hunc p. 31., & alibi, eſt obſervatum*) magnam partem verbotenus deſcriptos, & Obſervationes quasdam ſuperſtitioſas, Naudæo haud diffitente, itidem continentes. Solus Conringius (115.) diverſa eſſe hæc ςρατηγικὰ, cenſet, a Libris κεςῶν, quos Chronici Euſebiani Verba, ſupra allegata, rem militarem perſecutos eſſe non teſtentur, eundem tamen forte cum illis Autorem agnoſcere, JULIUM ſc. AFRICANUM, ſed a Cognomine Seculi III. Chronologo (quem *Decus Celebre primævæ appellat Eccleſia*) diverſum, illoque Juniorem. Sed ad ipſos κεςῶν Libros redeamus, *a rerum, quas continuerunt, varietate, deducta a Diones Ceſto Similitudine*, judice Barvoetio (*l. c.*) ita inſcriptos, Julio hos Africano noſtro, Origenis Æquali, vindicant Euſebius (*l. c.*) Photius (*Cod.* 34.) G. J. Voſſius (*L. 2. de Hiſt. Gr. c.* 15. *p.* 237. Euſebii tamen *Lib. VI. H. E. c.* 23., pro Sententia ſua, fruſtra, cum κεςοὶ illic haud memorentur, allegans,) P. Lambecius (*L.* 5. *Comm. de Biblioth. Vindob.*) Gabr. Naudæus (*l. c.*) Joh. Rud. Wetſtenius (*in Not. ad Africani Epiſt. de Hiſt. Suſannæ p.* 154.) Joh. Alb. Faber (*l. c.*) & Guilh. Cavius (*in Chartophyl. p.* 26., *ac in*

(115.) *L.* 1. *de Med. Hermet. c.* 3. *p.* 20. 21. 22.

in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p. 54.) Quorum ultimus, non paucis, quæ in iſtis occurrunt, ſuperſtitioſis haud dubie motus, ante Converſionem ad fidem Chriſtianam, a Julio ſcriptos eſſe opinatur. Tribuit eidem hos etiam Svidas *in Lexico*, ſed SEXTUM AFRICANUM Libycum, per Errorem illum, (Julii gaviſum Nomine, ac gente Palæſtinum,) appellat. Cujus Autoritatem ſecuti, Voſſius (*l. c. p.* 236.) & Olearius (*in Abaco p.* 278.) eum, novo adjecto prænomine, *Sextum Julium Africanum*, Johan. Alb. Faber autem (*l. c.*) eodem in Agnomen mutato, *Julium Africanum Sextum*, ſalutant. Joſephus contra Scaliger (*ad Chron. Euſeb. p.* 241.) Henr. Valeſius (*in Annott. ad Euſeb. H. E. p.* 127.) & Frid. Spanhemius Jun. (*T. I. Introd. ad Hiſt. S. p.* 330.) Julio noſtro Libros κεϛῶν abjudicantes, Svidæ Errorem, ad defenſionem ſuæ, detorquent, Sententiæ, duosque ab illo confuſos eſſe cenſent AFRICANOS, Julium ſc., Palæſtinum, Doctorem Chriſtianum, cujus de Hiſtoria Suſannæ Sententiam Origenes Scripto refutavit, obſervante ipſo, peculiari, & Sextum, Libycum ſive Afrum, Autorem τῶν κεϛῶν Paganum. Ὁμόψηφος Triumviris his eſt Thom. Reineſius, ὁ κριτικώτατος, qui (*L. 2. Var. Lectt. c. 2. p.* 352.) Sextum iſtum Africanum, a Zoſimo Chemico (*in Cod. MS. Altenburg.*) Vindanio Anatolio Berytio, γεωργικῶν Scriptore (*ap. Photium Cod.* 163.) & Fulgentio (*L.* 3. *Mythol.*) obſervat allegari, & ab hoc *Iatroſophiſtam* (ita enim Vocem in Textu

tu ejus mendoſam, *in Aſtroſophiſtes*, ſolerter emendat) vocari, quod *Libris* τῶν κεςῶν *ſuperſtitionis & Vanitatis Paganæ plenis*, πραγματείαν Ἰατρικῶν, ϗ φυσικῶν, ϗ γεωργικῶν, ϗ χυμικῶν, περιέχȣσαν δυνάμεις, *itemque ſanationes mirabiles per incantamenta & Characteres, tradidiſſet.* Colligit, ex iisdem Allegationibus, Scriptorem eum fuiſſe Gentilem, &, quantum a Julio Africano, Chronicographo Chriſtiano, diſtet, ſe fuſius, ſed alio, quam Scaliger, Argumentorum genere, *in Animadvv. ad Voſſii Hiſtoricos Græcos* (hactenus ἀνεκδότοις,) oſtenſurum, pollicetur. Herm. Conringius (*l. c.*) diverſam ab Autoribus omnibus, hactenus recenſitis, viam ingrediens, *Ceſtos* Julii Africani Chronographi, imo Hominis Chriſtiani, haud eſſe, ex Fragmentis illorum, ſuperſtitione Magica refertis, (quæ paſſim, imprimis in *Geoponicis*, Conſtant. Porphyrogenneti juſſu collectis, exſtant,) ipſo Operis, τὰς τῶν φυσικῶν δυνάμεις (quas *Magicas* interpretari videtur *virtutes*,) perſecuti, Argumento, & Hieronymi, Scripta Julii recenſentis, de *Ceſtis* Silentio, evincit. E quo etiam, Chronici Euſebiani de iisdem Locum non eſſe γνήσιον, ſed Georg. Syncelli, Panodori, vel alterius longe Junioris, aſſumentum, a Scaligero Fragmentis Euſebii Græcis incaute annumeratum, concludit. Verum autem κεςῶν Parentem eſſe conjectat, non *Sextum*, quem ex Svida Scaliger exſculpſit, Africanum, ſed Julium quendam Africanum Juniorem, a Vetere diverſiſſimum, Librorum *de Apparat*-

parata Bellico (quos a Cestis, uti supra jam monitum, distinguit) Autorem. Probabilis nobis videtur utraque, & Scaligeri, & Conringii, sententia, Nugamenta τῶν κεςῶν superstitiosa atque inepta Doctori tantæ Existimationis Christiano vix tuto tribui posse, persuasis. Quo minus tamen alterutram amplectamur, Eusebii atque Photii nos sufflaminat Autoritas, ob quam ἐποχὴ, in re dubia, magis arridet.

XLVII. JUSTINO MARTYRI, gente Samaritano, Philosopho Sec. IIdi, ex Platonico, Gentili, Christiano, sub Antonini Pii imperio, juxta Labbeum & Olearium, juxta Cavium autem, Antonino Philosopho imperante, circa A. 164. Martyrii Coronam Romæ adepto, M. JUNIANI JUSTINI, Historici coævi, sed Gentilis ac Latini, *Epitomen Trogi Pompeji* perperam a Mart. Polono esse affictam, *Cap. præced.*, §. 32., jam est monitum. Sunt vero, qui, ex Scriptis etiam Martyris hujus Græcis, nonnulla ὁμωνύμοις vindicanda credant. *Quæstionum* 146. *ad Orthodoxos*, in quibus multa recentius ævum sapiunt, & Origenes, atque Irenæus, illo posteriores, uti Bellarmino est observatum, allegantur, Autorem Henr. Dodwellus (*Diss. III. ad Irenæum*) censet esse JUSTINUM forsan SICULUM, qui Sec. V. expirante floruit. Cavius (*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 28.) suum quidem de Conjectura hac Judicium reticet, sed Scriptum tamen istud, vel Justini non esse, vel mire interpolatum, agnoscit. *Epistolam ad Zenam & Sere-*

 num,

num, de Vita Chriſtiana, Bellarminus itidem Monumentis ejus dubiis, & νοθείας ſuſpectis, accenſuit, Theoph. Raynaudus autem (*in Erotemm. de Libb. bonis & Malis p.* 147.) JUSTINO, Abbati Hieroſolymitano, cujus in Actis S. Anaſtaſii Perſæ occurrit mentio, nulla Conjecturæ ſuæ ratione addita, tribuere non dubitavit, verum invito Joh. Diecmanno, Theologo πολυμαθεστάτῳ ac cordatiſſimo. Is enim Epiſtolam hanc, licet ab Hieronymo, Honorio Auguſtod. & Photio, in Scriptorum Juſtini Recenſu, omiſſam, Martyri Sanctiſſimo, poſt Baronium, Miræum & Labbeum, Argumentis neutiquam ficulneis aſſeruit, *in Diſp. I. de Vocis Papa Ætatibus*, §. 9. Acta, Hiſtoriam Martyrii, tum Juſtini, tum Sociorum ejus, exponentia, quæ etiamnum ſuperſunt, contra Dan. Papebrochium, de Juſtino illa alio agere perſuaſum, nuperrimus illorum Editor TheodoricusRuinartus, Monachus Congreg. S. Mauri in Gallia Benedictinus, *in Actis Primorum Martyrum Sinceris*, Opere inſigni, Lutetiæ A. 1689. excuſo, defendit. V. *Acta Erudd. Lipſ., T. I. Supplemm. Sect. XII. p.* 601.

XLVIII. LUCIANUM, Presbyterum circa A. 410. Hieroſolymitanum, de invento a ſe S. Stephani Corpore commentatum, Gennadioque, Photio, & aliis, laudatum, Honorius Auguſtod. & Joh. Trithemius, in Catalogis ſuis, confundunt, cum LUCIANO Samoſateno, Presbytero, circa A. 290., Antiocheno, Nicomediæ A.

311.

311. decollato (116.) Septimo V. T., post N. C., Interprete Græco. V. Joh. Hülsemanni *Patrol. c. 5. p.* 1066. Civem hic habuit Cognominem LUCIANUM Samosatensem, Philosophum Sec. II. Epicuræum, circa A. C. 176. celebrem, Empactam Paganæ pariter atque Christianæ Religionis Satyricum, perquam famosum, & Athei Agnomine donatum, probe itidem ab ipso distinguendum.

XLIX. Tres, Seculo IV., inter Monachos atque Eremitas Ægyptios, inclaruere MACARII, Antonii M. Discipuli, sæpius, uti Frid. Spanhemius Jun. (117.) & J. Chr. Meelführerus (118.) recte notarunt, confusi. *Homilias L. Spirituales*, e Biblioth. Regia Parisiensi, Græce primum, & dein Græco-Latine, Lutetiæ An. 1559. (ut alias taceam Editiones) evulgatas, Interpres illarum, Joh. Picus, Classium Inquisitoriarum in Senatu Parisiensi Præses, Jos. item Simlerus (*in Biblioth. p.* 464.) Bellarminus, Joh. Gerhardus, Labbeus, Olearius, Cavius, atque alii, tribuunt, MACARIO, qui Senior vulgo audit, Ægyptio, Presbytero & Monacho, 60. Annis in Solitudine Scetensi transactis, A. C. 391. (æt. 90.) terris erepto. Contradicit his Pet. Possinus, Jesuita, *Thesauri Ascetici*, XVIII. Veterum exhibentis Opuscula Ascetica, Parisiis A. 1684. excusi, Editor, in Prolegomenis O-

Ii 2 pu-

(216.) V. de illo Cavii *Chartoph. p.* 32. & Autores istic allegatos.

(117.) *in Summa H. E. p.* 189.

(118.) *in Corona C. Patrum p.* 93.

puſcula Aſcetica, Pariſ. A. 1684. excuſi, Editor, in Prolegomenis illius, & tum Homilias iſtas, tum VII. quæ ipſe in eodem ex Cod. Fr. Turriani, Romano, primus publicavit, Argumenti affinis Opuſcula, (*de Cuſtodia Cordis, Perfectione in Spiritu, Oratione, Patientia & Diſcretione, Elevatione Mentis, Caritate & Libertate Mentis,*) alii vindicat MACARIO, agnomine *Magno*, Diſcipulo & Comiti Antonii, ad Mortem usque ejus (cui A. 356. interfuit,) individuo, ab Athanaſio, in *Antonii*, & Hieronymo, *in Pauli Vita*, memorato, Gennadii Maſſilienſis nixus teſtimonio. V. *Acta Erudd. Lipſ., M. Nov. A.* 1685., *p.* 489. 490. Tertium MACARIUM, Alexandrinum ſc. qui *Junior* vulgo vocatur, Archimandritam Nitrienſem, circa A. 404. defunctum, nulla ingenii Monumenta reliquiſſe, Poſſinus, ex Socratis, Sozomeni, Nicephori, & aliorum Veterum, de iſtis Silentio, colligit, ſed invitis Cavio (119.) atque Oleario (120.) qui *Regulam Monaſticam*, a Pet. Roverio, Jeſuita, *in Hiſtoria Cœnobii Reomenſis*, editam, invitis item Lipſienſibus (121.) qui Sermonem, *περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν*, *ἀνέκδοτον*, in Acad. ſuæ Bibliotheca ſuperſtitem, illi adſcribunt.

L. MARCUS, Eremita Ægyptius, *Gnomarum*, aliorumque Opuſculorum, (quæ Vinc. Opſopæus Hagenoæ A. 1531. & Johan. Picus Pari-

(119.) *in Chartoph. p.* 74. & *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 145-148.
(120.) *in Abaco p.* 298.
(121.) *l. c.*

Parisiis A. 1563., seorsim GræcoLatine ediderunt, Marg. de la Bigne autem Tomo V. Biblioth. PP. Paris. IIdæ A. 1589. inseruit) Asceticorum Autor, ad A. C. 400. ab Huldr. Coccio, Labbeo, Cavio, & Oleario, ad A. 906. autem a Bellarmino, & Miræo, hunc, sententia priori abjecta, secuto, refertur. Bignæus, Opusculorum ejus Editor, (*l. c.*) duos suspicatur fuisse Marcos Eremitas, quorum unus, circa A. 400., alter circa A. 900. vixerit, incertum autem esse agnoscit, utri Scripta ista sint tribuenda, quæ Erroribus contra fidem scatere, & ab Hæreticis modernis, si non conficta, certe depravata esse, cum Bellarmino, ipse judicat, Cavius autem Monumentis Ævi Veteris dubiis accenset, & Centones esse conjectat, e Variis Autoribus consutos. V. *Chartophyl.* ejus *p.* 90. 91. Conf. Rob. Coci *Censuram Scr. Eccl. p.* 383. 384.

LI. MAXIMI Constantinopolitani, Abbatis & Confessoris, ab Arianis plurima perpessi, & tandem in Carcere A. 662. mortui, *Sententiarum de Charitate, & aliis Virtutibus Christianis*, Græcarum *Centurias IV.* Vinc. Opsopæus, in sua illarum Editione GræcoLatina, Hagenoæ An. 1531. (*non* 1631. *uti apud Cavium legitur*,) publicata, MAXIMO absurde adscripsit, TAURINENSI Seculi V. Episcopo, Scriptori Homiletico Latino, circa A. 466. defuncto, ac duobus proinde Seculis Antiquiori. V. Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 323. MAXIMO Philosopho, & Episcopo Sec. IV. CONSTANTI-

Digitized by Google

NOPOLITANO, ab Arianis ſede iſta, circa A. 381., pulſo, Hieronymus unicum tantum contra Arianos Librum, Gratiano Imp. dicatum, tribuit, Poſſevinus autem, hunc omittens, plurimos alios, in Biblioth. Vatic. reliquos, & *T. IV. Biblioth. PP.* partim inſertos. Verum hos MAXIMO alteri, Patriarchæ, circa A. 660., Conſtantinopolitano, tribus prope Seculis Hieronymo juniori, ac in Photii *Bibliotheca* laudato, potius deberi, cenſet Joh. Hülſemannus, *in Patrol. c. 4., p.* 1043. Simlerus utrumque cum Maximo Confeſſore, hujus Scripta recenſens, confudit.

LII. Quæ METHODIO, Olympi initio Lyciæ, ſive Patarorum, deinde autem Tyri, Epiſcopo, ſub Diocletiani imperio, circa A. 303., Martyrium perpeſſo, ſuppoſitæ ſunt, Bellarmino etiam & Labbeo fatentibus, *Revelationes περὶ τῶν ἀπὸ συςάσεως κόσμȣ συμβάντων, καὶ τῶν μελλόντων συμβαίνειν εἰς τὸ ἑξῆς*, Baſileæ A. 1498. & 1516. Latine, a Seb. Brandio, ac poſtea ab aliis, editæ, inque *Synaxario Græco* huic tributæ (122.) METHODIO Homologetæ, Patriarchæ circa A. 842. Conſtantinopolitano, vel METHODIO alteri, ejusdem Eccleſiæ, circa An. 1240., Antiſtiti, adſcribendæ potius eſſe videntur Guilh. Cavio, *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 75. Homologetæ etiam idem, cum Jac. Gretſero, Henr. Caniſio & Caſim. Oudino, ob Argumenta

(122.) V. de illis complura in J. H. Hottingeri *Biblioth. Quadrip. L. 1. c. 6. p.* 98. 99. 100. & apud *Patrologos* alios.

Digitized

ta haud contemnenda, ab illis allata, vindicat *Orationem de Simeone & Anna* Methodianam, a Petro Pantino Antwerpiæ An. 1598. editam, quam Leo Allatius, in ſua *de Methodiorum Scriptis Diatriba*, Tyrio, ex Stylo, & ipſius Teſtimonio, aſſerere, Objectionesque contrarias refellere, fruſtra eſt conatus. Errat autem Vir hic Doctiſſimus, dum, in *Chartophylace* (*p. m.* 184.) Homologetam (A. 847. mortuum) eundem eſſe, conjicit, cum METHODIO Illyrico, Gentis Slavonicæ Apoſtolo, Literarum illius Inventore, & Translationis S. Codicis in Linguam ejusdem Vernaculam Autore, qui Anno demum 901. vivis exceſſit, uti recte monitum eſt a Wilh. Ern. Tenzelio, *in Dial. Menſtr. Vernac.*, *M. Jun. A.* 1690., *p.* 584. De Confuſione Methodii hujus Illyrici, Sec. IX. celebris, cum Methodio Tyrio, Sec. III. Scriptore & Martyre, paulo ante laudato, a Joh. Franciſco, Barone a Valvaſor, & Erasmo Franciſci, Inclytis *Carniolæ Veteris ac Novæ* Autoribus, non ita pridem, commiſſa, V. eund Tenzelium, *l. c.*, *M. Jun. p.* 596-599., & *M. Sept. p.* 882.

LIII. Duos MICHAELES PSELLOS, alterum Philoſophum Seculi IX., circa An. 870., Celeberrimum, & in Andro imprimis Inſula verſatum, alterum Conſtantinopoleos Patriæ, Sec. XI., circa An. 1050., Senatorem, & Mich. Ducæ Imp. Præceptorem, Græcorum ſuæ Ætatis omnium, & in Philoſophia, & in Literatura reliqua, Doctiſſimum, Monaſticam tandem Vi-

tam, poſt amiſſas, ſub Alexio Comneno, dignitates priſtinas, amplexum, ab aliis crebro confuſos, illorumque Scripta, accurate diſtinguere Eruditos docuit Leo Allatius, *in Diatriba de Pſellis, & eorum Scriptis*, Romæ A. 1630. (*in 4to*) excuſa. Quacum conferri merentur, quæ, de utroque, monuerunt Mart. Hankius, *in Lib. de Scriptt. Rer. Byzant. P. I. c.* 26., *p.* 478-487. & Guilh. Cavius *in Chartophyl. p.* 194. 222. ac *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 390. *Paraphraſin in pleroſque Libros Ariſtotelis*, *Dialogum de Operationibus Dæmonum* (123.) *Tractatum de Dæmonibus*, nondum Græce editum, aliosque Libros Juniori hactenus adſcriptos, ſed ejus Stylum, inveniendi acumen, & tractandi rationem, haud ſapientes, Seniori, cum Allatio (*l. c. p.* 12.) vindicat Cavius. *Vitam* contra *Simeonis Metaphraſtæ*, Latine a Laur. Surio (*Tomo VI. Operis de Vitis SS. ad d.* 27. *Nov.*) GræcoLatine autem a Leone Allatio, ſub finem *Diatribæ de Simeonibus*, Pariſiis A. 1664. impreſſæ, publicatam, a Baronio (*ad A. C.* 859. *n.* 53.) Bellarmino (*in Lib. de Scr. Eccl. ad A.* 850. *p.* 193.) & Jac. Gretſero (*in Syntagmate de Imaginibus manu non factis, c.* 19.) Seniori, qui Sec. IX. claruit, perperam tribui, & Junioris potius Scriptis eſſe annumerandam, Hankius (*l. c. p.* 478-482.) ſubductis accurate temporum, quibus, & illi, & Metaphraſtes, vixere, rationibus, demonſtravit.

LIV.

(123.) Hunc Poſſevinus, Homonymia haud dubie deceptus, Michaeli Epheſio, Exegetæ Ariſtotelicorum Librorum Celebri, aſſerit, teſte Oleario *in Abaco p.* 316.

LIV. NICEPHORI, Patriarchæ, ex Secretario Imperiali, ab A. 806., Constantinopolitani, An. 828. (juxta Cavium) vel 829. (juxta Hankium) mortui, *Chronographiam Compendiariam*, ab O. C. ad A. C. 829. perductam, male a nonnullis, ob Appendicem, ab alio adjectam, & Tempora, obitu ejus posteriora, persecutam, NICEPHORO alteri Juniori, Patriarchæ itidem Constantinop., tribui, Mart. Hankius (*in Lib. de Rer. Byzant. Scriptt., P. I., c. 12. p. 245.*) dextre evicit. Nullus enim, post eum, Nicephorus Ecclesiæ huic, ante Sec. XIII. præfuit. *Chronographia* autem ejus, ab Anastasio, Bibliothecario, Seculi IX. Scriptore, Latino jam Sermone est donata, &, in *Epist. ad Joh. Diaconum*, quam *Historiis Ecclesiasticis* præmisit, commendata.

LV. NICEPHORUM BRYENNIUM, Macedonem Alexii Comneni, Imp. Græci, Generum, Annæque Comnenæ, Principis Eruditissimæ, Parentis Historiam in *Alexiade* sua persecutæ, Maritum, Panhypersebastum & Cæsarem a Socero (de cujus Rebus ante Imperium Gestis Libros & ipse IV., GræcoLatine a Pet. Possino Parisiis A. 1661. editos, ac a Car. Fresnæo Notis A. 1670. illustratos, reliquit) designatum, Annoque circiter 1137. mortuum, Mart. Hankius, *in Lib. de Scriptoribus Rer. Byzant.* (*P. I. c. 28. p. 492-507.*) fuse celebravit. Refellit is (*p. 494. 495.*) Conr. Gesnerum & Jos. Simlerum, qui, *in Bibliotheca* (*p. m. 43.*) Ludov. item

Jacobum a S. Carolo, qui, *in Biblioth. Fœminarum Illuſtrium*, Annam Comnenam Nicephori Meliſſeni vocant Conjugem, atque ita Noſtrum, cum NICEPHORO MELISSENO, cognomine pariter ac coævo, Sororis Alexii Comneni, a quo Archiſtrategus, initio, & deinde itidem Cæſar, eſt renunciatus, Marito, confundunt.

LVI. NICETAM SERRONEM, Archiepiſcopum, ex Diacono Conſtantinopolitano, circa A. 1077. Heracleenſem, *Commentarii in Nazianzenum, & Catenæ in Jobum*, Scriptorem, cum NICETA DAVIDE, ſive PAPHLAGONE, Byzantino, Philoſopho, & Dadybrorum in Paphlagonia, circa A. 880., Epiſcopo, *Vitæ Ignatii, Patriarchæ Cpol. Apologiæ pro Synodo Chalcedonenſi*, aliorumque Librorum, Autore, male confundi, Leo Allatius, *in Diatr. de Pſellis* (*p.* 17. 18.) teſte G. Cavio (*in Chartophyl. p.* 230.) oſtendit. Notavit is forte Simlerum, qui, in *Biblioth.* (*p.* 514.) Nicetæ Davidi *Expoſitiones in Verſus, & Loca Obſcuriora Gregori Nazianzeni* tribuit, &, ex duobus his Nicetis, quatuor videtur Scriptores diverſos effingere.

LVII. NONNO Panopolitano, Ægyptio, Poetæ Seculi V. Chriſtiano, Theodoſio Juniori coævo, a plerisque, & *Metaphraſis in Johannis Evangelium*, Carmine Græco concinnata, & *Dionyſiaca* de rebus Bacchi, tribuuntur, non invito Cenſore Poetarum nuperrimo, Ol. Borrichio

chio (124.) At alia mens fuit Lilio Greg. Gyraldo, qui *Dionysiaca* Nonno alteri, ab hoc diverso, *Gigantomachia* etiam sua famam consecuto, *in Dialogo de Poetis Vto*, vindicavit. Conf. Andr. Christr. Eschenbachii *Exerc. de Poetis Christianis Sacris*, Altorfii An. 1685. editam, *Cap. I.*, §. 8., *p.* 8.

LVIII. Quatuor a Veteribus potissimum celebrantur OLYMPIODORI, Scriptis Famam consecuti: 1. *Olympiodorus*, a Plinio *Lib.* 12. & 13. *Hist. Nat.* aliquoties allegatus, Medicis, judice Jonsio (125.) accensendus; 2. *Olympiodorus*, Philosophus Peripateticus Seculi V. Alexandrinus, Procli Platonici (*teste Marino in hujus Vita*) Præceptor, Theodosio Juniori coævus, in varios Aristotelis Libros, & Platonis Dialogos, commentatus, cui Hierocles suos de Fato Libros, a Photio *Cod.* 214. recensitos, inscripsit, idem, juxta Simlerum (*in Biblioth. p.* 532.) cum Olympiodoro, Philosopho Alexandrino, Commentarii in Zosimum Chymici, de quo mox dicetur, Autore. Plura de illo suggeret, post Simlerum, Jonsius *l. c. p.* 301-304.; 3. *Olympiodorus*, Thebis Ægyptius, ποιητὴς, Photio teste (i. e. Poeta, juxta Cavium, Chymicus, juxta Reinesium,) ὡς αὐτός φυσι, τὸ ἐπιτήδευμα, Ἕλλην (i. e. Paganus) τὴν θρησκείαν, Scriptor XXII. Historiæ sui ævi Augustæ, ab A. C. 407. ad A. 425. Librorum, Theodosio inscriptorum Juniori

(124.) *in Diss. I. de Poet. §.* 42. *p.* 18.
(125.) *L.* 3. *de Scriptt. Hist. Phil, c.* 18. *p.* 304.

ri, (quorum Excerpta Photius *Cod.* 80. &, ex illo, Phil. Labbeus, *T. I. Hiſt. Byzant.* notis illuſtrata, exhibuit,) Legatione ad Hunnos & Donatum functus, ac proinde, ex Sententia Reineſii, Lambecii, Jonſii, Conringii & Morhofii, idem cum præcedente, quem Legationibus ad Barbaras Gentes Romanis itidem inclaruiſſe, Philoſophiæq; ſimul apprime fuiſſe ſtudioſum, ac Civilis Scientiæ probe gnarum, Hierocles, Philos. Alexandr. *qui VII. de Fato Libros* ei inſcripſit, apud Photium, (*Cod.* 214.) teſtatur. Plura de illo V. apud Reineſium *L.* 2. *Var. Lect. c.* 5., *p.* 154. 155. 156. Voſſium *L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 20., *p.* 261. Jonſium, *l. c.* G. Cavium *in Chartoph. p.* 120. 121. & Morhofium *in Polyhiſt. Lit.*, *L.* 1. *c.* 11. *p.* 109. 110. 111. 4. OLYMPIODORUS, Monachus Græcus, Eccleſiæ Conſtantinopolit. juxta Cavium, & Olearium, Alexandrinæ autem, juxta Crowæum, Diaconus, Incertæ Ætatis (licet a nonnullis ad Sec. Vtum, ab aliis ad IX. vel XI. a Cavio autem ad Xmum, & An. 990., referatur,) *Commentarii in Eccleſiaſten, & Catenæ in Jobum*, Scriptor. Poſſevinus tameṇ, & Paulus Comitolus, Jeſuita, qui *Catenam*, Latine a ſe verſam, Lugduni Gall. A. 1586. edidit, hujus Autorem, Olympiodorum, diverſum eſſe credunt, a Scriptore *Commentarii in Eccleſiaſten*, per Comitolum Philoſopho Seculi V. Peripatetico, paulo ante laudato, Monaſticam tandem Vitam, uti cenſet, amplexo, vindicati. V. Olearii *Abacum p.* 345. 346. Guilh. Crowæi *Elenchum*

In-

Interpp. S. Script. p. 279. & Cavii *Chartophyl. p.* 213. Editiones etiam Librorum indicaturos. Olympiodoros alios obſcuriores Jonſius (*l. c. pag.* 304.) recenſet. Cuinam, ex tot cognominibus, ʼΟΛΥΜΠΙΟΔΏΡΟΥ, Φιλοσόφου ʼΑλεξανδρέως, Commentarius in Zoſimi Chemica (*εἰς τὸ κατ' ἐνέργειαν, Ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ, καὶ τῶν Φιλοσόφων, ἦσαν εἰρημένα,*) ad Petaſium, Regem Armeniæ, ſcriptus, & in Collectionibus Chemicorum Græcorum MStis, Pariſiis, ac alibi, obvius, debeatur, Eruditi haud conſentiunt. Cl. Salmaſius (*in Exercc. ad Solinum,*) extremis Autorem Græciæ temporibus vixiſſe, cenſet, ſed invitis Morhoſio, &, quem hic ſequitur, Reineſio, Chymicos nullos, Zoſimo & Syneſio Juniores, ab eo allegari, obſervantibus. Simlerus, uti ſupra dictum, *Comm.* hunc Olympiodoro, Philoſopho, vindicat, Alexandrino, ſecundum inter Homonymos, a nobis recenſitos, locum adepto, Thom. Reineſius autem (*l. c.*) cum Herm. Conringio (*L.* 1. *de Med. Herm. c.* 3. *p.* 25.) & Pet. Lambecio, Olympiodoro Photii Thebano, quem Chemicum fuiſſe, ex *ποιητοῦ*, quo ornatur, Nomine, hujus Artis Magiſtris familiari, oſtendit, & ab Olympiodoro Alexandrino haud diverſum eſſe, & ipſe, & alii complures, uti paulo ante monitum, exiſtimant. Falli autem hos omnes clamitat Ol. Borrichius (*in Sap. Herm. & Ægypt. vindicata, L.* 1. *c.* 3. §. 17., *p.* 76. 77.) cum Olympiodorus iſte Photianus Thebanus fuerit & Gentilis, Chemicus autem hic Alexandrinus,

&,

&, (uti e Locis aliquot oſtendit) Chriſtianus, nec, ob ποιητȣ̃ vocem, Thebanum Chemicis eſſe accenſendum, *quæ dubiæ ſit Significationis, & ſæpius ad Carmina inclinet*. Ipſe, Conſtantini M. Ævo, infra quod Conringius eum detruſerat, antiquiorem eſſe Commentarii hujus Chemici Autorem, inde colligit, quod ad Bibliothecarum Ptolomæi Alexandrinarum, ſub Conſtantino non amplius ſuperſtitum, Scripta Chymica provocet, imo, dubitabundus licet, deberi iſtum ſuſpicatur Olympiodoro Pliniano, primo inter Homonymos noſtros, Seculis aliquot Conſtantino ſuperiori. Sed non video, quo Argumento, aut prætextu ſaltem, Chriſtianis is poſſit ab ipſo accenſeri, ac proinde nihil certi, non ſolum de Ætate (quod & Morhofio *l. c.* viſum,) ſed & de Vero Autore Commentarii hujus, definiri poſſe, arbitror.

LIX. ORESIESIS *Libellum de Sex Cogitationibus*, ab Henr. Caniſio (*T. V. Lectt. Ant. P. II. p.* 951. *& ſeqq.*) editum, non deberi Monacho illi Antiquo Ægyptio Tabennenſi, Pachomii & Theodori Abbatum, circa A. 344. Æquali, quem Gennadius & Honorius memorant, cujusque *Regula* in Bibliothecis Patrum legitur Monaſtica, ſed Oreſieſi potius alicui Juniori, monet Guilhelmus Cavius, *in Chartophyl. pag.* 64. 65.

LX. ORIGENEM Philoſophum, Ammonii & Plotini (qui Scholam ſuam ingredienti aſſurrexit) Auditorem, Porphyrii autem Neceſſarium,

Digitized by Google

rium, ab hoc, Longino, Hierocle, Proclo, aliisque Paganis, passim memoratum, ipsum etiam fuisse Gentilem, & proinde perperam, a Viris cœtera Doctissimis, eundem censeri cum ORIGENE ADAMANTIO Alexandrino, Inclyto Ecclesiæ patriæ Presbytero ac Catecheta, Tyr. A. C. 254. vel (juxta Baronium) 256. æt. 69. exstincto, Scriptore Christiano coævo, post Henr. Valesium & Pet. Dan. Huetium, contendit Guilhelm. Cavius *in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 61. Frid. Spanhemius Jun. (126.) incertum esse, unusne, an duo, Sec. III. inclaruerint Origenes,) judicat, & rem in medio relinquit. Dogmata Hæretica atque Erronea quamplurima, quorum Origenes Adamantius, a Veteribus pariter atque Modernis, reus agitur, non illi, quem *Catholicum* vocat *Tractatorem*, sed Origeni, vel Syro, vel alteri ὁμωνύμῳ, imputanda esse, censet Autor *Prædestinati*, a Jac. Sirmondo A. 1645. e tenebris eruti, Anonymus, a Johan. Chr. Rumetschio (127.) allegatus. Vereor autem, ut Adversariis Magni hujus Ecclesiæ Luminis, sed Planetarum Naturæ æmuli, Commentum istud suum persuadeat.

LXI. PALLADIO GALATÆ, Helenopoleos initio, ac dein Urbis in Galatia Asponensis, Episcopo, circa A. 418. mortuo, vulgo tribuuntur: 1. Historia Sanctorum Lausiaca, a Lauso Præ-

(126.) *in Summa H. E. p.* 130., *& T. I. Introd. ad Hist. S. p.* 327.

(127.) *in Schediasm. de Conjectt. Ult. Temp. Sect. VI. p.* 180.

Digitized by Google

Præfecto, cui Autor illam inſcripſit, Agnomen ſuum adepta, de cujus Editt. variis Labbeus *T. II. p.* 153., & Olearius *p.* 355. merentur conſuli; 2. *Dialogus de Vita Joh. Chryſoſtomi*, Græco-Latine, haud ita pridem, ab Emerico Bigotio, Pariſiis An. 1680. recenſitus, ac a Joh. Trithemio, Joh. Balæo (*in Catal. Scriptt. Britann. Cent. XIV.*) Baronio, aliisque Recentioribus, PALLADIO Diacono, in Britanniam a Cœleſtino Papa A. C. 431. ablegato, primo Scotorum Apoſtolo & Epiſcopo, Scriptori Latino, perperam adſcriptus, uti jam obſervatum eſt a Voſſio, *L.* 3. *de Hiſt. Lat. P. IV. C.*12. *p.* 829. 830. Simlerus (*in Biblioth. p.* 538.) utrique illum tribuit: Alii autem, teſte Voſſio (*L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.*19. *p.* 255.) Theodoro, Eccleſiæ Rom. Diacono, qui colloqui in iſto cum Palladio fingitur; 3. *Liber de Gentibus Indiæ, & Brachmanibus*, GræcoLatine, e Biblioth. Regia Londinenſi, cum Ambroſii *Tr. de Brachmanibus* ψευδεπιγράφῳ, & Anonymi Deſcriptione eorundem Latina, ab Edv. Biſſæo, Anglo, Equ. Aur. Londini A. 1665. (*in 4to*) publicatus, quem tamen Palladio alteri vindicare mavult Guilh. Cavius, *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 205. & *in Charthophyl. p.* 92. Ubi etiam, ſe de omnium, quæ Palladio Galatæ adſcribi ſolent, γνησιότητι dubitare, non diffitetur. PALLADIUM, Scotorum Apoſtolum, Joh. Balæus (*l. c.*) falſo putat eundem eſſe cum Palladio, cui Cyrillus Alexandrinus *Libros* ſuos *de Adoratione in*

Spi-

Spiritu & Veritate nuncupavit. V. Voſſii *L.* 3. *de Hiſt. Lat.*, *p.* 830.

LXII. Apologiam pro Origene, quam Ruffinus, in Verſione illius Latina, PAMPHILO Berytio, Presbytero Cæſarienſi, An. 309. Martyrium paſſo, adſcripſit, Hieronymus *in Catalogo* eidem tribuit, Operumque Origenis Editiones, licet mutilam, ſub hujus Nomine, exhibent, tribuendam potius eſſe EUSEBIO PAMPHILI, Epiſc. Cæſarienſi, Agnomen ſuum ab Amico hoc mutuato, & ab illo Pamphili, ſui in Labore iſto adjutoris, nomine præfixo ornatam, ex Hieronymi *Lib.* 2. *in Ruffinum*, & Euſebii ipſius, ſibi hunc Fœtum aſſerentis, *L.* 2. *Hiſt. Eccl. c.* 20., docent Rob. Bellarminus, *in Lib. de Scriptt. Eccl. ſub Nomine Euſebii*, *p.* 70. & And. Rivetus, *in Spec. Crit. S. L.* 2. *c.* 13., *pag.* 225. & *L.* 4. *c.* 7. *p.* 407.

LXIII. *Synopſin Conciliorum* PHOTIANAM PHOTIO, Patriarchæ ab An. 858. ad 885. Conſtantinopolitano, A. ſeq. defuncto, Scriptorum omnium Ævi Sequioris Græcorum πολυμαθεςάτῳ, abjudicat, & PHOTIO, Epiſcop. circa A. 451. Tyrio, aſſerit Paulus Colomeſius, *in Paralipomenis ad G. Cavii Chartophyl. p.* 38. Conſtantinopolitano contra eandem tribuunt Labbeus, Olearius, Fr. Spanhemius Jun. (*T. II. Introd. ad Hiſt. S. p.* 893.) aliique Patrologi, imo ipſe Cavius (*in Chartoph. p.* 191.) Libellum iſtum de VII. Synodis Oecumenicis, Partem eſſe *Epiſtolæ de Principis Officio*, ad Michaelem,

Bulgariæ Principem ab eo exaratæ, perſuaſus.

LXIV. PROCLO, Joh. Chryſoſtomi Diſcipulo, Epiſcopo primum Cyziceno, deinde autem Patriarchæ, ab A. 434. ad Emortualem 446. Conſtantinopolitano, complura, in *Tomo III.* Edit. prioris, ac *Vto* Poſterioris *Biblioth. Patrum*, tribui, quæ PROCLUM Lycium agnoſcant Autorem, fatetur Ant. Poſſevinus, allegatus a Joh. Hülſemanno, *in Patrol. c. 5. p.* 1087.

LXV. PROCOPII SOPHISTÆ Epiſtolæ aliquot, mire elegantes, ab Aldo Manutio, in *Volumine Epiſtolarum Græcarum*, impreſſæ, utrum PROCOPIO Gazæo, Sophiſtæ Ætatis, judice Bellarmino, incertæ, a nonnullis ad A. 470. vel 500., a Cavio autem ad A. 520., ſed conjecturis meris, relato, (cujus exſtant in Pentat., Libb. Joſuæ, Judicum, Regum, Paralipp. ac Eſaiam, *Commentaria*,) an vero PROCOPIO Cæſarienſi, Palæſtino, Rhetori ac Sophiſtæ, juxta Joh. Eichelium Pagano, juxta Voſſium autem & Cavium Chriſtiano, Beliſarii ab A. 527. ad A. 541. Notario, & Comiti in Expeditionibus asſiduo, Scriptorique Rerum Juſtiniani ac illius inclyto, debeantur, dubius, ob Homonymiam, & Sophiſtæ Titulum, utrique communem, hæret Joſ. Simlerus, *in Biblioth. p.* 588. Johan. Gerhardum, qui (*in Patrol.*) Gazæum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus, Jac. Gaulterii & Gilb. Genebrardi, de Cæſarienſi locutorum, fretus Teſtimoniis, falſo accenſuit, atque, ob *ἀβλεψίαν*

hanc,

hanc, acerbe a Labbeo (*T. II. Diſſert. de Scr. Eccl. p.* 243.) eſt exagitatus, excuſat J. G. Olearius, *in Abaco Patrol. p.* 389. 390.

LXVI. QUADRATUM, Apoſtolorum Diſcipulum ac Evangeliſtam, *Apologia pro fide Chriſtiana*, Hadriano Imp., A. C. 126. exhibitæ (cujus Fragmenta apud Euſebium *L.* 4. *H. E. c.* 3. ſuperſunt,) Autorem, diverſum eſſe a QUADRATO, Epiſcopo circa A. 160. vel 170. Athenienſi, Dionyſii Corinthii (e cujus Epiſtola ad Athenienſes Euſebius illum *L.* 4. *c.* 23. memorat) Coætaneo, contra Menæa Græcorum Uſuardum item, Notkerum, Adonem, & pleroſque Recentiores, utrumque, Hieronymo (*in Catal. c.* 19.) Duce, confundentes, aſſerit Tillemontius, *in Hiſtoria Imperatorum* Gallica, Pariſiis A. 1690. & 1691. edita, *T. II. in Nota V. ad Perſecut. Hadriani.* Argumenta ejus, ab Intervallo Ætatis utriusque notabili, & Euſebii, Apologetam nusquam vocantis Epiſcopum, Epiſcopo autem nusquam Apologiam, vel Diſcipuli Apoſtolici Titulum, tribuentis, Autoritate, deſumpta, V. *in Actis Erudd. Lipſ. M. Apr. A.* 1693. *p.* 191. 192. Inhæret tamen vulgari Sententiæ Guilh. Cavius, & Apologetam atque Epiſcopum pro uno eodemque habet Scriptore, tum *in Chartophylace* (*p.* 11.) tum *in Hiſtoria Scriptorum Eccleſiaſticorum Literaria* (*p.* 24.) Argumentisque Henr. Valeſii, qui Diſcrimen utriusque, ante Tillemontium, inculcarat, nonnulla reponit.

LXVII. Quantum, in vera SIMEONIS METAPHRASTÆ, Hagiologi decantatiſſimi, ætate indaganda, ob Homonymorum multitudinem, diſcrepent Eruditorum Calculi, Leo Allatius (*in Diatriba de Scriptis Simeonum*, Pariſiis A. 1664. edita,) G. J. Voſſius (*L. 2. de Hiſt. Gr. c.* 25. *p.* 289-293.) & Mart. Hankius (*in Lib. de Rer. Byzant. Scriptoribus, P. I. c.* 24., *p.* 418-433.) fuſe oſtenderunt, quos non vacat exſcribere. Statuunt hi, cum Joh. Bollando, Phil. Labbeo, Guilh. Cavio, J. Gotfr. Oleario, aliisque Sententiæ ſuæ Aſſeclis, eundem eſſe illum cum SIMEONE, Leonis Sapientis initio Secretario, deinde autem Magno Logotheta, ſive Cancellario, & Aulæ Magiſtro, ac, ſub filio Leonis, Conſtantino Porphyrogenneto, per Annos complures, Sec. X., fuiſſe ſuperſtitem. Sed contradicunt huic Opinioni, tum Scriptores alii plurimi, partim ab ipſis enumerati, tum Frid. Spanhemius Jun., qui (*T. II. Introd. ad Hiſt. S. p.* 1011.) Doctiores Metaphraſten ad Sec. XIII. vel XIV., recte ablegare contendit. Errorem Joſephi, Epiſc. Methonenſis (*in Apol. pro Concil. Florent., contra Marcum Epheſium*,) & aliorum, hujus Autoritate, & MSS. aliquot Inſcriptionibus, Seductorum, imprimis autem Jac. Gretſeri, in *Syntagm. de Imaginibus manu non factis* (*c.* 19.) ex Profeſſo eidem Patrocinati, qui Metaphraſten haud eſſe diverſum credunt a SIMEONE THEOLOGO Juniore (ad differentiam Gregorii Nazianzeni, cui Theologi itidem datum

eſt

eſt Agnomen, ita dicto,) Cœnobii S. Mamantis Conſtantinopolitani, prope Murum Xerocerci, circa A. 1051., Præpoſito, (cujus *Capita Theologica & Moralia*, aliaque opuſcula, Jacobus Gretſerus, cum Notis, Ingolſtadii A. 1603. edidit,) prolixe refellunt Voſſius, ipſe licet in eundem initio *p.* 290. proclivior (*l. c. p.* 292. 293.) & Hankius (*l. c. p.* 429-433.) Thomam Reineſium, qui (*Lib. III. Var. Lectt. c.* 5. *p.* 438.) dum Simleri, ex Præpoſito iſto, ſive Abbate, Simeonem Xerocercum Principem fabricati, Lapſum caſtigat, hunc, Joſephum Methonenſem ſecutus, cum Metaphraſta itidem confundit, obiter perſtrinxit Joh. Alb. Faber (*in Decade Decadum, n.* 33.)

LXVIII. SOPHRONII Damaſceni, ex Sophiſta Patriarchæ Hieroſolymitani, An. 636. mortui, Fragmentum *Libri de Laboribus, Certaminibus ac Peregrinationibus Petri & Pauli*, in prima *Bibliothecæ Patrum* Editione, perperam eſt tributum SOPHRONIO, Patriarchæ Conſtantinop., in ſecunda autem noſtro recte vindicatum. Confunditur tamen ille, Hieronymo duobus Seculis poſterior, in Scholio Marginali (quod Vitam ejus legi monet in Hieronymi *Lib. de Scriptt. Eccl.*) cum SOPHRONIO, Hieronymi συγχρόνῳ ac Familiari, Græcoque Scriptorum ejus Interprete. V. Voſſii *L. 2. de Hiſt. Gr. c.* 23. *p.* 278. Eidem Sophronio Hieroſolymitano Synodus Nicena II. (*Act. IV.*) Joh. Damaſcenus (*in Lib. pro Veneratione Imagg.*) & Re-

 centt.

centt. haud pauci, ipſeque Simlerus, Nicephori *L.* 8. *H. E.* hanc in rem allegans, vindicant Joh. Moſchi Evirati, Monachi ipſi Familiaris ac coævi, *Pratum Spirituale*, crebra, quam Autor injicit, Sophronii Sophiſtæ, Domini ſui, mentione, judice Riveto (*in Spec. Crit. S. L.* 4. *c.* 9. *p.* 412.) decepti. Voſſius (*l. c. p.* 278. 279.) Sophronium, una cum Moſcho, Lib. hunc concinnaſſe ſuſpicatur. Errat autem Rivetus, dum non ſolum, Sophronium noſtrum circa A. 366. obiiſſe (qui forte Error Typographo eſt imputandus, cum addatur, longe illum Hieronymo fuiſſe poſteriorem,) perhibet, ſed & diverſum eſſe credit a Sophronio, quem Moſchus toties laudat, Sophiſta, invitis Voſſio, Labbeo, Oleario ac Cavio, qui eundem cum illo eſſe cenſent, &, ante Archiepiſcopatum, Sophiſtam fuiſſe, recte inculcant.

LXIX. Sed & SUIDÆ, Grammatico, uti creditur, Byzantino, ad A. C. 1081. per Voſſium & Cavium, relato, qui, una cum Continuatoribus ſuis, toties Homonymos confudit, idem Fatum fuit ſubeundum. Sunt enim, qui cum Lil. Greg. Gyraldo (*Dial. III. de Hiſt. Poet.*) & huic, ni fallor, ὁμοψήφῳ Joſ. Simlero (*in Bibliothec. p.* 640.) *Lexicon* ejus (de quo Voſſius (128.) & Joh. Alb. Faber (129.) conſulendi) SUIDÆ vindicant Antiquiori, Hiſtorico haud ignobili, cu-

(128.) *L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 26. *p.* 301. 302.
(129.) *in Exerc. de Lexicis Græcis, Decadi Decadum adjecta,* §. 11.

cujus, ſe, & Æra haud dubie Chriſtiana, antiquioris, *Theſſalica* Strabo (*L.* 7.) & Apollonii Rhodii Scholiaſtes (*ad L.* 1.) *Lib. de Euboea* idem Scholiaſtes, & *Genealogias* Stephanus (in Ἄμυρ☉.) allegant, quæ recentius hoc ævum ſapiunt, mera eſſe Grammaticorum Juniorum aſſumenta, ipſumque proinde Suidam Byzantinum Scriptorem Chimæricum, perſuaſi. Sed, cum, hoc pacto, Lexico illi, Calepiniani fata, ex Gyraldi Sententia, experto, ac ante 1700. Annos ſcripto, nihil fere relinquatur proprium, Suidasque Recentior Hermolaum, Epitomes Ἐθνικῶν Stephani Byzantini, in qua Antiquior laudatur, Autorem, alleget, merito Voſſius ac Faber diverſos eſſe judicant.

LXX. SYNESIUM Philoſophum, cujus *Scholia in Democriti Phyſica περὶ χημείας*, Dioſcoro, Magno Serapidis Alexandrini Sacerdoti, inſcripta, paſſim, in Chemicorum Græcorum Codicibus Ἀνεκδότοις, ſuperſunt, Latine a Dominico Pizimentio, Vibonenſi Italo, teſte Conringio, translata, Chymici, præeunte Simlero (*in Biblioth. p.* 642.) eundem eſſe cenſent cum SYNESIO Cyrenæo, ex Philoſopho Platonico Gentili Chriſtiano, Ptolemaidosque in Thebaide Patriæ, ab A. 410., Epiſcopo. At diſſentiunt ab his, & Syneſio alteri, illo Juniori, deberi ea conjectant, præter Alex. Barvoetium (130.) Herm.

(130.) *in Catal. MSS. Scorial., ap. Maderum in Syntagm. de Biblioth. p.* 120.

Herm. Conringius (131.) & Thom. Reineſius (132.) ille quidem, ob Styli, in Scriptis Syneſii genuinis diverſitatem, hic autem, ob ſilentium eorundem, & *Epiſtolæ* imprimis, qua Vitæ is ſuæ exponit Hiſtoriam, *57mæ*, & de Dioſcoro, & de Arte Chemica, perpetuum. Quod Argumentum Morhofius quidem (133.) *Telum imbelle ſine ictu* appellat, ſed vim tamen ejus ſatis dextre, cum Borrichio, infringere haud potuit.

LXXI. THALASSII *Hecatontadas IV. de Sincera Charitate, vera Continentia, ac Regimine Mentis*, GræcoLatine *Tomo I. Orthodoxographorum Baſileenſium, & in Bibliothecis Patrum*, editas, Collector *Orthodoxographorum*, Johan. Jac. Grynæus, THALASSIO, vindicat, Senatori Conſtantinopolitano, ad Epiſcopatum tandem in Cappadocia Cæſareenſem evecto, ſed invitis Centuriatoribus Magdeburgenſibus (*Cent. V. c.* 10.) qui Monachum Africanum ſubſtituunt, illi cognominem, ab ipſis atque aliis ad Sec. V., ab Huldr. Coccio autem, Oleario, & Cavio, ad A. C. 640. (quo Thalaſſius is vixit, cui Qq. ſuas *de Locis Scripturæ difficilibus* Maximus Confeſſor inſcriſit,) relatum.

LXXII. THEODORETO Antiocheno, Cyri, Urbis in Provincia Euphrateſia Syriacæ, ab

(131.) *L. 1. de Med. Herm. c. 3. p. 25.*

(132.) *in Scholiis* ἀνεκδότοις *ad Cod. Chemicorum Altenb: MStum.*

(133.) *in Polybiſt. Liter. L. I., c. 11. p.* 106. 107.

ab A. 423. ad A. circ. 466., Epiſcopo, ſuppoſitam eſſe *Epiſtolam ad Sporatium* THEODORETI cujusd. Junioris, qui *Hiſtoriam* etiam ejus *Eccleſiaſticam* continuaverit, ſuſpicatur Joh. Garnerius, Jeſuita, *in Diſſ. II. de Libris Theodoreti, Tomo V. Operum* illius, Pariſiis A. 1684. excuſo, adjecta. In *Diſſ. III. de Fide Theodoreti*, eundem haud primum Sp. S. a Filio Proceſſionem negaſſe, contra Eman. Calecam, & Bellarminum, oſtendit, Autoremque hujus Dogmatis fuiſſe illius pariter atque Neſtorii Præceptorem, THEODORUM, Epiſc. Mopſveſtanum, An. circiter 429. mortuum, confirmat. V. *Acta Erudd. Lipſ. M. Febr. A.* 1685. *p.* 54.

LXXIII. *Diſputationes de Nomine Dei, de Deo & Deitate, ac cum Neſtoriano*, quæ, ſub Nomine THEODORI, Monaſterii Raitu, circa A. 645. Presbyteri, in *T. IV. Lectt. Ant.* Henr. Caniſii (*p.* 281. *& ſeqq.*) ſunt publicatæ, THEODORO autem ABUCARÆ, Cariæ circa A. 896. Epiſcopo, in *Opuſculorum* ejus Editione, Ingolſtadii An. 1606. excuſa, a Jac. Gretſero attributæ, THEDORO HAGIOPOLITANO ſive Antiocheno, quem Gennadius *in Lib. de Scr. Eccl. c.* 12. celebrat, vindicantur a Guilh. Cavio, *in Chartophyl. p.* 155. Claruit autem is Sec. Vto, plusquam 300. ante hunc, & plusquam 100. ante iſtum, Annis.

LXXIV. THEODORUM Thracem, Epiſcop. HERACLEENSEM Arianum, c. A. 358. mortuum, *Commentarii in Pſalmos perpetui, Catenæ Veterum in*

Pſalmos, a Balth. Corderio Antw. A. 1643. editæ, præmiſſi, Autorem, cum DOROTHEO, ſive (uti a Philoſtorgio ſemel tantum vocatur) THEODORO, Epiſc. itidem Ariano, circa A. 370. HERACLEENSI, & deinde Antiocheno, per Theodoſium M. ſede hac pulſo, confudit Jac. Gothofredus (*in Diſſertt. ad Philoſtorgii L.* 8. *c.* 17., *& ad L.* 9. *c.* 14. *ac* 19.) ab Henr. Valeſio (*in Annott. ad Philoſtorgii L.* 9. *c.* 13.) caſtigatus. V. Cavium *l. c. p.* 62.

LXXV. THEODOSIANI CODICIS Collectio, *in Chronico* Idacii, & a Viris quibusdam Doctis, ejus Autoritate ſeductis, THEODOSII MAGNI, (qui ab A. 379. ad 395. Imperio Rom. præfuit) facta perhibetur auſpiciis, cum tamen THEODOSIO Juniori, Nepoti ejus, A. 450. exſtincto, revera debeatur, uti prolixe oſtenſum eſt a Jac. Gothofredo *in Prolegomenis Cod. iſtius*, *c.* 1. *&* 2. *p.* 184. *& ſqq.*, ac, Verbis Gothofredi αὐτολέξει allegatis, a Chriſt. Thomaſio, *L.* 2. *de Navis Jurisprud. Ante Juſtinianaa*, *c.* 6., *p.* 94-105.

LXXVI. THEMISTIUM Calonymum, Diaconum circa A. 601. Alexandrinum, Theopaſchitarum, Severianorum & Agnoetarum (qui ab eo Themiſtiani, teſte Joh. Damaſceno, *in Lib. de Hæreſibus*, ſunt appellati) ſuæ Ætatis Anteſignanum, Nicephorus Calliſtus (*Lib.* 18. *Hiſt. Eccl. c.* 5.) confundit cum THEMISTIO Paphlagone, Oratore ac Philoſopho Seculi IV. Conſtantinopolitano pereximio, ſed Pagano, Theodoſii M. ac Valentiniani II., Impp. uti & S. Augu-

guſtini, Præceptore, ac Dignitates Conſtantinopoli Senatoriam ac Conſularem evecto, & ob Facundiam *Euphradæ* Agnomen Conſecuto (134.). Hinc Factum, ut ex Recentioribus non pauci, incaute illum ſecuti, Philoſophum hunc Gentilem, non Chriſtianum ſolum fuiſſe tradiderint, ſed & Principem Sectæ Agnoetarum, pro qua Diaconus iſte, teſte Photio, Libellum peculiarem, una cum Invectiva in Johan. Philoponi de Reſurrectione Deliria, conſcripſit. Obelo notarunt Errorem hunc Nicephori, & Aſſeclarum, Joh. Jonſius *l. c. Lib.* 3. *c.* 16. *p.* 296. Lipſienſes *l. c. p.* 462. Guilh. Cavius *in Chartophyl. p.* 148. *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 314. Frid. Spanhemius Jun. *in Summa H. E. p.* 274. *& T. I. Introd. ad Hiſt. S. p.* 545.

LXXVII. THEOPHANES Conſtantinopolitanus, Monachus Seculi VIII. Græcus, Cœnobiique, cui Agri Nomen, Præpoſitus, ob Iconolatriæ Defenſionem, & Exilium atque Vincula, iſtius ergo tolerata, CONFESSORIS adeptus Agnomen, ac circa An. 816. defunctus, confunditur: I. cum THEOPHANE BYZANTIO, *decem de Rebus Juſtini II. Imp. Geſtis Librorum*, a Photio *Cod.* 64. recenſitorum, Scriptore, Controverſæ Ætatis, a Gerh. Joh. Voſſio, qui *Lib.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 22. *p.* 273. vixiſſe hunc cenſet, ſub Juſtini illius imperio, circa A. 566., & ni-

(134.) *Plura de Vita & Scriptis illius V. ap. Joh. Jonſium L.* 3. *de Scr. Hiſt. Philoſ. c.* 16. *p.* 294. 295. 296. *& in Actis Erudd. Lipſ. M. Oct. A.* 1685. *p.* 460-464.

nihilominus tamen, *c.* 24. *p.* 285., diſpicere Eruditos jubet, annon idem ille, ſit cum confeſſore noſtro, quem ad A. C. 780. refert, & ita plusquam duobus Seculis Byzantió credit Juniorem. V. Mart. Hankii *Lib. de Scr. Rer. Byzant. P. II., c.* 4. *p.* 674. 675. Qui tamen & ipſe, cum Guilh. Cavio (*in Chartoph. p.* 137.) quo tempore Byzantius floruerit, & an a Confeſſore ſit diverſus, incertum eſſe agnoſcit; II. cum THEOPHANE Presbytero & Præpoſito, *Orationis de S. Nicephori, Epiſc. Cpol., Exilio, & Reliquiarum Translatione*, in Laur. Surii *T. II. de Vitis SS., ad d.* 13. *Mart.*, obviæ, Scriptore, A. C. 846. (uti Hankius ex illa demonſtravit) etiamnum ſuperſtite, a Voſſio *l. c.* (*c.* 24. *p.* 285.) ubi eundem hunc ſibi videri ait cum Confeſſore, quem tamen ante An. 821. vivis jam exceſſiſſe, ab Hankio eſt probatum. V. *Lib. de Scr. Rer. Byz. P. I. c.* 9. *p.* 216. 217. 218.; III. cum THEOPHANE CERAMEO, Archiepiſc. in Sicilia, circa A. 870., Tauromenitano, ab Aub. Miræo (*in Auctario Biblioth. Eccleſ. c.* 253.) & hunc ſecuto Joh. Gotfr. Oleario (*in Abaco Patrol. p.* 450.) Cerameo tribuentibus *Chronographiam* Confeſſoris, a Diocletiani Imperio, ad tempora usque Michaelis Curopalatæ, perductam, & Georg. Syncelli *Chronico*, ipſius moribundi poſtulatu, Supplementi inſtar, attextam. V. G. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 421. THEOPHANIS CERAMEI *Hymnum in Annunciat. Deiparæ* THEOPHANI *Grapto*, Metropolitæ, circa An. 845., *Niceno*, perperam

ram tribuit Poſſevinus, teſte Oleario *l. c. p.* 450.

LXXVIII. THEOPHILUM ANTIOCHENUM, cujus *Commentaria in IV. Evangelia, & Libri III. contra Chriſtianæ Religionis Calumniatores, ad Avtolycum* ſcripti, ſuperſunt, diverſiſſimum eſſe a THEOPHILO, cui Lucas Evangelium ſuum, & Acta Apoſtolica, inſcripſit, contra nonnullos, utrumque confundentes, oſtenderunt Phil. Labbeus *T. II. Diſſ. de Scr. Eccl. p. p.* 412. & Wilh. Ern. Tenzelius *P. I. Exercc. Select. Exerc. V.* A plerisque Patrologis idem ille creditur cum THEOPHILO, Sexto Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopo, circa A. 181. mortuo, cui & hæc Scripta, & *Libros contra Marcionem atque Hermogenis Hæreſin, Commentariumque in Proverbia Salomonis*, Hieronymus tribuit. Solus ab his diſſentit Henr. Dodwellus, *Libros ad Avtolycum*, Seculo demum Tertio ineunte, ſub Perſecutione Severi, eſſe ſcriptos, & Autorem proinde illorum ab Epiſcopo, ante laudato, diſtinguendum, in *Additamentis* ad Joh. Pearſoni *Opera*, a ſe Londini An. 1688. edita (*p.* 11.) aliquot aſtruens Rationibus, quas prægnantes eſſe Tenzelius (*l. c.*) haud diffitetur. Conf. *Acta Erudd. Lipſ. M. Jul. A.* 1688. *p.* 351. 352.

LXXIX. *Commentarios in Matthæum & Lucam*, qui, ſub TITI, Epiſcopi in Arabia Petræa Boſtrenſis, nomine, & ſeorſim excuſi proſtant, & *Bibliothecis Patrum* ſunt inſerti, TITO illi Boſtrenſi, qui, ſub Juliano Apoſtata, ejus juſſu, Cyzi-

zicenorum Civitate, teſte Nicephoro, ejectus, Synodo Antiochenæ, ſua Juviniano, Senex interfuit, & τὸ ὁμοούσιον, contra Arianos, propugnavit, quemque ſub (A. 365. juxta Dorſcheum, An. 371. juxta Cavium) obiiſſe, & Libros contra Manichæos, etiamnum ſuperſtites, aliaque nonnulla, ſcripſiſſe, Hieronymus in *Catalogo* perhibet, poſt Trithemium, Gesnerum & Simlerum, Margarinus Bignæus (*T.I. Bibl. PP. Pariſ.*) & Theod. Peltanus *Commentarii in Lucam* Editores, adſcribunt. Falſo autem hunc illorum credi Autorem, ex Allegationibus Chryſoſtomi, Gregorii Nazianzeni, Greg. Nyſſeni, Cyrilli Alexandrini & Iſidori Peluſiotæ, Scriptorum Sec. IV. & Vti, ipſo Recentiorum, in iisdem obviis, demonſtrarunt Joh. Maria, S. Pal. Apoſt. Magiſter (*T. I. Ind. Expurg. Rom. p.* 180.) Rob. Bellarminus (*in Lib. de Scr. Eccl. p. m.* 87.) Robert. Cocus (*in Cenſura p.* 226. 227.) Franc. Combefius (*T. II. Auctarii Bibl. PP. GrLat.*) & & J. G. Dorſcheus (*P. I. Theol. Zachar. Diſſ.* 12., §. 355., *p.* 301.) applaudentibus Gerhardo, Labbeo, Cavio & Oleario. Quos inter, Combefiſius, Dorſcheus & Olearius, duos fuiſſe ſtatuunt Titos Boſtrenſes, & Juniori *Commentaria* iſta vindicant. Verum majorem haud dubie, quam hæc illorum Conjectura, meretur Applauſum Obſervatio Rich. Simonis, qui (*in Hiſtoria Commentatorum N. T. Critica*, Gallice A. 1693. edita, *c.* 30.) meras illa eſſe Catenas Exegeticas, e Tito Boſtrenſi, aliisque Patribus diverſis, ab Auto-

ro

re incerto collectas, aſſerit, &, ex Inſcriptione Codicis *Commentarii in Lucam* MSti, in Biblioth. Pariſienſi Regia obvii, luculenter confirmat. V. *Acta Erudd. Lipſ. M. Mart. A.* 1693. *p.* 110. Cuinam Tito Boſtrenſi debeatur *Or. in Ramos Palmarum*, a Combefiſio (*T. II. Auctarii p.* 635. *& ſeq.*) edita, incertum eſſe fatetur Guilh. Cavius in *Indice Chartophylacis* (*ſub Titi nomine*,) Seniori tamen, ſub Valente mortuo, recte illam abjudicat.

LXXX. JOHANNI XIPHILINO, Trapezuntio, Eremitæ initio Montis Olympi, deinde autem, ab A. C. 1066. ad Emortualem 1078. Patriarchæ Conſtantinopolitano, ab And. Schotto, C. Baronio, Henr. Spondano, Abr. Bzovio, Lud. de la Cerda, Phil. Brietio, Chr. Beſoldo, ipſoque Editore, Henr. Stephano, uti & G. J. Voſſio (*L.* 2. *de Hiſt. Gr. c.* 26. *p.* 301.) imo Eruditis etiam cœteris pene omnibus, hactenus tributa eſt *Epitome Hiſtoriæ Dionis Casſii.* Verum, deberi illam Nepoti ipſius ex Fratre, vel Sorore, Cognomini, JOH. XIPHILINO Juniori, & ab eo, ſub imperio Michaelis Ducæ, circa A. 1072. eſſe concinnatam, Guilh. Cavius (*in Chartophyl. p.* 227. *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 430.) contra iſtos, ex his Autoris (*in Vita Auguſti*) Verbis, ἀναντιῤῥήτως oſtendit: Λέγω γὰρ τοῦτο οὐκέτι ὡς ὁ Δίων, ---, ἀλλ᾽ ὡς Ἰωάννης ὁ Ξιφιλίνος, ἀδελφόπαις ὢν Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου, ἐπὶ δὲ Μιχαὴλ αὐτοκράτορος τοῦ Δούκα τὴν Ἐπιτομὴν ταύτην συνταττόμενος. Fallitur autem Cavius, hæc Verba

ba

ba a nemine, ante ſe, eſſe animadverſa, exiſtimans. Haud dubie enim eadem illi obſervarunt, quos Voſſius, ab iis diſſentiens, Nepotem Patriarchæ, pro *Epitomes* Scriptore habuiſſe, nominibus diſſimulatis, *l. c.* teſtatur. Video etiam a Jac. Tirino, Jeſuita, *in Indice Autorum*, quem *Comm. Biblico* præfixit, Alphabetico, Joh. Xiphilinum, Dionis Epitomatorem, a Patriacha ὁμωνύμῳ, recte diſtingui. Sed ingenti, is, plusquam octo Seculorum, Parachronismo, illum non ſolum Patriarcha, ad A. 1063. relato, longe credit antiquiorem, ſed &, Anno jam 230, Epitomen ſcripſiſſe, perhibet, atque ita Dioni ipſi, qui tunc, ſub Alexandro Severo inclaruit, facit coævum.

CAPUT VI.

De Scriptoribus Chriſtianis, Sermone Latino, aliisque Occidentis Linguis, ante A. C. 1450., commentatis, &, ob Homonymiam, confuſis.

§. I.

ABBO Neuſtrius, Aimoini Pariſienſis Diſcipulus, Monachus Cœnobii S. Germani a Pratis, circa A. 892., Pariſienſis, cum ABBONE Aurelianenſi, Cœnobii Floriacenſis, ſub Ottonis III. & Hugonis Capeti Imperio, Abbate πολυγράφῳ, Seditione inter Vaſcones & Francos

cos coorta, Id. Nov. A. 1003., lancea interempto, Aimoinumque Floriacenſem Biographum & Encomiaſten nacto poſthumum, confunditur a Car. Sauſſæo, *L. 4. Annal. Aurelian. c. 10.*, & Pet. Pithoeo, Poematis Neuſtrii *de Lutetia a Normannis obſeſſa*, Libris II. comprehenſi, & inter *Rerum Franciarum Scriptores*, a ſe publicati, Editore, dum iſtud Abboni Martyri, ſive Floriacenſi, tribuunt. V. Voſſii *L. 2. de Hiſt. Lat. c. 38. p. 334. & c. 41. p. 350. 354. 355.* ac Guilh. Cavii *Chartophyl. p. 201. 211.* Conf. de utroque Ph. Labbeum *T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p. 22. 23. 24.* Th. Spitzelii *Specim. Biblioth. Univ. lit. 1. 8. b., k. 1. a. b.*, Olearii *Abacum p. 1. 2.*

§. II. ADALGARIUM, Tertium Eccleſiæ Hamburgenſis, ab A. 888. ad Emortualem 909. Archiepiſcopum, ob Humilitatem, aliasque Virtutes Eximias, a M. Adamo Bremenſi, aliisque Hiſtoricis noſtratibus, commendatum, Henr. Oræus, in *Nomenclatore præcipuorum Eccleſiæ Doctorum*, Hanoviæ A. 1619. edito (*p. 11.*) ad A. 886. refert, & *Ambitioſiſſimum* appellat. Sed impoſuit ei Similitudo Nominum ipſius atque ADALBERTI, ejusdem Sedis ab An. 1043. ad A. 1072. Archiepiſcopi, quem ob Ambitionem, πολυπραγμοσύνην, atque alia Vitia, male audire, ex eodem Adamo conſtat, & *Cimbria* noſtra *Literata* fuſius oſtendet. De M. ADAMI, quem aliquoties jam laudavimus, Canonici circa A. 1080. Bremenſis, Confuſione cum MELCH. ADAMO, Biographo Eruditorum Germaniæ,

 ſub

ſub Sec. hujus initium, non incelebri, in Th. Hydii *Catalogo Biblioth. Oxon.* obvia, *cap. ſequ. VII.* dicetur.

III. ADO, Archiepiſc. in Gallia, ab A. 859. ad Emortualem 874., Viennenſis (1.) præter *Breviarium Chronicum*, ab O. C. ad ſua usque tempora perductum, & in VI. diſtinctum Ætates, reliquit etiam *Martyrologium Sanctorum*, de cujus Editt. variis Voſſius, Labbeus, Cavius & Olearius, conſulantur. Martyrologium hoc ADONI, Archiepiſcopo circa A. 1070. Trevirenſi, Gregorii VII. Pontif. in Concilio Lateranenſi, Legato a Latere, vindicant Aloyſius Lipomanus, Epiſc. Veron., & Jac. Moſander, Carthuſianus Colon., qui primi illud ediderunt, & *Vitis* SS., a ſe collectis, adjecerunt, horumque Autoritatem ſecuti Cæſ. Baronius (*in Præfat. ad Martyrol. Rom. c.* 9.) Rob. Bellarminus (*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 196. 205.) Gerh. Meierus (*L.* 1. *Bibl. Theol. Contr.*, *c.* 11., *p.* 98.) Joh. Hülſemannus (*in Patrol. c.* 9. *p.* 1101.) aliique complures. Verum rectius Trevirenſi, nullis ſcriptis inclyto, nec *Adonis*, ſed *Odonis* vel *Udonis*, (uti ex Platina, Nauclero & Sigonio, Voſſius oſtendit, Nomine gaviſo, iſtud abjudicant, & Viennenſi reſtituunt G. J. Voſſius (*L.* 2. *de Hiſt. Lat. c.* 37. *p.* 330. 331.) FF. Sammarthani (*l. c.*) Mart. Zeilerus (*in Sylloge de Hiſtoricis, P. I. p.* 2., *P. III. p.* 5.) Phil. Labbeus (*T. I. p.* 10. 11. 12.) J. G. Olearius (*in Abaco p.* 7.) Guilh. Cavius (*in* *Char-*

(1.) V. Sammarthanorum *Gall. Chriſt. T. I. p.* 798.

Chartoph. p. 191. *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 389.) Frid. Spanhemius Jun. (*T. II. Introd. ad Hiſt. S. p.* 891.) Joh. Hallervordius (*in Biblioth. Cur. p.* 2.) & plerique Moderni. Quibus & addendus eſt ipſe Baronius, ἐπαμφοτερίζων, Librumque hunc (uti Bellarmino *l. c. p.* 205. jam obſervatum,) quem, in *Martyrol. Romani Præfatione*, Trevirenſi adſcripſerat, *Tomo X. Annal. ad A.* 870. Viennenſi tribuens.

IV. ÆGIDII COLUMNÆ, Romani, ex Generali Ord. Erem. Aug. Magiſtro, Archiepiſcopi ab A. 1296. Bituricenſis, *Doctoris*, uti ſuis audit, *Fundatisſimi*, An. 1316. defuncti, Opera, quorum prolixos Simlerus, atque alii, exhibuerunt Indices, omnia a quibusdam abſurde ÆGIDIO CORBOLIENSI, Medico Gallo, tribui, indignabundus conqueritur Theoph. Raynaudus in *Erotematis de Bonis ac Malis Libris, P. I. Erot.* 10., §. 2. *p.* 122. Conf. G. Cavii *Chartophyl. p.* 305., *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 522. V. Placcii *Tr. de Script. Pſeudon. p.* 135.

V. Duo in Galliis, ævo ſequiori, claruerunt AIMOINI. Alter Monachus S. Germani in Pratis, Sec. IX., Pariſienſis Benedictinus, juxta Cavium A. 892., juxta Poſſevinum autem An. 890., etiamnum ſuperſtes (licet Voſſius ultra A. 855. Vitam ejus prorogare nolit,) qui *de Inventione & Translatione B. Vicentii Levitæ & Martyris Libros II.*, totidemque *de S. Germani Pariſienſis Miraculis*, reliquit. Alter eſt AIMOINUS (quem Trithemius *Ammonium*, Voſſius *Aumonium*

nium appellat) Aquitanus, Monachus circa A. C. 1000. itidem Benedictinus, in Cœnobio Floriacenſi, cui *Libros II. de Miraculis S. Benedicti*, & *S. Abbonis Floriacenſis* (§. 1. memorati) *Vitam*, debemus. *Libros de Miraculis S. Benedicti* Ant. Poſſevinus & Car. Sauſſæus (*L.* 4. *Annal. Aurelian. c.* 10.) Aimoino perperam tribuunt Pariſienſi, a Voſſio (*L.* 2. *de Hiſt. Lat. c.* 34. *p.* 308. 309. *& c.* 41. *p.* 355.) e Sigeberto Gemblacenſi, & Joh. Trithemio, Floriacenſem illorum eſſe Autorem, edocti. Prolixior & intricatior eſt Controverſia de *Hiſtoria Francorum*, quæ, ſub Aimoini nomine, ſæpius, & ſeorſim, & inter *Hiſtoriæ Francicæ Scriptores*, prodiit. Pariſienſi hanc, cum Exſcriptore ſuo, Mart. Zeilero (*in Sylloge de Hiſtoricis P. II.*, *p.* 171. *& P. III. p.* 18.) Digreſſione prolixa, aſſerere conatur Gerhard. Joh. Voſſius (*l. c. Lib.* 2. *c.* 34. *p.* 308-313. *& c.* 41. *p.* 355.) Argumentis & Conjecturis utens, partim ſpecioſis, partim fallacibus, & minus ſolidis. Errat utique, dum *p.* 311. Sauſſæum (*l. c.*) ſecutus, *Vitam Abbonis* a Pariſienſi ſcriptam, opinatur. Pro Floriacenſi contra (cui *Hiſtoriam* hanc *Francorum* jam olim Sigebertus Gemblac., Geſnerus & Simlerus, tribuerunt) militant Phil. Labbeus (*T. I. Diſſert. de Scr. Eccl. p.* 16. 17. 18. 19. *& ſeqq. & in Diatriba peculiari, Tomo II. ſubjuncta, p.* 829. *ac ſeqq.*) hujusque ſecuti veſtigia Joh. Gotfr. Olearius (*in Abaco p.* 11.) Guilh. Cavius (*in Chartophyl. p.* 201. 216. *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 393. 394. 418.) & Gerh. du Bois

in

in Hiſtoria Eccleſiæ Pariſienſis, A. 1690. edita, *L.* 9. *c.* 6. majori, ni fallor, veri ſpecie. Alios utriusque Partis Aſſeclas allegare ſuperſedeo.

VI. ALANOS Ævi ſequioris complures Joſ. Simlerus (*in Biblioth. p.* 15.) & Andr. Senſtlebius, ac Joh. Gebhardus (*in Prolegomenis ad Alani de Inſulis Parabolas*, cum Notis Senftlebii, Lipſiæ A. 1663. editas, enumerant. Celebriores hos inter ſunt duo ALANI de INSULIS, a Civitate Flandriæ Natali ita dicti, & ab Aub. Miræo, *Errore* (uti Car. Viſchius, Operum Junioris Editor, cenſet,) *intolerabili* confuſi. Horum primus, ex Monacho Clarævallenſi, & primo Cœnobii in Diœceſi Trecenſi Ripatorii Abbate, Epiſcopus A. 1151. factus Antiſidorienſis, abdicato An. 1167. Epiſcopatu, Monaſterium Clarævallenſe repetiit, inque iſto, *Vita S. Bernhardi* ſcripta, An. 1182. teſtibus Sammarthanis (2.) deceſſit. Alter, de cujus Ætate multæ ſunt Eruditorum Diſſenſiones, & Confuſione ejus cum præcedenti magnam partem derivandæ, ALANUS ſolet MAGNUS de INSULIS appellari, &, juxta Car. Viſchium (qui Opera ejus omnia Antwerpiæ An. 1654. in fol. publicavit,) ex Doctore Scholæ Pariſienſis Sorbonico, Monachus evaſit Cœnobii Ciſtercienſis Laicus, & (uti in Epitaphio traditur) An. 1294. obiit. De utroque V. plura ap. Car. Viſchium *l. c.* Olearium *in Abaco p.* 12. 13. & Cavium *in Chartophylace p.* 260. 261. Quos inter Cavius Ti-

(2.) *T. II. Gall. Chriſt. p.* 276.

Titulum *Doctoris Univerſalis* Honorificum priori, Olearius autem poſteriori, & quidem potiori jure, vindicat. De Juniore multa etiam congeſſit Joh. Gebhardus, in Prolegomenis *Parabolarum* ejus, paulo ante laudatis. In quibus etiam Joſ. Simlerus, qui hujus *Planctum Naturæ, contra Vitium Sodomiæ*, ALANO, Poetæ & Oratori Siculo, *in Biblioth. p.* 15. perperam adſcribit, ex Trithemio, Gesnero, & *Vita Alani*, Codici Libelli iſtius MSto (quem Henr. Mühlpfortius, Secretarius Uratislav. poſſedit, & Editioni, Notis ſuis illuſtrandæ, deſtinavit,) præfixa, refellitur.

VII. FLACCUM ALBINUM, ſive ALCUINUM, Anglum, Bedæ Diſcipulum, Caroli M. Magiſtrum, & Acad. Pariſienſis Fundatorem, (A. 804. ex Cavii, 790. autem, ex Pitſei, & Voſſii (3.) ſententia, defunctum,) cum ALBINO Scoto, Monaſterio Auguſtiniano Ticinenſi a Carolo eodem præfecto, ſæpe confundi, obſervat Frid. Spanhemius Jun. *T. II. Introd. ad Hiſt. S. p.* 753. Diſtinguendos illos eſſe, ex Monacho Sangallenſi, Rerum Caroli Scriptore, jam ante Caſp. Barthius (*L.* 45. *Adverſ. c.* 11.) monuit, &, multas Veterum de Albino Narrationes ἀναντιοφανεῖς hoc pacto poſſe conciliari, judicavit, non improbante Voſſio, *L.* 2. *de Hiſt. Lat. c.* 30. *p.* 290.

VIII. ALEXANDRO ab ALEXANDRO (de quo, & cognomine ipſi JCto Neapolitano,

Sect.

(3.) *in Lib. de Scient. Math. c.* 34.

Sect. I., c. 5. §. 10. jam dictum,) Minoritæ circa A. 1130. juxta Henr. Willotum, circa A. 1310. autem, juxta Simlerum (cui *Alexander ab Alexandria* audit) celebri, a nonnullis, & merito quidem, judice Labbeo (*in Ap. T. I. p.* 686.) vindicatur *Comment. in XII. Libb. Metaph. Ariſtotelis*, ALEXANDRO ab HALES, ſive ALESIO, Anglo, Doctori ex Ordine Minoritarum Scholaſtico *Irrefragabili*, & Profeſſori Theologo Pariſienſi, A. 1245. defuncto, vulgo attributus, ac, ſub ejus Nomine, Venetiis A. 1572. in fol. excuſus. V. J. Olearii *Abacum p.* 18. Ab Aleſio hoc probe eſt diſtinguendus Alex. Aleſius, Scotus, Theologus Academiarum Viadrinæ ac Lipſienſis Lutheranus, Seculo ſuperiore haud incelebris, cujus Vitam Jac. Thomaſius, Sermone peculiari, inter *Orationes* ejus obvio, expoſuit, Scripta autem Simlerus (*p.* 22.) enumeravit.

IX. ALPHANO, Archiepiſcopo ab A. 1085. ad 1086. Salernitano, qui *Vitam & Agona* XII. *Sanctorum Beneventanorum*, Poema Heroicum, in Lipomani & Surii *Vitis SS.* excuſum, ſcripſit, perperam a Voſſio, *L.* 2. *de Hiſt. Lat. c.* 45. *p.* 376. tribui Epitaphia Bernhardo, Epiſc. Præneſtino, & Petro Leoni, a Succeſſore ejus Cognomine, ALPHANO Juniore, qui Eccleſiæ Salernitanæ, ab A. 1085. ad A. 1121. præfuit, ſcripta, ac a Baronio (*ad A.* 1107. *ac* 1111.) recitata, obſervat Chr. Sandius Jun., in ſuis ad locum iſtum Voſſii *Animadverſionibus*.

X. De AMALARIIS Seculi IX. diverſis,

Trevirenſibus ſc. duobus, Metenſi, Lugdunenſi & Turonenſi (quos inter Lugdunenſis G. Cavio idem videtur, cum Metenſi, & Controverſia vexatiſſima, an *Libri IV. de Divinis Officiis*, & alter *de Ordine Antiphonarii*, his adjunctus, Trevirenſi, vel Metenſi, debeantur, fuſe, in Vita Amalarii Fortunati, Archiep. Trevirenſis, Hamburgum, ad Ædem Urbis hujus Sacram inaugurandam, a Carolo M. ablegati, & A. 814. mortui, quam *Cimbriæ Literatæ Pars II.* exhibebit, commentabimur. Brevitatis enim, cui jam ſtudendum nobis eſt, Amor, quæ, in Analectis noſtris, Argumenti iſtius occurrunt longe plurima, heic recenſeri & diſcuti non permittit. Evolvi interim poſſunt, quæ, in *Iſagoge ad Hiſt. Cimbr.* (*P. II. c. 3. §. 3. p.* 37-42.) πϱογένυμα7ⓒ inſtar, jam attulimus.

XI. Traditionem Vulgatam, a Franc. Guillimanno, aliisque Scriptoribus Pontificiis haud paucis, defenſam, quæ AMANDUM Aquitanum, Epiſcopum Seculi VII. Trajectenſem, a Dagoberto, Francorum Rege, Argentinam, circa A. C. 638., eſſe translatum, primumque Urbis iſtius Præſulem conſtitutum, fabulatur, hunc cum AMANDO, Epiſcopo Argentinenſi Sec. IV. Antiquiſſimo, qui An. 346. Concilio Colonienſi, & A. 347. Sardicenſi, contra Arianos habitis, interfuit, ingenti trium Seculorum Parachroniſmo, confundere, prolixe, ſolide ac erudite, demonſtravit Balth. Bebelius, Theol. Argent. ἱϛοϱικώτατ@, *in Antiqq. Eccleſiæ Argentorat.*

torat. Evangelica, Art. II. §. 24-56. *p.* 60.-104. Digna Lectu eſt iſta Viri Doctiſſimi Commentatio, quæ Sammarthanorum etiam, & Gothofr. Henſchenii, Jeſuitæ, ſibi ὁμοψηφων, de Confuſione iſta Teſtimonia allegat, &, de aliis præterea AMANDIS, Seculi V. & VI. Epiſcopis, Burdigalenſi ſc. duobusque Wormatienſibus (e quibus priorem eundem eſſe cum Argentinenſi falſo nonnulli opinantur,) & ipſo etiam Trajectenſi, (quem Laur. Ramirez. de Prado, Juliani Chronicon ſecutus, cum Amando Hiſpano, teſte Henſchenio, *in Diatr. de Epiſcopatu Traject.* §. 22., itidem confudit,) haud protrita ſuggerit.

XII. AMBROSIO, Archiepiſcopo Eccleſiæ Mediolanenſis, ab A. 374. ad Emortualem 397. inclyto, e Fœtibus τῶν ὁμωνύμων Literariis, ſuppoſiti cenſentur: 1. *Comm. in Apocalypſin*, quem Alph. Salmero Ambroſio cuidam Monacho deberi conjectavit (V. J. Gerh. *Patrol. p.* 288. & Placcii *Tr. de Script. Pſeudon. p.* 143. 144.) Felix, Card. de Monte Alto, & cœteri Curatores Editionis Operum illius, Pii IV. Auſpiciis recognitæ, ac Pariſiis A. 1586. recuſæ, Ambroſium, quidem judicarunt habere Autorem, ſed incertum, an Mediolanenſem, Franc. Ribera (*in Prolegg. Comm. in Apoc. c.* 5.) illi itidem falſo tribui cenſuit, & propterea ſub ſolo Ambroſii Nomine, a ſe allegatum iri, eſt præfatus, Joh. Rainoldus autem (*Prælect.* 74. *de Libb. Apocr.*) &, cum eo, Joh. Pitſeus, Cocus, Rivetus, Gerhardus, Plac-

cius (*l. c.*) aliique Recentiores, fidem MSti Oxonienſis ſecuti, *Berengaudo* vindicarunt; 2. *Lib. de Conflictu Virtutum & Vitiorum*, qui AMBROSIO ANSBERTO, vel AUTPERTO, debetur, Monacho Sec. VIII. Gallo, & Cœnobii tandem S. Vincentii, ad Fontes Vulturni, in Samnio, Abbati, An. 778. mortuo (*V. Cavii Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p. 345.*) & propterea a Monachis Congreg. S. Mauri Benedictinis, in Noviſſima Operum Ambr. Mediol. Editione Pariſienſi, An. 1690. eſt omiſſus (*V. Acta Erud. Lipſ. T. II. Supplem., Sect. V., p. 222.*) 3. *Sermo de Purificatione Mariæ*, ab iisdem omiſſus, quia, in MSS. quibusdam, Autperto huic tribuitur, quem Petrus etiam Diaconus pulcherrimas in Feſtum Purificat. Homilias edidiſſe perhibet. V. *Acta Erud. Lipſ. l. c.*; 4. Sermones quidam alii, a Cavio *l. c.* eidem vindicati, Ambroſio Autperto. De quo hoc etiam reſtat monendum, Theoph. Raynaudum (*in Erott. de malis & Bonis Libris pag.* 125.) AMBROSIUM ANSBERTUM Monachum, & AUTHPERTUM, Abbatem S. Vincentii, ad Vulturnum, *Commentariorum in Pſalmos, Cant. & Apoc.* Autorem, tanquam diverſos diſtinguere, applaudente quidem Placcio, qui (*l. c. p.* 143.) Olearium, cui unus idemque illi (*in Abaco p.* 25.) videntur, confuſionis eorum accuſat, ſed invitis Guilh. Cavio (*in Chartoph. p.* 168.) & Joh. Alb. Fabro (*in Decade Decadum, n.* 33.) Olearii patrocinantibus Sententiæ.

XII. ANASTASIUM BIBLIOTHECARIUM

RIUM Eccleſiæ Romanæ, & Abbatem in Urbe Benedictinum, Carolo Calvo, circa A. 876. coævum, Autorem plurimi ex modernis eſſe credunt *Libri Pontificalis*, Præſulum Romanorum Vitas complexi, de cujus Vero Parente tot, tamque diverſæ, hactenus latæ ſunt Sententiæ, a Joh. Ciampino Romano, Brevium Gratiæ Magiſtro, in *Examine* illius, Romæ A. 1688. edito, prolixe admodum diſcuſſæ. Oſtendit is, inter alia, confundi Anaſtaſium hunc, a Voſſio (*L.* 2. *de Hiſt. Lat. c.* 35. *p.* 318.) & Lambecio (*L.* 8. *de Biblioth. Vindob.*) qui in Patrum Eccleſiæ Romanæ Purpuratorum SenatuLocum ei aſſignarunt, cum ANASTASIO, Presbytero Cardinali S. Marcelli, a Leone IV., in Synodo Romana, A. 850., quod ab Eccleſia ſua per quinquennium abfuiſſet, exautorato. *V. Acta Erudd. Lipſ. T. I. Supplem. Sect. IV. p.* 170. Eadem Homonymiæ Fraude Frid. Spanhemius Jun., Anaſtaſium noſtrum, Hadriano II. & Johanni IX. coævum, pro Autore cenſet *Libri Pontificalis* haberi, pluresque alios Anaſtaſios, a Patronis ipſius, cum illo confundi. V. *Diſqu. de Papa Fœmina p.* 279. &, ex illa, *Acta Erudd. M. Auguſt. An.* 1691. *p.* 394.

XIV. Ex Scriptis ANSHELMI, Archiepiſcopi, ex Abbate Benedictino Beccenſi, ab An. 1093. Cantuarienſis, A. 1109. defuncti, Suppoſititiis, & ab Edinero, Biographo ejus, haud memoratis, ANSHELMO, Scholaſtico & Decano, circa A. 1103. LAUDUNENSI, ab Eruditis,

MSS.

MSS. complurium Autoritatem ſecutis, vindicantur: 1. *Comm. in Matthæum*, 2. *Comm. in Epp. Pauli* (quos tamen alii Codd. Hervæo Dolenſi, aut Guilhelmo Pariſienſi, adſcribunt;) 3. *Comm. in Cant. Cant.* ſub Laudunenſis etiam Nomine Pariſiis A. 1550. excuſus; 4. *Comm. in Apocalypſin.* V. Guilh. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 439. 445. & *Chartophyl. p.* 240. Rob. Bellarm. *Lib. de Scr. Eccl. p.* 209. 211., Guilh. Crowæi *Elenchum Interpp. S. Script. p.* 59. Labbeum, *T. I. p.* 88. Olearii *Abacum p.* 37. Gerh. Meieri *Lib. I. Bibl. Th. Contr. c.* 11. *p.* 98. 99.

XV. Duos APOLLONIOS, Seculi II. Scriptores, ab Euſebio & Hieronymo memoratos, ſed probe diſtinctos, alterum *Confutationis Montani Hæretici*, a Tertulliano *L.* 7. *de Ecſtaſi* impugnatæ, Autorem (de quo V. Euſebii *L.* 5. *H. E. c.* 18. & Hieron. *Catal.*) alterum Senatorem Romanum, Eruditione, & Philoſophiæ peritia Celebrem, ſub imperio Commodi Martyrio affectum, (de quo, & *Apologia* ejus *pro Relig. Chriſtiana*, V. Euſeb. *L.* 5. *c.* 21.) pro uno eodemque haberi, ac confundi, a Nicephoro (*L.* 4. *H. E. c.* 25.) obſervarunt Centuriatores Magdeburgenſes, *Cent. II. c.* 10.

XVI. ARNOBIO Seniori, Afro, Rhetori in Numidia circa A. 300. Siccenſi, Ethnico initio, & deinde Chriſtiano, ſuppoſitum eſſe *Commentarium in Pſalmos*, ex Styli Barbari, & Soloecismis ſcatentis, genio, a culta & florida *Librorum VII. contra Gentes* dictione diverſiſſimo, Pelagianismi

Ve-

Veſtigiis, & Invectivis in Hæreſes Photini, (A. 358. in Errorem demum prolapſi) ac Prædeſtinatianorum (qui Seculo demum V. innotuerunt,) *ad Pſ.* 108. *ac* 109. obviis, *ἀναντιῤῥήτως* jampridem demonſtrarunt Viri Eruditi, & ARNOBIO illum Juniori, Scriptori Seculi V., circa A. 460., Eccleſiaſtico, (cujus ſuperſunt *Conflictus cum Serapione; de Deo Trino & Uno, Catholicus,* aliaque Opuſcula Sacra,) ſatis probabiliter vindicarunt. V. Rob. Bellarmini *Lib. de Scrippt. Eccl. p.m.* 68. 153. *& L.* 5. *de Lib. Arbitr. c.* 26. Rob. Coci *Cenſuram p.* 157. 158. 159. & And. Riveti *Specim. Crit. S., L.* 2. *c.* 17. *p.* 240. 241. *Ὁμόψηφοι* his ſunt plerique Seculi, & Superioris, & Noſtri, Critici Sacri, ac Theologi, &, in his, Franc. Fevardentius, a Crowæo allegatus, Sixtus Senenſis (*L.* 4. *Bibl.* 5. *p.* 249.) Alph. Salmero (*Diſp. I. in* 2. *Ep. Petri,*) Phil. Labbeus (*T. I., in Arnobio,*) Abr. Scultetus (*in Medulla Patrum, L. IX. c.* 1. *p.* 374.) Dan. Chamierus (*in Panſtrat. T. II., L.* 2., *c.* 10. §. 12.) J. H. Hottingerus (*in Pentade, Diſſ. II. p.* 76.) Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpp. Scr. p.* 66.) Guilh. Cavius (*in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 80. 255.) Joh. Gerhardus (*in Patrol.*) Joh. Hülſemannus (*in Patrol. c.* 5. *p.* 1088.) J. G. Olearius (*in Abaco p.* 48. 49.) Joh. Deckerus (*in Conjectt. de Scr. Adeſp. Sect. III. p.* 35.) &c. Quis enim omnes enumeret? Homonymos igitur confuderunt, quotquot, Seculo ſuperiori, Honorium Auguſtod. Sigeb. Gemblacenſem & Johan. Trithemium, ſecuti, Arnobio

Se-

Digitized by Google

Seniori Commentarios hoſce tribuerunt, cum Gesnero, Simlero (*in Biblioth. p.* 67.) Centuriatoribus (Stylum tamen minus, quam in Libris contra Gentes, eſſe elaboratum, faſſis, *Cent. III*, *c.* 10.) & Scriptoribus, quos Cocus allegat, Pontificiis, Garetio, Smitho, Dormanno, Stapletono, Invocationem Sanctorum, Sacrificium Miſſæ, Petrique & Eccleſiæ Romanæ Primatum, ex iisdem aſtruere conatis. Quibus addendus etiam ipſe Erasmus, in detegendis alioquin Monumentis Ævi Veteris ὑποβολιμαίοις oculatiſſimus, qui, in *Epiſtola* ſuæ illorum Editionis *Dedicatoria*, multis eos Argumentis Arnobio Afro aſſerere fruſtra allaborat, & de induſtria hunc barbare eſſe locutum, Linguæque Latinæ, vulgo ævi ſui Uſitatæ, & ab Elegantiori diverſiſſimæ, genio ſe accommodaſſe, opinatur. Quam Sententiam ejus, non παράδοξον ſolum, ſed & manifeſte falſam, Morhofium noſtrum, haud ita pridem, in *Tr. de Patavinitate Liviana*, *c.* 6. *p.* 79. 80. tota lite dudum deciſa, & Commentario iſto, communi Eruditorum hujus Seculi Conſenſu, Arnobio Juniori vindicato, denuo recoxiſſe, &, ex Oratorum Eccleſiæ Primitivæ Sacrorum Styli, in Sermonibus ad Populum, rudioris impolitie, confirmare eſſe conatum, haud immerito miramur. Arnobii hujus Junioris Scripta, Pelagianismi quippe labe infecta, Gelaſius Papa Libris accenſuit Apocryphis. Quam Cenſuram a nonnullis perperam ad Arnobium Senio-

niorem, ſive Rhetorem, detorqueri, Rivetus (*l. c. p.* 241.) recte obſervavit.

XVII. ERNULFO, ſive ARNOLPHO, Gallo, Epiſcopo in Anglia Roffenſi, A. 1124. mortuo, *Epiſtola de Incertis Conjugiis*, in Luciæ Dacherii editæ *Spicilegio*, *Textusque Roffenſis*, de Eccleſiæ ſuæ Fundatione, Chartis ac Rebus, Autori, Joh. Balæus (*in Catal. Scriptt. Britann.*) nonnulla ARNULPHI, Epiſc. Sec. XII. Lexovienſis, & ARNOLDI, Bonævallis Abbatis, huic coævi, perperam adſcripſit, eundemque præterea cum ARNULPHO Presbytero, qui, ob caſtigata liberius Curiæ Romanæ Vitia, Cleri Romani inſidiis, ſub Honorii II. (A. 1130. mortui) Pontificatu, eſt ſublatus, confudit. Quem Errorem ejus, ab Henrico Whartono, An. 1691. *in Parte Angliæ Sacræ Prima*, eſſe detectum, Lipſienſes, *in Actis Erudd.* (*T. II. Supplemm. Sect. III.*, *p.* 111.) teſtantur.

XVIII. AVITOS Seculi V. complures, quorum uni, Presbytero, Verſionem Hiſtoriæ Luciani, *de Revelatione Corporis S. Stephani*, Latinam, tribuit, *Bibliotheca* autem *Patrum Tomus V.* Carmina etiam quædam adſcribit, alterum autem Oroſius, cui Verſio, quam diximus, eſt inſcripta, *in Epiſt. ad Auguſtinum*, tanquam Origeniſtam, inſectatur, inter ſe confundi, cum Baronio (*T. V. Ann. ad A.* 415.) ſuſpicatur Joh. Hülſemannus, *in Patrol. c.* 5, *p.* 1067.

XIX. Cum plures fuerint BACCHIARII, incertum eſt, an *Epiſtola de Lapſis Recipiendis*, in

Or-

Orthodoxographis, & *T. III. Biblioth. PP. Pariſ. Iidē*, obvia, ad Januarium ſcripta, BACCHIARIO Gennadiano, Auguſtini *συγχρόνῳ*, *Libri de Fide* Autori (4.) cum Bignæo, Oleario, & Cavio (qui Hybernum eum fuiſſe, Patriciique Diſcipulum, ac circa A. 440. claruiſſe, opinatur,) an BACCHIARIO, cujus *Epiſtolam de Morte Salomonis* Fulbertus Carnotenſis (*Ep.* 64.) allegat, an vero alteri, debeatur. V. Joh. Hülſemanni *Patrol. c.* 5. *p.* 1089.

XX. *Tractatum ſuper Pſalterium*, & *Vitam S. Edmundi Cantuarienſis*, ROGERIO BACONO, Minoritæ Anglo, Philoſopho Acad. Oxonienſis, circa A. 1280. Incomparabili, tribuit Joh. Lelandus, Scriptorum Angliæ Nomenclator, ſed perperam, cum ROBERTUM BACONUM, Theologum ejusd. Sec. XIII. Oxonienſem, Autorem agnoſcant. V. Gu. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 514.

XXI. BERENGARIUM Turonenſem, Archidiaconum Andegavenſem, An. 1088. mortuum, primum, ſicut vulgo creditur, Dogmatis Sacramentarii Autorem, Joh. Gerſon, qui, Petri eum Abælardi Diſcipulum fuiſſe, credidit, confudit cum BERENGARIO Pictavienſi, qui pro Abælardo, Præceptore ſuo, ſcripſit Apologiam, uti a Natali Alexandro, *P. II. Selectorum Capitum Hiſt. Eccl. XI. & XII., Diſſ. I.* An. 1683. eſt oſtenſum. V. *Acta Erudd. Lipſ. M. Jul. An.* 1684. *p.* 315. 316. Monuimus, §. *præced.* 12., *Commentarium in Apocalypſin*, Ambroſio ſuppoſitum,

ſitum, a Joh. Rainoldo, & pleriſque Recentioribus, BERENGAUDO vel BERENGUEDI, cum Codd. MSS. Oxonienſi, atque aliis, adſcribi. Id quod etiam noviſſime, a Guilh. Cavio, *in Hiſtoria Scr. Eccl. Literaria*, eſt factum. Verum, cum Berengaudi iſtius nulla apud Veteres occurrat mentio, nec Boſtonus Burienſis, Joh. Pitſeus & Cavius, qui Scriptoribus illum Eccleſiaſticis atque Britannis annumerarunt, quicquam de eo, præter Epigraphas MStorum, ſolum Nomen commemorantes, allegent, non improbanda videtur Sententia Henr. Whartoni, qui in *Auctario Hiſtoriæ Controv. Dogmaticæ de Scripturis & Sacris Vernaculis*, a Jac. Uſſerio ſcriptæ, ac a ſe Londini A. 1690. editæ, BERENGARIO Turonenſi Comm. eundem aſſerit. Non enim ſolum BERENGARII nomen in BERENGAUDI Chimæricum, a Monachis, vel ob imperitiam, vel ſummum in illum odium, immutatum eſſe, ſolerter conjectat, ſed Johannem etiam Subpriorem, cujus *Comm. in Apoc.* in Biblioth. Lambethana MS. ſupereſt, in *Prologo*, Berengarium Libri hujus Sacri Interpretibus annumerare, & ampla ſubinde Fragmenta ex illo tranſcribere, obſervat. V. *Acta Erudd. Lipſ. M. Jun. A.* 1691. *p.* 296. 297. Confirmat Whartoni Sententiam Doctiſſ. Tenzelius, illi ὁμόψηφος, ex *Præfat. Catenæ in Apoc. MStæ*, Melitoni falſo tributæ, & in Biblioth. Jenenſi obviæ, Berengario itidem, inter Scripti Johannæi Exegetas, locum aſſignante. Diverſum tamen

ab eo putat eſſe Berengaudum, & Apocalypſin itidem Commentario illuſtraſſe. V. *Dial. Vernac. Menſtr. M. Nov. An.* 1692. *p.* 884. 885. 886. 889.

XXII. BERNHARDO, ortu Burgundo, Abbati Ord. Ciſterc., ab A. 1115. ad Emortualem 1153. CLARÆVALLENSI Mellifluo, ex Scriptis τῶν ὁμωνύμων, ſuppoſita ſunt: I. BERNHARDI SYLVESTRI *Formula Honeſtæ Vitæ, & Epiſtola de Cura & Regimine Rei Familiaris.* V. Joſ. Simleri *Biblioth. p.* 99. Th. Raynaudi *Erotemata de Libb. Malis & Bonis p.* 130. V. Placcii *Tr. de Scr. Pſeudon. p.* 163. & Guilh. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 450. De Sylveſtro ipſo, Autore, Conf. Chr. Daumii *Notas ad Bern. Geyſtenſis Palponiſtam, p.* 42. 43. II. BERNHARDI, Monachi Benedictini, Archiepiſc. Toletani, *Sermones V. ſuper Salve Regina.* V. Raynaudum *l. c. p.* 131. Placcium *l. c.* Joh. Mabillonius, in Noviſſima Operum Bernh. Claræv. Editione, Pariſiis A. 1690. publicata, eos in *Tomum V.* cum Sermonibus aliis ὑποβολιμαίοις, rejecit. V. *Acta Erudd. T. I. Supplem. Sect. XI. p.* 566.; III. BERNONIS (Idem enim eſt hoc Nomen obſervante Tenzelio (5.) cum altero Bernhardi, ſed per Apocopen abbreviatum,) Abbatis ex Monacho S. Galli Augienſis, A. 1045. mortui, *Muſica*, ad Piligrinum Colonienſem, *Libris III.* comprehenſa. Afficta eſt hæc, in MSS. aliquot, &, hæc inter

(5.) *in Dial. Vernac. Menſtr. M. Nov. An.* 1693. *p.* 883. 884.

inter, Paulino Lipsiensi, (cujus tamen Clausula Bernoni eandem tribuit,) Bernhardo, &, sub hujus Nomine, a Jacobo Hommey, Monacho Augustiniano Bituricensi, in *Supplemento Patrum, e MSS. eruto*, ac Parisiis A. 1684. (*in 8vo*) excuso, non tamen prima, uti ille putavit, vice (jam ante enim, curante Miachaele, Priore Gellensi, Lipsiæ A. 1517. (6.) sub eodem Nomine, prodierat,) publicata, Joh. Mabillonius *Partem* saltem ejus *Primam de Cantu Antiphonarii*, cum *Prologo super Antiphonarium Ordinis Cisterciensis*, *Tomo II. Operum* Bernhardi A. 1690. inseruit, reliquas autem, apud Hommæum obvias, quod alteri deberi crederet, omisit. V. *Acta Erudd. Lips.*, *M. Oct. A.* 1685. *p.* 464. 465. 466. & *T. I. Supplem.*, *Sect. XI. p.* 563. Totam hanc *Musicam* Bernoni asserunt Jos. Simlerus *in Biblioth. p.* 100. FF. Sammarthani *T. IV. Gall. Christ. p.* 107., &, qui hunc laudat, J. G. Olearius, *in Abaco p.* 83. 84.

XXIII. PET. BERTRANDI Senioris, Vivaria Galli, ex JCto Acadd. Avenion., Montispessulanæ, Aurelianensis & Parisinæ, Episcopi Nivernensis, ac dein, ab A. 1325. Augustodunensis, tandem vero, ab A. 1331. Cardinalis, *Tr. de Origine & Usu Jurisdictionum*, aliaque Opera, Nepoti ejus ex Sorore Cognomini, PETRO BERTRANDO de COLUMBARIO, Episc. Ostiensi, & Cardinali, perperam adscripsit Phil. Locrius, castigatus a Sammarthanis, *T. I. Gall.*

(6.) V. Tenzelii *Dial. Menstr. Vernacc. M. Sept. A.* 1692. *p.* 718. 719.

Gall. Chr. p. 50., &, horum ductu, ab Oleario *in Abaco p.* 336. Conſ. de utroque G. Cavii *Cartophyl. p.* 314. 326. ubi Seniorem An. 1349. obiiſſe, Juniorem A. 1355. floruiſſe, teſtatur.

XXIV. BIRGITTÆ Suecæ, Birgeri Petri, Uplandiæ Legiferi, Filiæ, ac Ulphonis Gudmari Maritæ, in Sanctorum Numerum a Bonifacio IX., P. R., relatæ, (7.) ac Romæ An. 1373. (juxta Oudinum & Cavium,) vel 1383. [juxta Ol. Roſenkrantzium (8.)] defunctæ, *Revelationum Libros XII.*, Latine Lubecæ An. 1492., & cum Notis Conſalvi Duranti, Antwerpiæ An. 1611. & Romæ A. 1628. Germanice autem Norib. A. 1500. & 1521. (*in fol.*) ac Dillingæ An. 1569. (*in 8vo,*) excuſos, S. BIRGITTÆ, Lagienenſi Scotæ, circa An. C. 518. celebri, ingenti plusquam 8. Seculorum Parachronismo, falſo tribuunt, tum alii, a Caſim. Oudino (9.) & W. E. Tenzelio (10.) reprehenſi, tum Joſ. Simlerus, *in Biblioth. p.* 104. & Corn. a Beughem., *in Incunabulis Typogr. p.* 35.

XXV. BRUNONI COLONIENSI, Canonico Rhemenſi, & Acad. Pariſinæ Profeſſori, Fundatori Ord. Carthuſiani, in Turri, Calabriæ Eremo, A. 1101. exſtincto, ſuppoſita olim ſunt, & in Editionibus etiam Operum ipſius, a Jod. Badio Pariſiis An. 1524., & a Theod. Petrejo, Car-

(7.) V. de illa Joh. Schefferi *Succiam Literatam p. 9.*

(8.) *in Epiſt. ad Thomam Barthol., Tomo II. Act. Med. Hafn. p. 55. 56. inſerta.*

(9.) *in Supplem. Scr. Eccl.* a Tenzelio laudato, *p.* 108. 643.

(10.) *in Dial. Vernac. Menſtr. M. Febr. A.* 1690. *p.* 159. 160.

Carthusiano Coloniensi, Coloniæ A. 1611. publicatis, perperam adscripta, Monumenta complura BRUNONIS ASTENSIS, Episcopi ex Abbate Benedictino Cassinensi Signiensis, ac Cardinalis, ipsi coævi, ac A. 1125. defuncti. Sunt autem illa sequentia: *Libri VI. Sententiarum, Opuscula item de Laudibus Ecclesiæ, de Ornamentis Ecclesiæ, de Novo Mundo, de Festivitatibus Festivitatum, de Laudibus B. Virginis, de Martyribus, &c.* Vero ista vindicavit Autori Maurus Marchesius, Panormitanus, Monachus Cassinensis Benedictinus, in sua Operum Brunonis Astensis Editione, Tomis II., Venetiis A. 1651. (in fol.) cum Scholiis, impressa. V. Theoph. Raynaudi *Erotemm. de Lib. malis & Bonis* p. 135-139., J. G. Olearii *Abacum* p. 93. 94. 95. Guilh. Cavii *Chartophyl.* p. 232. 233. & *Hist. Lit. Scr. Eccl.* p. 436., Vinc. Placcii *Tr. de Script. Pseudon.* p. 168. Brunonis contra Coloniensis *Commentarium in Epistolas Paulinas* Jos. Simlerus (*in Biblioth. p.* 104.) quanquam dubitabundus, tribuit BRUNONI, ex Duce Carinthiæ Episcopo Herbipolensi, An. 1045. Lapsu ferali Passaviæ exstincto. Quem Errorem ejus ab Oleario etiam (*l. c. p.* 95.) jam video esse observatum.

XXVI. CAROLI MAGNI, Imp. Augustissimi, *Capitulare de non adorandis Imaginibus, contra Constantini VII., Imp. Cpol. & Irenes, Matris ejus, Decretum, Synodumque Nicenam IIdam,* in Concilio Francofordiensi, A. C. 794. compositum, in Libros IV. distinctum, & Hadriano

Pontifici miſſum, a Joh. Tilio, Epiſc. in Galliis Meldenſi, An. 1549. Pariſiis editum, & dein a Melch. Goldaſto, atque aliis, recenſitum aliquoties ac illuſtratum, γνήσιον eſſe, plurimis Veterum, ac Scriptorum Pontificiorum Recentiorum, Teſtimoniis, ἀναντιῤῥήτως demonſtravit; Bellarmini autem, atque Synaſpiſtarum, Argumenta atque Exceptiones contrarias fuſe atque accurate diluit, Joh. Georg. Dorſcheus, Theol. Argent., *in Collatione ad Concilium Francofordienſe*, A. 1649. publicata, *Sect. II.*, *Cap. VI.*, *p.* 40-93. Riſu proinde, vel deteſtatione potius Hominum Cordatorum, digna eſt Cenſura Ant. Poſſevini (*in Præf. T. I. Appar. S.*) & Sixti Senenſis (*in Præf. Biblioth. S.*) inepta atque abſurda, non ab Errore Judicii, Lapſuve Memoriæ, ſed Animi, Præjudiciis Sacris occœcati, malignitate, profecta, qua ANDREAM CAROLSTADIUM, Lutheri in Acad. Witteb. Collegam, ad Fanaticos deinde, ac tandem ac Reformatos, transgreſſum, *Commentum ſuum adverſus Cultores Imaginum, ſub Nomine Caroli M.*, *emiſiſſe*, conjectant. Exploſa eſt illa, uti par erat, a Rob. Coco, *in Præfat. Cenſuræ Scripptt. Vett. Eccl. lit. c.* 1. *a.*

XXVII. CLAUDIANUM ECDICIUM MAMERTUM, Eccleſiæ in Gallia Viennenſis, circa A. 462., Presbyterum, Poëtam Chriſtianum inſignem, ac *Librorum III. de Statu Animæ*, a Caſp. Barthio Cygnææ A. 1655. ſeorſim editorum, & fuſe illuſtratorum, Autorem, Johan. Gotfred. Olearius (*in Abaco Patrol. p.* 107. 108. 109.)

109.) præeuntibus Joh. Savarone, Jac. Sirmondo, Sammarthanis, Barthio ac Labbeo, recte distinguit: 1. a Fratre suo, CLAUDIANO MAMERTO, Archiepiscopo, circa A. 462. Viennensi, Sacrarumque Litaniarum in Galliis Instauratore; 2. a Prædecessore hujus, CLAUDIO, Archiepiscopo itidem, circa A. 312. Viennensi, quem cum nostro confundunt, quotquot Librorum de Anima Autorem Claudium vocant, & Episc. Viennensem fuisse falso perhibent; Cujus etiam Erroris reus videtur ipse Bellarminus, qui, *in Lib. de Scr. Eccl. p.* 148. *Claudianum, Episc. Viennensem*, in Epigraphe, in ipso autem Textu, Presbyterum saltem, appellat; 3. a CLAUDIO CLAUDIANO, Alexandrino, Poeta Gentili Inclyto, Arcadii & Honorii Impp. *συγχρόνῳ*, cui supposita sunt duo in Laudem Christi Carmina Heroica, & unum de Miraculis ejusdem Elegiacum, Nostro, illi *ὁμωνύμῳ*, ex quorundam Sententia, potius vindicanda. V. Andr. Christ. Eschenbachii *Diss. de Poetis Christianis Sacris, c. 2. §. 17. p. 20. 21.*

XXVIII. COLUMBANUM, Lageniensem Hybernum, Cœnobii initio Luxoviensis in Burgundia, & dein Bobiensis in Italia, Fundatorem ac Abbatem, A. 615. teste Jona Monacho, ejus Biographo, defunctum, Poetam Sec. VII. haud obscurum, a Melch. Goldasto, Primo *Regulæ* ejus *Monasticæ* (*in Paraneticis Vett.*) Editore, Thoma item Dempstero & Baronio, confundi cum COLUMBA, sive COLUMBANO Hyberno priore,

re, Pictorum Septentrionalium Sec. VI. Apoſtolo, Cœnobiique Dairmaghenſis in Patria, & alterius in Inſula Jona, Conditore atque Antiſtite, A. C. 597. mortuo, & Adamannum, Monachum Hybernum, Biographum nacto, teſtatur, Frid. Spanhemius Jun. *T. II. Introd. ad Hiſt. S.*, *p.* 642. 643. De Utriusque Vita & Scriptis, Conſ. Guilh. Cavii *Chartophyl. p.* 135. 136. 138. 139. Olearii *Abacum p.* 114. & Balæum, Jac. Waræum, Sammarthanos, aliosque ab iſtis allegatos; de ſolo autem Lagenienſi, Simlerum *p.* 134. & Chr. Daumium, qui Carmina ejus Catonis *Diſtichis Moralibus*, Cygnææ An. 1662. a ſe editis, ſubjunxit, *in Notis ad illa p.* 219.

XXIX. Duo, Seculo III., inclaruiſſe creduntur, & ab Eccleſia Græca pariter atque Romana, in Martyrologiis, celebrantur CYPRIANI, Epiſcopi & Martyres: 1. CÆCILIUS CYPRIANUS, Charthaginenſis, ex Senatore & Rhetore Gentili, Eccleſiæ Patriæ initio, ab A. 247. Presbyter, deinde vero ab A. 248. Epiſcopus, decennio poſt (A. 258.) ſub Gallieni Imperio, decollatus; 2. CYPRIANUS ANTIOCHENUS, Magus & Præſtigiator initio infamis, qui, cum Juſtinam, Virginem Chriſtianam, inſano deperiret amore, nec tamen Artibus Dæmoniacis, potiri illa poſſet, Religionem amplexus eſſe fertur Chriſtianam, &, cum Virgine eadem, Diocletiano imperante, Nicomediæ Martyrium ſuſtinuiſſe. Hujus Hiſtoriam Eudocia olim AUGUSTA, Theodoſii Junioris Conjux, tribus comple-

plexa eſt Libris, Carmine Scriptis Heroico, quorum primus res Juſtinæ, Secundus Vitam Cypriani, magicis Artibus ac Flagitiis infamem, Tertius denique ejusdem Converſionem, & utriusque Martyrium, teſte Photio, in illorum Recenſu (*Cod.* 184.) perſequebatur. Exponit ibidem Photius etiam Argumentum Vetuſtæ Ἐξαγορεύσεως, ſive *Confesſionis ac Pœnitentiæ* hujus Cypriani, Vitæ prioris Flagitia deplorantis, a Greg. Nazianzeno etiam (*in Or.* 18. *de Cypriano Carthag.*) memoratæ, a Gelaſio autem Pontifice, & Concilio Romano, Scriptis annumeratæ Apocryphis. Eudociæ Libri perierunt. Confesſionis autem iſtius, ante Conſtantini M. ætatem, ſe judice, ſcriptæ, ac Latine dein translatæ (Græcus enim Textus intercidit,) Partem, ex Cod. MS. Bodlejano, atque aliis, primus, cum Var. LL. ac Notis, evulgavit, & Cypriani Carthaginenſis *Operibus*, a ſe recognitis ac illuſtratis, Oxoniæque A. 1682. excuſis, adjecit, Johan. Fellus, Epiſc. Oxonienſis. Cyprianum iſtum Antiochenum, ob Homonymiam, cum Carthaginenſi confuderunt, & hunc, pro Mago converſo Juſtinæque Proco & Synathleta, perperam habuerunt Greg. Nazianzenus (*in Or.* 18. *modo allegata,*) Aur. Prudentius (*in Hymno de Pasſione Cypriani Carthag. Libro περὶ ϛεφάνων inſerto, p. m.* 253.) Aldhelmus, Epiſc. Schireburgenſis, (*in Tr. de Laudibus Virginit., T. III. Biblioth. PP. Pariſ. IIdæ, p.* 1041.) Nicephorus Calliſtus (*L.* 5. *H. E. c.* 27.) Simeon Metaphraſtes (*in Vita Cypriani,*) alii-

aliique Veteres, Recentiores item plurimi, his creduli, ſed, ex Pontii Diaconi, qui Vitam Præſulis Carthaginenſis ſcripſit, Hieronymi, aliorumque Antiquiorum, de Hiſtoria ejusdem ex Profeſſo commentatorum, imo Scriptorum ipſius omnium, de Magia ejus, & Amoribus Juſtinæ, ſilentio, facile erroris convincendi. Solius Prudentii Metra adjicio, qui ita (*l. c.*) de Carthaginenſi canit:

Unus erat Juvenum doctisſimus, artibus ſiniſtris,
Fraude pudicitiam perfringere, nil ſacrum putare:
Sæpe etiam Magicum cantamen inire per Sepulchra,
Quo geniale thori jus ſolveret, æſtuante Nupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Chriſtus,
Diſcutit & tenebras de pectore, pellit & furorem,
Implet amore ſui, dat credere, dat pudere facti: &c.

Si Joh. Fellum, *Confesſionis* Editorem, audias, Cyprianus Antiochenus Sanctis accenſendus eſt Chimæricis, totaque de illo Narratio, nihil aliud, quam Cypriani Carthaginenſis Hiſtoria, ſed a Fabulatore aliquo Chriſtiano, ne jejuna nimis ac ſterilis videretur, Figmentis ante recenſitis interpolata. De qua Præſulis Doctiſſimi Conjectura, quam nec improbare, nec approbare, nobis eſt integrum, Cyprianorumque, Carthaginenſis & Antiocheni, Confuſione, ſi plura deſideras, evolve *Acta Erudd. Lipſ.*, *M. Febr. An.* 1683., *p.* 44. 45., & Gu. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl.* *p.* 65. Conf. *Centur.* III. *Magdeb. c.* 10. Frid. Spanhemii Sen. *Diſput.* VIII. *contra Anabapt.* §. 11. Joh. Launoji *Proœmium Diſſert. de Victorino Epiſc.*

&

& Martyre p. 4.), &c. Scriptis etiam Præſulis Carthaginenſis quædam aliorum, ipſi ὁμωνύμων, creduntur eſſe immiſta. *Librum* certe *de Cœna Diſpoſitione* ineptum & fabuloſum ipſe Bellarminus (*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 63. 64.) Cypriani quidem fortaſſe alicujus eſſe, concedit, ſed Carthaginenſi, aut Homini Docto, deberi, inficiatur. E reliquo τῶν ὑποβολιμαίων numero, Chr. Sandius Jun. (*in Tr. de Vett. Scr. Eccl. p.* 80.) nonnulla Autores habere conjectat CYPRIANUM, Presbyterum Afrum, Hieronymi (qui *Explanationem Pſalmi* 89. ei inſcripſit) Coætaneum, aut Cyprianum Diaconum, Gregorio M. coævum, aliosve, his cognomines, *l. c.* recenſitos.

XXX. *Chronicon* DACIO, Epiſcopo, ſub Juſtiniani Imperio, Mediolanenſi, circa A. 553. defuncto, ſuppoſitum, quod Mediolani, in Biblioth. Ambroſiana, ἀνέκδοτον ſupereſt, cum IDACII, Lemicenſis Gallæci, Aquarum Flaviarum Epiſcopi, circa A. 472. mortui, *Chronico*, & ſeorſim, & in Bibliothecis Patrum, edito (de quo infra, *lit. I.* denuo agetur,) a nonnullis confundi teſtatur Chr. Sandius Jun., *in Animadvv. ad Voſſii Libb. de Hiſt. Lat. p.* 21. 22. De Chronici Daciani Νοθεία Conf. G. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 284. & Wilh. Ern. Tenzelii *Diſſ. de Natalitiis Epiſc.*, §. 6. *p.* 7. it. Ejusd. *Diſſ. de Hymno: Te Deum Laudamus*, §. 12. *p.* 18. 19.

XXXI. *Libri*, de quo §. 13. dictum eſt, *Pontificialis*, de Vitis Pontificum Romanorum, qui Anaſtaſio Bibliothecario nunc a plerisque, licet

cet haud totus, adſcribitur, Autorem eſſe DAMASUM Hiſpanum, Eccleſiæ Romanæ, ab A. 366. ad Emortualem 384. Epiſcopum, multi Seculo ſuperiore, cum Mart. Polono, Bapt. Piatina & Joh. Trithemio, crediderunt. Alii autem, cum obſervarent, ab Hieronymo, Damaſi Familiari, *in Catal. Scr. Eccl.* Poemata tantum ejus, neutiquam autem Scriptum hoc Hiſtoricum, memorari, DAMASO illud, Epiſcopo Portuenſi, cum Alph. Ciacconio, Baronio, Bellarmino, Joſ. Maria Suareſio, &, qui hos allegat, Lud. Jacobo (11.) Joh. item Papyrio Maſſono (quem Olearius (12.) laudat,) tribuere maluerunt. Sed falli & hos, & iſtos, nemo hodie dubitat.

XXXII. DONATUM, Seculi IV. Hæreſiarcham, cum NOVATO, Seculi III. Errone, ab Honorio Auguſtodunenſi, & Sequacibus, ob nominum haud dubie Affinitatem, confundi, dum illi tribuunt, quæ de hoc ab Euſebio (*L.* 6. *H. E. c.* 43. *ac* 44.) & Hieronymo (*in Catal.*) narrantur, obſervat Joh. Hülſemannus, *in Patrol. c.* 4. *p.* 1027.

XXXIII. DURANDUS a S. PORTIANO, Arvernus, *Doctor* Ord. Præd., inter Scholaſticos, *Reſolutisſimus*, Epiſcopus primo Anicienſis, deinde Meldenſis, An. 1333. mortuus, ſæpius, obſervantibus Henr. Whartono (13.) & Joh. Gotfr.

(11.) *P. I. Biblioth. Pontif. p.* 59. *& ſqq.*

(12.) *in Abaco p.* 129. Conf. Caſp. Sagittarii *Introd. in H. E. p.* 651.

(13.) *in Append. ad Guilh. Cavii Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 14.

Gotfr. Oleario (14.) inepte confunditur: 1. cum DURANDO, Epiſcopo ab A. 1021. Leodicenſi, cujus, *in Biblioth. BP. Noviſſ. Lugd.*, *T. XVIII.*, occurrit *Liber de Corpore & Sanguine Chriſti, adverſus Berengarium*; 2. cum DURANDO, Abbate, circa A. 1156., in Neuſtria, Troarnenſi, cujus Scriptum de Euchariſtia, itidem AntiBerengarianum, Lucas Dacherius, cum Lanfranci Operibus, edidit; 3. cum GUILHELMO DURANTO Seniore, Vaſcone, ex Palatii Apoſtolici Auditore Generali, & Decano Carnotenſi, Epiſcopo, ab A. 1286. ad Emortualem 1296. Mimatenſi, quem a *Speculo Juris*, quod una cum *Rationali Divinorum Officinorum*, *Repertorio Juris*, aliisque Scriptis, elucubravit, *Speculatorem* vulgo appellant, & Abr. Bzovius, aliique, cum Durando noſtro, teſtibus Sammarthanis (*T. III. Gall. Chriſt. p.* 703. 731.) confuderunt. Nepotem is habuit, ac Succeſſorem Cognominem, GUILH. ſc. DURANTUM Juniorem, Epiſcopum itidem Mimatenſem, circa A. 1328. vivis ereptum, qui Concilio Viennenſi A. 1311. interfuit, & in eo Libellum ſcripſit *de Reformatione Eccleſiæ, ac Modo celebrandi Generalis Concilii*, a Phil. Probo, JCto Bituricenſi, ſub nomine Guilh. Duranti Senioris, ſive Speculatoris, Pariſiis A. 1545. primum editum, ſed in Editt. ſequentibus, ibidem A. 1635. & 1671. excuſis, vero Autori reſtitutum. V. Guilh. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 517. Henr. Whartoni *Appendi-*

cem

(14.) *in Abaco p.* 144. 192.

cet haud totus, adſcribitur, Autorem eſſe DAMASUM Hiſpanum, Eccleſiæ Romanæ, ab A. 366. ad Emortualem 384. Epiſcopum, multi Seculo ſuperiore, cum Mart. Polono, Bapt. Platina & Joh. Trithemio, crediderunt. Alii autem, cum obſervarent, ab Hieronymo, Damaſi Familiari, *in Catal. Scr. Eccl.* Poemata tantum ejus, neutiquam autem Scriptum hoc Hiſtoricum, memorari, DAMASO illud, Epiſcopo Portuenſi, cum Alph. Ciacconio, Baronio, Bellarmino, Joſ. Maria Suareſio, &, qui hos allegat, Lud. Jacobo (11.) Joh. item Papyrio Maſſono (quem Olearius (12.) laudat,) tribuere maluerunt. Sed falli & hos, & iſtos, nemo hodie dubitat.

XXXII. DONATUM, Seculi IV. Hæreſiarcham, cum NOVATO, Seculi III. Errone, ab Honorio Auguſtodunenſi, & Sequacibus, ob nominum haud dubie Affinitatem, confundi, dum illi tribuunt, quæ de hoc ab Euſebio (*L. 6. H. E. c. 43. ac 44.*) & Hieronymo (*in Catal.*) narrantur, obſervat Joh. Hülſemannus, *in Patrol. c. 4. p.* 1027.

XXXIII. DURANDUS a S. PORTIANO, Arvernus, *Doctor* Ord. Præd., inter Scholaſticos, *Reſolutisſimus*, Epiſcopus primo Anicienſis, deinde Meldenſis, An. 1333. mortuus, ſæpius, obſervantibus Henr. Whartono (13.) & Joh. Gotfr.

(11.) *P. I. Biblioth. Pontif. p. 59. & ſqq.*

(12.) *in Abaco p.* 129. Conf. Caſp. Sagittarii *Introd. in H. E. p.* 651.

(13.) *in Append. ad Guilh. Cavii Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 14.

Gotfr. Oleario (14.) inepte confunditur: 1. cum DURANDO, Episcopo ab A. 1021. Leodicensi, cujus, *in Biblioth. PP. Noviss. Lugd.*, *T. XVIII.*, occurrit *Liber de Corpore & Sanguine Christi, adversus Berengarium*; 2. cum DURANDO, Abbate, circa A. 1156., in Neustria, Troarnensi, cujus Scriptum de Eucharistia, itidem AntiBerengarianum, Lucas Dacherius, cum Lanfranci Operibus, edidit; 3. cum GUILHELMO DURANTO Seniore, Vascone, ex Palatii Apostolici Auditore Generali, & Decano Carnotensi, Episcopo, ab A. 1286. ad Emortualem 1296. Mimatensi, quem a *Speculo Juris*, quod una cum *Rationali Divinorum Officinorum*, *Repertorio Juris*, aliisque Scriptis, elucubravit, *Speculatorem* vulgo appellant, & Abr. Bzovius, aliique, cum Durando nostro, testibus Sammarthanis (*T. III. Gall. Christ. p.* 703. 731.) confuderunt. Nepotem is habuit, ac Successorem Cognominem, GUILH. sc. DURANTUM Juniorem, Episcopum itidem Mimatensem, circa A. 1328. vivis ereptum, qui Concilio Viennensi A. 1311. interfuit, & in eo Libellum scripsit *de Reformatione Ecclesiæ, ac Modo celebrandi Generalis Concilii*, a Phil. Probo, JCto Bituricensi, sub nomine Guilh. Duranti Senioris, sive Speculatoris, Parisiis A. 1545. primum editum, sed in Editt. sequentibus, ibidem A. 1635. & 1671. excusis, vero Autori restitutum. V. Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 517. Henr. Whartoni *Appendicem*

(14.) *in Abaco p.* 144. 192.

cem ad illam p. 10. & Jac. Phil. Tomaſini, (quem Cavius allegat) *MSta Bibliothecarum Patavinarum p.* 14. Simlerus (*in Biblioth. p.* 176.) *Tractatum* ejus *de Concilio celebrando* perperam Durando a S. Portiano tribuit.

XXXIV. ELFRICUM, ſive ALFRICUM CANTUARIENSEM, Monachum initio Abendonienſem, deinde autem Siricii, tum in Epiſcopatu Wiltonienſi, tum A. 995. in Archiepiſcopatu Cantuarienſi, Succeſſorem, 16. Kalend. Dec. A. 1005. vel 1006. defunctum, falſo a Joh. Balæo, J. Pitſeo, Joſ. Simlero, ac aliis, imo olim etiam a ſeipſo, eundem eſſe creditum, cum ELFRICO GRAMMATICO, Ethelwodi, Epiſc. Wintonienſis, Diſcipulo, Abbate ab An. 1005. Wintonienſi, Archiepiſcopo autem, ab An. 1023. ad Fatalem 1051. Eboracenſi, Scriptis plurimis, Sacris pariter atque Grammaticis, (quæ, tum ipſe, tum Simlerus *p.* 26. enumerant,) de Eccleſia AngloSaxonica præclare merito oſtendit Henr. Whartonus, in *Diſſ.* peculiari *de Elfrico Cantuarienſi, Tomo I. Angliæ Sacræ* A. 1691. inſerta. V. Excerpta ejus fuſiora, *in Actis Erudd. Lipſ. T. II. Supplemm. Sect. III. p.* 109. 110.

XXXV. ERIMBERTUS Presbyter, Gauderti ex Sorore Nepos, quem Ansgarius, Archiep. Hamburg., ex Suecia A. 862. iterum diſcedens, Regni illius Chriſtianis (teſte Remberto *in Vita Ansgarii, Cap.* 25.) reliquit Antiſtitem, ac Templo Bircenſi præfecit, a Joh. Meſſenio (*in Chronica Epiſcc. Sueciæ c.* 2. *p.* 6.) perperam

vocatur RIMBERTUS, & ita, vel cum REMBERTO, Ansgarii Biographo, & in Archiepiscopatu Successore, vel cum RIMBERTO Dano, Suecorum Episcopo, ab Ansgario, paulo ante obitum, eodem ablegato, consunditur. Suecicus Vitæ Ansgarii Rembertinæ Interpres, Nicolaus, Episc. Lincopensis, eundem vocat HERIBERTUM, & hoc Sphalmate multis dedit Occasionem Erroris, quo Erimbertum, Bircæ, & in vicinia, triennio saltem unico, commoratum, istoque exacto in Galliam reversum, Gothiam autem nunquam ingressum, haud diversum esse putarunt ab HERBERTO, primo Ecclesiæ Lincopiensis in Gothia Episcopo. V. Claud. Arrhenii *Excerpta ad Vitam Ansgarii geminam p. 268. & Hist. Eccl. Sueo-Goth. L. 1. cap. 16. p. 47. 48. 49. & c. 20. p. 62-65.*

XXXVI. Duos, Sec. V. & VI., in Galliis, inclaruisse, & Ecclesiæ Lugdunensis Archiepiscopatu esse functos, EUCHERIOS, a multis, & ipso etiam Baronio (*T. III. Annal.*) atque hunc secuto Bellarmino (*in L. de Scr. Eccl. p. 147.*) confusos, post Vossium (*L. 2. de Hist. Lat. c. 17. p. 227. 228.*) Theoph. Raynaudum (*in Indiculo SS. Lugdunensium p. 227. & sqq.*) Sammarthanos (*T. I. Gall. Christ. p. 294.*) & Phil. Labbeum (*T. I. Dissert. de Scr. Eccl. p. 292. sqq.*) haud ita pridem J. Gotfr. Olearius (*in Abaco p. 152. 153.*) & Guilh. Cavius (*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 238.*) recte inculcarunt. Quorum Sententiam an Argumentis sit impugnaturus solidis Josephus

An-

Antelmius, Forojulienſis, in *Vindiciis pro unico Eucherio, Epiſcopo Lugdunenſi*, A. 1693. *in Disquiſ. de Symbolo Athanaſiano*, promiſſis (15.) dies docebit. Primus horum, ex Senatore, & dein Monacho Lerinenſi, Presbyteroque Urbis Lugdunenſis, ejusdem, An. circiter 434. factus Archiepiſcopus, ac A. 454. defunctus, a Gennadio, Sidonio, Claud. Mamerto, & aliis, laudatur. Alter, Præſul itidem Lugdunenſis, in Vita Cæſarii Arelatenſis, & *Martyrologio* Adonis, memoratus, Concilio Arelatenſi IVto A. 524. & Arauſicano IIdo A. 529. interfuit ac ſubſcripſit. Juniori huic *Hiſtoriam Paſſionis S. Mauritii, & Sociorum Legionis Thebææ Martyrum*, a Sigeberto Gemblac. (*in Catal. c.* 159.) memoratam, ac Seniori a plerisque, imo & ipſo Voſſio (*l. c.*) tributam, editam autem, tum *in Vitis SS.* Surianis, (*ad d.* 22. *Sept.*) tum ſeorſim Ingolſtadii A. 1617. cum Notis, a Pet. Stevartio, Labbeus, Cavius & Olearius, locis paulo ante allegatis, cum B. Sigismundi Regis Martyris, qui An. 524. occubuit, in ea occurrat Mentio, non immerito vindicant. De Homiliis Eucherii Senioris, Euſebio Emeſeno ſuppoſitis, *Cap. præced.* §. 28. nonnulla diximus.

XXXVII. FLORO MAGISTRO, Eccleſiæ Lugdunenſis circa A. 848. Diacono, Poemata, quæ ſub DREPANII FLORI, Poetæ circa An. 650. Galli, nomine, *in Bibliothecis Patrum*, ſunt edita, vindicavit Ludov. Elias du Pin, *Tomo VII. Nova*

(15.) *V. Acta Erudd. Lipſ. M. Sept. A.* 1695. *p.* 419.

Nova Anti. Eccl. Bibliotheca, Anno hoc 1696. Parisiis excuso, tum, quod ejusdem sint genii, cum illis, quæ, sub Flori Lugdunensis Nomine, Joh. Mabillonius *T. II. Analectorum* publicavit, tum quod duo inter illa occurrant, ad Moduinum, Episc. Augustodunensem, & Wulfinum, Seculo IX. celebres, scripta. V. *Acta Erudd. Lips., M. Jan. A.* 1696. *p.* 39. Eadem jam ante Sententia placuit Joh. Savaroni, And. Rivino, illorum Editori, & Joh. Gotfrido Oleario, hos secuto (*in Abaco p.* 142.) duos hosce unum eundemque esse Scriptorem, persuasis, sed invito Guilh. Cavii *Chartophylace*, eos (*p.* 156. & 187.) distinguente. *Martyrologii* contra Scriptorem, non hunc Florum Magistrum, sed alterum, toto pene Seculo antiquiorem, esse, Idem Cavius (*p.* 187.) inculcat. Vossius (*L.* 2. *de Hist. Lat. c.* 31. *p.* 296. & *c.* 36. *p.* 322.) circa Martyrologum, anceps fluctuat, imo sibi ipsi, observante Chr. Sandio, contradicit.

XXXVIII. Sermonem de Miraculis Marcelli, Episc. Parisiensis, qui VENANTIO FORTUNATO, Tarvisino, Presbytero initio, & dein Episcopo Pictaviensi, circa A. 600. etiamnum superstiti, vulgo tribuitur, Gerh. du Bois, *in Historia Ecclesiæ Parisiensis* (*L.* 1. *c.* 8.) Claudium Castellanum, Canonicum Parisiensem, secutus, alteri vindicat FORTUNATO, cujus in IV. Martyrologiis MSS. Ecclesiæ Parisiensis, ad XIV. Kal. Jul. & Johan. Molani *Additionibus ad Usuardum*, mentio injiciatur. V. *Acta Erudd.*

Digitized by Google

Lipſ. T. II. Supplemm., Sect. III. p. 116. Ant. Poſſevinum, qui Vitam Hilarii Pictavienſis, a Venantio Fortunato deſcriptam, in *Apparatu Sacro*, FORTUNATIANO Presbytero, in Epiſcopatu eidem Hilario, uti ait, ſubrogato, deberi falſo credidit, caſtigat Andr. Rivetus, *in Specim. Crit. S., Lib.* 3. *c.* 12., *p.* 299.

XXXIX. FULGENTIO Afro, Epiſcopo in Provincia Byzacena Ruſpenſi, A. 529. vel 533. mortuo, *Mythologiarum Libri III.* falſo adſcribuntur, in Cod. MSto Baſileenſi (qui Epiſcop. illum Carthaginenſem perperam appellat,) Editionibus item iſtorum, Auguſtana (An. 1521. cum Comm. Jac. Locheri Philomuſi publicata,) Pariſienſi, duabusque Seculi Superioris Baſileenſibus, Simlero memoratis, imo ab ipſo etiam Simlero (*in Biblioth. p.* 212.) & Sigeberto Gemblacenſi (*in Lib. de Vir. Illuſtr. c.* 28.) ut alios, horum Autoritate ſeductos, taceam. Vero illos Autori FABIO FULGENTIO PLACIADÆ, Grammatico Chriſtiano, ex Cod. MSto Gemblacenſi, reſtituit Joh. Molanus, applaudentibus And. Riveto, *in Spec. Crit. S. L.* 4. *c.* 25. *p.* 471. G. J. Voſſio, *L.* 4. *Inſtitt. Rhet. c.* 11. *p.* 198. J. H. Hottingero *in Pentade, Diſſ. II. p.* 89. *& in Biblioth. Quadrip. L.* 3. *c.* 4. *p.* 305. Joh. Hülſemanno *in Patrol. c.* 6. *p.* 1092. Gerh. Meiero *Lib.* 1. *Bibl. Theol. Contr. p.* 62. Vinc. Placcio *in Tr. de Script. Pſeudon. p.* 197. & Guilh. Cavio *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 274.

XL. GALFRIDOS duos Phil. Labbeus confudit,

ſudit, a Th. Reineſio A. 1658. (*in Epiſt.* 79. *ad Chr. Daumium p.* 203.) hiſce Verbis notatus: *Galfridum de Vino Salvo quod ignorarit Labbeus, admiror. Refert enim Carmen M. Gualfredi de quinque Partibus Rhetoricæ Facultatis, Invent. Diſpoſ. Eloc., Memor. & Pronunc., quo Titulo eſt in Cod. Naudai, ad Galfredum Grammaticum, qui vixit circa A.* 1149. *laudaturque a Balao Cent.* 8. *n.* 56. *immani Metachroniſmo.* Conf. de utroque Galfredo Simleri *Biblioth. p.* 214. 215. Qui tamen, circa Ætatem illorum, a Reineſio abit diverſus, &, ex Balæo, Galfredum Vineſauf, Normannis in Anglia natum Parentibus, Anno 1199. Grammaticum autem, Natione Anglum, A. 1490. claruisſe, teſtatur. Balæus ipſe, ad quem uterque provocat, jam non eſt ad manum.

XLI. Sermonis varios, qui, in *Bibliothecis Patrum*, ſub GAUDENTII, Philaſtrii in Epiſcopatu Brixienſi Succeſſoris, Ambroſio συγχρόνε, A. 410., juxta Cavium, A. 427. autem, juxta Ferd. Ughellum & Olearium, defuncti, Nomine, ſunt excuſi, Gaudentii alterius, longe recentioris eſſe commenta, ex Stylo, & Rituum, ævo ipſius inferiorum, Mentione, colligit Joh. Hülſemannus, *in Patrol. c.* 4. *p.* 1052. quem conſule.

XLII. *Liber de duabus in Chriſto Naturis, contra Eutychen & Neſtorium*, qui, ſub GELASII I. Afri, Pontificis, ab An. 492. ad Emortualem 496., Romani, nomine, circumfertur, & Argumentum, a Similitudine Unionis Panis ac Cor-

poris Chriſti Sacramentalis, ad defendendam, contra Eutychianos, Unionem duarum in Chriſto Naturarum Hypoſtaticam, mutuatus, *Panis & Vini Naturam in Euchariſtia remanere*, affirmat, atque ita Transſubſtantiationi e Diametro adverſatur, Eccleſiæ Pontificiæ Promachis hanc ob cauſam valde eſt inviſus, &, ne tantæ Autoritatis Pontifici contraria docere videantur, a plerisque ipſi abjudicatur, & Gelaſio alteri ὁμωνύμῳ tribuitur. Concedunt illi quidem, Gelaſium Romanum *Libros V. contra Eutychen & Neſtorium*, a Gennadio & Anaſtaſio Bibliothecario memoratos, ſcripſiſſe, ſed dudum illos cenſent periiſſe, ac diverſiſſimos fuiſſe ab Unico, qui hodie ſupereſt, ejusdem Argumenti, de cujus vero Parente valde diſſentiunt. Joſephus Pamphilus, Epiſc. Signinus, qui (*in Chron. Auguſtiniano p. 22.*) Johanni Papæ illos, teſte Lud. Jacobo (16.) adſcripſit, nullos invenit Aſſeclas. Nec majorem obtinuit Applauſum Conjectura Suffridi Petri, qui Gennadio illum Maſſilienſi deberi, hujusque Nomen, Librariorum Incuria, in Affine Gelaſii, degeneraſſe, in *Præfat. ad Gennadii Librum de Scr. Eccleſ.* credidit, a Bellarmino (*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 158.) & Poſſevino, ob Gennadii ipſius de eo, in Scriptorum ſuorum Recenſu, ſilentium, merito rejecta. Plures invenerunt Aſſeclas, qui, in Gelaſii Romani Locum, alium, ipſi cognominem, uti dictum, ſubſtituerunt. Hos inter, pro GELASIO, Epiſco-

(16.) *P. I. Bibliotheca Pontificia p. 75-78.*

ſcopo in Palæſtina, ab A. circiter 380., Cæſarienſi, quem Hieronymus, ejus Coætaneus, *quædam accurati limatique Sermonis ſcripſiſſe, ſed celasſe, in Catalogo* teſtatur, cujusque *Librum contra Anomæos* (i. e. Arianos, Filio Subſtantiam, Patris Subſtantiæ diſſimilem tribuentes) Photius in *Biblioth.* (*Cod.* 102.) memoravit, militant Melch. Canus (*L.* 6. *LLCC. Theol. c.* 8.) Ant. Poſſevinus (*in Appar. S.*) Andr. Schottus, Photii Interpres, (Anomæos iſtos non alios eſſe, quam Eutychis Sectatores, Chriſto ſubſtantiam, Humanæ diſſimilem, affingentes, argute quidem, ſed absque Veterum, a quibus Hæretici hi nunquam iſto deſignantur Nomine Suffragio conjectans, & a Riveto (17.) accurate atque fuſe refutatus,) Franc. item, niſi fallor, Svarezius, & Greg. de Valentia, a Guilh. Cavio (18.) allegati. Sed & horum Sententia, eo quod Cæſarienſis iſte Eutyche fuerit antiquior, &, ante Hæreſin ejus exortam, jam obiiſſe videatur, exploditur a Cæſ. Baronio (*T. IV. Annal. Eccl., ad A.* 496.) & Rob. Bellarmino (*l. c. p.* 157. 158. 159.) in GELASIUM CYZICENUM, ejusdem Eccleſiæ in Palæſtina Cæſarienſis, circa A. 476. Præſulem, Hiſtoriæque Actorum Synodi Nicenæ Scriptorem, Pronioribus, & 5. Argumentis, ſed haud magni ponderis, Libram hunc illi vindicare allaborantibus. Ὁμόψηφοι duobus hiſce Patribus Purpuratis ſunt, inter i-

(17.) *in Specim. Crit. S. L.* 4. *c.* 26. *p.* 473. 474.
(18.) *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 265.

Digitized by Google

pſos Proteſtantes, Gerh. Meierus (*Lib. 1. Bibl. Theol. Contr. c. 5. p. 51.*) & Vinc. Placcius (*in Tr. de Scriptt. Pſeudon. p.* 198. 199.) ad And. Rivetum, tanquam ejusdem Sententiæ Patronum cum Gelaſio is Romano, uti mox dicetur, faveat, incaſſum, verius autem ad Theoph. Raynaudum, Jeſuitam, ejusque *Erotemata de Libb. Malis ac Bonis* (*p.* 140.) provocans. Verum enimvero, omnes iſtas Conjecturas, hactenus recenſitas, a ſcopo aberrare, Fœtumque Controverſum Gelaſium Romanum, cujus nomen præfert, revera agnoſcere Parentem, Teſtimoniis Fulgentii Ruſpenſis(*in Resp. ad Ferrandi Qq.*) Gennadii (*in Lib. de Vir. Illuſtr.*) Johannis II., Pont. Rom. (*in Epiſt. ad Avienum*,) Anaſtaſii Bibliothecarii (*in Vita Gelaſii*,) & Honorii Auguſtodunenſis (*in Lib. de Luminaribus Eccleſiæ*,) aliisque Argumentis, ſatis dextre evicerunt, Baroniique, Bellarmini, Schotti & Poſſevini, Rationes & Exceptiones contrarias refutarunt, Edm. Albertinus (*in Opere de Euchariſtia*) And. Rivetus (*l. c. L. 4. c. 26. p.* 472-475.) Joh. Forbeſius (*L. 11. Inſtruct. Hiſtorico.Theol. c.* 16.) Joh. Hülſemannns(*in Patrol. c. 4. p.* 1046. 1047.) Gu. Cavius (*in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 260. 265. *& in Cartophyl. p.* 119.) imo, ex ipſius Partis Adverſæ Patrologis, Phil. Labbeus (*T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p.* 342.) & Lud. Elias du Pin (*T. IV. Bibliothec. Antt. Eccleſ. p.* 269.) Calculum his ſuum adjiciunt Joh. Simlerus, Libri (inter *Veterum de Una perſona, & duabus Naturis J. C.* Scripta Ti-

gu-

guri An. 1571. junctim publicata) Editor, Joh. Henr. Hottingerus (*in Biblioth. Quadrip. L. 3. c. 4. p. 304., & in Pentade, Diss. II. p. 89. 90.*) Joh. Vorstius (*L. 2. Dissert. Sacr. c. 2. p. 26.*) & Frid. Spanhemius Junior (*T. I. Introd. ad Hist. S. p. 466.*) ex Scriptoribus item Romano-Catholicis, Margar. Bignæus (*T. IV. Biblioth. PP. Paris. IIda,* cui Lib. hunc inseruit,) Lud. Jacobus (*l. c.*) & Quatuorviri, quos Vorstius & Spanhemius allegant, Celeberrimi, Henr. Spondanus, Aub. Miræus, Jac. Sirmondus ac Dion. Petavius. Audaciam Ant. Possevini, qui simili conjectandi Licentia, Gelasii Romani *Epistolas adversus Petrum & Acatium*, Hypothesibus suis Sacris parum congruas, Gelasio Cæsariensi, post Jos. Simlerum dubitabundum (*in Biblioth. p. 221.*) vindicare, *in Apparatu Sacro*, est conatus, castigavit, & Testimoniis Gennadii, atque aliorum, Romano has asseruit Johan. Hulsemannus (*l. c.*)

XLIII. Quanto Animorum Fervore, hoc Seculo, inter Monachos Ord. Benedictini, aliosque Scriptores Pontificios, sit disceptatum de Vero Autore *Librorum IV. de Imitatione Christi*, THOMÆ MALLEOLO a KEMPIS, Canonico Regulari Ord. Aug. Windeshemensi prope Zwollam, A. 1471. defuncto, vulgo hactenus attributorum, nemo Eruditorum ignorat, &, præter Gabr. Naudæum, *in Bibliotheca Kempensi*, data opera id unum agentem, Theoph. Raynaudus (*in Erotem. de Bonis & Malis Libris,*

P. I. Erot. 10. *p.* 144. 145.) ac Vinc. Placcius (*in Tr. de Scr. Pſeudon. p.* 199. 200.) Promachique Factionis utriusque, ab iſtis allegati, ignaros docebunt. Benedictini, & Joh. Launoyus, Theol. Pariſienſis Doctisſimus (*in Judicio de Autore Libb. de Imitat. Chriſti*, Pariſiis An. 1650. edito, Annoque ſequ., per Gabr. Naudæum, *in Velitationibus Kempenſibus, impugnato,*) in Thomæ a Kempis, illorum, ex Sententia ſua, tantum Deſcriptoris, locum ſubſtituere, ſed fruſtra, voluerunt JOH. de GERSEN, vel GESSEN, Abbatem ab A. 1220. ad 1245. Benedictinum Vercellenſem, Scriptorem obſcurum, &, ſi a Codicibus, quos hi pro ſua allegabant ſententia, MStis diſcedas, vix ulli memoratum. Hæc ejus obſcuritas, & Nominum ipſius atque JOHANNIS GERSONIS, ſive CHARLERII, Cancellarii Acad. Pariſienſis, ad A. usque Emortualem 1429. longe Celeberrimi, ingens ſimilitudo, nonnullis, ita impoſuerunt, ut Theologo iſti Pariſino Opuſculum controverſum, ſed absque Chori Literarii applauſu, vindicarent. Confuſionis certe Homonymorum eos accuſant Fr. Spanhemius Jun. (*in Summa H. E. p.* 830.) & Henr. Whartonus (*in Append. ad G. Cavii Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 90.) invitis licet Vinc. Placcio (*l. c.*) & Joh. Alb. Fabro (*in Decade Decadum n.* 33.) quibus ambo pro uno eodemque Scriptore habendi, ac perperam a Raynaudo diſtincti eſſe, videntur.

XLIV. De GREGORIORUM, qui Eccleſiis orna-

ornamento fuerunt Orientalibus, multiplici Confusione, *Cap. praced.* §. 34. jam diximus, ac simul GREGORII BÆTICI, Scriptoris Sec. IV. Latini, *Librum de Fide, contra Arianos*, GREGORIO NAZIANZENO, Doctori inter Græcos coævo, perperam a nonnullis fuisse adscriptum, observavimus. Bætico hoc longe celebrior est GREGORIUS I., sive MAGNUS, Romanus, ex Urbis Patriæ Præfecto, Monachus S. Equitii, ac Diaconus, tandemque, ab A. 590. ad Emortualem 604. Summus Pontifex, cui Scripta Successorum ὁμωνύμων complura, Ævo sequiori, sunt supposita. Circumferuntur, sub nomine ejus, *Dialogorum, de Miraculis Sanctorum sui temporis, cum Petro Diacono, Libri IV.* quorum νοθείαν, ex Styli, Gregoriano dissimillimi, Sordibus, Fabularum nugacissima multitudine, & Doctrina illorum de Igne Inferni Corporeo, *Moralibus in Jobum* (quæ *Lib.* 15. *c.* 14. incorporeum eundem esse affirmant) contraria, evincere Rob. Cocus (19.) allaboravit. His moti rationibus, Libros istos (de quorum Editionibus, Versionibus, atque Exegetis plurimis, Lud. Jacobus (20.) est consulendus) GREGORIO II., Pontifici itidem ab A. 714. ad A. 731. Romano, deberi, Eruditorum haud pauci conjectant, &, hos inter, imprimis Dan. Chamierus (*T. III. Panstrat. L.* 26. *c.* 10. §. 31.) Johan. Gerhardus *in Patrol. p.* 479.) And. Rivetus (*in Spec.*

(19.) *in Censura p.* 413. 414-419.
(20.) *P. I. Biblioth. Pontificia, in Gregorio I., p.* 80-88.

Crit. S. L. 4. c. 29. p. 495.) Johan. Georg. Dorſcheus, Rivetum, ſine ulla illius mentione, exſcribens (*P. I. Theol. Zachar. p.* 112. 113.) Joh. Hulſemannus, ſua Riveto itidem debens (*in Patrol. c. 7. p.* 1097.) Joh. Henr. Hottingerus (*in Pentade, Diſſ. II. p.* 91.) Thom. Stegerus, Theol. Lipſ. (*in Diſſ. Inaug. de Ortu & Progr. Cultûs Reliquiarum* §. 2.) Vinc. Placcius (*in Tr. de Scr. Pſeudon. p.* 203.) Frid. Spanhemius Jun. (*T. I. Introd. ad Hiſt. S. p.* 563.) imo Mart. etiam Chemnitius (quem ab Ad. Tribbechovio allegari (21.) video,) cœteris omnibus antiquior (*in Exam. Conc. Trid., P. III., de Purgatorio, p.* 181.) Ex Pontificiis, Ant. Poſſevinus (*T. I. Appar. S. p.* 663.) Viros quosdam perdoctos in eadem fuiſſe Sententia, fatetur, Sixtus autem Senenſis, Hulſemanno teſte, Gregorione Imo, an IIdo, Dialogi hi ſint tribuendi, dubitat. Conjecturæ illi ſuæ fidem conciliare conantur, tum e Georg. Cedreno, qui, *in Annalibus* (*ad Ann. X. Leonis Imp. p.* 375.) Gregorium II., a Græcis, ob Lucubrationes ſuas, *Dialogum* eſſe cognominatum, teſtatur, tum e Photio, quo (*Cod.* 252.) narrante, Zacharias, Gregorii Succeſſor (ſucceſſit autem ille non Gregorio I., ſed IIdo & IIIio,) Dialogos in Græcum tranſtulit Sermonem. Sed e Photii quidem loco, uti a Voſſio (*L. 2. de Hiſt. Lat. c.* 23. *p.* 258.) & Tribbechovio (*l. c.*) jam eſt monitum, parum ſibi hæc Sententia polliceri poteſt præſidii, cum is Zachariam Succeſſorem quidem

(21.) *in Tr. de Doctoribus Scholaſticis, c. 6. p.* 124.

dem GREGORII vocet, ſed non immediatum, imo inter utriusque Ævum Annos 165. interceſſiſſe affirmet. Ad Cedreni autem, Hiſtorici Nugacis ac Fabuloſi, Teſtimonium, Baronius (*T. IX. Annal.*) & Fronto Ducæus, *Epiſtolarum* GREGORII II. *de Imaginibus* Editor, Riveto teſte, regerunt, GRÆCOS confuſione GREGORII I. & II. peccaſſe, iſtaque deceptos, huic *Dialogi* agnomen perperam impoſuiſſe. Fuiſſe etiam, qui GREGORIUM III., Syrum, IIdi in Pontificatu ab A. 731. Succeſſorem, A. 741. defunctum, Dialogis hiſce aſſignarent Autorem, Voſſius (*l. c.*) nec Nomina illorum, nec Argumenta, indicans, perhibet. Mihi Viri ejusdem Doctiſſimi (*l. c. p.* 257. 258. 259. *& in Theſibus Theol. Diſp. VI. p.* 102.) Sententia, a GUILH. Cavio (*in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 304. 305.) poſt Recenſum Argumentorum, quibus γνησιότης Dialogorum controverſorum & impugnari ſolet, & defendi, prolixum, approbata, arridet, iſtique a GREGORIO M. quidem videntur ſcripti, ſed a Monachis ævi inferioris paſſim aucti atque interpolati. Potiori Jure GREGORIO, quem paulo ante laudavimus, TERTIO, *Epiſtola ad Auguſtinum, Anglorum Epiſcopum*, & Concilium, de Gradibus circa Matrimonium Prohibitis, Romanum, GREGORIO I., in Antiquioribus aliquot Conciliorum Editionibus, ac Lud. Jacobi a S. Carolo *Biblioth. Pontificia* (*l. c.*) perperam afficta, vindicantur ab And. Riveto (*l. c. p.* 496.) Rob. Coco *in Cenſura* (*p.* 412. 413.) Joh. Henr. Hottingero (*in Pentade, Diſſ.*

Diſſ. II. p. 91.) Joh. Hülſemanno (*in Patrol. c.* 7. *p.* 1097.) & V. Placcio (*l. c. p.* 203.) imo a Baronio atque Bellarmino(*L.* 4. *de Pont. Rom. c.* 12.) cum Anni Imperatorum, utrique adjecti, non hujus, ſed illius, ævo congruant. Nec improbabilis illorum eſt Sententia, qui *Explanationem in VII. Pſalmos Pœnitentiales*, inter Opera GREGORII M., in omnibus fere illorum Editionibus, relatam, tum ob alia Νοθείας Indicia, a Robert. Coco (*l. c. p.* 408. 409.) collecta, tum ob plurima, ad Henrici IV. Imp. ævum ſpectantia GREGORIO VII. Pontificum imperioſiſſimo atque ambitioſiſſimo, An. 1085. defuncto, cum Lud. Maimburgio ExJeſuita (*in Hiſtoria Pontificatus Gregorii M.*, Gallice A. 1686. edita, *Lib.* 2. (22.) & aliis, a Guilh. Cavio (*in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 304.) laudatis, cenſent adſcribendam. *Liturgiam*, Gregorio II. adſcriptam, &, ex Sermone Arabico, a Victorio Scialac, Maronita, Lat. verſam, Græce autem Conſtantinopoli, in Bibliotheca Patriarchali, teſte Verdierio, ſuperſtitem, Lud. Jacobus, *in Biblioth. Pontificia* (*P. I. p.* 88. 89.) memorat, ſed non eſſe certum agnoſcit, an hujus, an alterius ſit Gregorii.

XLV. Ἀβλεψίαν illorum, qui GUIDONEM GROSSUM, ſive FALCODIUM, ex Epiſc. Podienſi & Narbonenſi Papam tandem, aſſumpto CLEMENTIS IV. Nomine, ab A. 1265. ad Emortualem 1268., Romanum, cum GUIDONE PAPA, JCto Galliæ, ab An. 1427. ad A. 1483. eximio, ac

(22.) *V. Acta Erud. Lipſ. M. Jul. A. 1686. p.* 349.

ac Parlamenti Delphinatus Consiliario confundentes, illi, vel cum Joh. Andr. Quenstedio (*in Dial. de Patr. Vir. Illustr. p. 59.*) Munus hujus in Protodicasterio Delphinatus Senatorium, vel, cum Rob. Bellarmino (*in Lib. de Scr. Eccl. p. 250.*) Aub. Miræo, & eodem Quenstedio, Scripta, quibus JCtus Gallus inclaruit, ingentia ac plurima (*Decisiones* sc. *Parlamenti Delphinalis, Lecturam in L. 1. & 2. Decretalium, Tr. de Appellationibus, Comm. in Pandectas, Tria Consiliorum Volumina*, aliaque, a Simlero *p.* 251. enumerata) tribuunt, primus detexit ac castigavit Phil. Labbeus (*T. I. Diss. de Scr. Eccl. p.* 232. 402.) Conf. J. Gotfr. Olearii *Abacum p.* 113. & Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 509.

XLVI. Gerh. Joh. Vossium, qui (*L. 2. de Hist. Lat. c. 51. p. 414.*) GUILHELMUM, Monachum MALMESBURIENSEM Benedictinum, Inclytum Historiæ Anglicanæ Sec. XII. Scriptorem, An. 1143. defunctum, Bibliothecarii etiam Agnomen obtinuisse, refert, Chr. Sandius, in *Animadvv. ad h. l.*, Confusionis illius cum GUILHELMO BIBLIOTHECARIO Ecclesiæ Romanæ, circa A. 880. celebri, cui ipse (*L. 2. c. 35. p. 319.*) Vitas Hadriani II. & Stephani VI. Pontificum, Anastasianis immixtas, vindicarat, reum, sed forte immerito, agit. Malmesburiensem enim Cœnobii sui fuisse Præcentorem & Bibliothecarium, ex Pitseo, Cavio, aliisque Scriptoribus Anglis, constat.

XLVII. *Dialogos de VII. Sacramentis*, sub

GUILHELMI ARVERNI, Epiſcopi, ab A. 1228. ad Emortualem 1249. PARISIENSIS, nomine, Lipſiæ A. 1512. Lugd. Gall. A. 1564. & Pariſ. A. 1587. ſeorſim editos, Operibusque ejusdem inſertos, falſo iſtud præferre, & GUILHELMO PARISIENSI Juniori, Monacho Dominicano, Fideique Inquiſitori per Galliam, circa A. 1305., Generali, rectius adſcribi, poſt Ambr. de Altamura (*in Biblioth. Dominic. p.* 92.) ac Theoph. Raynaudum (*in Erot. X. de Libb. Bonis & Malis p.* 141) monuerunt Guilh. Cavius, *in Chartophyl. p.* 283. 284. 310. & *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 495. ac Henr. Whartonus, in ſua ad hanc *Appendice p.* 8. 9. Sunt etiam, teſte eodem Cavio (*in Hiſt. Lit. p.* 510. qui *Sermones de Tempore & Sanctis*, GUILHELMO PARISIENSI vulgo inſcriptos, GUILH. PERALDO, ſive de Petra Alta, Viennenſi Gallo, ex Monacho Ord. Præd. Archiepiſcopo, ab A. 1272. ad Fatalem 1275. Lugdunenſi, *Summa Virtutum ac Vitiorum* Scriptori vindicant.

XLVIII. HAYMO HALBERSTADIENSIS, patria AngloSaxo, ex Monacho Benedictino Fuldenſi ac Hirsfeldenſi, Eccleſiæ Halberſtad. Epiſcopus, A. 853. defunctus, ob Homonymiam, confuſus eſt: 1. cum HAYMONE CANTUARIENSI Archidiacono, An. 1054. exſtincto, a Gerh. Joh. Voſſio, qui [*Lib. 2. de Hiſt. Lat. c.* 44. *p.* 372.) huic, Pet. Equilinum & Boſtonum Burienſem ſecutus, perperam tribuit *Libros X. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ſive de Memoria* Re-

Rerum Christianarum, quos paulo ante [*cap.* 35. *p.* 314.] ipse Halberstadiensi recte adscripserat. V. Christ. Sandii *Animadvv. ad h. l.*; 2. cum HAYMONE, Cœnobii Hirsaugiensis ab An. 1092. Priore, cujus Homilias, Joh. Trithemius, *in Chronico Hirsaugiensi*, Sacris Halberstadiensis Sermonibus, testatur, esse immixtas, nec facile, ob Dictionis utriusque similitudinem, vel a sagacissimis posse internosci. V. Vossium *l. c.*, *Lib.* 3. *P. IV.*, *c.* 6. *p.* 771.

XLIX. HELMOLDUM, Ecclesiæ Ruralis Bosoviensis, in Wagria nostra Sec. XII. Presbyterum, Friderico Barbarossæ coævum, Scriptorem *Chronici Slavorum* Inclytum, cum HELINANDO, Gallo, Montis Frigidi, in Diœcesi Bellovacensi, circa A. 1212. Monacho (de quo Vossius *L.* 2. *de Hist. Lat. c.* 55. *p.* 445. Labbeus, Cavius & Olearius, consulendi,) Historiæ Universalis, ab O. C. ad sua usque tempora deductæ, Scriptore confudit Anonymus *Chronici Saxonum* Vernaculi, Moguntiæ A. 1492. excusi, Autor, *Chronicon Venedorum sive Slavorum* Helinandi Presbyteri allegans. Mich. Neander (*in Catalogo Autt. Descriptioni Orbis Terrarum præfixo, & in ipso Lib. p.* 228.) ac Mart. Mylius [*in Chronol. Scriptorum Phil. Melancht. ad A.* 1556.] *Helmboldum* eum vocantes, a LUDOV. HELMBOLDO, Parocho Civitatis Mulhusinæ, Sec. superiore, Lutherano, eundem haud satis accurate distinguunt. V. *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr. P. I.*, *Cap. VI.*, §. 5. *p.* 70. ubi plurima, de

Hel-

Helmoldo, & *Chronico* ejus, ad *pag.* usque 81., attulimus, fuſius eundem *in Cimbria Literata* celebraturi.

L. HENRICI de HERVORDIA (ab Urbe Weſtphaliæ Natali ita dicti,) Monachi Sec. XIV. Dominicani, *Hiſtoriam de Factis Illuſtribus, ab O. C. ad A.* 1355. *Univerſalem ἀνέκδοτον G.* J. Voſſius [*L.* 3. *de Hiſt. Lat. c.* 1. *p.* 529.] commendavit, ſed perperam eum HENRICUM de ERFORDIA vocavit, ac cum Scriptore iſtius Nominis Thuringo, a Metropoli Thuringiæ Nomen adepto, cujus Monumenta Argumenti Sacri complura Leander Albertus [*L.* 4. *de Vir. Illuſtr. Ord. Præd.*] & Poſſevinus [*in Appar. S.*] recenſent, eundem eſſe credidit, notatus, ob hunc lapſum, ab Herm. Conringio, Hiſtoriæ iſtius MStæ Poſſeſſore, *in Epiſtolis ad Ferd. Furſtenbergium*, A. 1694. editis, *p.* 15. 16. Verſatur in eodem Errore Simlerus, *in Biblioth. p.* 276.

LI. *Commentarium in Epiſtolas Paulinas*, HERVÆO NATALI, ſive BRITONI, Aremorico, Ord. Præd. Magiſtro, ad A. usque Emortualem 1323. Generali, a Bellarmino, [*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 209. 268.] aliisque Patrologis, adſcriptum, olim autem ANSHELMO Cantuarienſi attributum, ejusque Operibus aggregatum, HERVÆO alteri, Monacho Dolenſi, circa A. 1130., Benedictino, Seculis duobus antiquiori, vindicavit Phil. Labbeus (*T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p.* 432.) applaudentibus G. Cavio (*in Chartophyl. p.* 250.) & Oleario (*in Abaco p.* 207.

LII.

LII. Matthias Wasmuhtus, Theol. Kiloniensis, ad Locum HIERONYMI STRIDONENSIS, Presbyteri L. Hebr. peritia Choro Patrum universo superioris, in Urbe Servatoris Natali A. C. 420. defuncti, pro Literarum Antiquiorum Hebraicarum in Assyriacas Mutatione, per Esdram facta, *ex Præf. in Libb. Reg.* a Briano Waltono (*in Prolegg. Bibl. Polygl. p.* 20.) allatum, responsurus, Doctorem hunc Ecclesiæ Sanctissimum istud, pro Literarum Samaritanarum Antiquitate, Testimonium contrario asserto alibi evertisse, affirmat. V. *P. I. Vindicc. S. Hebr. Script. c.* 1. *p.* 43. 44 Ut autem Contradictionis istius eum convincat, allegat *Librum* ipsius *de Sancta Fide, contra Judæos*, ex ם Clauso, Es. VII. in voce לםרבה obvio, nescio quæ exsculpentem Mysteria, in solis Characteribus Hebræorum hodiernis, non autem in Samaritanis, vestiganda. Sed ista quidem Disputatio Wasmuhtiana mera est σκιαμαχία, Hieronymum Stridonensem haud feriens, ac, præter ingentem integræ Annorum Chiliadis Parachronismum, duplici laborans Errore manifestissimo. Primum enim Hieronymum Stridonensem confundit cum HIERONYMO de SANCTA FIDE, Judæo Seculi XV. ineuntis Hispano, ad Religionem Christianam converso, & Benedicti XIII. Pontificis Medico, quem, ante Conversionem, *Jehosnam Lodiceum* a suis vocatum esse perhibent. Hujus *Libros II. contra Judæorum Perfidiam & Thalmud*, A. 1412. publi-

ee, præſentibus cum Benedicto XIII. Cardinalibus, in Chriſtianorum ac Judæorum cœtu, eo, uti fertur, ſucceſſu, prælectos, ut horum 5000. Chriſto nomen dederint, a R. Iſaaco Nathan autem in תוכחת מתעה (*i. e. Redargutione Seductoris*,) & Vidal Ben Lavi in קדש קדשים (*i. e. Sancto Sanctorum*) impugnatos, (23.) ac, ut Editiones, Tigurinam A. 1552. Francofurtenſem An. 1601. *Hebræo-Maſtigis* inſignem Titulo, & Hamburgenſem, taceam, a Margarino Bignæo An. 1589. ſed *expunctis* prius, uti ipſe fatetur, *Judæorum Blaſphemiis*, *Tomo Biblioth. PP. Pariſ. IIdæ IVto* inſertos, in noviſſimæ autem Lugdunenſis *Tomo XXVI.* recuſos, Stridonenſi, Seculi IV. Scriptori, ἀτόπως adſcribit. Verum inſuper Autorem cum Libro ſuo confundit, dum Voces: *de Sancta Fide*; cognominis loco ab illo adſcitas, Titulum Libri eſſe, pari ἀβλεψίᾳ, ſibi perſuadet. Quem Lapſum ejus, ante me, video, diſſimulato ipſius Nomine, & breviſſime, notatum eſſe a Joh. Eberh. Busmanno, Theologo ac Philologo Acad. Juliæ Erudito, in *Corollario Exercitationis de Antiquis Hebræorum Literis, ab Esdra in Aſſyriacas mutatis*, An. 1675. excuſæ.

LIII. HILARIUS, Eccleſiæ patriæ PICTAVIENSIS, ad A. usque Emortualem 369. Archiepiſcopus, Antagoniſta Arianorum acerrimus,

(23.) V. de duobus his ipſius Antagoniſtis, Ant. Legeri *Append. ad* J. Buxtorfii *Biblioth. Rabbinicam*, p. 465. 470.

mus, ob Homonymiam confusus est: 1. cum HILARIO Sardo, Ecclesiæ Romanæ DIACONO, Errorisque Luciferiani, Hæreticorum, imprimis Arianorum, Anabaptismo patrocinati, Assecla, ab Hieronymo, *in Dialogo contra Luciferianos*, impugnato, ac A. 384. etiamnum superstite, tum a Desid. Erasmo (*in Notis ad hunc Dial. Hieronymi*,) Joh. Jac. Grynæo, & Centuriatoribus Magdeburgensibus (*Cent. IV. c.* 10.) Pictaviensem eundem cum Diacono hoc Romano coævo esse, falso arbitratis, &, ob lapsum istum, a Baronio (*T. IV. Annal. ad A.* 362. *n.* 237.) & Ant. Possevino (*in Appar. S.*) acerbe exagitatis, sed ab And. Riveto excusatis; tum ab iisdem Centuriatoribus, Luca Osiandro & Barth. Batto, Theologis Lutheranis, Pet. Bessæo, Aulæ Gallicæ Ecclesiasta, (*in Conc. in Festo Circumcisionis Domini*,) imo ipso Possevino Jesuita, Rigido prioris Magdeburgensium Erroris Censore, a Riveto, ob hunc, jure talionis, itidem objurgato, qui Titulum *Deucalionis Orbis* Ironicum, Diacono Romano, in *Dial.* Hieronymi, modo laudato, Sarcastice tributum, Pictaviensi, tanquam Elogium Honorificum, vindicant; tum denique ab Augustino, qui (*L.* 4. *contra duas Epist. Pelag. c.* 4.) Explicationem Loci Rom. V. 12. (*In quo omnes peccaverunt*,) in Hilarii Diaconi *Commentariis in Epistolas Paulinas*, Ambrosio suppositis, obviam, tanquam a S. Hilario Pictaviensi profectam, allegat. V. And. Riveti *Specimen Crit. S.*, *L.* 3. *c.* 12. *p.* 300. 301. 302. &

 Joh.

Joh. Hülsemanni *Patrologiam*, *c.* 4. *p.* 1030. 1031. 2. cum HILARIO Gallo, ex Monacho & Abbate Insulæ Lerinensis, Episcopo, ab A. 430. ad Emortualem usque 454. ARELATENSI, cujus *Carmen in VII. Geneseos Capita priora Heroicum*, Leoni I. Papæ (An. 440. ad Pontificatum evecto) inscriptum, sub Pictaviensis Nomine, a Morellio Parisiis An. 1559. est editum, ac deinde, inter Opera ejusdem, sæpius recusum, cum tamen Pictaviensis diu ante Leonis obierit Pontificatum. Eidem Arelatensi Baronius (*T. IV. Annal. ad A.* 426. *n.* 20. *&* 22.) & plerique moderni, vindicant HILARII Laici *Epistolam ad Augustinum, de Reliquiis Pelagianæ Hæreseos*, priorem, *Libris* Augustini *de Prædestinatione Sanctorum, & Bono Perseverantiæ*, hujus, atque similium Prosperi Aquitanici Literarum, occasione scriptis, præfixam, tanquam ante Episcopatum exaratam, quæ a Possevino (*T. I. Appar. S. p.* 759.) Hilario Pictaviensi, ante Hæresin Pelagianam exortam mortuo, perperam adscribitur. V. Rob. Bellarmini *Lib. de Scr. Eccl. p.* 84. 151. 152. And. Rivetum *l. c. p.* 299. 300. 303. Joh. Gerhardi *Patrol. p.* 231. 441. Johan. Hülsemannum *l. c. p.* 1031. 1081. Joh. Henr. Hottingeri *Pentadem, Diss. II. p.* 79. Phil. Labbei *T. I. Dissert. de Scr. Eccl. p.* 452. J. G. Olearii *Abacum pag.* 213. 215., J. C. Meelführeri *Coronam Patrum p.* 78. Vinc. Placcii *Tr. de Scr. Pseudon. p.* 209. Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 117. 232. & Andr. Christ. Eschenbachii *Diss. de Poetis Christianis Sacris*,

cris, c. 2. §. 5, & 26. Quos inter tamen Bellarminus & Olearius, una cum FF. Sammarthanis, Hilarium, *Epistola* ad Augustinum Scriptorem, diversum censent esse, non solum a Pictaviensi, sed etiam ab Arelatensi, Semipelagianorum fautore, & tunc, cum Epistola ista scriberetur, uti ex altera Prosperi, huic adjuncta, colligunt, non Laico, sed Episcopo Arelatensi. V. Sammarthanos *T. I. Gall. Chr. p.* 36. & cœteros, *locis jam allegatis*; 3. cum HILARIO Sardo, Pontifice ab A. 461. ad A. 467. Romano, ac Leonis M. Successore, a maleferiatis *Catalogi Scriptorum Ecclesiasticorum, ad Desiderium*, Hieronymiani Interpolatoribus. V. Joh. Andr. Bosii *Schediasma de compar. Notit. Scr. Eccl. c.* 3. §. 19. 20. 21. *p.* 27. 28.

LIV. S. HILDEGARDI, Cœnobii S. Ruperti, in Monte, ad Naam Fluvium, prope Bingiam, sito, Abbatissæ, *Revelationum Libris III.*, *Epistolis, ac Vita B. Roberti Lotharingi Confessoris*, alisque Scriptis, famam adeptæ, ac d. 17. Sept. A. 1180. teste Trithemio, mortuæ, perperam tribui *Physicorum, seu de Rerum Natura, Libros IV.*, Argentinæ An. 1544. excusos, ac S. HILDEGARDI de PINGUIA alteri, ab hac diversæ, a Jos. Simlero (*in Biblioth. p.* 301.) adscriptos, monet Guilh. Cavius *in Hist. Lit. Script. Eccl. p.* 476.

LV. HUGONI de S. VICTORE, patria, (juxta Bellarminum, Calixtum, Meibomios, Olearium atque alios) Saxoni, vel (juxta Cavium) Ipren-

Digitized by Google

ſi Flandro, Cœnobii S. Victoris, in Suburbio Pariſienſi, Canonico Auguſtiniano, A. 1140. defuncto ſuppoſita ſunt, ex ὁμωνύμων Scriptis; 1. HUGONIS de FOLIETO, Monachi Corbejenſis, circa A. 1120. Benedictini, Monumenta quædam Literaria, *Libri* ſc. *IV. de Clauſtro Animæ*, ſub Folietani Nomine, tum a S. Antonio Paduano, tum a J. Nidero (*in Opere de Reformat. Religioſorum*) allegati, ac ſeorſim etiam excuſi, eidemque a Simlero (*in Biblioth. p.* 306.) attributi *Lib.* item *de Medicina Animæ*, & *Libb.* 2. *de Nuptiis Carnalibus ac Spiritualibus*. V. Bellarmini *Lib. de Script. Eccl. p.* 228. Theoph. Raynaudi *Erot. de Libb. Bon. ac Mal. p.* 142. Ph. Labbei *T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p.* 482. J. G. Olearii *Abacum p.* 221. Vinc. Placcii *Tr. de Scr. Pſeudon. p.* 272. Frid. Spanhemii Jun. *Summam Hiſt. Eccl. p.* 548. & Guilh. Cavii (communem hanc eſſe Eruditorum ſententiam addentis) *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 457.; 2. RICHARDI de S. VICTORE Scoti, ejusd. Cœnobii S. Victoris Auguſtiniani Pariſienſis Canonici ac Prioris, A. 1173. mortui, Opuſcula nonnulla. V. Frid. Spanhemium *l. c.*

LVI. Sub HULDARICI, Epiſc. Auguſtani, Nomine, circumferri, ac ſæpiſſime excuſam eſſe, *Epiſtolam pro Clericorum Conjugio*, ad Nicolaum I. Pontificem ſcriptam, nemo ignorat. Cum autem duo hujus Nominis Antiſtites Eccleſiæ Auguſtanæ Sec. IX. & X. præfuerint, (uti Autor *Compilationis Chronologicæ*, inter *Scriptt. R. German.* a Joh. Piſtorio editæ, ad An. 978. diſerte teſta-

testatur, &, ex Recentioribus, Onuphr. Panvinius, Casp. Hedio, Achilles Pirminius Gassarus, aliique, confirmant,) Seniori, ex Familia Comitum Kyburgensium orto, A. 860. ad Episcopatum evecto, & circa A. 900. mortuo (quem Udalgerum, Olgerum, vel Olkerum, alii, cum Gassaro, Marco Wagnero, & Cyr. Spangenbergio appellant,) Epistolam hanc, a Bertholdo, Presb. Constantiensi [*in Append. ad Chronicon Herm. Contracti,*] Sec. jam XI. & ab Ænea Sylvio [*in Lib. de Moribus Germanorum,*] Sec. XV., sub Udalrici allegatam nomine, plerique Ecclesiæ Protestantium Scriptores vindicant, & cœteros, qui UDALRICO Juniori, ab A. 924. ad A. 973. Episcopatu functo, ac Nicolao proinde, A. 867. jam mortuo, neutiquam συγχρόνῳ, tribuunt, Confusionis ὁμωνύμων accusant. V., ut innumeros alios prætercam, Georg. Calixti *Tr. de Conjugio Clericorum* (cui ipsa *Epistola* est subjuncta) *p.* 358. 359. &, ex Recentissimis, Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 390. ac Frid. Spanhemii Jun. *T. II. Introd. in Hist. S. p.* 837. Ipsi contra ejusdem ἀβλεψίας insimulantur a Scriptoribus, quibus Epistola hæc sudes est in oculis, Pontificiis, Bellarmino imprimis, Jac. Gretsero, & Marco Velsero, *Vita* Huldarici Junioris, a Coætaneo Scriptæ, Editore, nullum, præter Juniorem hunc, cujus Historiæ Capita pleraque Seniori, Præsuli, ex ipsorum Sententia, Chimærico, a Patronis illius affingantur, Huldaricum Augustanum agnoscentibus, & Epistolam, quo-

 niam

nlam ab eo, poſt mortem Nicolai demum in lucem edito, ſcribi ad hunc non potuerit, ſuppoſititiam eſſe, perſuaſis. Sunt alii, qui Codd. quosdam MSS. Anglicanos, imprimis Cantuarienſem, & huic geminum Baſileenſem ſecuti, utrique Huldarico iſtam abjudicant, ſed VOLUSIANO viciſſim, Epiſcopo Carthaginenſi, cum Joh. Ivello & Hallo, Theologis Angliæ Reformatis, ac Paulo Colomeſio, hos laudante, asſerunt. V. Pauli Colomeſii *Paralipomena ad Gu. Cavii Cartophylacem p. m.* 16. 17. Momenta Controverſiæ hujus, in quamcunque te partem convertas, intricatiſſimæ, ſingula prolixius discutere, nec vacat, nec neceſſarium videtur, cum fuſe id atque erudite jam ſit factum, ab Amiciſſimo Tenzelio, in *Dialogis Vernaculis Menſtruis, M. Apr. A.* 1694., *p.* 306-323. Quocum ſi & nos ἐποχὴν amplectamur, reprehenſionem cordatorum facile effugiemus. Unum ſaltem hoc addimus, plane non audiendum eſſe, quem Tenzelius ne mentione quidem ulla eſt dignatus, Alphonſum Piſanum, Jeſuitam Seculi Superioris Hiſpanum, qui (*in Lib. de Abſtinentia & Continentia*, Coloniæ An. 1579. edito, *cap.* 14.) Scriptori alteri Homonymo, ſed Recentiori, vindicare illam fruſtra conatus, *magis eam redolere Udalricum Huttenum, Novum Evangelicum* (Equitem ſc. Francum Seculi Superioris Eruditiſſimum, Lutherique Aſſeclam fidelem,) *quam S. Udalricum, Auguſtanum Epiſcopum*, abſurde pronunciavit. V. Rob. Coci *Præfat. Cenſuræ, lit.*

c. I.

c. 1. *a. b.*, &, ex ista, J. Henr. Hottingeri *Pentadem*, *Diss. II. p.* 47.

LVII. IDACIUS, Lemicensis Gallæcus, Aquarum Flaviarum in Provincia Patria Episcopus, circa An. 472. mortuus, *Chronici*, ab obitu Valentis Imp. ad A. C. 467. perducti, & *Fastorum Consularium*, Scriptor, ob Homonymiam, confusus est: 1. cum IDACIO, Episcopo in Hispania Sossubensi sive Osnobensi, circa A. 388., Priscilliani, in Synodo Cæsaraugustana, Adversario, ob nimiam contra illum Vehementiam, in Exilium ejecto, a Joh. Trithemio, Jos. Simlero (hujus *Apologeticum adversus Priscillianum* Nostro, *in Biblioth. p.* 329. tribuente, atque aliis. V. Vossii *L. 2. de Hist. Lat. c.* 17. *p.* 230.; 2. cum IDACIO CLARO, Episcopo, circa An. 385., Hispano, quem eundem esse cum Osnobensi, modo memorato, nonnulli (sed Vossio, *l. c. p.* 231. Labbeo *T. I. p.* 496. & Oleario *p.* 228. invitis) arbitrantur, *Libri adversus Varimadum, Diaconum Arianum*, etiamnum superstitis, Autore, a Johan. Trithemio, & aliis. V. Vossium *l. c. p.* 231. Labbeum *T. I. p.* 497. Gerhardum *in Patrol. p.* 293. & Olearium *in Abaco p.* 259.; 3. cum DACIO, Episcopo Sec. VI. Mediolanensi. V. quæ supra §. 30. hanc in rem attulimus.

LVIII. JOHANNEM DIACONUM Ecclesiæ Romanæ, *Librorum IV. de Vita Gregorii M.* Scriptorem, circa An. 874. celebremq́; & a Sigeberto Gemblac., *in Catal. c.* 106. laudatum, confundunt nonnulli, ac eundem censent, cum

Digitized by Google

JOHANNE DIACONO ac Monacho Cassinensi, Scripta Utriusque uni tribuentes Autori; Refutatos hos esse a J. Bapt. Maro Romano, *in Notis ad Pet. Diaconi Lib. de Vir. Illustr. Cassinensibus, c. 38. p. 63.*, testatur Olearius *in Abaco p. 248.*

LIX. JONAM (quem Scotum nonnulli, alii Anglum, alii Hybernum, Labbeus autem Italum facit,) Monachum atque Abbatem, circa A. 630., Luxoviensem, S. Columbani Discipulum, Vitæque ejus, uti & Attalæ, Eustasii, & Bertulphi, Successorum ipsius; Johannis item, primi Abbatis Reomaensis, Scriptorem, Johan. Balæus, qui Episcopum illum vocat Aurelianensem, & de adoranda Cruce, contra Claudium Taurinensem, scripsisse perhibet, confundit cum Jona, Præsule, ab A. 822. ad Emortualem 842. AURELIANENSI, Theodulphi Successore, cujus tres, pro Imaginum Cultu, contra Claudium, Libri supersunt. Secutus est Balæum incaute, in hoc Errore, Frid. Spanhemius Jun., *T. II. Introd. in Hist. S. p.* 640. 641. sed ipse Lapsum suum, *in Addendis p.* 1031., detexit ac emendavit. Conf. de illo Simlerum *p.* 430. 431. Vossium *L. 2. de Hist. Lat. c.* 26. *p.* 268. 269. Labbeum *T. I. p.* 623. Olearium *p.* 272. 273. Cavium, ac alios.

LX. *Epistolam de Canone Missæ*, sub ISAACI, Episcopi circa A. 866. Lingonensis, nomine, a Luca Dacherio, *T. I. Spicilegii*, editam, ISAACO, Abbati Scellæ, A. 1688. vindicavit Matthæus

Lar-

Larroquanus, *Lib. 2. Adversar. Sacr. cap.* 11. V. *Acta Erudd. Lips. M. Aug. A.*1688. *p.*446.

LXI. ISIDORUS HISPALENSIS, Ecclesiæ in Hispania Bætica Hispalensis, ab A. 595. ad Emortualem 636. Archiepiscopus, Junioris Agnomen, ut a Seniore, sive Cordubensi, distinguatur, adeptus, confusus est, ob Homonymiam; I. cum ISIDORO, Episcopo circa A. 420. Cordubensi, cui a Sigeberto Gemblacensi, Johan. Trithemio, & Psevdo Dextro (*in Chronico, ad A.* 423.) tribuuntur *Allegoriarum, sive Commentariorum, in omnes Libros Regum, Libri IV.* Paulo Orosio, Presbytero Hispano, & Augustini Discipulo, inscripti, quos eosdem esse cum *Commentariis in IV. Libb. Regum*, Hispalensi suppositis, & inter Opera illius obviis, Viri Eruditi non immerito suspicantur. V. Vossium *L. 2. de Hist. Lat. c.* 25. *p.* 263. 264. Theoph. Raynaudi *Erott. de Libb. Bonis & Malis p.* 146. Phil. Labbei *T. I. Diss. de Scr. Eccl. p.* 643. 645. J. G. Olearii *Abacum p.* 276. Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 221. 222. 306. & Vinc. Placcii *Tr. de Scriptt. Psevdon. p.* 214.; 2. cum ISIDORO, Episcopo in Hispania PACENSI, ætatis, Vossio (*L.* 3. *de Hist. Lat., P. II. p.* 710.) judice, incertæ, sed a Chr. Sandio (*in Animadvv. ad h. l. Vossii*) ad A. C. 754. relato, cujus nomine insignitum se invenisse, Joh. Vasæus (*in Chronico Hispaniæ c.* 4.) testatur, *Chronicon*, ab O. C. usque ad Annum Vtum Svinthilani, Gothorum Regis, sive Æræ Chr. 626., perductum, quod tamen ipse mavult Hi-

Hispalensi tribuere, qui *Junioris* Agnomen cum Pacensi habet commune, &, Chronicon se suum, ad eundem usque Annum, pertexuisse, sub finem *Lib. 5. Etymol. sive Originum*, perhibet. Adscribit eidem istud, hoc ipso utens Argumento, & Vossius *l. c. L. 2. p.* 264.

LXII. Seorsim a cœteris, quibuscum ISIDORUS HISPALENSIS confusus est, memorandus videtur ISIDORUS, uti vulgo audit, MERCATOR, sive potius (uti, in Codicibus aliquot Notæ melioris MStis, ex Consuetudine Antiquorum, tam Orientis, quam Occidentis, Præsulum, Agnomen istud, humilitatis & modestiæ ergo, haud dedignatorum, appellatur) PECCATOR, Impostor ac *Nebulo*, ipso Steph. Baluzio (*in Præf. ad Ant. Augustini Tr. de Emendat. Gratiani*) Judice *impudentissimus*, & Isidori nomen, & Hispaniam Patriam, dolose mentitus. Vixit is, circa A. 800., si Baronium audias, vel, quod Cavio magis arridet, circa A. 830. in Civitate Germaniæ (cui Circumstantiæ eum vindicant complures) Moguntina, &, fraude, non *pia* (uti Joh. Bona, a Cavio allegatus, *L. 1. Rer. Liturg. c. 3. §. 1.* censuit,) sed nefaria atque execrabili, ut Orbi Christiano universo Mercibus suis adulterinis imponeret, *Collectionem Conciliorum atque Epistolarum Decretalium*, Pontificiæ Majestati astruendæ destinatam, consarcinavit, ac, sub ISIDORI Nomine, uti jam monitum, adoptivo, cum Præfatione, eidem affICta, Juris fecit publici. Exhibentur in illa: 1. Tr. de

Con-

Concilii celebrandi ratione, 2. Canones Apostolici ψευδεπίγραφοι, 3. Epistolæ Decretales plusquam LXXX. 30. primorum, qui, post Petrum, Linum & Cletum [his enim solis Impostor pepercit, nihilque supposuit,) Ecclesiæ Romanæ, Seculis III. prioribus, creduntur præfuisse, Pontificum, sed spuriæ omnes, & ab ipso fraudulenter confictæ, uti, ex Styli Barbarie perpetua, & eodem in omnibus, diversa licet Secula, diversosque, eosque non paucos, Autores, mentientibus, genio, Falsis Temporum Characteribus, ac Parachronismis turpissimis, Versionis Vulgatæ, Seculo demum VI. receptæ, usu, Eusebii, Hieronymi, cœterorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, ac Conciliorum, Anno Æræ Chr. 800. Vetustiorum, de illis silentio, Nic. item Cusani, Baronii, Bellarmini, aliorumque Hominum inter Pontificios Eruditorum ac Candidorum, suffragiis plurimis, cœterisque Ævi Recentioris ac Νοθείας Indiciis, qua internis, qua externis, accurate atque ἀναντιῤῥήτως, a Dav. Blondello, Rob. Coco, And. Riveto, aliisque Viris Doctis, infra allegandis, est demonstratum; 4. Canones Synodi Nicenæ, aliorumque Ecclesiæ Græcæ & Latinæ Conciliorum, in quibus multa itidem ὑποβολιμαῖα offendas; 5. Epistolæ Decretales Pontificum, qui, Seculis IV. V. & VI. a Sylvestro, usque ad Gregorium M., Ecclesiam Romanam gubernarunt. Quod Autorem universæ hujus Collectionis attinet, fuerunt olim, qui, Isidorum Hispalensem verum

Fœ-

Fœtus hujus, ipsi fraudulenter suppositi, crederent esse Parentem, ex sequioris sc. Ævi Scriptoribus, Hincmarus Rhemensis (*in Lib. de Synodis*,) Ivo Carnotensis, Joh. Gerson, Johan. Trithemius, &c.; ex Seculi autem Superioris Eruditis, Ant. Possevinus, Jesuita [*T. I. Appar. S.* (24.)] And. Gerh. Hyperius, Theol. Marpurg. Lutheranus (*L. 4. de Rat. Stud. Theol. c. 5. p.* 621.) Pontificii item alii complures, &, qui cœteros omnes audacia superavit, Franc. Turrianus, Hispanus, Jesuita Romanus, in *Libris V. pro Canonibus Apostolorum, & Epistolis Pontificum Apostolicorum Decretalibus*, contra Centuriatores Magdeburgenses, Florentiæ A. 1572.; & Coloniæ An. 1575. in fol. editis, Sententiæ isti ex professo patrocinatus, sed a Dav. Blondello solide refutatus. Inter Recentissimos, Isidoro Hispalensi eandem tribuere videtur Jac. Basnagius, Theol. Reformatus, *in Dissertt. IV. Historico-Theologicis*, Roterodami A. 1694. editis, *p.* 128. haud magnam forte a Cœtus sui Zelotis initurus gratiam. Sed falli hos omnes, ex Concilii XI. Toletani, A. 675. Constantinopolitani item, sub Agathone Papa, & Constantino Imp., contra Macarium, & Socios ejus, circa A. 681. habiti, Mentione, *in Ordine Concilii Celebrandi*, Collectioni huic præfixo, obvia, & insertis eidem Canonibus, ab Hadriano I. (A. 772. demum ad Pontificatum evecto) collectis, ac Ingelramno, Ur-

(24.) Argumenta Possevini, levia plerapue V. ap. Rivetum *in Spec. Crit. S. L. I. c. 1. p.* 100. 101.

Urbis Mediomatricæ Episcopo, traditis, dudum ὀφθαλμοφανερῶς, a Viris Eruditis (ab Isidoro Hispalensi, A. jam 636. mortuo, nihil horum proficisci potuisse, recte observantibus) est ostensum. V. imprimis, hanc in rem, Dav. Blondelli Tractatum peculiarem, sub *Pseudo Isidori & Franc. Turriani Vapulantium* Titulo, Genevæ A. 1628. editum, & summopere ab And. Riveto (25.) ac Herm. Conringio (26.) commendatum, Joh. Rainoldi *Prælect.* 179. *de Libb. Apocr.*, Rob. Coci *Censuram p.* 39-82. 421. 422. 423. G. J. Vossii *L.* 2. *de Hist. Lat. c.* 25. *p.* 265. *& L.* 3. *P. II. p.* 710. And. Riveti *Specim. Crit. S., L.* 1. *c.* 1. *p.* 100-103. *& c.* 8. *p.* 144-150., Herm. Conringii *Comm. de Orig. Jur. German. c.* 16., *p.* 49-56. Joh. Strauchii *Amœnitt. Jur. Canon. Eccl. I. c.* 5. Gerh. a Mastricht *Hist. Jur. Eccl. n.* 220. *& seqq.* Frid. Jac. Leikherri (duos etiam præcedentes allegantis) *Notas, Vitis JCtorum Clarissimorum adjectas, p.* 145. 146. 147. & Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scriptt. Eccl. p.* 307. 869. 870. Adde iis Scriptores, etiam ex ipsis Pontificiis, ὁμοψήφους non paucos, præsertim Cæs. Baronium, *T. IX. Annal. ad A.* 865. *n.* 5. 6. 7. Bernh. Vindingum, Theol. Augustinianum, *in Critici Augustiniani Castigati*, Vallameriæ A. 1621. editi, *Prolegomenis, p.* 16. 17. 18. Christoph. Justellum, *in Præfat. Codicis Canonum Ecclesiæ Antiquæ p. m.* 14. 15. 16. & Joh. Bonam ac Steph. Baluzium, ex Cavio supra

(25.) *l. c. L.* 1. *c.* 8. *p.* 150.
(26.) *in Lib. de Orig. Jur. Germ. c.* 16. *p.* 51. 52.

pra jam allegatos. Quos inter duo ultimi, Baluzius (27.) atque Cavius, Collectionem aliam Conciliorum atque Epistolarum Decretalium sed ab hac diversissimam, quæ, in Bibliotheca Ecclesiæ in Provincia Terraconensi Urgellensis, ἀνέκδοτ@ superesse perhibetur, Isidoro Hispalensi vindicant. Fuere alii, qui ISIDORUM, Episc. Pacensem, §. *praced.* laudatum, Verum Fœtus hujus ὑποβολιμάιȣ crederent esse Parentem, sed a Vossio (*l.c.p.*710.) itidem, nec sine causa, Erroris sunt accusati. Alii, cum Vossio ipso, Baronio, Vindingio & Justello, diversum quidem Autorem illius, & ab Hispalensi, & a Pacensi, esse agnoscunt, sed nomen tamen Isidori revera habuisse cum his commune, opinantur. Imo sunt, qui ISIDORUM, Eulogii Cordubensis Fratrem, Mercatorem ex Hispania Exulem, & Moguntiæ, sub initium Sec. IX., commoratum, Nomen suum Fœtui huic, sive proprio, sive alieno, vel imposuisse, vel saltem commodasse, haud invito, nisi fallor, Conringio (*l.c.p.* 51. 52.) suspicentur. Verum dissentiunt ab his, &, Isidori Nomen fraudulenter ab Autore esse adoptatum, statuunt, quotquot, vel cum Blondello (*in Prolegomm. Pseudo Isid. c.* 5. *&* 6.) Benedictum, Levitam Moguntiacensem, qui primus Epistolas Collectionis hujus Decretales secuit, ac, sine mentione Titulorum, *Capitularibus* Caroli M. ac Ludov. Pii inseruit, vel, cum aliis, Riculphum, Præsulem, ab A. 786. ad A. 814.

(27.) *in Præf. ad Reginonem.*

A. 814. Moguntinum, (quem Collectionem Isidorianam ex Hispania obtinuisse, & in Gallia ac Germania sparsisse, Hincmarus Rhemensis, in *Lib. adv. Hincmarum Laudunensem c.* 24. perhibet,) vel, cum Cavio denique, ambos, in suspicionem Imposturæ istius jure vocari, arbitrantur. V. Conringium, Cavium & Leikherrum, locis citatis.

LXIII. JULIANUS, Archiepiscopus, ab A. 680. ad Emortualem 690., Toletanus, cum JULIANO POMERIO, Presbytero Galliæ, circa A. 490. (teste Ennodio) celebri, ac Gelasio Papæ coævo, Seculorum duorum Parachronismo, a multis confunditur, ob Titulum, uti Vindingius, ex Phil. Brietii *Annalibus Mundi* (*ad A.* 686.) observat, *Prognostici*, utriusque Libro communem. V. Vossii *Lib. 2. de Hist. Lat. c.* 27. *p.* 271. 272. Theoph. Raynaudi *Erott. de Libb. Malis & Bonis p.* 146. V. Placcii *Tr. de Scr. Pseudon. p.* 243. & Pauli Vindingii, *Epist. ad Johan. Deckherum*, hujus *Conjecturis de Scriptis Adespotis* annexam, *p.* 179. 180. Toletani certe *Opus contra Judæos* Tripartitum, jussu Ervigii, Regis Hispanici, scriptum, eidemque inscriptum, Pomerio Simlerus, & cum eo plures alii, tribuunt, & *Libros* contra *de Natura Animæ*, quos Pomerio Bellarminus vindicat, Toletano adscribunt. Imo & ipse Vossius, quem discrimen utriusque *L. 2. c.* 27. inculcare monuimus, nihilominus, *Cap. præced.* 26. (*p.* 268.) Toletani *Appendicem* ad Ildephonsi *Lib. de Viris Illustr.* allegans, Pome-

rium eum appellat. Sed facilis hic Error, cum non desint, qui, cum Labbeo, Oleario & Cavio, etiam Toletano Pomerii vindicent Cognomen, imo cum Possevino, & *Chartophylace* Caviano, ambos in unum eundemque conflent Scriptorem.

LXIV. JULIUM FIRMICUM MATERNUM, V. C., Scriptorem *Libri de Errore profanarum Religionum*, Seculo IV., circa A. 340. celebrem, Baronius (*ad A.* 337. *n.* 74.) eundem esse suspicatur cum JULIO, Episcopo Mediolanensi, qui Synodo Romanæ A. 337. interfuisse perhibetur, & ab Onuphr. Panvinio Maternus vocatur, sed invito Guilh. Cavio (*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 110.) incerta esse omnia, quæ, de Synodo ista, & Julio Mediolanensi, traduntur, nec tamen inde, eosdem illos esse, colligi posse, persuaso. *Libros VIII. Astronomicorum* idem Cardinalis (*ad A.* 355. *n.* 1.) *tanquam omni ex parte impios*, Nostro abjudicat, &, cum Simlero, Possevino, Miræo & Jac. Tirino, alteri tribuit Julio Firmico Materno Juniori, Mathematico Siculo Gentili. Sed denuo ei sese opponit Cavius (*l. c.*) &, cum Labbeo (*T. I. p.* 660.) ac Oleario (*p.* 279.) a Nostro illos esse scriptos, sed adhuc Pagano, & ante transitum ad Ecclesiam Christianam, conjectat.

LXV. De L. COELII LACTANTII, Firmiani, Confusione cum LUCTATIO PLACIDO, Statii Commentatore, *Cap.* 4. §. 37 jam est dictum. LANDULPHUM SAGACEM,

CEM, *Historiæ* Pauli Diaconi *Miscellæ*, Sec. IX., Continuatorem, Lothario Imp. coævum, Cæsar Orlandinus (*in Lib. de Urbe Senensi,*) *Landulphum de Columna Sagacem, Canonicum Carnotensem*, eum appellans, confudit cum LANDULPHO de COLUMNA, Canonico circa An. 1314. Carnotensi, ac *Breviarii Historici* Scriptore. V. Vossii *L. 2. de Hist. Lat., c. 35. p. 315., & c. 64. p. 507.*

LXVI. Confunditur etiam, a Scriptore non uno, imo in ipsis Fastis Sanctorum Ecclesiasticis (in quibus ob solam, uti credo, Homonymiam, idem utrique dies Emortualis est assignatus,) S. LEVINUS Scotus, ex Presbytero Patriæ Archiepiscopus, Gandavum, ut Flandros converteret, A. 633. profectus, eodemque Anno a Paganis, Prid. Id. Nov. prope Escham, obtruncatus, & S. LEBUINUS Anglus, ex Monacho Cœnobii Northumbriæ Riponensis Benedictino Presbyter, &, ab An. 690. ad Emortualem 740., cum XI. Collegis, Frisiorum, Saxonum, Cimbrorum, imprimis autem Transisalaniæ, & Civitatis Daventriensis, Apostolus. Plura de utroque *Cimbria* nostra *Literata*, in Posterioris Elogio, afferet.

LXVII. LEONIS, Archiepiscopi circa An. 454. Bituricensis, Epistola ad Provinciæ Tertiæ (i. e. Turonicæ, sive Tertiæ Lugdunensis,) Episcopos, ne Clerici Judicia Secularia expetant, A. 454. scripta, LEONI I., sive MAGNO, Pontifici, ab A. 440. ad Fatalem 461., Romano, ipsi

Digitized by Google

coævo, eſt ſuppoſita, & inter hujus Epiſtolas (*num.* 69.) relata, uti monitum eſt, poſt Jacob. Sirmondium, a Sammarthanis, *T. I. Gall. Chriſt. p.* 143.) Joh. Gothofr. Oleario *in Abaco p.* 289. 290. & Guilh. Cavio *in Chartoph. p.* 111. *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 244. 253. Nec ſolum falſo ſuppoſita eſt Autori, ſed &, in locum Provinciæ *Tertiæ, Thraciæ*, in Inſcriptione, ſubſtituta.

LXVIII. Schisma Seculi IV. Luciferianum Autorem habuiſſe LUCIFERUM, Epiſcopum in Sardinia Calaritanum, Zeloten Arianis infenſiſſimum, A. 371. mortuum, a plerisque, nec immerito, affirmatur. Primus id in dubium vocavit Erasmus Roterodamus, in *Argumento Dialogi contra Luciferianos* Hieronymiani. Baronius (*ad A.* 354.) & Poſſevinus (*in Appar. Sacro*,) Erasmo audaciores, in Calaritani locum alium ſubſtituunt Luciferum, Eccleſiæ, juxta Iſid. Mercatorem, Sirmienſis, juxta Baronium autem Smyrnenſis, Epiſcopum, ſed perperam, uti, ex Hieronymo, Socrate, Ruffino & Nicephoro, dextre eſt oſtenſum a Joh. Hülſemanno, *in Patrologia, c.* 4. *p.* 1027. 1028.

LXIX. De Controverſia, an *Liber de III. Quæſtionibus* LUPO, Abbati S. Benedicti Sec. IX. Ferrarienſi, uti primæ Editionis, ex MS. Elnonenſi A. 1648. excuſæ, Curator exiſtimavit, an vero LUPO SERVATO, Abbati itidem S. Petri Ferrarienſi, in Diœceſi Senonenſi, A. 852. defuncto, uti Editori Secundo, Renato Devireo, A. 1650. (*in Præfat. ſuæ Edit.*) eſt viſum, debeatur,

beatur, vel an uterque pro uno & eodem ſit habendus Scriptore, Vide, quæ, ex Sam. Mareſii *Johanna Papiſſa* (*p.* 23.) & aliis, congeſſit Vinc. Placcius, *in Tr. de Scr. Pſevdon. p.* 220. 221.

LXX. Fragmentum *Libelli de Conflictu S. Petri cum Simone Mago*, quod Ludov. Jacobus a S. Carolo, Carmelita Gallus, ſub finem *Biblioth. Pontificiæ* (*p.* 487. *& ſq.*) An. 1643. edidit, & MARCELLO Romano, Marci Urbis Præfecti, Filio, Petri circa A. C. 50. Diſcipulo, ac tandem Martyri, adſcripſit, Guilh. Cavius, Hiſtoriam hujus omnem fabuloſam eſſe perſuaſus, MARCELLO I., Epiſcopo ab A. 304. ad An. 309. Romano, tribuendum potius eſſe, conjeconjectat *in Chartophyl. p.* 6., *& in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 12.

LXXI. NICETIO, Archiepiſcopo Trevirenſi, qui A. 535. Synodo Arvernenſi interfuit, & A. 568. deceſſit, *Tractatus* duos *de Vigiliis Servorum Dei, & de Bono Pſalmodiæ*, NICETÆ, Dacorum Epiſcopo, diu perperam adſcriptos, vindicavit Editor illorum, Lucas Dacherius, *T. III. Spicilegii* V. Guilh. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 284. *& Chartophylacem p.*130. 131. NICETIO etiam, in *Pſalterio Latino-Gallico* MS., circa tempora Henrici I. exarato, NICETÆ autem, in Collectione Hymnorum Hybernico-Latinorum Vetuſtiſſima, tribuitur Hymnus Doxologicus, Ambroſio vulgo affictus: *Te Deum Laudamus* &c.; teſte Jacob. Uſſerio, in Epiſt. ad

 Gerh.

Digitized by Google

Gerh. Joh. Vossium, hujus *Dissertationi de Symbolis* præfixa, qui tamen definire, una cum Joh. Bona Cardinali, haud ausus est, Nicetiusne Trevirensis, an Lugdunensis, intelligatur. At Trevirensem Hymni hujus vix credi posse Autorem, Wilh. Ern. Tenzelius, in *Diss.* de illo erudita, A. 1686. edita, §. 16., inde colligit, quod is Benedicto, (qui Monachis suis, *in Regula Cap. XI.*, Usum ejus commendavit,) A. 543. jam mortuo, sit recentior, ac proinde magis in NICETIUM, Episc. in Gallia Lugdunensem, Seculo VI. adulto, sub Childeberti Senioris Imperio, teste Greg. Turonensi, defunctum, propendet.

LXXII. NOVATUM, Presbyterum Sec. III. sub Cypriani Episcopatu, Carthaginensem, Sententiæ de Lapsis, absque prævia Pœnitentia diuturniore, continuo recipiendis, Patronum cum Felicissimo, præcipuum, ob Turbas pertinaci hujus Defensione, datas, & Scelera alia, Romam profugum, ac NOVATIANUM (cui, licet contrarium, de Lapsis plane non recipiendis, foventi Errorem, Novatus adhæsit,) Presbyterum, ex Philosopho Stoico, Ecclesiæ Romanæ Christianum, & AntiPapam ab A. 251. Schismaticum, utrumque Novatiani Schismatis Autorem, Græci plerique Veteres, Nominum decepti affinitate, confundunt. Rei sunt hujus ἀβλεψίας Eusebius (*L.* 6. *Hist. Eccl. c.* 43. & 45.) Epiphanius (*Hær.* 59.) Theodoretus (*L.* 3. *Fabb. Hæret.*, *Hær.* 6.) Socrates (*L.* 4. *Hist. Eccl.* c. 23.)

c. 23.) Nicephorus, & alii, qui, dum Novatiani persequuntur Historiam, Novati eum Nomine perpetuo fere (si Eusebium, *in Chronico* utrumque recte distinguentem, excipias) designant, &, quem Spanhemius ejusdem Erroris accusat, Jos. Scaliger (*in Notis ad Eusebii Chronicon.*) V. Jac. Pamelii *Annott. ad Ep.* 41. *Cypriani.* Gerh. Joh. Vossii *Disp.* 18. *de Baptismo*, *Th.* 3. Joh. de Launoy *Proœm. Dissert. de Victorino p.* 4. Steph. Kenkelii, Civis mei, *Diss. de Hæresi Novatiana*, *Sect. I*, §. 15. *p.* 12. 13. Frid. Spanhemii Jun. *Summam Hist. Eccl. p.* 123. *& T. I. Introd. ad Hist. S. p.* 317. Joh. Guilh. Baieri *Diss. de Ambitione Hæresium Causa*, *c.* 1. §. 8. & Johan. Andr. Schmidii *Continuat. Introductionis Sagittarianæ in Hist. Eccl. p.* 1105. 1106. Eadem Nominum Affinitas ansam Præbuit Eruditorum, de Quæstione: An Hæresis Novatiana a Novato, vel Novatiano, sit appellata, Dissensui, de quo V. Vossium & Schmidium, locis jam citatis.

LXXIII. *Vitam S. Mauri*, quam ODONI, ex Canonico Turonensi Monacho, ac tandem Abbati, ab A. 927. Cluniacensi, A. 942. defuncto, tribuit Gerh. Joh. Vossius, *Lib.* 2. *de Hist. Lat. c.* 39. *p.* 342., Chr. Sandius (*in Animadvv. ad h. l.*) & Joh. Gotfr. Olearius (*in Abaco p.* 343.) Sammarthanos Fratres(*T. IV. Gall. Christ. p.* 627.) secuti, ODONI, Cœnobii S. Mauri Fossatensis, in Gallia, circa A. 868. Abbati, vindicant, & & *Lib. de Miraculis S. Mauri* appellant.

LXXIV. S. PATRICII Britanni, Hyber-

Digitized by Google

norum, ab A. 432., Apostoli & Archiepiscopi, d. 17. Mart. A. 493. æt. 120. uti fertur, defuncti, a Joh. Colgano, in *Triade Thaumaturgica, sive Actis S. Patricii, Columbæ & Brigidæ*, Lovanii A. 1645. in fol. excusis, a Jac. Certano, Canonico Reg. Lateranensi, & Phil. Mor. in Acad. Bonon. Professore, *in Mose Hybernia*, Libro Italico, Bononiæ A. 1686. edito (28.) fuse, & ex professo, celebrati, Vitæ Historia tot Fabulis scatet, & Miraculorum portentis, ut nihil propemodum de illo polliceri tibi queas certitudinis. Imo, si Henr. Mauritii, Theologi Angli, *Defensionem Episcopatus Diœcesani contra Dav. Clarksonum*. An. 1691. editam (29.) audias, Sanctis accensendus erit Chimæricis, fictitius quippe, ac, vel ex Patricio Arvernensi, vel ex Patricio Hispano, efformatus a Monachis, qui olim, dato quocunque Nomine, Sancti mox alicujus Vitam confinxerunt & scripserunt. Purgatorium Hyberniæ, in Insula Fluvii Liffer, non minus fabulosum, quam Famosum, ipsi primum divinitus esse detectum, Homines superstitiosi sibi persuadent, sed invitis Radulpho, Jocelino, ejus Biographo, & Joh. Balæo (*in Catal. Scriptt. Britann. Cent. I. c.* 44.) a Casp. Löschero, *in Diss. de Purgatorio Patricii Historica*, Lipsiæ A. 1660. edita (*c.* 4. §. 2.) allegatis, qui Gloriam istam PATRI-

(28.) V. Excerpta ejus *in Actis Erudd. Lips. T. I. Supplemm. Sect. II. p.* 71. 72. 73.

(29.) *p.* 155. *V. Acta Erudd. Lipsiens. M. Aug. An.* 1692. *p.* 396.

TRICIO alteri, ipsi ὁμωνύμῳ Abbati Seculi IX. vindicant.

LXXV. MEROPIUS PONTIUS ANITIUS PAULINUS, Romanus, ex Viro Consulari Presbyter, & tandem Nolanæ in Campania Ecclesiæ Episcopus, A. 431. defunctus, ob ὁμωνυμίαν, confusus est: 1. cum PAULINO, Episcopo in Gallia, circa A. 410. Bitterensi, cujus *Historiam Martyrii S. Genesii Arelatensis* (*Tomo IV. Operis de Vitis SS. Suriani, ad d. 25. Aug.* obviam) Gerh. Joh. Vossius (*L. 2. de Hist. Lat. c. 12. p. 212.*) & alii, Nolano adscribunt, Vero autem Autori, post Herib. Rosweydum (*in Notis ad illam*) vindicavit Guilh. Cavius, *in Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 213.*; 2. cum PAULINO, Ambrosii initio Notario, & dein Presbytero, circa A. 420. Mediolanensi, quem a Nolano recte distinguunt Isidorus Hispalensis (*in Lib. de Viris Illustr. c. 17.*) hujusque insistens Vestigiis Honorius Augustodunensis, cum illo autem confundunt Sigebertus Gemblacensis, Jos. Simlerus, & Jac. de Breul, Monachus S. Germani a Pratis (*in Not. ad Isid.*) utrumque eundem esse, contra Honorium, astruere annixus, sed a Vossio refutatus, dum *Vitam Ambrosii ad S. Augustinum, & Lib. de Benedictionibus Patriarcharum*, quibus Isidorus Presbyterum assignat Autorem, Nolano tribuunt, licet & Stylus incultior, & Autoris de seipso, *in Vita Ambrosii*, Narrationes, in hunc non quadrantes, reclament. V. Baronium (*T. V. Annal., ad A. 397. n. 36.*) Bellarminum (*in Lib. de*

Digitized by Google

Scr. Eccl. p. 138. 139.) Possevinum (*T. II. Appar. S.*) Jac. Gretserum (*Lib. 2. de Jure prohibendi Libb. c.* 4.) Rob. Cocum (*in Censura p.* 398. 399.) Vossium (*L. 2. de Histor. Lat. c.* 13. *p.* 214. 215.) Jac. Tirinum (*in Ind. Autt. Comm. Biblico adjecto*,) Vinc. Placcium (*in Tr. de Scr. Pseudon. p.* 235.) Collectores *Actorum Orbis Erud. Lips.* (*T. II. Supplem. Sect. V. p.* 219.) & Andr. Chr. Eschenbachium (*in Diss. de Poetis Christianis Sacris, c.* 2. §. 11.); 3. cum PAULINO, Ausonii ex Filia Nepote, quem Pet. Crinitus (*L.* 5. *de Poet. Lat. c.* 89.) *Pontium Paulinum*, Casp. Barthius autem (*loco mox allegando*) *Ausonium Paulinum*, appellant. Hujus enim *Carmen de Vita sua Eucharisticum*, A. C. 456. æt. 80., scriptum, &, una cum Casp. Barthii ad illud *Notis*, Benedicti Paulini Petrocorii *de Vita S. Martini Libris*, a se Lipsiæ A. 1681. editis, a Chr. Daumio adjectum, Nolano, A. 431. jam defuncto, nec tantam assecuto senectutem, perperam nonnulli adscripserunt, refutati a Simlero, Pet. Crinito (*l. c.*) Baronio, Bellarmino (*l. c. p.* 139.) Jac. Tirino (*l. c.*) C. Barthio (*in Præf. Notarum p.* 254-259.) Chr. Daumio (*in Edit. sua*,) Phil. Labbeo (*T. II. Diss. de Scr. Eccl. p.* 165.) & Guilh. Cavio (*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 168.) Quos inter, quatuor posteriores Ausonii Nepoti recte illud vindicarunt. Poema Paulini *de Regibus*, ex Suetonii tribus de iisdem Libris derivatum, & ab Ausonio (*Epist.* 19. *ad Paulinum*) commendatum, sed jampridem deperditum, Crinitus (*l. c.*) eidem Auso-

nii

nii Nepoti, Vossius autem (*L. 2. de Hist. Lat. c. 12. p. 211.*) Nolano tribuit; 4. cum BENEDICTO PAULINO, a patria Agnomen PETRICORII, i. e. Vesunnici (observante Sirmondo *in Notis ad Sidonium p. 89.*) adepto, Poeta circa An. 461. celebri, nec inculto, Ausoniique, si Casp. Barthii (*in Animadvv. ad illum pag. 155. 156.*) sequaris conjecturam, Pronepote, Paulini autem, cui *Carmen Eucharisticum num. praeced.* asseruimus, Filio. Hujus enim *Libros VI. de Vita S. Martini Turonensis*, Carmine Heroico, ad Perpetuum, Episcopum (ab An. 461. ad Emortualem 496.) Turonensem, exaratos, cum *Carmine ad Nepotulum*, iis adjecto, Nolano, utut ætate ipsius, Perpetuo haud coævi, inferiores, stylo ab ejus dictione scriptos diverso, & a Gennadio, in Recensu Librorum ejusdem, omissos, tribuerunt jam olim Gregorius Turonensis (*L. 1. de Miracc. S. Mart. c. 1.*) & Venantius Fortunatus (*Lib. 1. Poem. de ejusd. Martini Miraculis,*) hisque creduli plerique sequioris Ævi Scriptores. E Recentioribus, Nolano eosdem, Gregorii Turonensis & Fortunati autoritate seducti, adjudicarunt Margar. Bignæus (*T. VIII. Biblioth. PP. Paris. IIdæ,*) Vossius (*l. c. c. 12. p. 211. 212.*) Mart. Zeilerus (*in Tr. de Historicis, P. II. p. 111.*) Ant. Teiserius (*in Catal. Catall. p. 253.*) & pleræque *Patrum Bibliothecæ*, imo ipse Franc. Juretus, qui primus eos A. 1585. ex MSto Pet. Pithoei, edidit, & Errorem hunc, solo, si Barthium audias, gloriæ Autoris adeo cele-

celebris restituti, palpo motus, contra animi sui Sententiam, aliquot defendere allaboravit rationibus, a Johan. Frid. Gronovio (*in Monobiblo Observv. in Scr. Eccl. c.* 10. *p.* 103-106.) dextre confutatis. Sed is quidem postea resipuit, &, *in Notis ad Symmachum* (*p.* 323.) Paulino illos alteri deberi, agnovit. Quod & factum est a Baronio (*ad A.* 402.) Bellarmino (*l. c. p.* 139.) Joh. Savarone (*in Notis ad Sidonii L.* 8. *Ep.* 12.) Jac. Tirino (*l. c.*) &, ante hos, a Centuriatoribus (*Cent. V. c.* 10.) *Paulum* quendam *Petri*, cœteris ignotum, male, uti recte Daumius monuit, in Nolani locum substituentibus. *Paulino* tandem *Petricorio*, Vero Autori, illos asseruerunt Jacob. Sirmondus, novam eorundem Editionem, cum MSS. collatam, ac ex iis emendatam, molitus (*l. c.*) &, qui, hunc Sirmondi Laborem, se curante, lucem visurum (*in Nova MSS. Biblioth. p.* 63.) est pollicitus, Phil. Labbeus, Joh. item Frid. Gronovius (*l. c.*) Casp. Barthius (*in Notis ad illos,*) Christ. Daumius, (tum *in Ep.* 89. *ad Reinesium p.* 223. tum in sua eorundem Editione, cum Notis Jureti, Barthii, Gronovii, ac propriis, Lipsiæ A. 1681. publicata,) Chr. Sandius (*in Animadvv. ad Vossii L.* 2. *de Hist. Lat. c.* 12.) Joh. Hallervordius (*in Spicileg. de Hist. Lat. p.* 141.) Guilh. Cavius (*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 168. 256.) *Bibliothecæ Patrum Novissimæ Lugdunensis* Editores (*T. VI. p.* 297.) Collectores Actorum Orbis Erud. Lipsiensium (*M. Apr. A.* 1682. *p.* 128. *&* *M. Oct. A.* 1685. *p.* 483.) & A. C. Eschenba-

chius

chius (*l. c.*). Quos inter Barthius & Daumius, cœteris prolixiores, noſtram etiam hanc Narrationem locupletarunt; 5. cum PAULINO alio, Presbytero Schismatico, & Ephremi (Gennadio teſte) Diſcipulo, *Tractatus de Quadrageſima* Autore (30.) cui *Epiſtolam* ad Fauſtum Rhegienſem, *de variis Quæſtionibus*, deberi, cum Labbeo, Guilh. Cavius (*in Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 168.) conjectat, Nolano male ſuppoſitam.

LXXXVI. Marqu. Freherus, qui, in *Directorio Hiſtoricorum*, Phil. Glaſeri *Syngrammati Hiſtorico-Theorético* ſubjuncto, PAULUM OROSIUM Hiſpanum, Auguſtini Diſcipulum, Presbyterum circa A. 416. Tarraconenſem, *Orcheſtra adverſus Paganos Hiſtorica* Autorem, ad A. C. 1515. ingenti XI. Seculorum Parachronismo, rejecit, cum HIER. OSORIO, Rerum Emanuelis, Regis Luſitanici, Scriptore (de quo *P. I., Cap. III.* §. 16. dictum,) illum confudit, judice Sev. Walth. Slutero *in Propylæo Hiſtoria Chriſtiana, P. I., p.* 39. *Edit. nupera auctioris.*

LXXVII. Qui PELAGIUM, Monachum Britannum, Collegii Bannochorenſis Præpoſitum, & Hæreſiarcham Sec. V. Famoſum, ob Vitæ Sanctitatem, a Joh. Chryſoſtomo, (*Ep.* 4. *ad Olympiad.*) commendari exiſtimant, cum alio illum Pelagio Monacho, judice Natali Alexandro (*Sec. V. H. E. P. I., c.* 3., *Art.* 2. *p.* 59. *& ſqq.*) confundunt. V. Joh. Andr. Schmidii *Continuat. Introductionis Sagittariana in Hiſt. Eccl. p.* 1122.

LXXVIII.

(30.) V. ex Gennadio, Simlerum *in Biblioth. p.* 542.

LXXVIII. PETRONIUS, Episcopus circa An. 440. Bononiensis, ob ὁμωνυμίαν, confusus est: 1. cum Parente suo, SEX. ANICIO PETRONIO PROBO, Prætorii Præfecto, & Urbis Romanæ An. 406. Consule, cujus *Tr. de Ordinatione Episcopi* Filio jam olim esse suppositum, Gennadius, *in Lib. de Vir. Illustr. c.* 41. verbis hisce testatur: *Legi, sub ejus Nomine, de Ordinatione Episcopi, ratione & Humilitate plenum Tractatum, quem Lingua elegantior ostendit non esse ipsius, sed, ut quidam dicunt, Patris ejus, Petronii, Eloquentissimi & Eruditissimi in Secularibus Literis Viri; & credendum. Nam &, Præfectum Prætorii se fuisse, in ipso Tractatu, designat.* Conf. Vinc. Bellovac. *L.* 20. *Speculi Histor. c.* 25. Simlerum, *in Biblioth. p.* 550. Joh. Hülsemannum *in Patrol. c.* 5. *p.* 1064. & Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 241. a quibus Gennadii tantum Verba repetuntur; 2. cum PETRONIO ARBITRO, *Satyrici* Autore Pagano. V. *Sect. II. c.* 4. §. 49.

LXXIX. PETRO BLÆSENSI, Canonico initio Bituricensi, deinde autem Archidiacono, circa A. 1169. in Anglia, Bathoniensi & Londinensi, Archiepiscopique Cantuariensis Cancellario, suppositi sunt, & Operum ejus Editioni Moguntinæ, a Joh. Busæo, Jesuita, An. 1600. inserti, sed e novissima Parisiensi, a Petro de Guzanvilla An. 1667. publicata, relegati, *Sermones Varii*, PET. COMESTOREM, Decanum Trecensem, ac Canonicum Parisiensem, *Historiæ Scholasticæ* Compilatorem, An. 1190. vel 1198. mor-

mortuum, verum, judice Editore hoc nupero, agnoſcentes Autorem. V. Joh. Galloeſii *Ephem. IX. Erudd. A.* 1677. *p.* 678. (*Ed. Lat.*) & Guilh. Cavii, rem in medio relinquentis, *Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 474. De COMESTORIS contra hujus, cum PETRO de RIGA, Clerico circa A. 1170. Rhemenſi, *Auroræ*, ſive Metaphraſeos Bibliorum Metricæ ἀνεκδότε, Autore, Confuſione, ita Thom. Reineſius *Ep.* 79. *ad Daumium*, *p.* 202. 203.: *Petrum Rigam Carminibus ſuis Auroræ Titulum impoſuiſſe notorium eſt. At qui concoquam, quod narrat* Henr. *Knyghton, Canon. Leiceſtr., L.* 2. *de Eventibus Angl. c.* 10. *Petrum Comeſtorem Allegorias ſuas ſuper utrumque Teſtamentum redegiſſe in Librum Metricum, quem intitulavit Auroram? Error eſt, qui obrepſit* Homini *e* συγκυρίᾳ *coævorum Petrorum, Rigæ & Comeſtoris, Galli utriusque. Manducatorem Poeſi valuiſſe, nemo affirmavit.*

LXXX. POPPONEM Cimbrum, Cherſoneſi Patriæ, & Regni Danici vicini, Seculo X., Apoſtolum θαυματεργον, *in Iſagoge ad* Hiſtor. *Cimbr.* (*P. II., c.* 3. §. 14. *p.* 70-77.) fuſius a nobis celebratum, cum POPPONE, Archiepiſcopo Sec. XI. Trevirenſi, abſurde confudit Catalogus quidam Epiſcoporum Trevirenſium, poſteriori huic Daniæ Converſionem falſo tribuens, & a Joh. Olao Slangendorpio, Theol. Hafnienſi (*in Or. de Orig. & Increment. Relig. Chriſt. in Dania*, *lit. B.* 8. *b.*, *C.* 1. *a.*,) Virgula merito notatus Cenſoria. Conf. *Iſagogen* noſtram *l. c. p.* 72. 73.

LXXXI.

LXXXI. TIRONEM PROSPERUM Aquitanicum, Leonis M. Papæ, circa An. 444., Notarium, Scriptorem magni Nominis Ecclesiasticum, Episcopatu unquam functum esse, negant Sirmondus, Labbeus (*T. II. Diss. de Scr. Eccl. p.* 247. *& sqq.*) ac Olearius (*in Abaco p.* 391.) Guilh. Cavius autem (*in Chartophyl. p.* 108.) Laicis accenset. Sunt tamen, qui Episcopum eum fuisse credant, vel Rhegii Flaminiæ in Italia, cum Sixto Senensi, vel Rhegii Lepidi, cum Joh. Ant. Flaminio & Vossio vel Rhegii denique, Provinciæ in Gallia Aquitanica Oppidi, cum Claudio Roberto, *Galliæ Christianæ*, Scriptore, primum, inter hujus Præsules, Locum ipsi assignante. At fallitur is insigniter, dum, in Patrocinium Sententiæ suæ, allegat Concilia Carpentoractense & Vasionense, Prosperumque, qui his, circa A. 508., subscripsit, eundem esse opinatur cum Nostro, ultra An. 466. non superstite. V., ex G. J. Vossii *Lib.* 1. *Hist. Pelagianæ c.* 18. *&* 53. And. Riveti *Spec. Crit. S., L.* 4. *c.* 18. *p.* 440. 441. *Libros II. de Vocatione Gentium*, Ambrosio olim suppositos, deinde autem Prospero Aquitanico, fide Codd. MSS. & ob Styli similitudinem, a plerisque vindicatos, Vossius, a Riveto allegatus (*l. c.*) & Guilh. Cavius, huic ὁμόψηφος (*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 247.) ob quædam Doctrinæ Aquitanici de Reprobatione minus σύμφωνα, haud dubitant ipsi abjudicare, &, vel Hilario Arelatensi, (cum Joh. Latio *Lib.* 2. *de Semipelagianis c.* 3.) vel potius PROSPERO, Episcopo,

ſcopo, circa A. 527. Aurelianenſi, qui Synodis duabus Galliæ, quas ante memoravi, Provincialibus, Baronio (*in Not. ad Martyrol. Rom. ad d. 25. Jun.*) judice, interfuit, & ſubſcripſit, cenſent eſſe tribuendos. Conf. Rivetum ἐπέχοντα *l. c. p.* 442. 443. *Chronici*, quod, ſub Tironis PROSPERI Nomine, a Pet. Pithoeo A. 1588. primum eſt editum, & deinde ab Andr. Duchesnio, & Phil. Labbeo, iterum recenſitum, a Vulgari Proſperi *Chronico* diverſi, ſed tamen ad eundem cum iſto perducti Annum, Pet. Pithoeus Editor, Voſſius (*L. 2. de Hiſt. Lat. c.* 17. *pag.* 228. 229.) & Phil. Labbeus (*T. II. Diſſ. de Scr. Eccl. p.* 260.) Proſperum Aquitanicum etiam credunt eſſe Autorem. Ab Homine contra Pelagiano, Proſpero illud eſſe ſuppoſitum, ex Mentione Hæreſeos Prædeſtinatorum (*ad A.* 23. *Honorii Imp.*) aliisque Νοθείας Indiciis, colligunt Jacob. Uſſerius (*in Hiſtoria Godeſchalci,*) Gilb. Maugvin (*in Confut. Fab. Prædeſtin. c.* 5. *P. II.*) Joh. Cabaſſutius (*in Notit. Concill. p.* 371.) & Henr. Noriſius (*in Hiſt. Pelag. p.* 278.) allegati a Georg. Greenio (*in Diſſ. de* Hæreſi *Prædeſtin. c.* 1. §. 14. *p.* 19. 20.) Argumentis illorum quædam, ſed minus ſolida, regerente, & Proſperum quendam alium, Aquitanico Cognominem Autorem illius eſſe, cum Jac. Sirmondo (*in Hiſt. Prædeſt. c.* 5.) perſuaſo. Veriſimillima omnium videtur Joſ. Antelmii Sententia (*in Diſſ. VIII. Critica de Veris Operibus Leonis M. & Proſperi Aquitani,*) quæ, Fœtum quidem illud Aquitanici eſſe,

agnoſcit, ſed ab aliis infartum atque interpolatum. V. *Acta Erudd. Lipſ. T. I. Supplem., Sect. VIII., p.* 432.

LXXXII. AURELIO PRUDENTIO CLEMENTI, Hiſpano, V. C., Poetæ, circa Confinia Sec. IV. & V., Chriſtiano; omnium Elegantiſſimo pariter atque Suaviſſimo, Διττοχαῖον, ſive *Enchiridion V. & N. T.* Metricum, quod, *Amœni* licet Autoris Nomen præferens, reliquis ejus Poematis ſolet ſubjungi, ob Stylum horum Dictioni ſimilem, & Codicum plerorumque MSS. conſenſum, vindicant, cum Gennadio Maſſilienſi, Victor Giſelinus, Steph. Chamillardus, Jeſuita Gallus, cœterique illius Editores fere univerſi, non invitis Criticis Seculi ſuperioris, & Ætatis noſtræ, Accuratioribus. Quos inter, Caſp. Barthius (*L.* 6. *Adverſ. c.* 1. *& L.* 8. *c.* 6.) Verſuum Amœnitate Agnomen eum *Amœni* meruiſſe, appoſite monuit. Non audiendi igitur, qui, vel, cum Joh. Sichardo, *Sedulium*, vel, cum Georg. Fabricio, *Amœnum* quendam, a Poeta noſtro diverſum, illius credunt eſſe Autorem, aut, cum Melch. Goldaſto, IV. enumerante Prudentios, horum uni, PRUDENTIO AMOENO, noſtri συγχρόνῳ, itidem Hiſpano, iſtud, absque Veterum Suffragiis, aſſerunt, & Gennadium Confuſionis amborum temere inſimulant. Conf. And. Riveti *Spec. Crit. S., L.* 3. *c.* 26. *p.* 359. 360.

LXXXIII. RAYMUNDI LULLII, Majorcenſis Hiſpani, Eremitæ ac Monachi Franciſcani,

cani, a Saracenis, Bugiæ in Africa, A. 1315. Lapidibus obruti, Historia plurimis implicita est nodis vere Gordiis, in quibus dissolvendis Chymici, Principatum ei, inter omnes propemodum Artis suæ Scriptores, unanimi deferentes Consensu, frustra hactenus desudarunt. In Ecclesia Romana, nonnulli illum, tanquam Sanctum & Martyrem, summis prosequuntur honoribus, nonnulli vero, cum Nicol. Eymerico, Bernh. Lützenburgensi, & Abr. Bzovio, veluti Magum ac Hæreticum, abominantur. V. Bellarminum, nihil ea de re definire ausum, *in Lib. de Scr. Eccl. p.* 262. 263. Dan. Georg. Morhofii *Ep. de Transmut. Metall. p.* 121. & Vinc. Placcii *Tr. de Scriptt. Pseudon. p.* 220. Morhofius & Placcius, ac, qui ab his allegantur, Franc. Penna (*in Notis ad Directorium Eymerici, P. II., ad Qu.* 20. *&* 27.) Theoph. Raynaudus [*in Erot. de Libb. Bonis & Malis, P. I. Erot.* 10., *p.* 152. 153.] & Nicol. de Hauteville [*en L'Esprit de Raymond Lulle, Sect. IV.* §. 8. *p.* 438.] istos conciliaturi, alium Raymundum Lullium Neophytum, e Judæo Fidei Christianæ Proselytum, & 60. Annis nostro posteriorem, cum illo statuunt confundi. Neophyto isti Morhofius, & Henr. Whartonus [*in Append. ad Guilh. Cavii* Hist. *Lit. Scr. Eccl. p.* 6.,) *Librum de Dæmonum Invocatione* Magicum, nostro vulgo tributum, & ab ipso etiam Luca Waddingo, Scriptorum Ordinis Franciscani Nomenclatore, adscriptum, deberi judicant. Sed Argumenta haud immerito, pro sententia Utra-

que, desideres idonea. Chemiæ Peritiam, & χρυσοποιητικῆς Praxin, ei affingi, Scripta autem hujus Argumenti omnia esse supposititia, fuse contendunt Vinc. Mutius, *in Historia Regni Majorcensis* Hispanica, & Lucas Waddingus, Raymundo ea, teste Guilh. Cavio (31.) attribuens alteri, paulo Juniori, *in Annalibus Ord. Min.*, *T. III. ad A.* 315., nec sine ingenti Veri specie. Ol. sane Borrichius (*in Diss. de Ortu & Progr. Chemiæ p.* 129-142.) & Morhofius (*l. c. p.* 120-131.) dum Argumentis Vinc. Mutii respondere, & Dubia, quæ is Chemicis objecit, solvere conantur, magis sese intricant, quam extricant, nec raro ipsi sibi invicem contradicunt. Sed persequi ista fusius jam non licet.

LXXXIV. Inclaruit in Galliis, Sec. XIII., (non XIV., qui Olearii est Error) RAYMUNDUS MARTINI, Barcinonensis Catalaunus, Monachus Ord. Præd. Ἑβραικώτατος. Is, Judex, a Ludov. IX., Rege Galliæ, A. 1264. cum aliis, constitutus Disceptationis de Libris Appellarum, quos, ob Blasphemias, Flammis esse absumendos, Henr. a Colonia, Dominicanus, contendebat, Rabbini autem negabant, e Scriptis Gentis Recutitæ Secretioribus, per hos sibi exhibitis, *Pugionem fidei contra Mauros & Judæos* Tripartitum collegit, Opus grande, ac tantæ Eruditionis, ut Aug. Justinianus, (*in Præf. Victoriæ* Porcheti *contra Judæos*, a Christiano istud haud concinnari potuisse persuasus, Judæum eum olim

(31.) *in Chartophyl. p.* 309.

lim fuiſſe, falſo conjectaverit. MStum illud, per IV. Secula, delituit, in Bibliothecis Publicis Barcinonenſi, Neapolitana Dominicanorum, Toloſana Collegii Fuxienſis, & Privata Matthæi Beroaldi, a Scaligero (*in Scaligerianis Alteris p. 202.*) laudati, ad An. usque 1651. quo, e Cod. Toloſano, Ordinis Prædicatorum Auſpiciis atque Sumptibus, a Franc. Bosqueto, Epiſc. Lodovenſi, & Phil. Jac. Mauſſaco, Præſide Toloſano, cum Notis Joſephi de Voiſin, Presbyteri & ExSenatoris Burdigalenſis, Eruditiſſimis, Lutetiæ eſt publicatum. Evolverat illud jam olim Toloſæ Joſ. Scaliger, in Bibliothecam a Guilh. Catello deductus, primusque obſervarat Plagium Immane, quo Pet. Galatinus, Doctor Ord. Franciſcani, ſub initium Sec. XVI., Theologus, *Libros* ſuos XII. *de Arcanis Catholicæ Veritatis*, verbotenus ex iſto, ſolis tribus *Libri VII.* Capitibus, ſecundo ſc., tertio & quarto, *exceptis*, licet ordine immutato, totos deſcripſit, a ſe poſtea Amicis ſæpius indicatum. V. *Epiſt.* 93. *ad Caſaubonum p.* 259. *Ep.* 141. *ad Rich. Thomſonum p.* 516., *Scaligeriana Prima p.* 89., *& Scaligeriana Altera p.* 202. 223. Plenius hoc furtum illius deinceps Orbi Univerſo detexerunt, tum Editores *Pugionis*, Indice peculiari, ei ſubjuncto, tum alii Viri Eruditi quamplurimi. V. Joh. Morini *Exercc. Bibl. P. I., L. I. Exerc. l. c. 2. p.* 16-19. Gabr. Naudæi *Bibliogr. Polit. p. m.* 55. 56., Joh. Buxtorfii *Dedic. Lexici Thalmudici*, J. H. Hottingeri *Hiſt. Eccl. Sec. XVI. p.* 98. *& ſeqq.* J. G. Dor-

 ſchei

Digitized by Google

ſchei *Vindicias ad Exodum*, *P. II.*, *Diſſ.* 9. *p.* 179. 180., Jac. Thomaſii *Tr. de Plagio Literario*, *c.* 2., §. 436. Joh. Ad. Scherzeri *Collegium Bibliothecarium ἀνέκδοτον*, *Cod.* 35. G. M. Königii *Biblioth. V. & N. p.* 326. J. G. Olearii *Abacum p.* 398. 399. Joh. Hallervordii *Biblioth. Cur. p.* 318. Guilh. Cavii *Chartophyl. p.* 299. 391. Joh. Alb. Fabri *Decadem Decadum*, *num.* 67. &, quam Faber allegat, Joh. Ben. Carpzovii Jun. *Introd. ad Theol. Jud. p.* 90. 103. 113. 117. alios item fere innumeros. Quos inter tamen Joh. Morinus, &, qui illum ſequuntur, Hottingerus, Dorſcheus, Thomaſius, Königius, Hallervordius, Cavius, & Faber, non ex ipſo Raymundi *Pugione*, ſed potius e Porcheti Salvatici (*Thomaſius male Porchetum de Sylvaticis appellat*,) Genuenſis, Monachi circa A. 1512. Carthuſiani, Raymundo itidem ſua pleraque debentis, ſed mente grata, per quem profeciſſet, faſſi, *Victoria contra Impios Hebræos*, Pariſiis An. 1520. ab Auguſtino Juſtiniano, Epiſc. Nebienſi, edita, Opus ſuum transſcripſiſſe Galatinum, obſervant. Nec circa Plagium ſolum Galatini, ſed & circa ipſum *Pugionis* Autorem, Joſ. Scaliger (*locis paulo ante citatis*) erravit, dum, Homonymiæ Fraude deceptus, non alium illum eſſe putavit, quam RAYMUNDUM de SEBONDE, Hiſpanum, Doctorem Gymnaſii Toloſani, circa An. 1430., Medicum ac Philoſophum, Famam *Theologia* ſua *Naturali* inſignem adeptum, ſed Sequiſeculo integro Raymundo noſtro Martini Juniorem. Notarunt hoc Scali-

ligeri *παρόραμα*, cum Gabr. Naudæo (*l. c.*) & Jac. Gaffarello (*P. I. Curiositt. Inaud. c. 2. p. m. 40.*) *Pugionem* Sebondio deberi itidem persuasis, ipsi commune, præter Phil. Jac. Maussacum (*in Præfat. Pugionis*,) Morinus, Dorscheus, Thomasius, Scherzerus, Olearius, & alii paulo ante allegati. Henr. Diestium, Theologum Acad. Hardervicenæ Reformatum, crassæ video, a Joh. Alb. Fabro (*l. c.*) insimulari *ἀβλεψίας*, quod sc., *in Libello de Rat. Stud. Theol. P. II. c. 26.* Galatinum *ex Buxtorfii Pugione Judæorum, tum temporis ἀνεκδότῳ, Labores suos furatum esse affirmaverit.* Qui sane ingens & Error est, & Parachronismus, cum Buxtorfius Senior Galatino Seculo ferme integro fuerit posterior. Sed nulla utriusque Vestigia apud Diestium observes, cujus hæc de Galatino, *P. II. c. 25.* (*non* 26.) *p.* 105., verba se mihi obtulerunt: *In cognoscendis Judæorum Phantasiis, sola Synagoga Judaica Buxtorfii subveniet; nisi Petrum Galatinum legere non graveris, vel, unde hic suos Labores compilasse videtur, Pugionem Judæorum, qui, nondum Typis vulgatus, expectatur e Bibliotheca Buxtorfiana.* E quibus id solum posse colligi, Buxtorfium *Pugionis* Raymundiani Editionem, e MS. suo, esse molitum, nemo non videt, etsi Raymundi ipsius nulla a Diestio facta sit Mentio.

LXXXV. QUI REMBERTUM, Turhulto Flandrum, Secundum Ecclesiæ Hamburgensis, ab A. 865. ad Emortualem 888., Archiepiscopum, Danum ortu fuisse, cum Phil. Cæsare

(*in Triapostulatu Septentr. p. 230.*) & Joh. Vastovio (*in Viti Aquilonari p. 14.*) opinantur, eum confundunt cum RIMBERTO alio, gente Dano, quem ab Ansgario, Antecessore suo, Titulo Episcopi esse donatum, & in Sueciam missum, Novellæque Regni hujus Ecclesiæ, post mortem etiam Ansgarii, se in Cathedram Hamburgensem jam evecto, adhuc præfuisse, Noster, *in Vita Ansgarii, cap. 29.*, testatur, & satis proinde perspicue a se distinguit. Conf. *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 3. §. 11. p. 62. & in Addendis p. 222. 223.* Pet. Lambecii *Notas ad c. 29. Vitæ Ansgarii Rembertinæ*, & Claud. Ohrnhiälmii *Hist. Eccl. SveoGoth. L. 1. c. 20. p. 65.* De Confusione Remberti cum ERIMBERTO, Presbytero coævo, relege §. 35. hujus Capitis.

LXXXVI. *Explanationes in Epistolas Paulinas*, quas, sub REMIGII, Gallorum Apostoli, & Archiepiscopi, ab An. 471. ad Emortualem 535., RHEMENSIS, nomine, ex MSto S. Cæciliæ, trans Tyberim, Romano, An. 1067. exarato, Joh. Bapt. Villalpandus, Cordubensis, Jesuita, Romæ A. 1598. edidit, Moguntinique (A. 1614.) & Colonienses (*T. V. Biblinth. PP.*) recuderunt, eidem asserunt, tum Codd. MSti complures, & in his Oxoniensis Collegii Balliolani, ac Lovaniensis Membranaceus, tum Joh. Garetius (*in Testimoniis Patrum de Eucharistia & Missa p. 43.*) ac Rob. Bellarminus (*Lib. 2. de Euchar. c. 31.*) Qui tamen, mutata post mente, *in Lib. de Scr. Eccl. p. 167.* Primasio, & *p. 192.* Haymoni Halberstadiensi,

dlensi, neutiquam autem (quod ab Hülsemanno, ut Contradictionis eum convincat, objici ipsi (32.) video) Remigio Antissiodorensi, easdem adscripsit. Sed falso Autorem illarum credi Remigium Rhemensem, frustraque Villalpandum (qui se primum esse Editorem falso putavit,) Argumentis atque Exceptionibus diversis, sed ineptis, atque ridiculis, pro Sententia hac depugnasse, fuse ac ἀναντιῤῥήτως, ex Scriptorum Ævo Remigii hujus recentiorum, Benedicti, Cassiodori, Gregorii M. & Bedæ, allegatione, in iis obvia, aliisque κριτηρίοις, ostensum est ab And. Riveto, *in Specim. Crit. S. L. 4. c. 27. p.* 479-488. &, post illum, a Phil. Labbeo, *T. II. Dissert. de Scr. Eccl. p.* 285. *ac sqq. & in Append. p.* 800. Caroloque (quem Cavius allegat) Cointio, *T. I. Annalium Franciæ Ecclesiasticorum, ad A.* 533. *num.* 49. Agnoverunt idem etiam cœteri Patrologi ac Critici Sacri, ac proinde, de alio Parente Fœtui huic assignando, solliciti fuerunt. Bellarminus (*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 167.) PRIMASIUM, Episc. in Africa, circa A. 552. Adrumetinum, sub cujus Nomine Lugd. Gall. An. 1543. a Joh. Gagnejo sunt editæ, initio substituit, sed exploditur a Riveto (*l. c. c.* 29. *p.* 492. 493.) cujus adversus Præsulem Rhemensem Argumenta, contra hunc etiam, non multo Juniorem, militant. Nec ipse Bellarminus constanter huic inhæret Sententiæ, sed paulo post (*p.* 192.) *Explanationes* istas HAYMONI tribuit,

Qq 5 Epi-

(32.) *in Patrol. c. 6. p.* 1091.

Episcopo Halberstadiensi, A. 853. defuncto, sub cujus Nomine Parisiis illæ, & sine mentione Anni, & A. 1556. prodierant, cuique easdem, post Joh. Hülsemannum (*in Patrol. c. 6. p.* 1091.) & Vinc. Placcium (*in Tr. de Scr. Psevdon. p.* 247.) novissime, hoc ipso An. 1696. Ludov. Elias du Pin, Theol. Parisiensis, Codd. MSS. complurium, Fulberti item Carnotensis, Ivonis Carnotensis, Sigeberti Gemblacensis & Johan. Trithemii, Testimoniis, stylique similitudine, fretus, *Tomo VII. Bibliotheca Autorum Ecclesiasticorum* (33.) vindicavit. Sunt tamen alii, qui, tot MSStorum, Remigii Nomen, absque Agnomine ullo, præferentium, moti Autoritate, REMIGIO quidem RHEMENSI male suppositas eas esse agnoscunt, sed, alteri tamen Remigio Juniori deberi, arbitrantur. Hos inter, REMIGIUM, ex Lotharii Imp. Cancellario Archiepiscopum, circa A. 855. LUGDUNENSEM, Eruditis, sed absque Rationibus idoneis, obtrudit Theoph. Raynaudus (*in Erott. de Libb. Bonis & Malis p.* 153. 154.) a Vinc. Placcio (*l. c.*) non solum explosus, sed & Plagii in Rivetum insimulatus. Majori veri specie, pro REMIGIO, Presbytero & Monacho, circa A. 880. ANTISSIODORENSI Benedictino, circa A. 900. mortuo, (cujus & Ætas Autoribus omnibus, in *Explanationibus* hisce allegatis, est inferior, & Stylus, ex Ævi genio, incultior, *in Commentariis in Psalmos, & XI. posteriores Prophetas Minores*, illarum

(33.) *V. Acta Erudd. Lips. M. Jan. A.* 1696. *p.* 39. 40.

rum dictioni adeo, similis, ut Villalpandus hos etiam, ne suæ officerent Sententiæ, Rhemensi absurde vindicare sit conatus,) militant Bapt. Platina (*in Vita Formosi Pontificis*,) Ant. Possevinus (*in Appar. S.*) Edm. Albertinus (*L. 2. de Eucharist. p.* 886. 926. 937.) Phil. Labbeus (*l. c.*) Joh. Gotfr. Olearius (*in Abaco p.* 403.) Rich. Simon (*in Hist. Critica Commentariorum N. T. c.* 26. & Guilh. Cavius (*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 258. 395.) Quos inter, Albertinus, Labbeus & Cavius, compluribus Argumentis, Sententiam hanc valde reddiderunt probabilem. Nec dissentit ipse Rivetus (*l. c. c.* 27., *p.* 482. 486.) dubius licet animi, an Haymonem, an vero Remigium Antissiodorensem, præferat, cum & Tempora, & MSta, utrique, ex æquo, faveant. Non improbanda est Platinæ Conjectura, ab eodem laudata, quæ Codices, & Viros Doctos, Rhemensi Remigio patrocinantes, hunc confudisse suspicatur cum Antissiodorensi, qui, a Fulcone, Archiep. Rhemensi, Rhemos, ad Literas docendas, evocatus, Rhemensis Agnomen inde forsitan obtinuit.

LXXXVII. *Professionem Fidei*, in Cœnobio Bethlehemitico, contra Origenis & Pelagii Errores, factam, ac, sub Nomine RUFINI TORANII, Presbyteri, circa A. 400. Aquilegiensis, inter Marii Mercatoris Opera, a se repertam, atque *Parte I.* eorundem *p.* 114. editam, Johan. Garnerius tribuendam potius esse judicat RUFINO Syro, Hieronymi (a quo A. 399. in Oc-

cl-

cidentem est missus) Discipulo, Pelagii autem Magistro. Cui etiam vindicat RUFINI *Libellum Fidei*, contra varias Hæreses, prolixissimum, Græce Scriptum, a Juliano autem Eclanensi Latine versum, ac primum ἀνωνύμως a Sirmondo, deinde vero, a se, inter Opera Mercatoris, publicatum. V. Guilh. Cavii *Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 166. Ludov. Elias du Pin (*T. IV. Biblioth. Autt. Eccles. p.* 31.) utramque Professionem Rufino Aquilejensi itidem abjudicat, sed priorem tamen, sive breviorem, ab Anastasio Papa, hunc in finem, ut ab ipso subscriberetur, concinnatam esse, conjectat. V. *Acta Erudd. Lips. T. II. Supplem. Sect.* 9. *p.* 418. De LICINII RUFINI, Scriptoris Christiani *Collationis LL. Mosaicarum atque Romanarum*, Confusione cum LICINIO RUFINO, JCto Gentili, relege *P. II. Cap.* 4. §. 56.

LXXXVIII. JOHANNES ERIGENA, Agnomine SCOTI a Posteris donatus, quem nonnulli ortu Scotum, alii Hybernum, alii autem e Tractu Comitatus Herefordiensis *Ergene*, Walliæ contermino, oriundum fuisse, contendunt, Scriptor Seculi IX. Ecclesiasticus, Operumque PsevdoDionysii Areopagitæ Interpres, Carolo Calvo acceptissimus, sed, ob Novas de Eucharistia & Prædestinatione Sententias, Scriptis defensas, Hæreseos a multis insimulatus, ac tandem vel ob easdem, vel alias ob causas, Graphiis Discipulorum suorum, in Cœnobio Angliæ Malmesberiensi, A. 884. misere con-

confossus (34.) ob communionem Agnominis cum aliis, confunditur: 1. cum JOH. MAILROSIO, SCOTO, qui, e Patria circa A. 792., in Galliam, cum Clemente, profectus, Literas, Caroli M. auspiciis, Lutetiæ primo, & deinde Ticini, docuisse perhibetur (35.) a Joh. Trithemio, qui Erigenæ *Libros V. de Divisione Naturæ*, illi a Wilh. Malmesburiensi, aliisque, vindicatos, & Oxoniæ A. 1681. demum excusos, Joh. it. Balæo & Jos. Simlero, qui, & hos ejusdem Libros, & Versionem Operum Dionysii Areopagitæ, Mailrosio perperam tribuerunt. Taceo alios complures, hujus Confusionis reos, ab Herm. Conringio (*l. c. Diss. III. p.* 79.) & Frid. Spanhemio Jun. (*T. II. Introd. in Hist. S. p.* 775.) reprehensos; 2. cum JOH. DUNS SCOTO, Doctore Ord. Min. Scholastico Celeberrimo, *Subtilis* adepto Agnomen, & A. 1308. mortuo, tum a nonnullis, qui, Simlero (*p.* 362.) teste, huic Translationem Dionysii Areopagitæ falso adscripserunt, tum a Raph. Volaterrano, J. G. Dorscheo (*in Sylloge Semestri Miscell. Historico-Theol. p.* 77.) & aliis, qui, Dunsium Stylis Auditorum esse interemptum, fabulantur, ab Oleario

(34.) V. plura de illo, in H. Conringii *Antiqq. Acad. Diss. III. p.* 79. *Suppl. XXXI. p.* 280. 281. *Suppl. XXXIX. p.* 316-321. *Suppl. XLII. p.* 328. Nat. Alexandri *Diss. XIV. ad Selecta Capita Hist. Eccl. Sec. IX. & X. Actis Erudd. Lips. M. Apr. A.* 1683. *p.* 190-194. Olearii *Abaco p.* 251. C. Sagittarii *Introd. ad H. E. p.* 979. *&c.*

(35.) V. de illo Conringium *l. c. Diss. III. p.* 73. 79. 314. 315. 316.

rio (*in Abaco p.* 249. 250. 251.) & Casp. Sagittario, (*in Introd. ad H. E. p.* 979.) jam notati; 3. cum JOHANNE, Abbate in Anglia Æthelingiensi. V. Natalis Alexandri *Diss. cit.* in qua, Erigenam, nec Bedæ (*uti Mornaus L. 4. de Euchar. c. 8. falso tradidit*) Discipulum, nec Martyrem, fuisse probat, testibus *Actorum* Orbis Eruditi *Lipsiensium* Collectoribus, *M. Jul. A.* 1682. *p.* 213. Sunt etiam, præter Natalem, alii, ab iisdem (*M. Apr. A.* 1683. *p.* 194.) memorati, qui, Hæreticis illum annumerantes, quæcunque de Martyrio ejus, ex Epitaphio Antiquo, *Martyrologio Romano* (*ad d. 4. Id. Nov.*) aliisque Monumentis, afferuntur, ad alium Johannem pertinere, contendunt.

LXXXIX. Cuinam, inter tres SEDULIOS cognomines, *Collectaneum, sive Explanatio in omnes Epistolas Pauli*, ex Patribus Græcis ac Latinis congesta, &, tum seorsim Basileæ A. 1528. & 1534. tum in *Bibliothecis Patrum*, sæpius edita, debeatur, Eruditi dissentiunt. COELIO SEDULIO, Presbytero & Poetæ, circa A. 434. Christiano, illam adscribunt Joh. Trithemius, Jos. Simlerus (*in Biblioth. p.* 108.) Rob. Bellarminus (*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 141.) Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpp. Scripturæ p.* 96.) Gerh. Meierus (*Lib. 1. Biblioth. Th. Contr. c. 5. p.* 54.) & cœteri plerique Patrologi, Labbeo antiquiores, sed Erroris & Parachronismi haud exigui merito insimulantur, cum Gregorii M., sesquiseculo integro Poeta isto Junioris, mentio in il-

la

la occurrat. SEDULIO Scoto, quem Anno 818. claruisse Hepidannus testatur, primus eam, παρεκβάσει prolixa, vindicavit Phil. Labbeus (*T. II. Diss. de Scr. Eccl. p.* 324.-335.) applaudentibus J. H. Hottingero (*L.* 3. *Biblioth. Quadrip.*, *c.* 4. *p.* 297.) J. G. Oleario (*in Abaco p.* 425. 426.) & Frid. Spanhemio Jun. (*T. II. Introd. in Hist. S. p.* 885.) Calculum eidem suum etiam Guilh. Cavius initio adjecit, *in Chartophyl. p.* 179. Sed mentem is postea mutavit, &, *in Hist. Lit. Scr. Eccles.* (*p.* 239. & 365.) SEDULIUM, Britanniæ Episcopum, de genere Scotorum, qui Concilio Romano, An. 721, habito, subscripsit, isti prætulit.

XC. SIFFRIDUM, Presbyterum, circa A. 1307. Misenensem, *Chronici* ab O. C. ad eundem Æræ Christianæ Annum, perducti, Scriptorem, cujus Epitomen Georg. Fabricius *Annalibus* suis *Misenensibus* adjecit, cum SIFFRIDO, Episc. Cyrenensi Titulari, Theodorici, Archiep. Moguntini, in Pontificalibus, circa An. 1470. (Trithemio teste,) Vicario, confuderunt Ant. Possevinus & Alph. Fernandezius, a Labbeo (*T. II. p.* 349.) Virgula notati censoria. V. J. Gotfr. Olearii *Abacum p.* 431.

XCI. Sub Nomine SIXTI III., Pontificis, ab A. 432. ad A. 440. Romani, Libellos aliquot *de Divitiis, Castitate, Malis item Doctoribus, Operibus Fidei, & Judicio Futuro, Bibliothecæ Patrum Parisiensis Secundæ Tomo V.* insertos, edidit, ac emendavit, Guilhelmoque Sirleto, Cardinali, inscripsit,

Sal-

Salvator Solanius Murgitanus. Refert is, *in Epist. Dedicatoria*, Codicem Biblioth. Vaticanæ, e quo illos publicaverit, MStum SIXTO, Papæ & Martyri, eos tribuere, se autem, cum, pacata jam ubique Ecclesia, & post exortam Joviniani Hæresin, scriptos esse, pateat, Sixto III. potius vindicandos censuisse. Sed nullum hæc Solanii Conjectura meruit Applausum. Ψευδεπιγράφους enim esse, ac plenos Erroribus Pelagianis, adeoque Sixto etiam III. indignos, judicant Bellarminus (*in L. de Scr. Eccl. p.* 149.) Ludov. Jacobus (*P. I. Biblioth. Pontif. p.* 202.) Labbeus (*T. II. p.* 360.) & cœteris fere omnes, tum Ecclesiæ Romanæ, tum Partium adversarum, Patrologi. De XYSTI Pythagorici *Sententiis* SIXTO II. Pontifici & Martyri, a Rufino Aquilegiensi suppositis, *Cap. III.* §. 78. jam est dictum.

XCII. Duos Patrologi celebrant SMARAGDOS, ARDONEM scil. SMARAGDUM, Monachum & Presbyterum Cœnobii, in Diœcesi Montispessulana, Anianensis Benedictinum, A. 843. mortuum, & SMARAGDUM, Abbatem Monasterii S. Michaelis ad Mosam, in Pago Virdunensi, circa A. 980., itidem Benedictinum, a Trithemio, Sixto Senensi, Bellarmino, Possevino, & aliis, pro uno eodemque Scriptore perperam habitos. Cuinam autem illorum *Comm. in Regulam S. Benedicti*, *Vita S. Benedicti, Abbatis Anianensis*, *Diadema Monachorum*, & *Commentarii in Periochas totius Anni Evangeli-*

cas atque Epistolicas, ex Patribus collecti, debeantur, non consentiunt. Seniori, sive Monacho, Scripta hæc, Codd. aliquot MSS. testimonio freti, vindicant Th. Raynaudus (*in Erot. de Libb. Bonis & Malis p. 155.*) Phil. Labbeus (*T. II. p.* 361.) J. G. Olearius (*in Abaco p. 435. 436.*) & V. Placcius (*in Tr. de Scr. Psevdon. p. 259.*); Juniori contra, sive Abbati, post Trithemium, Sixtum Senensem, Simlerum, Bellarminum, Possevinum & Miræum, Joh. Mabillonius (*T. II. Analect. p. 418.*) Gulih. Cavius (*in Chartoph. p. 182. & 212. ac in Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 357. 358. 370.*) neutri accedens parti, incertum esse censet, quis illorum pro vero Autore sit habendus.

XCIII. SUIDBERTUM, Monachum Angliæ Benedictinum, Frisiorumque, Cimbrorum & Saxonum, circa Confinia Sec. VII. & VIII., cum XI. Collegis, Apostolum, Episcopi Titulo a Wilfrido, Merciorum Præsule, donatum, Werdæ tandem ad Rhenum (quæ Keyserswertha jam appellatur,) in Monasterio a se condito, Kal. Mart. A. 717. (teste Marcellino Biographo) defunctum, &, integro fere post obitum Seculo, A. C. 804., primum omnium, a Leone III., Divorum Cœlitum Numero, Carolo M. præsente, adscriptum, breviter in *Isagoge ad Hist. Cimbr.* (*P. II. c. 2. §. 6. p. 23. 24. 25.*) fusius autem in *Cimbria Literata* ἀνεκδότως, celebravimus. Utrobique a nobis est ostensum, perperam illum, nec sine Parachronismo erroneo, ab Alb. Krantzio (*L. 1. Metrop. c. 6.*) Cæs. Baronio (*T.*

Digitized by Google

IX. Annalium, ad A. 717. *p.* 20.) Herm. Conringio (*in Exerc. de Constitutione Episcc. Germaniæ* §. 6.) Johan. Chr. Becmanno (*in Notit. Dignitt. p.* 359.) aliisque Viris Eruditis, confundi, & eundem putari, cum SUIDBERTO alio, primo Ecclesiæ Verdensis ad Alleram Episcopo, Annis demum post Excessum Nostri 70. (A. sc. 786.) a Carolo M. isti præfecto, uti e Diplomate, de Fundatione Episcopatus illius, quod Maderus edidit (36.) Carolino, aliisque Ævi Veteris Monumentis, constat, ac olim fusius demonstrabitur.

XCIV. SEVERUM SULPITIUM, Nitiobrigem Aquitanum, Presbyterum in Gallia Primuliacensem, A. C. 420. etiamnum superstitem, Historiæ Sacræ, aliorumque Opusculorum de Vita B. Martini, Scriptorem Celebrem, Styliique Sallustiani Æmulum, cum SULPITIO, Episcopo circa A. 585. Bituricensi, Parachronismo Sesquiseculi, confuderunt Car. Sigonius, Pet. Galesinius, & Victor Giselinus, erroris convicti a Jos. Scaligero (*in Prolegg. Libb. de Emend. Temp.*) Cæs. Baronio (ad A. 431.) & Pet. Fabro *in Schediasmate de Dionysio Areopagita, Opusculis Posthumis* inserto. V. Vossii *Lib. 2. de Hist. Lat. c.* 12. *p.* 209. 210. &, ex illo, J. Andr. Quenstedii *Dial. de Patr. Vir. Illustr. p.* 40. ac J. Gotfr. Olearii *Abacum p.* 428. 4. 29.

XCV. Q. SEPTIMIUM FLORENTEM TER-

(36.) *in Append. Diplomatica ad M. Adami Bremensis Hist. Eccl. n.* 1.

TERTULLIANUM, Carthaginensem, ex JCto & Causidico Gentili, Presbyterum Civitatis Patriæ, circa An. C. 192., Christianum, An. circiter 220., Si Cavium audias, defunctum, nonnulli confundunt cum TERTULLIANO Martyre, a Balth. Bebelio (*in Antiqq. Eccl. Trisec. p.* 459.) &, qui hunc allegat, Johan. Gotfr. Oleario (*in Abaco p.* 442. 443.) refutati. Aliquanto probabilius alii Scriptorem hunc, Ecclesiasticorum Latii omnium Antiquissimum, in Foro olim versatum, & Elogio *Viri Legum & Institutionum Romanorum peritissimi* ab Eusebio (*L.* 2. *Hist. Eccl. c.* 2.) ornatum, eundem esse judicant cum TERTULLIANO, JCto Civitatis Romanæ, sub Alex. Severo, Celebri, Ulpiano, (a quo allegatur) Antiquiore Pomponio autem (quem ipse laudat) Juniore, cujus Responsa in Pandectis passim occurrunt, & *Libri VIII. Quæstionum*, unicusque *de Peculio Castrensi*, ex iisdem a Joh. Bertrando [*in Vita ejus* (37.)] celebrantur. Fatetur Bertrandus, *Opinionem hanc omnes fere jam Literatorum Animos opplevisse.* Patrocinantur certe illi, non solum Bernh. Rutilius, & Johan. Fichardus, ab ipso citati, sed Ant. etiam Augustinus, Jac. Gujacius (*L.* 7. *Observv. c.* 2.) & Radulphus Fornerius, JCti Seculi superioris Principes, a G. C. Kirchmayero (38.) Duumviris istis adjuncti. Herm. Conringius (*in Historia omnis generis Scriptorum, post N. C.* Ἀνεκδότων,

(37.) *Lib.* 1. *de Jurisperitis p.* 135-139.
(38.) *in Elogiis & Elegantiis Vett. JCtorum, c.* 1. *p.* 17.

Digitized by Google

Sec. II. c. 3.) ἐποχὴν amplectitur, & rem in medio relinquit. Diversos contra illos esse, præter Hug. Grotium (*ad c. 3. Ep. ad Tit.*) Henr. Valesium, Æg. Menagium(*in Amœnitt. J. Civ. c.* 12.) Operumque Presbyteri Carthaginensis Editores, Jac. Pamelium, Phil. Priorium & Alysium, a Kirchmayero, Bebelium item & Olearium, a nobis paulo ante laudatos, contendit (*l. c.*) Joh. Bertrandus, allegationem JCti ab Ulpiano, Christianis infensissimo, factam, Hieronymi de Scriptis Presbyteri Afri Juridicis, in *Catalogo*, Silentium, aliasque Rationes, Adversariis objiciens. Coævos tamen eos, imo forte etiam Cognatos, fuisse fatetur, JCtum autem Presbytero ætate paulo minorem exstitisse, ostendere allaborat. Manifestior est Error illorum, qui Celebre SCtum Tertullianum, sub Antonini Pii conditum Imperio, Tertulliano, Scriptori Ecclesiastico, vindicant. Nomen enim illud suum accepisse a Q. Flavio Tertullo, quo atque Licinio Sacerdote Consulibus, istud A. U. C. 910. Legum Romanarum Numerum auxit, jam supra, *Cap.* 4. §. 66. est monitum.

XCVI. THOMÆ de AQUINO, Theologo Ord. Dominicani, inter Scholasticos facile Principi, A. 1274. defuncto, ANGELICI Doctoris Agnomen ab Asseclis esse impositum, nemo ignorat. Quia autem parum istud, quoad Sonum & Scripturam, differt ab altero ANGLICI, quo THOMAS WALLEIS, seu GUALENSIS, Cambro-Britannus, Theologus Ord. Præd. circa

circa A. 1332. Oxoniensis, illi, Jac. Tirino Judice, *sive Acumen spectes, sive Stylum, sive Doctrinam sive Professionem, haud absimilis*, est donatus, hinc factum est, ut Scripta hujus quamplurima Aquinati, non solum, per Monachorum & Librariorum Imperitiam, sint supposita, sed a plerisque etiam Scriptoribus Bibliothecariis attributa, ac Operibus ejusdem inserta. V. Sixti Senensis *Biblioth. Sanctam Lib.* 4. *p.* 308., Theoph. Raynaudi *Erotemata de Libb. Bonis & Malis, P. I. Erot.* 10. *p.* 157. Jacob. Tirini *Indicem Autorum, Comm. Biblico præfixum, lit. T.* Henr. Jul. Scheurlii *Bibliogr. Moralem p.* 49. Phil. Labbei *T. II. Diss. de Scr. Eccl. p.* 435. J. Andr. Quenstedii *Dial. de Patriis Vir. Illustr. p.* 94. Guilh. Cavii *Chartophyl. p.* 291. 318. *& Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 504. 505., ac Henr. Whartoni *Append. ad istam p.* 8. Ex istis Aquinati abjudicantur, & vero Autori, Thomæ Anglico, postliminio vindicantur: 1. *Comment. in Genesin*, Antonino etiam (*P. III. Summæ Historialis, Tit.* 18. *c.* 10.) &, qui hunc allegat, Bellarmino (*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 253. 254.) visus suppositítius, a Sixto Senensi, Tirino & Cavio, *locis citatis*; 2. *Comm. in Esaiam*, a Tirino & Cavio; 3. *Comm. in Jeremiam & Threnos*, a Cavio, Tirino, Placcio, (*in Tr. de Scr. & Pseudon. p.* 265.) &, quem is laudat, Mich. Ghislerio (*in Præfat. Comm. in Jerem. c.* 6. §. 11.); 4. *Comm. in Lib. Maccabæorum*, a Sixto Senensi, Tirino & Cavio; 5. *Comm. in Epistolas Canonicas* (qui Bellarmino quidem *p.* 254. γνήσιος videtur, sed invito Tirino,

R. Salom. Jarchium & Nic. Lyranum, Aquinate Juniores, in eo, ad 1. Pet. II. 16., & alibi, allegari, obſervante, a Sixto Senenſi, Tirino, Raynaudo, Placcio, Cavio (*locis citatis*,) ac Rich. Simone (*in Hiſt. Critica Commentatorum N. T. c.* 33.); 6. *Comm. in Apocalypſin*, a Sixto Senenſi, Tirino, Cavio & Rich. Simone (*l. c.*); 7. *Comm. in Boethii Libb. de Conſolatione Philoſophiæ*, a Sixto Senenſi, Ant. Poſſevino (*in Appar. S.*) Tirino, Cavio & Scheurlio (*l. c.*); 8. *Summa totius Logicæ Ariſtotelis*, ſub Aquinatis Nomine, Venetiis An. 1496. excuſa, a Joſ. Simlero (*in Biblioth. p.* 658. 659.) Poſſevino (*in Præf. Appar. S.*) & Placcio (*l. c.*); 9. *Libri IV. de Regimine Principum, ad Regem Cypri*, *Aquinatis quidem*, Conringio Judice, *Doctrinam & Acumen non ſapientes*, *ſed tamen bonæ frugis non vacui*, quorum νοθείαν Bellarminus (*p.* 254. 255.) diverſis oſtendit Argumentis, a Tirino, Scheurlio (*l. c.*) & Herm. Conringio (*in Lib. de Prudentia Civili, c.* 14. *p.* 350. 351.)

XCVII. Idem THOMAS GUALENSIS, ſive ANGLICUS, quemadmodum cum THOMA AQUINATE, Sive ANGELICO, ob Agnominum Similitudinem, ita, ob Communionem Prænominis, cum THOMA JORGIO, ſive JOYCE, Londinenſi Anglo, magiſtro Ord. Præd. in Patria initio Provinciali, deinde autem Cardinali & Epiſcopo Sabinenſi, An. 1311. mortuo, ita eſt confuſus, ut Scripta amborum (quæ Ambroſius Altamura, Bibliothecæ Dominicani Ordinis Scriptor, omnia utrique ſimul deberi, abſurde exiſtimavit) ſecerni

hodie,

hodie, ſua cuique vindicando, nullo modo poſſint. V. Henr. Whartoni *Append. ad Guilh. Cavii Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p.* 20. Aſſerit tamen ille, ex iis, quæ Jorſium mentiuntur Autorem, Guaſlenſi, præter alia complura, ſpeciatim haud deſignata, *Articulos Hæreticales, & Libellum de Theoria prædicandi*, deberi.

XCVIII. TURIBIO, ſive TURBIO, Epiſcopo in Hiſpania, circa A. 447. Aſturcenſi, ad quem Leo MAGNUS, P. R., Epiſtolam exaravit, Jod. Coccius, ſub initium *Theſauri Catholici*, perperam adſcripſit Fragmenta nonnulla, ab Ambroſio MORALES eruta, quæ Baronius (*T. VI. Annal.*) eumque ſecutus Poſſevinus, TURIBII, alterius, longe recentioris, eſſe oſtenderunt. V. Johan. Hulſemanni *Patrologiam c.* 6. *p.* 1090. 1091.

XCIX. VICELINO, Hameliæ ad Viſurgim nato, Apoſtolo Wagriæ noſtræ inclyto, & Eccleſiæ in eadem Aldenburgenſis ab An. 1148. Epiſcopo, d. 12. Dec. A. 1154. defuncto, Henr. Oræus, Aſſenheimenſis Wetteravus, in *Nomenclatore præcipuorum Eccleſiæ Doctorum*, Hanoviæ 1619. excuſo, *p.* 147. Scriptum tribuit adverſus Berengarium, nemini vel Veterum, vel Recentiorum, uſpiam memoratum, uti, *Parte II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr. c.* 3. §. 15. *p.* 79. jam monui. Confudiſſe autem is poſtea mihi viſus eſt VICELINUM cum ASCELINO, Monacho Seculi XI. in Neuſtria Benedictino, Berengarii, primi Turbarum Euchariſticarum Autoris, συγχρόνῳ, ac Adverſario, cum illo, & publice,

Digitized by Google

blice, & per Epiſtolas (quarum unam, cum duabus Berengarii, *Tomo IX.* Editionis Conciliorum Noviſſimæ eſſe inſertam, Guilh. Cavius (39.) teſtatur,) congreſſo, de quo plura Natalis Alexander, *in Selectis Capitibus Hiſt. Eccl. Sec. XI. & XII. P. II., Diſſ. I.* & Frid. Spanhemius Jun., *in Summa Hiſt. Eccl. Sec. XI. p.* 475. ſuggerent. Vicelinum *Iſagoge* noſtra (*l. c. p.* 78. 79.) obiter celebravit. Fuſius de illo in *Cimbria Literata commentabimur.*

C. *Librum de Pœnitentia*, Ambroſio Mediolanenſi ſuppoſitum, & a Pet. Gilloto VICTORI, CARTENNENSI circa A. 456. Epiſcopo, adſcriptum, Cœnobitæ S. Mauri Benedictini Eruditiſſimi, qui noviſſimam Operum Ambroſii curarunt Editionem, & in Appendicem *Tomo* illorum *IIdi* Tractatum hunc An. 1690. rejecerunt, VICTORI alteri, Epiſcopo in Africa TUNNUNENSI, *Chronici*, ab O. C. ad Juſtini usque Junioris Imperium perducti, & ab Henr. Caniſio Ingolſtadii A. 1600. publicati, Autori, A. C. 566. defuncto, eum Jac. Sirmondo, vindicant. *V. Acta Erudd. Lipſ. T. II. Supplem. Sect. V. p.* 222.

CI. Librarios, qui VICTOREM, vel VICTORINUM potius, Rhetorem Sec. Vti, circa A. 434. Maſſilienſem, cujus *Libri III. Carminum in Geneſin* (ab O. C. ad obitum usque Abrahami) ſuperſunt, in Codd. MSS. CLAUDIUM MARIUM VICTORINUM vocarunt, eum cum Claudio

(39.) *in Chartophyl. p.* 219.

dio Mario Victorino, Scriptore profano Sec. IVti, confudisse, praeeuntibus Possevino ac Vossio, monet Johan. Hülsemannus *in Patrol. c. 5. p.* 1071.

CII. VICTORINUM Episcopum in Pannonia Superiore PITABIONENSEM, A. C. 303. Martyrio sublatum, accurate ab aliis ὁμωνύμοις distinguere Eruditos docuit, & Errores inveteratos, ex horum cum illo Confusione ortos, detexit, solideque confutavit, Johan. Launoyus, Theologus Parisiensis πολυμαθέστατος pariter atque φιλαληθέστατος, in peculiari de illo *Dissertatione*, Argentinae A. 1659. excusa. Confusus scilicet is est: 1. cum VICTORINO AFRO, ex Rhetore Gentili Christianae Fidei, circa A. 362. Proselyto. Utrique enim tribuitur, ab Autoribus diversis, *Carmen*, quod superest *Heroicum de VII. Fratribus Maccabais*. Sub Afri Nomine editum istud est A. 1528. a Johan. Sichardo, *in Antidoto contra Hæreses*, An. 1556. a Joh. Heroldo, in *Hæreseologia*, Basileae excusa, ac deinde in Georg. Fabricii Poetarum Christianorum Syntagmate, *Patrumque Bibliothecis*. Adscribitur eidem a Labbeo, Oleario, Cavio & Lud. Elia Pinio (*T. II. Biblioth. Antt. Eccl.*) Andr. contra Rivinus, qui, una cum aliis Victorinorum Poematiis, illud Lipsiae An. 1652. edidit, VICTORINO PITABIONENSI, sive (uti ipse Vulgi Errorem, ex Paranomasia ortum, sed a Launoyo dexterrime confutatum, secutus, appellat) PICTAVIENSI, deberi, Conjectura fal-

Digitized by Google

laci credidit. V. Chr. Daumii *Indicem Poetarum Christianorum*, Bened. Paulini Petrocorii *Libris de Vita Martini* præfixum. Christoph. Sandius Jun. (*in Tr. de Vett. Scr. Eccl. p.* 83.) *Commentarium in Apocalypsin*, Chiliasmo contrarium, Victorino Pitabionensi, (quem Chiliastam fuisse Hieronymus testatur) perperam, ipso Bellarmino Judice, suppositum, Victorini Afri esse conjectat, sed sine aliorum Applausu; 2. cum VICTORIO AQUITANO, sive Lemovice, Cycli Paschalis, An. 463. rogatu Hilarii Papæ, scripti, &, cum Æg. Bucherii *Commentario*, Antwerpiæ A. 1634. editi, Autore, ex quo, atque VICTORINO, Episc. PITABIONENSI, sequiori Ævo conflatus fuit Chimæricus quidam Victorinus Episcopus, quem, ob redargutos Paschales Ecclesiæ Cyclos, Romana Synodus altera (& ipsa fictitia,) Sec. IV. ineunte, damnasse perhibetur, & Baronius (*ad A.* 303. *&* 324.) a Pitabionensi sollicite distinguit. *Ad constituendum enim* (verba hæc sunt Launoyi, de illo disserentis, *l. c. in Append. p.* 47. 48.) *ὑποβολιμαῖον hunc Victorinum, Victorinus, Episcopus Pitab., & Victorius Aquitanus, de suo nonnihil contulerunt; unus Nomen & Dignitatem, alter Paschales Cyclos, quos a Victorino Episcopo reprehensos, Hominis novi Fabricator confinxit*; 3. cum NECTARIO, primo Episc. Pictaviensi in Gallia, ab Ant. Demochare *Lib. 3. de Sacrif. Missæ*. Exhibiturus enim iste Catalogum Præsulum Pictaviensium, ex Boucheti *Annalibus Aquitaniæ*, cum omissum ab illo videret

ret Victorinum, quem Error inveteratus Pictavio Galliæ affinxit, Nectarium, ob Leviculam Nominum affinitatem, eundem esse cum Victorino, inepte conjecit, & absurdius publice affirmavit. V. Launoyum *l. c. p.* 28. 29.

CIII. VIGILANTIUM Gallum, a Gennadio (*in Catal. c.* 35.) celebratum, qui, *de Secunda Danielis Visione*, circa An. 406., est commentatus, Guilh. Cavius (*in Chartoph. p.* 93.) ac alii, eundem esse censent, cum VIGILANTIO, Calaguri Hispano, Presbytero vel Episcopo Barcinonensi, quem Hieronymus, tanquam de Animarum Separatarum Salute, & Precum pro Defunctis Effectu, falsa ac erronea docentem, Libro peculiari acriter objurgavit, & Ironice *Dormitantium* vocavit. Imposuisse autem illis videntur Verba sequentia, in Gennadii Catalogo, ubi de Gallo is agit, obvia: *Huic & B. Hieronymus Presbyter respondit.* Sed, assumentum illa esse Monachi indocti, nec in Editionibus Erasmiana ac Mariana comparere, monet Joh. Hülsemannus, Presbyterum Gallum, ab Hispano recte distinguens, *in Patrologia*, *c.* 4. *p.* 1056, 1057.

CIV. *Libri V. contra Eutychen, pro Defensione Synodi Chalcedonensis, & Epistolæ Leonis M., scripti*, sub VIGILII, Episcopi, circa An. 390. TRIDENTINI, Ambrosio, (cujus ad illum Epistola superest) coævi, A. C. 400. vel 405. Stilicone Consule, a Paganis Alpium Accolis, ob eversum Saturni Simulacrum, trucidati, &, Genna-

dio

dio teste, *de Martyrum sui temporis Gestis* commentati, Nomine, tum seorsim Tiguri (A. 1539.) Parisiensis, & Lipsiæ, tum in *Hæreseologia* Johan. Heroldi, Basileæ An. 1556. in Editionis Primæ *Bibliothecæ Patrum Tomo V.*, & inter *Scripta Veterum de Persona Christi Latina*, Tiguri A. 1571. a Jos. Simlero publicata, sunt excusi, eidemque a Centuriatoribus, & plerisque Seculi Superioris Viris Eruditis, attributi. Factum id est etiam ab ipso Georg. Cassandro, qui Libros eosdem Coloniæ A. 1575. denuo evulgavit, iisque *Dialogos II. cum Sabellio Ario & Photino*, sub Athanasii Nomine, ab horum Autore (uti ipse sub initium *Libri 5ti* indicat) scriptos, Athanasio autem antea suppositos, adjunxit, ac Vigilio Tridentino itidem vindicavit. Verum, falso utrumque Opus illi adscribi, ex Tempore Ortus Hæreseos Eutychianæ, ac Synodi contra illam Chalcedonensis, Semiculo integro Anno ejus Emortuali posteriorum, Gennadii item & Honorii Augustodunensis, Scripta ipsius enumerantium, de Libris istis silentio, luculenter evicerunt Cæs. Baronius (*T. V. Annal. ad A.* 400.) Rob. Bellarminus (*in Lib. de Scr. Eccl. p.* 160.) Rob. Cocus (*in Censura p.* 401.) Gerh. Johan. Vossius (*L.* 2. *de Hist. Lat. c.* 10. *p.* 204. 205.) & And. Rivetus (*in Specim. Crit. S. L.* 4. *c.* 29. *p.* 489. 490. 491.) Robur Argumenti prioris, a Vigilii Ætate desumpti, Jos. Simlerus, Editor, Centuriatores, aliique Vulgati Erroris Patroni, perspexerunt, &, ne Sententiæ hoc suæ officeret,

ret, ad Ævum haud paulo inferius illum audacter ablegarunt, ac, post Concilium Chalcedonense, imo, sub Zenone & Anastasio Impp., circa A. C. 495. floruisse, absque Veterum Suffragio, finxerunt. Nec dubitarunt nonnulli Vigilium quendam Tridentinum Juniorem, plane Chimæricum, Lectoribus suis obtrudere, præeunte Vitæ Vigilii, Libris his, *in Tomo Edit. IIda Biblioth. PP. Parisiensis IVto*, præmissæ, ac in Historiæ etiam SS. Surianæ Supplemento obviæ, Interpolatore, quem *Vitam illam pene evitasse, dum, errori suo indulgens ex duobus Vigiliis, qui Seculo pene integro distiterunt, unum, somnians potius quam vigilans, concinnat*, Vossius (*l. c. p.* 205.) merito conqueritur. Edm. Albertinus & Mich. le Faucheur, Theologi Galliæ Reformati, qui, teste Riveto, utrumque scriptum Gelasio, Episcopo circa A. 492. Romano, cui Anastasius Bibliothecarius quinque *Libros adversus Eutychetem & Nestorium*, Beda autem duos *contra Arium*, tribuit, tum ob hæc Testimonia, tum ob Styli, cum Opusculo illius *de duabus in Christo Naturis*, Convenientiam, deberi censuerunt, paucos invenerunt Asseclas. Caruit etiam Applausu Audacior Joh. Chr. Meelführeri (*in Corona C. Patrum p.* 190.) *de* VIGILIO, Episcopo, ab A. 540. ad Emortualem 555. Romano, ejusdem cum Tridentino Nominis Participe, Conjectura. Modestiores fuere, qui, cum Baronio, Bellarmino, Coco & Vossio, paulo ante allegatis, Andr. item Schotto (*in Notis*

ad

ad hos Libb. Tomo V. Biblioth. PP. Colon. obviis,) J. Henr. Hottingero (*in Pentade Diss. II. p.* 90.) Gerh. Meiero(*L.* 1. *Bibl. Theol. Contr. c.* 5. *p.* 58.) & Joh. Andr. Quenstedio (*in Dial. de Patr. Vir. Ill.*) Vigilium quidem aliquem Librorum, de quibus agimus, Autorem esse, agnoverunt, sed, quisnam ille fuerit, definire non sunt ausi. Eadem Sententia Joh. etiam Hülsemanno (*in Patrol. c.* 5. *p.* 1058. postquam sex enumerasset Vigilios cognomines, arrisit, licet alibi (*cap.* 4. *p.* 1025. *& c.* 5. *p.* 1090.) sibi ipsi contradicens, Vigilio Tridentino eos adscribat. Propius omnibus hactenus recensitis ad scopum collimavit And. Rivetus, qui (*l. c. p.* 490. 491.) Autorem illorum fuisse conjicit, vel VIGILIUM, Episc. Gallicanum, qui Concilio Agathensi An. 506. interfuit, vel VIGILIUM, Episc. Brixianum, Gallicano coævum, vel VIGILIUM Africanum, cujus, inter claros Scriptores Ecclesiasticos, Cassiodorus, *in Lib. de Instit. Div. Lect. c.* 9. meminit, *Commentariumque* ejus *in Apocalypsin* allegat. VIGILIO enim AFRICANO revera illos deberi, ex Theodulfo Aurelianensi, *Lib. Imum*, sub hujus Nomine, *in Eclogis de Sp. S.* (*p.* 123.) citante, Jac. Sirmondus, *in Notis ad Theodulphi Opera* (*p.* 277.) An. 1646. primus ostendit, simulque monuit, in Codice S. Eugendi, Vigilium hunc Episcopum Civitatis in Provincia Byzacena Tapsensis inscribi, memoratum etiam *in Notitia Episcoporum Africanorum*, a se eruta, loco postremo, inter Præsules Provinciæ Byzacenæ,

Digitized by Google

cenæ, qui ad Hunericum, Vandalorum Regem, ut de Fide cum Arianis disputarent, A. 484. venerunt. Observatio hæc Sirmondi Erudita Applausum meruit Recentiorum fere omnium, e quibus, Tapsensem hunc Vigilium utrumque Opus exarasse, publice asseruerunt Theoph. Raynaudus (*in Erott. de Libb. Bon. & Mal. p. 157. 158.*) Joh. Henr. Hottingerus (*in Biblioth. Quadrip. L. 3. c. 4. p. 305.*) & Vinc. Placcius (*in Tr. de Scr. Pseudon. p. 273.*) sub solo *Afri* eum laudantes Agnomine; Joh. it. Dallæus (*in Lib. de Scriptis Dionys. Areop. c. 5. p. 24.*) Henr. Valesius (*in Notis ad L. 2. H. E. Socratis c. 29. p. 29.*) Pet. Franc. Chifletius, Jesuita, Operum Vigilii Tapsensis, &, inter ista, horum etiam Librorum, Divione A. 1664. excusorum, Editor (*in Vindiciis illorum, c. 1. p. 29. 30.*) Hedouvillius (*in Ephem. I. Erudd. A. 1665. p. 1. 2.*) Phil. Labbeus (*T. II. Diss. de Scr. Eccl. p. 474. 475. 476.*) Steph. Baluzius [*in Notis ad Agobardum p. 23. 24.*] Chr. Sandius [*in Animadvv. ad Vossii L. 2. de H. L. c. 10.*] J. Gotfr. Olearius [*in Abaco p. 465.*] Guilh. Cavius [*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 164. 262.*] Pasch. Quesnellius, Nat. Alexander, & alii, *Tapsensem* eum diserte vocantes. Adde Eruditiss. Tenzelium, a quo [*in Tr. de Symbolo Athanasiano, Sect. II. p. 245-256.*] Historia, & horum Libb., de Scriptorum aliorum, Vigilio Tapsensi a Criticis modernis restitutornm, fuse exponitur, & multa simul alia de ipso, A. 550. uti creditur, adhuc superstite, afferuntur lectu dignissima.

CV.

Digitized by Google

CV. *Objectiones* VINCENTII *adversus Augustini Scripta, & Doctrinam de Prædestinatione, ac Lib. Arbitrio*, a Prospero Aquitanico, Lib. peculiari, easdem exhibente, sub Xysti Pontificatu, (inter An. 432. & 440.) refutatas, VINCENTIO, Monacho & Presbytero LERINENSI, circa A. 440. defuncto, tribuunt Gerh. Johan. Vossius (*in Hist. Pelagiana*,) Joh. Hülsemannus, ob Hypotheses *Commonitorii* ejus, Calixto, Antagonistæ suo, cœterisque Scriptoribus Irenicis, familiares, in illum iniquior [*in Patrol. c. 5. p.* 1079.] Guilh. Cavius [*in Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 239. 240.] aliisque Semipelagianis eum accensentes (40.) Baronium, hujusque Asseclas, Vincentio alteri Juniori, Gennadii Amico, in Psalmos, hoc teste (*in Catal. c.* 80.) commentato, eas vindicantes, Cavius falli contendit, cum is, quo istæ scriptæ sunt, tempore, ex Ephebis vix excesserit. Opus *Prædestinati* Celebre, sed Ἀδέσποτον ac Semipelagianum, circa A. 434. scriptum, ac A. 1643. a Jac. Sirmondo, ex Bibliothec. Remensi, editum, quod Hincmarus Hygino, alii Primasio, Sirmondus autem ipse Arnobio Juniori, deberi conjectarunt, nonnulli eidem VINCENTIO LERINENSI adscribere non dubitant. Sed dissensum ab his suum sunt professi, tum alii ipsius Vindices, tum novissime Seraphinus Piccinardus, Brixiensis, Theologus Acad.

(40.) Sunt in hac Sententia Henr. de Noris, *Lib.* 2. *Hist. Pelag. c.* 11. &, qui illum laudat, Frid. Spanhemius Jun. *in Summa Hist. Eccl. p.* 226.

Acad. Patavinæ Primarius, qui, in *Quæstione* de Opère hoc *Historico-Theologica*, Patavii A. 1686. edita, Lerinensem a Pelagianismi Labe immunem fuisse, pronunciat, & *Prædestinati* Scriptorem esse, vel VINCENTIUM, Psalmorum Sec. Vto Exegetam, paulo ante laudatum, vel potius VINCENTIUM VICTOREM, cui *Libros IV. de Origine Animæ* Augustinus opposuit, arbitratur. V. *Acta Erudd. Lips.*, *M. Majo A.* 1687., *p.* 273. 274.

CVI. De *Speculo Morali*, quod, una cum *Historiali*, *Naturali & Doctrinali*, VINCENTIUM BELLOVACENSEM, Burgundum, Monachum Dominicanum, & Episcopum, uti nonnulli tradunt, Bellovacensem, An. 1256., vel (juxta alios) 1264., mortuum, agnoscere creditur Autorem, ita Rob. Bellarminus *in Lib. de Scr. Eccl. p.* 255.: *Mirum est valde, quod magna pars Primæ Secundæ, & Secundæ Secundæ Summæ Theologicæ Thomæ Aquinatis, inveniantur iisdem Verbis, in primo & tertio Libro Speculi Moralis Vincentii Bellovacensis. Et quidem non videtur Vincentius potuisse Speculum suum Morale conficere ex Doctrina & Verbis S. Thomæ, cum ipse obierit A. D.* 1256, *ut testatur Ant. Senensis, ex Vasæo, in Biblioth. PP. Prædicatorum, & S. Thomas obierit A. D.* 1274. *& in extrema ætate Summam Theologiæ confecerit. Sed neque est ullo modo credibile, S. Thomam Summæ suæ Partem Secundam, eamque nobilissimam, ex alio Scriptore hausisse. In his angustiis, nihil mihi occurrit, nisi, Speculum istud Morale fortasse non esse Vin-*

Ss cen-

centii Bellovacensis, sed alicujus Auctoris posterioris, qui fortasse Vincentius etiam diceretur, quique Secundam Partem S. Thomæ in Compendium redigere voluerit. Id quod videtur posse confirmari ex eo, quod Speculum Morale gravius multo esse videtur, quam sint Speculum Naturale, Doctrinale & Historiale, quæ tria sine ullo dubio sunt Vinc. Bellovacensis. Hæc ille, cui Calculum suum videntur adjicere Gabr. Naudæus (*in Bibliogr. Polit. p.* 17. 18.) & Paulus Vindingius (*in Epist. ad Joh. Deckherum, hujus Conjecturis de Scriptis Adespotis annexa, p.* 180. 181.) Conf. Jac. Thomasii *Tr. de Plagio Literario* §. 574. 575. Morhofium, qui (*in Polyhist. L.* 1. *c.* 21., *p.* 242.) *Speculum Historiale* a Vindingio alteri Vincentio tribui, perhibet, suumque ab illo dissensum profitetur, Memoria labilis fefellit.

CVII. VIRGILIUM, Archiepisc. ab An. 767. Salisburgensem, Cœlitibus adscriptum, male vulgo confundi cum VIRGILIO altero, qui Bavaris, eod. Sec. VIII., circa A. 746. Doctrinam Fidei Christianæ annunciavit, quemve Zacharias Papa An. 748., Bonifacii, Adversarii illius, instinctu, ob Existentiam Novi Orbis & Antipodum defensam, Sacerdotio jussit depelli, statuunt Car. le Cointe, (*in Annalibus Francorum Ecclesiasticis, ad A.* 748. *n.* 52.) &, qui hunc (ex Natalis Alexandri *Sec. VIII. H. E. p.* 23.) allegat Wilh. Ernest. Tenzelius (*in Dial. Vernac. Menstr. M. Mart. A.* 1693. *p.* 163-166.) diver-

fos

ſos hos eſſe, ob Scrupulos aliquot Chronologicos, perſuaſi.

CVIII. Ex XII. Anglis Friſiorum, Cimbrorumque, Apoſtolis Benedictinis, Sec. VII. exeunte, circa A. 690. relicta Patria, in horum Regiones profectis, WIGBERTUM Martyrem, cum WIBERTO, Abbate Wirmuthenſi & Girwicenſi, circa A. 730. defuncto, a Joh. Pitſeo, WILIBALDUM autem cum WILIBALDO, Epiſcopo, ab A. 747. ad 781., Eyſtettenſi, & WUNIBALDUM cum WUNIBALDO, Abbate in Suevia Heidenhemienſi Seculi VIII. Benedictino, a plerisque Scriptoribus perperam eosdem putari, in *Iſagoge ad Hiſt. Cimbr.* (*P. II., c. 2. §. 7. & 8. p. 26. 27. 28. & in Addendis p. 643.*) jam eſt a nobis oſtenſum. Iſtic allata heic non repetemus, ſed, cum ad Finem Capitis hujus aſpiremus, quæ addi poſſent, *Cimbria Literatæ* reſervabimus.

CIX. Qui, ſub ZENONIS, Epiſcopi Sec. III. Veronenſis, Galieno imperante, circa A. 260., Martyrium paſſi, nomine circumferuntur, & Veronæ A. 1508. ac 1586. uti & *Tomo III. Biblioth. PP. Colon.* ſunt excuſi, *Sermones*, ſuppoſititios eſſe, plerique Patrologi, ob Veterum de iis Silentium, aliasque Cauſas, conſentiunt, nonnulli autem ZENONI Veronenſi Juniori, Ambroſii *συγχρόνω*, Civitatis iſtius, Seculo IV. declinante, Epiſcopo, cum Labbeo & Cavio, vindicant. V. Chr. Daumii *Homiliarum Vett. Natalitiarum*, Cigneæ An. 1670. editarum, *Præfationem*,

Digitized by Google

nem, *p*. 8. & Joh. Gotfr. Olearii *Abacum p*. 472., Autores item alios, ab his allegatos. Utrique Sententiæ contradicunt Raph. Bagata & Bapt. Perettus, Editionis IIdæ Veronensis, A. 1586. impressæ, Curatores (*in Præfat.*) hisque ὁμόψηφος Aug. Buchnerus (in *Progr.* quodam, An. 1632. edito,) a Daumio laudati, qui Zenoni Vetustiori, vel omnes, vel plerosque, deberi, ob miram styli floridi, elegantis ac eruditi, similitudinem, ubivis fere obviam, multaque, quæ non nisi Ecclesiæ, persecutionibus Paganorum adhuc pressæ, temporibus congruunt, in iisdem deprehensa, sibi persuadent.

CAPUT VII.

De Scriptoribus Christianis, qui, post A. 1450. sive Epocham παλιγγενεσίας Literarum, & Typographiæ, illius Ministræ, inventæ, in Occidente inclaruerunt, Recentioribus, ob Homonymiam confusis.

§. I.

SCriptorum, qui, Seculis duobus proximis, &, quod ista præcessit, Semiseculo, floruerunt, Recentiorum, ob Homonymiam, ab Autoribus, tum Bibliothecariis, tum aliis, sæpius confusorum, ea se nobis offert Multitudo, quæ vel sola Volumini integro implendo sufficiat.

Ve-

Verum, cum hactenus, circa Antiquiores, a nobis, utut brevitatis ubique studiosissimis, nimia peccatum sit prolixitate, Capiti huic Exempla, e tanto illorum numero, ne denuo ejusdem culpæ Reatum incurramus, destinavimus saltem paucissima, cœtera, quæ mentione digna videbuntur, alio tempore, ubi commodior se obtulerit Occasio, his forsitan subjuncturi.

II. MELCHIORI ADAMO, Grotkovia Silesio, Pædagogii Heidelbergensis Rectori, & Biographo Virorum, qui in Germania Seculo superiore inclaruerunt, Eruditorum Celeberrimo, An. 1622. defuncto, Thomas Hydius, Biblioth. Oxoniensis Bodlejanæ Præfectus, in hujus *Catalogo*, insigni ἀβλεψίᾳ, nec sine ingenti Parachronismo, tribuit *Historiam Ecclesiæ Hamburgensis & Bremensis*, quinque integris ante Ætatem ejus seculis, conscriptam a MAG. ADAMO, BREMENSIS Ecclesiæ, circa An. 1072., Canonico, de quo, *in Isagoge ad Hist. Cimbr.* (*P. I.*, *c.* 6., §. 2. 3. & 4. *p.* 64-70.) fuse sumus commentati.

III. GUILH. ALARDUM, Wilstria Stormarsum, Oppidi in Holsatia nostra Crempensis Parochum, ob Monumenta Homiletica pariter atque Poetica, imprimis Sacra, celebrem, d. 8. Maji A. 1645. (æt. 72.) defunctum, Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpretum Scripturæ p.* 159.) confudit: 1. cum ALARDO AMSTELREDAMO, Lit. Human. PP. Lovaniensi (1.) cujus,

(1.) V. de illo Melch. Adami *Vit. Philos. Germ. p.* 121.

Digitized by Google

jus, & Patria Amstelodamum, & Locus Annusque Emortualis 1541. & *Selecta ex S. Bibliis Similitudines*, Venetiis A. 1589. excusæ, Guilhelmo nostro perperam ab illo attribuuntur; 2. cum Filio LAMPERTO ALARDO, Crempensi, Th. Lic. & Parocho in Dithmarsia Brunsbüttelensi, d. 29. Maji A. 1672. exstincto, cujus *Pathologiam Sacram N. T., Loca illius significantiora, & cum Emphasi usurpata, illustrantem*, Lipsiæ An. 1635. & 1663. (*in* 12o.) impressam, Parenti Guilhelmo itidem adscribit.

IV. Insigniter, de Historia præsentis Seculi Literaria, *Memoriis* suis *Virorum Doctorum*, ac *Diario Biographico*, meritum esse Virum Eruditissimum, nobisque Amicissimum, Henn. Wittenium, Gymnasii Rigensis Professorem, lubentes, ac grato animo, agnoscimus. Observamus tamen passim, in Scriptis his, Nævos quosdam ac παροράματα, tum alia, tum ὁμωνύμων Confusione peccantia, Autorique Laborioso *somnum in Opere longo obrepisse*, indicantia. Quorum si nonnulla, hoc Capite, emendemus; facilem nobis a Viri Clarissimi Æquanimitate veniam pollicemur. Ita, *Tomo II*, *Diar. Biogr. p.* 120. JACOBO ALTINGIO, S. Lit. in Acad. Groningana Interpreti, A. 1679. mortuo, tribui observes *Theologiam Historicam* Parentis ejus, *Henr. Altingii*, Embdani, Theologi itidem Heidelbergensis ac Groningani, A. 1644. defuncti.

V. PETRO ARETINO Florentino, Scriptori impio, maledico atque obscœno, Librum

de

de *Tribus Magnis Impostoribus* Famosum, atque in omnem Religionem injurium, (quem nonnulli etiam Poggio Florentino, aut Bernh. Ochino, deberi censuerunt,) tribui a Marino Mersenno, aliisque, styli cum hujus Dictione motis convenientia, nemo ignorat. V. Theoph. Spizelii *Scrutin. Atheismi, p.* 18. *& Fel. Literatum, Sect. I., p. III.* 112. Ant. Reiseri *Diss. de Orig. & Progr. Anthitheismi p.* 243. 244. 245. Chr. Kortholti *Lib. de* 3. *Impostoribus magnis*, *μιμητικῶς* ita dictum, *p.* 1. 2. 3. & alios. In Petri hujus Aretini locum, LEONHARDUM ARETINUM, Aretio Hetruscum, Reip. Florentinæ, ad A. usque Emortualem 1443., Cancellarium, Historicum ac Philologum Eruditissimum, nec Atheismi a quoquam insimulatum, Homonymiæ Fraude deceptus, substituit, ac ita Impietatis omnium maximæ Suspicione insontem onerat, Tob. Wagnerus, Theol. Tubing. tum *in Annott. ad Inquis. in Oracula Sibyllarum de Christo p.* 23. 24. tum in *Examine Atheismi Speculativi Elenchtico, c.* 4., *p.* 8. 9. Ubi frustra, ex Poggii Florentini, de Hieronymi Pragensis Martyrio, ad ipsum Epistola, invidiam illi conciliare, & ambos, communicatis Consiliis, Librum istum *ἀδέσποτον* concinnasse, probare allaborat. Longe honorificentiora de Leonhardo Judicia tulerunt, & ex aliis simul Eruditis congesserunt, nec quippiam, præter Avaritiam, Plagiique Literarii Crimen, in eo culparunt, Paulus Jovius *in Elogiis, n.* 9. *p. m.* 27. 28., Gerh. Joh. Vossius,

Lib. 3. de Hist. Lat. c. 5. p. 556-559. ac Martin. Hankius, *L. 1. de Scr. R. Rom. P. I., c. 45. p. 199.* 200. 201.

VI. JOSUAM ARNDIUM, Güstroviensem Megapolitanum, ex Professore Logico Rostochiensi, Aulæ Ducalis in Civitate Patria Ecclesiasten, A. 1686. exstinctum, Georg. Matth. Königius (*in Biblioth. Vet. & Nova p. 63.*) duplici ἀβλεψίᾳ, & Danum fuisse, cum Alb. Bartholino (*in Tr. de Scr. Dan. p. 94.*) perhibet, & *Johannem* vocat, atque ita cum Religiosissimo Ducatus Lüneburgici Antistite, JOH. ARNDIO, Theologorum Ecclesiæ Lutheranæ Practicorum Coryphæo, confundit. Quod & factum a Dan. Hartnaccio (*P. II. Bibliothecarii Hodegi p. 348.*) Josuæ *Manuale Legum Mosaicarum, & Tr. de Superstitione*, Johanni Arndio perperam adscribente.

VII. Inter Theologos Saxoniæ Inferioris Lutheranos, quatuor inclaruere LUCÆ BACMEISTERI: 1. Lucas Bacmeisterus Lüneburgensis, ex Dorotheæ Saxonicæ, Reginæ Danorum Viduæ, Ecclesiaste, in Arce Cimbriæ Coldingensi, Aulico, Prof. Theologus, Past. Marianus, & Superint. Rostochiensis, d. 9. Jul. An. 1608. (æt. 78.) defunctus, quem, post Pet. Sassium (*in Progr. Fun.*) Osw. Sledanum (*in Serm. Exequiali Vernaculo,*) Paulum Tarnovium & Joh. Neovinum (*in Oratt. Parentalibus,*) Melch. Adamum (*in Vitis Theol. Germ. p. 783-797.*) Paulum Freherum (*in Theatro Erudd. p. 349. 350.*) Joh. Fech-

Fechtium (*in Apparatu ad Supplem. H. E. Sec. XVI. p.* 144. 145.) & Henn. Wittenium (*T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1608.) *Cimbria* noſtra *Literata* fuſius celebrabit; 2. Lucas Bacmeiſterus, hujus Filius, Roſtochienſis, Th. D. & in Acad. initio patria PP., deinde vero Superint. Megapolitanus, 4. Id. Oct. A. 1638. (æt. 68.) mortuus, de quo conſuli poſſunt Joach. Cüſteri *Or. Parentalis*, *Memoriis Theologorum* ab Henn. Wittenio (*Dec. IV. p.* 422-445.) inſerta, ac ipſius *Diar. Biogr. T. I., ad A.* 1638.; 3. M. Lucas Bacmeiſterus, Roſtochienſis, Theol. in Acad. Patria PP. ejusdemque Senior, Lucæ Secundi Filius, M. Febr. A. 1679. (æt. 74.) exſtinctus, de quo V. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1679.; 4. M. Lucas Bacmeiſter, Roſtochienſis, Matthæi (Med. D. & Poliatri Lüneburg.) Filius, Provinciæ Hadelienſis Superintendens (ab An. 1645.) ſimulque Parochus initio Otterndorfienſis, ac dein Ratzeburgenſis, d. 25. Jan. A. 1662. rebus ereptus humanis, cujus aliquot exſtant Demegoriæ Sacræ Vernaculæ. Hos inter, Primum ac Secundum, circa Scripta, confundunt Thom. Hydius, qui (*in Catal. Biblioth. Bodlejanæ*) *Filii Diſpp. XXIII. Concilii Tridentini Decretis* A. 1610. *oppoſitas*, & *Quæſtionem de Miniſtrorum Verbi Divini tempore periculoſo fuga*, A. 1637. editam, Joh. Chriſtoph. Becmannus, qui (*in Catal. Biblioth. Francof. p.* 38.) ejusdem *Diſpp. AntiTridentinas*, & *Teſtimonia de Vi Lutheranæ Religionis Salvifica, è Calvinianis collecta*, & Germanice A. 1627. publi-

publicata, ac Henn. Wittenius, qui (*T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1608. *lit. F.* 3. *b.*) *Orationem de Jubilæo*, ab illo A. 1600. evulgatam, Parenti adscribunt Cognomini. Parentis contra *Formulas Precationum*, *Comm. in Threnos*, & *Explicationes Typorum V. T. atque Psalmorum Pœnitentialium*, Idem Wittenius (*Dec. IV. Mem. Theol. p.* 444.) Filio, attribuit, sed, in *Diario* (*ad A.* 1608.) Vero Autori restituit.

VIII. Cum FRANCISCO BALDUINO Atrebate, JCto Parisiensi Seculi superioris eximio, mutatæ ter quaterve Religionis a Theod. Beza, adversario (*in Vita Joh. Calvini, ad A.* 1561.) insimulato, ac in Pontificia tandem d. 11. Nov. A. 1573. (æt. 53.) mortuo, FRIDERICUM BALDUINUM, Dresdensem, Theologum Acad. Wittebergensis Lutheranum, Kal. Maji An. 1627. (æt. 52.) defunctum, confuderunt, quotquot, vel cum Georgio Pomerio ac Johan. Pistorio, Pontificiis [ab ipso (2.) animo id eos malitioso fecisse persuaso, satis amarulenter objurgatis,] nec non Joh. Henr. Hottingero [*in Biblioth. Quadrip.*] Franciscum hunc appellarunt, vel Scripta JCti, tanquam ab eo profecta, allegarunt. Quod, haud ita pridem, a Scriptore quodam AntiCalviniano Vernaculo, ejus Vindice, factum esse recordor.

IX. THOMAS BANGIUS, Flemlosia Fionus, Theologus Hafniensis φιλολογικώτατος, d. 27.

(2.) in der Rettung der Leich-Predigt über D. Georg. Mylium p. 3. 4.

d. 27. Oct. Anno, & Sec. hujus XVII. & Ætatis suæ, 61. exstinctus, cum HENRICO BANGERTO, Südecca Waldeccensi, Gymnasiarcha Lubecensi πολυμαθεστάτῳ, d. 30. Jun. An. 1665. [æt. 55.] defuncto, & Helmoldi præcipue Editione laudem adepto, ob Nominum similitudinem, est confusus a Joh. Henr. Bœclero, qui [*in Lib. de Scr. Gr. & Lat. p.* 99.] *Bangio*, & Joh. Faesio, qui [*in Notis ad Lil. Gyraldi Lib. de Sepultura p.* 194.] *Thoma Bangerto* [quem vocat,] Editionem istam adscripsit.

X. Baptista Spagnolus Mantuanus, Carmelita, & Vates ævi sui haud vulgaris, A. 1444. natus, & A. 1516. defunctus, a Paulo Jovio [*in Elogiis n.* 61. *p. m.* 142.] & aliis, eum octuagenario majorem obiisse, perhibentibus, cum Cive Coævo & Cognomine, Baptista Fiera, Mantuano, Medico Poeticis itidem Studiis claro, qui valde senex, sub Adriani VI. Pontificatu, etiamnum fuit superstes, confunditur. V. Christ. Daumii *Ep.* 7. *ad Thom. Reinesium p.* 20. 21. & Confer Eruditas utriusque, de Spagnoli Ætate, annis Natali atque Emortuali, ac Vita reliqua, Concertationes, *ibid. p.* 22. 50. 51. 52. 58. 59. 64.

XI. Cæsari Baronio, Sotano, S.R.E. Cardinali & Bibliothecario, Inclytoque *Annalium Ecclesiasticorum* Conditori, d. 30. Jun. An. 1607. [æt. 68.] defuncto, tribuitur ab Henn. Wittenio [*T. I. Diar. Biogr. lit. F.* 1. *a.*] *Tractatus contra IV. Libros Institutionum Joh. Calvini.*

Ve-

Verum debetur is, nisi memoria me fallit, JUSTO BARONIO, Scholæ initio Heidelbergensis Præceptori, deinde autem, post Apostasiam a Reformatis ad Pontificios, Doctori Theologiæ Perusiæ, Juris autem Senis, A. 1603. creato, Consistoriique Moguntini Assessori constituto, qui, cum Romæ, Kal. Sept. A. 1602. Sacris initiaretur, una cum Religione Calviniana, Gentilitium etiam *Calvini* Cognomen abjecit, & alterum *Baronii*, a Card. BARONIO, suo, & Hospite, & in Actu isto solenni Patrino, adscivit. Plura de ejus Vita & Scriptis, e *Sex Libris Epistolarum*, Moguntiæ, AN. 1605. excusis, congessit Jacob. BECKERUS nostras, in *Decadibus Scriptorum Anonymorum & Pseudonymorum ἀνεκδότοις*, *Dec. XV. num. 5.*

XII. Scripta pleraque DOMINICI BAUDII, Eloqu. & Hist. in Acad. Lugduno-Batava, ad A. usque Emortualem 1613. Professoris Inclyti, in Joh. Chr. BECMANNI *Catalogo Biblioth. Francof.* [*p.* 46.] non sub ipsius, sed WILH. BAUDARTII, *Polemographia Auriaco-Belgicæ*, Amstelod. A. 1622. editæ, Scriptoris, Nomine, recensentur, Typograghi haud dubie, non Auctoris Eruditissimi, incuria.

XIII. In Guilh. Crowæi *Elencho Interpretum S. Scripturæ*, Londini A. 1672. excuso, verba tibi [*p.* 316.] occurrent sequentia: *Sebastianus, alias Cornelius, Beckerus* [*Beckius in Cat. Franc.*] *Dr. Theol. Luth. Ejus Psalmi II. Analysis edita est Basileæ An.* 1618. *in* 4*to.* Confunditur in istis

CORN.

CORN. BECKERUS, Theologus Acad. Patriæ Lipſienſis Lutheranus, Metaphraſeos Pſalmorum Rithmico-Germanicæ Autor, d. 25. Maji An. 1604. (æt. 43.) deſunctus, cum SEBAST. BECKIO Baſileenſi, S. Lit. in Civit. Patriæ Athenæo Interprete Reformato, d. 10. Mart. An. 1654. (æt. 71.) denato, cui *Analyſin* iſtam *Pſalmi II.* tribuendam ſuſpicor. Licet & a Cl. Wittenio Beckero Lipſienſi videam adſcribi, *T. I. D. B. ad A.* 1604., *lit. C.* 4. *b.* De Beckio V. eundem, *ad A.* 1654.

XIV. MART. BöCKELII Güſtrovienſis, Aulæ Holſato-Gottorpienſis, poſt munera Politica quamplurima alii antehac adminiſtrata, noviſſime Cancellarii, Hamburgi d. 2. Sept. A. 1688. (æt. 79.) exſtincti, *Commentarius de Jure Protectionis Clientelaris Academicus*, Lubecæ An. 1656. excuſus, Filio ejus CHRISTIANO OTTONI a BöCKELN, Lubecenſi, J. U. D. & Conſiliario Saxo-Lauenburgico, in flore Ætatis, d. 8. Jun. 1676. rebus humanis exempto, cujus *Opuſcula de Vett. JCtorum Familiis*, aliisque Argumentis, Juridica, Leidæ A. 1678. (*in* 12o.) junctim prodierunt, perperam adſcribitur, ab H. Wittenio, *T. I. D. B. ad A.* 1678.

XV. GERHARDO BRANDIO Juniori, Eccleſiaſtæ Remonſtrantium Roterodamenſi, A. 1683. mortuo, a ſe (*T. I. D. B. ad hunc A.*) per errorem, attributam eſſe *Hiſtoriam Reformationis Belgicæ*, a Parente ejus ὁμωνύμῳ, Cœtus Remonſtrantium Amſtelodamenſis Paſtore, A. 1685.

1685. denato, conſcriptam, ipſe jam monuit Cl. Wittenius, *T. II.*, *p.* 130. 135. 136.

XVI. JOHANNEM BRANDMüLLERUM, Biberacenſem, Th. D. & Prof. atque Paſtorem Baſileenſem, d. 7. Mart. A. 1596. (æt. 63.) uti ex Epitaphio (3.) & Melch. Adami *Vitis Theoll.* (4.) patet, non autem An. 1586. quem Guilh. Crowæus (*in Elencho p.* 197. 198.) ſubſtituit, defunctum, Autorem agnoſcunt *CLXXX. Conciones Funebres*, *&* *XL. Nuptiales*, Hanoviæ An. 1603. *in 8vo*, & jam ante Baſileæ An. 1595. ac 96. excuſæ. Expungendæ igitur ſunt e Catalogo Scriptorum JAC. BRANDMüLLERI Senioris, Civitatis Patriæ Baſileenſis itidem Antiſtitis, Kal. Nov. A. 1629. (æt. 64.) mortui, in Witteni *T. I. D. B. lit. Bb. 2. a.* De Filio hujus Cognomine, Pandectarum in Acad. Baſil. Interprete, conſuli poteſt Seb. Feſchii *Memoria* illius *Poſthuma*, Baſileæ A. 1678. impreſſa.

XVII. GUILHELMUM de CHOUL, Regis Galliæ Conſiliarium, & Montium Delphinatus Baillivum, Illuſtratorem Antiquitatum Romanarum Seculo Superiore eximium, a Joh. Thoma Freigio alicubi WILHELMUM BRASSICANUM eſſe vocatum, alios autem, Metaphraſi hac Cognominis ejus Gallici Latina deceptos, cum JOH. ALEXANDRO BRASSICANO illum confudiſſe, teſtis eſt Phil. Labbeus, *P. I. Biblioth. Nummaria p. m.* 424. 425.

(3.) V. Joh. Groſſii *Inſcriptt. Baſileenſes p.* 253. 257.
(4.) V. Vitam Succeſſoris ejus, Amandi Polani, *p.* 800.

425. Fuit autem Joh. Alex. Brassicanus, Philologus & Poeta Seculi Superioris haud ignobilis, Salvianique Eucherii, Petronii Arbitri, aliorumque Autorum Veterum, Editione de Literis præclare meritus, Academiæ in Austria Vindobonensis Professor, &, teste Jona Littero (*in Catal. Rect. Archigymnasii Viennensis*) d. 27. Nov. A. 1539. est defunctus. Filii ejus haud dubie fuerunt Joh. Ludov. Brassicanus (J. U. D. Decret. PP. & Consil. Regius, d. 3. Jun. A. 1549. exstinctus,) & Joh. Ambrosius Brassicanus (J. U. D. & Can. circa A. 1573. PP.) ab eodem Littero memorati.

XVIII. BERNHARDUM a BREITENBACH, Ecclesiæ Moguntinæ, circa A. 1483., Camerarium & Decanum, *Passagiique*, sive *Itinerarii, in Terram Sanctam*, Anno jam 1488. Moguntiæ excusi, Scriptorem, Ant. Possevinus, qui (*in Appar. S.*) eum sibi (An. 1611. denato) perhibet fuisse coævum, confudit, cum TILEMANNO BREDENBACHIO, qui *Collationum Sacrarum Libros VIII.* Coloniæ A. 1584. consarcinatos, *Historiam Belli Moschorum Livonici*, *Orationes de Purgatorio*, aliaque Ingenii Monumenta, reliquit. V. Gerh. Joh. Vossii *L. 3. de Hist. Lat. c. 6. p. 570. 571.*, &, ex illo, Mart. Zeileri *Syllogen de Historicis, P. II. p. 21.*

XIX. THOMAM BROWNIUM, Medicum Anglum, Celebris de *Medici Religione* Libelli, tot, tamque diversa, Eruditorum Judicia, modo sequiora, modo benigniora, experti, Scripto-

ptorem, Sectæ *Brownistarum* in Anglia Autorem fuisse, falso sibi persuadet Georg. Matth. Königius, in *Biblioth. Vet. ac Nova p.* 137. Nomen enim Separatistæ hi Angli, Robertum Boltonum, Hominem αὐτόχειρα, primum Schismatis sui agnoscentes Autorem, acceperunt; non a Medico hoc, sed a ROBERTO BROVVNIO, Ludimagistro primum Southwarkensi, deinde Parocho prope Londinum Islingronensi, hinc, ab A. 1580. Ecclesiæ Anglorum Segregum in Zeelandia Antistite, tandem vero, cum Errores recantasset, V. D. in Regno Patrio iterum Ministro, sed ob Vitam Flagitiosam atque improbam infami. De quo, uti & Brownistarum, Nomen, ab illo Cœtui suo impositum, aversantium, Querelis, plura suggeret Johan. Hornbeckius, *Lib.* 10. *Summæ Controvv. p. m.* 739. *& sqq.* De THOMA BROVVNIO autem, Medico, quem cum Roberto hoc Königius confundit, Norvicensi, ejusque Scriptis, Londini An. 1686. in fol. a Thoma Tenisono, junctim Anglice editis, consuli merentur *Acta Erudd. Lipsiensia*, *T. I. Supplem. Sect. VI. p.* 279-288. De alio THOMA BROVVNIO, S. Theol. Baccal. & Collegii D. Joh. Evang. Cantabr. Socio, ejusque *Biga Concionum pro Cleri Anglicani Ordinatione*, Cantabrigiæ An. 1688. publicata, V. P. Bælii *Novellas Reip. Liter. M. Mart. An.* 1688. & Corn. a Beüghem *Appar. II. ad Hist. Lit. Noviss. p.* 57.

XX. JOH. BUSCHII, Canonici Regularis

Ord.

Ord. S. Aug. Winshemiensis, in Diœcesi Ultrajectina, *Catalogum Virorum Illustrium Ordinis Canonicorum Regularium Cœnobii Windesemensis*, ab Heriberto Rosweydo, *in Chronico Windesemensi*, Antwerpiæ An. 1621. excuso, editum, ARNOLDO de BUSCO, ejusd. Ord. Monacho, Friderico III. Imp. coævo, ac in Pauli Langii *Chronico Citizensi* commendato, perperam tribuunt Ant. Possevinus (*in Appar. S.*) & Gerh. Johan. Vossius (*L. 3. de Hist. Lat. Cap. 6. p. 568.*) a Ph. Labbeo (*in Bibl. Biblioth. p. m. 34. 180.*) notati.

XXI. JOH. BUXTORFIO uni ac eidem Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpp. S. Scr. p. 199.*) adscribit *Manuale Hebraicum*, *Dissertationes Philologicas*, *& Discursum de Confusione Linguarum*, cum tamen *Manuale* Patri, A. 1629. exstincto, duo autem Scripta posteriora Filio, A. 1664. denato, Eruditi, duos hosce Hebraizantium Phœnices, & Professores Acad. Basil. inclytos, accuratius distinguentes, merito accepta referant.

XXII. Cuinam, ex CÆSIIS Principibus, Academiæ Lynceorum Romanæ Physico-Mathematico-Medicæ debeatur Erectio, nunc, postquam illa cum Autore suo expiravit, incertum reddit Eruditorum Dissensus. ANGELUM CÆSIUM Romanum, Ducem Aquæspartæ, A. 1640. mortuum, Fundatorem illius exstitisse, perhibent, Janus Nicius Erythræus, Encomiastes Eruditionis ejus, Scriptis etiam Variis com-

Digitized by Google

probatæ, & Beneficentiæ in Literatos, perquam operosus (*Pinacoth. III. n. 23.*) &, qui hunc sequi videtur, Henn. Wittenius (*T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1640., *lit. Pp. 2. a. b.*) Pro Angeli contra Parente, FEDERICO CÆSIO, Montis Cælii Marchione, S. Angeli, S. Poli & Aquæspartæ Duce, A. 1630. (æt. 45.) denato, militant Augustinus Favoritus, [*in Vita Virginii Cæsarini* (5.)] *Literarum Amatorem potius; quam peritum*, eum fuisse, judicans, & Joh. Dan. Major (*in Annot. I. ad Fabii Columnæ, Lyncei, Tr. de Purpura, p. 3. 4. 5.*) *Principem* eum *omni Scientiarum genere ornatissimum* appellans, prolixumque Scriptorum ejusdem, sed maximam partem affectorum, ex Nardi Antonii Recchi *Historia Naturali Mexicana*, Sumptibus ipsius edita, exhibens Indicem. In quo tamen nonnulla mihi se offerunt (*Tabulæ* sc. *Philosophicæ* Operi Recchiano *p.* 905-950. a Franc. Stelluto insertæ, *Mathesis* item *Physica*, & *Encyclopædia*, sive *Universale Rationis Speculum*,) quæ ab Erythræo, & Wittenio, (perperam omnia, quæ memorat, Scripta lucem jam vidisse persuaso) Angelo video vindicari, nescius, illine, an his, Homonymia errandi præbuerit occasionem. Morhofius noster, diversis adeo, de Academiæ Lynceorum (ut ad istam redeamus) Ortu ac Autore, Relationibus, Erythræi atque Favoriti, turbatus, nihil certi ista de re in *Polyhistore* suo (*L.* 1., *c.* 14. *p.* 142. 143. 144.) definire est ausus. Optandum, ut tandem ali-

quan-

(5.) in Henn. Wittenii *Memoriis Philos. Dec. II. p.* 172. 173.

quando Mart. Fogelii, Prof. Hamb. *Historia Lynteorum ἀνέκδοτος*, utut Manum Autoris sui ultimam fortassis non experta, ab Hæredibus Viri Doctissimi luce donetur publica; omnes quippe hos Scrupulos nobis haud dubie exemptura.

XXIII. GEORGII CALIXTI, Theologorum, non Cimbriæ solum nostræ, & Acad. Juliæ, sed Germaniæ etiam Universæ, sua ætate, facile Eruditissimi ac Judiciosissimi, An. 1656. defuncti, *Tractatus de Baptismo*, A. 1643. editus, Filio ejus ac Successori, FRID. ULR. CALIXTO, perperam tribuitur, a Gerh. Meiero (*L. 2. Bibl. Theol. Contr. c. 8. p. 242.*); *Mataologia autem Papistica* ABR. CALOVII, perpetui ejus in Acad. VVitteb. Adversarii, Dantisci A. 1647., & VVittebergæ A. 1656. excusa, ipsi CALIXTO Seniori, a Mart. Lipenio (*P. I. Biblioth. Theol. Realis p. 443.*) Utrique Cognominum haud dubie fucum fecit Similitudo, vel Affinitas.

XXIV. JOACHIMUM CAMERARIUM Seniorem, Papæbergensem, Academiæ, in qua Literas Elegantiores docuit, Lipsiensis, & Germaniæ totius, Phœnicem, A. Seculi superioris ac ætatis 74. exstinctum (6.) cum Filio Cognomine, Noribergensi, Reip. Patriæ Poliatro, d. 11. Oct. A. 1598. (æt. 64.) defuncto (7.) confuderunt, tum Guilh. Crovvæus, qui (*in Elencho Interpr.*

(6.) V. de illo And. Freyhubii, Theol. Lipf. *Or. Parentalem*, & Melch. Adami *Vitas Phil. Germ. p. 258-266.*

(7.) V. de illo Melch. Adami *Vitas Medd. German. p. 344-356.*

terpr. Script. p. 190.) Patrem Med. D. & Practicum Noribergensem appellavit, tum Johan. Ant. a Linden (*in Tr. de Scr. Medd. p.* 311. 312.) Joh. Christoph. Becmannus (*in Catal. Biblioth. Francof. p.* 92. 93.) & Corn. a Beughem (*in Bibliogr. Histor. p.* 57. 58.) qui Filii *Hortum Medicum, Epitomen de Plantis, Opuscula de Re Rustica, Meditationem de Ratione a Pestis contagio præservandi, Epistolas & Consilia Medica, IV. Symbolorum & Emblematum Centurias,* aliaque Ingenii Monumenta, eidem attribuerunt. Præter Duumviros hosce, celebratur etiam, ab Henn. VVittenio (*T. II. Diar. Biogr. p.* 52.) JOACH. CAMERARIUS Tertius, Noribergensis, Civitatis Patriæ itidem Physicus, ac Archiater Anhaltinus, d. 13. Jan. A. 1642. (æt. 75. mortuus, a Christoph. Arnoldo autem (*in Præfat. Operum Marci Velseri,* An. 1682. editorum) Quartus ejusdem Nominis, sibi coævus atque amicus.

XXV. JAC. CAPELLI, Theologi Sedanensis Reformati (de quo, & Cognatis Homonymis, *P. I. c.* 4. §. 11. jam dictum) *Vindicias, pro If. Casauboni Exercitationibus AntiBaronianis, contra Herib. Rosvveydum, Jesuitam,* Sedani An. 1619. publicatas, CAROLO CAPELLO cuidam falso adscribit Abr. Calovius, *Lib. 2. Isag. ad SS. Theol. p.* 338.

XXVI. Utrumque BENEDICTUM CARPZOVIUM, Seniorem sc., JCtum VVittebergensem, Famæ, quæ Scriptis acquiritur, posthumæ Contemptorem, A. 1624. & Juniorem, Anteces-

tecessorem Acad. Lips. Primarium πολύγραφον, A. 1666. defunctum, *P. I. c. 5. §. 9.* fusius celebravimus. Junioris Scripta omnia, in Biographia ipsius (*Dec. IV. p.* 469.) omissa, Seniori (*Dec. I. p.* 111. 112.) ne uno quidem, quod vere illum Autorem agnoscat, adjecto, A. 1676., *in Memoriis JCtorum*, attribuit Henn. VVittenius. Sed ipse Errorem hunc suum A. 1688. correxit, *Tomo I. Diarii Biographici*, Filio sua (ad A. 1666.) restituente, ac Patri (*ad A.* 1624. *lit. U. 3. a.*) *Disputationes* tantum quasdam relinquente.

XXVII. JOHANNEM CARNARIUM Seniorem, Gandavensem, Med. D., ejusque & Philos. Moralis Professorem, in Acad. Patavina, circa A. 1552., Publicum, deinde vero Patriæ Poliatrum, ac tandem Medicum Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, ad An. usque Emortualem 1562., Aulicum, Filii Cognominis, sui in eodem Archiatri Officio Successoris, Parentem, ob Nominum Affinitatem, cum JOHANNE CORNARIO, Zvviccavia Misnico, Medico Civitatum Northusanæ, Francofurtensis & Patriæ, ac Iatrosophista Academiarum Marpurgensis ac Salanæ, Celeberrimo, Jenæ d. 16. Martii, Anno Seculi XVI. & ætatis 58. denato, non pauci confuderunt. E quibus solos jam allegabo Joh. Ant. Lindanum, qui (*in Tr. de Scr. Med. p.* 309.) *Carnarii Orationem de Podagra Laudibus*, Patavii, sub initium Lectionum, A. 1552. habitam, & cum alia *in Discessum M. Ant. Venerii,*

rii, *Prætoris Patavini*, Carminibusque *in Thermas Patavinas* nonnullis, ibidem An. 1553. (*in 8vo*) excuſam, *Cornarii* Scriptis accenſet, Continuatorem item Lindani, Georg. Abr. Mercklinum, qui (*in Præf. Lindenii Renovati*,) utri illorum iſta debeatur, ambigit.

XXVIII. CHRISTOPHORI a CASTRO, Ocanienſis Hiſpani, Jeſuitæ ac Theologi Complutenſis, Salmanticenſis & Toletani, Madriti d. 2. Dec. An. 1615. (æt. 65.) exſtincti (8.) *Commentarium in XII. Prophetas Minores*, MOGUNTIÆ An. 1616. *in fol.* impreſſum, ALPHONSO a CASTRO, Zamorenſi, Minoritæ ac Hæreſeomagi Seculi Superioris haud obſcuro, &, cum Jeſuita Cognomine, *Parte I.* (*c.* 3. §. 8.) jam a nobis memorato, perperam adſcribit Guilh. Crovvæus, *in Elencho Interpp. S. Scr. p.* 44. Qui paulo poſt (*p.* 89.) Vero Autori eundem etiam tribuit.

XXIX. De tribus, qui in Saxonica Inferiore inclaruerunt, MARTINIS CHEMNITIIS, Patre Theologo, Filio autem & Nepote, JCtis, *Partis I. Capite IV.* (§. 7.) jam diſſeruimus. Hos inter, Tertius, J. U. D. & Dicaſterii Aulici Holſato-Gottorpienſis, circa A. 1628. Aſſeſſor, verus eſt Autor *Diſſertationem III. de Juſtitia & Jure*, Tubingæ A. 1621. editarum, quas Secundo, hujus Parenti, Theologi autem Filio, patria Brunſuicenſi, Acad. initio Roſtochienſis JCto, deinde autem Aulæ Pomeranicæ, ac tandem Hol-

(8.) V. Nath. Sothvvelli *Bibl. Jeſ. p.* 139.

HolſatoGottorpienſis, Cancellario, d. 26. Aug. A. 1627. (æt. 65.) exſtincto, Errore facili, adſcribit Henn. VVittenius, *in Memoriis JCtorum, Dec. II., p.* 125. & *T. I. Diar. Biograph. ad An.* 1627. *lit. Z. 2. a.*

XXX. JOH. CLUVERUM, Crempa Holſatum, Th. D. ac Prof. Soranum, tandemque Eccleſiarum in Dithmarſia Regiarum Antiſtitem, d. 25. Dec. A. 1633. (æt. 41.) exſtinctum, cum PHILIPPO CLUVERIO, Gedanenſi Boruſſo, Principe hujus Seculi Geographo, Lugduni Batavorum A. 1623. defuncto, confundunt Gisbertus Voetius *in Biblioth. Stud. Theol. L. 2. c.* 10. *p.* 421.) & Aug. Pfeifferus (*in Præfat. Introduct. ad Orientem p.* 8.) Johannis *Epitomen Hiſtoriæ Univerſalis* Philippo tribuentes. Confundit etiam Georg. Stiernhelmius, Collegii Antiquitatum Regii in Suecia Præſes, Philippo, cui *AntiCluverium ſuum*, Gentem Gothicam Sueciæ vindicantem, Holmiæque A. 1685. editum, oppoſuit, in hujus, cum Præfatione, tum Titulo, *Johannis* prænomen falſo attribuens. Quod ejus *παρόραμα*, ante me, jam notarunt Lipſienſes, *in Actis Erudd. M. Jan. A.* 1686. *p.* 32.

XXXI. ARNOLDUS CORVINUS a Beldern, JOHANNIS ARNOLDI CORVINI, Lugduno Batavi (Eccleſiæ initio Patriæ miniſtri, & Promachi Doctrinæ Remonſtrantium haud incelebris, deinde ab An. 1622. in Cimbria Exulis, tandem vero, ab A. 1625. ad Emortualem 1650. Advocati Amſtelodamenſis, ac

by Google

Jurisprudentiæ in Gymnasio Professoris) Filius, JCtus haud ignobilis, post obitum Parentis, e Castris Protestantium ad Pontificios transgressus, inter Academiæ MOGUNTINÆ Antecessores aliquamdiu inclaruit. Ab isto Parentem non satis accurate distinxit Cl. VVittenius, qui (*T. II. Diar. Biogr. p.* 65.) hunc Apostasiæ, non Studiorum (cujus paulo ante a nobis facta est mentio) sed Fidei, ac Defectionis ad Pontificios insimulat, eidemque, ob Homonymiam, Scripta Filii potiora (*Enarrationem sc. Codicis, Venatorium illustratum, Digestorum ac Juris Feudalis Canonicique Explicationes Aphoristicas, Comm. ad Tit. de V. S. ac Justinianum Catholicum*) asserit.

XXXII. DANIEL CRAMERUS, Retzia Neomarchicus, Theol. D., Antistes MARIANUS ac Gymnasiarcha Stettinensis, d. 5. Oct. A. 1637. (æt. 69.) defunctus, confusus est: 1. cum DANIELE CHAMIERO, Delphinate, Theologo in Gallia MONTALBANENSI Reformato, *Panstratiæ contra Pontificios Scriptore*, globo A. 1621. in Obsidione Civitatis suæ, trajecto, a Ludov. Jacobo, Carmelita Gallo (*in Biblioth. Pontificia, P. II. p.* 458.) ex utroque unum Sedis Romanæ inepte effingente Antagonistam; 2. cum JOH. JAC. CRAMERO, Stettinensi, Filio suo, Parocho Civitatis Dantiscanæ, ad A. usque Fatalem 1659. Johannæo, cujus *Christianum de Vanitatibus Vitæ Humanæ & Christianæ Ecclesiasten*, Argentinæ A. 1631. excusum, Parenti tribuit Henn. VVittenius, *in Memor. Theol. Dec. IV. p.* 420.

&

& T. I. Diar. Biogr. ad A. 1637. (*lit. Ll.* 3. *b.*) ac Filio, Vero Autori, paulo post (*ad A.* 1659.) lit. Nnn. 4. a.) itidem assignat.

XXXIII. Georg. Matthiæ Könìgii *Bibliotheca Vetus & Nova, p.* 223. JOHANNEM initio memorans CROCIUM, Epistolarum Paulinarum Exegetam, illique Joh. Ludov. Crocium, *Antivveigelii* & *AntiBecani* Autorem, subjungens, non solum, ex uno Joh. Crocio, VVitgensteniensi, Theologo Acad. Marpurg. Reformato, Kal. Jul. A. 1659. defuncto, duos perperam effingit Scriptores, sed & cum fratre Ludovico Crocio, Th. D. & Antistite Urbis Bremensis, ob Doctrinam pariter atque Moderationem Animi Eximiam Celeberrimo, An. 1655. exstincto, cujus Nomen posteriori imponitur, eundem confundit. Pari ἀβλεψίᾳ Idem, paulo post (*ead. p.* 223.) Jac. Crucii, Gymnasiarchæ in Batavia Delphensis, *Mercurium Batavum, & Svadam Delphicam*, Joh. Crucio tribuit, qui Jacobi fuit, vel Frater, vel Consanguineus, Ecclesiæque Harlemensis Minister, & *Meditationes in Ps. I.* A. 1654. Delphis edidit Belgicas.

XXXIV. Joach. Curæi, Freistadio Silesii, Med. D. & Poliatri Glogoviensis, d. 21. Jan. A. 1573. (æt. 40.) mortui, (9.) *Tractatus de Sensu & Sensibilibus*, Francofurti A. 1595. excusus, a Gisb. Voetio (*in Biblioth. Stud. Theol. L.* 2. *c.* 13. *pag.* 476.) falso Autorem agnoscere perhibetur Joachimum Curtium, qui Medicus & Mathematicus

(9.) V. de illo Melch. Adami *Vitas Medd. Germ. p.* 197-216.

ticus fuit Hamburgenſis, ac in Patria d. 7. Apr. A. 1642. (æt. 57.) deceſſit.

XXXV. Chriſt. VVilh. Eybenium, a Joh. Albert. Fabro (*in Decade Decadum n. 28.*) video inſimulari, quod MARTINUM DELRIUM cum MARCO ANTONIO DELRIO confuderit, in ſuo ad Tob. Magiri *Eponymologium Criticum* Augmento. Sed immerito is hujus Culpæ reus agitur. M. ANT. DELRIO enim, Antwerpienſis, Brabantiæ Cancellarius, & Fiſci Regii Curator, cum A. 1580., abdicatis Dignitatibus iſtis, Ordini ſe aſſociaſſet Jeſuitico, cum Vitæ genere Nomen etiam priſtinum (ſub quo *Notas in Solinum, Claudianum, & Senecam Tragicum, Syntagma Tragœdiæ Latinæ Tripartitum, & Miſcellanea in Jus Civile,* ediderat) mutavit, &, ſub altero MARTINI, cum Sacris initiaretur, adſcito, *Disqq.* poſtea *Magicas, Florida Mariana Vindicias contra Scaligerum Areopagiticas, Sacra V. & N. T. Adagialia, Commentaria in Geneſin, Threnos & Cant. Canticorum,* aliaque a Sothwello (*in Biblioth. Jeſ. p. 583.*) enumerata, ad A. usque Emortualem 1608., juris fecit publici. Hujus Μετονομασίας ipſius *Pars Tertia* denuo forte mentionem injiciet. In Errore potius verſantur Joh. Chr. Becmannus (*in Catal. Bibl. Francof. p. 142. 143.*) & alii complures, qui, μετονομασίας iſtius, vel ignari, vel incurioſi, duos ex illo fabricantur Scriptores, alterum JCtum & Philologum, alterum Jeſuitam & Theologum. *Rectius* Nath. Sothwellus (*l. c. p. 582. 583.*) Scripta, ſub

utro-

utroque Nomine publicata, uni eidemque Autori, sed distincte tamen, attribuit.

XXXVI. Joh. Dieterici, Gemunda Hassi, Th. D. & Superint. Giesseni, A. 1635. defuncti, *Animadversiones ad* Joh. *Lampadii Supplementum Mellificii Historici Pezeliani*, in Lutherum, ac Asseclas ejus, injurium, Gisbertus Voetius, *Lib. 2. Biblioth. Stud. Theol. c. 9. p.* 844. 860. sub veri Autoris Nomine, allegavit, sed, paulo ante (*c. 5. pag.* 750.) memoriæ Labilis vitio, Fratri illius, Conrado Dieterico, Professori initio Acadd. Marpurgensis & Giessenæ Philosophico, deinde autem Doctori Theologo, & Ecclesiarum Ulmensium, ad An. usque Emortualem 1639. Antistiti, perperam adscripsit.

XXXVII. Theodori Eberti, Francofurto Marchici, L. Hebr. in Acad. Patria Professoris, A. 1630. exstincti, *Chronologia præcipuorum Linguæ Sanctioris, ab O. C. ad suam usque Ætatem, Doctorum*, Francofurti ad Viadrum A. 1620. *in 4to* prodiit. Hanc Parenti ejus, Jacobo Eberto, Sprottavia Silesio, Th. D. ac Prof. Viadrino, d. 5. Febr. An. 1614. denato, deberi, falso tradiderunt Phil. Labbeus (*in Biblioth. Bibliothecarum p.* 150.) & incautus hujus Exscriptor, Ant. Teiserius (*in Catalogo Catalogorum p.* 142.) Quem, omnia alioquin Labbei, non convitia solum, sed & Verissima de Autoribus quibusdam Judicia, expungere assuetum, Eberti Nomini adjecisse miror Literas H. L. quibus Labbeus illum, tanquam *Hæreticum Lutheranum*, more suo, exagitavit.

XXXVIII.

XXXVIII. LAURENTII EICHSTADII, Stettinensis, Med. D. ejusque & Mathematum Professoris Dantiscani, d. 8. Jun. A. 1659. (æt. 64.) exstincti, Scriptis Georg. Matth. Königius (*in Biblioth. V. & N. p.* 269.) & Henn. VVittenius (*Dec. VII. Memor. Philosoph. Renov. p.* 378. & *T. I. Diar. Biogr. ad An.* 1659.) *Geometriam Planorum Universam*, Lubecæ An. 1640. (*in 4to*) excusam, ac Christ. Thomæo, Cancellario Danico, inscriptam, perperam accensent. Deberi enim illam CLAUDIO NICOLAI EISTADIO, sive LESLEO, Dano, & Alb. Bartholinus (*in Lib. de Script. Dan. p.* 33.) testatur, & ego αὐτόπτης possum confirmare.

XXXIX. JOHANNES FABRI XVI., Eruditione ac Scriptis, vel famam, vel laudem saltem aliquam, adepti, mihi innotuerunt: 1. JOH. FABRI, Angolesmensis JCtus Ævi sequioris, in *Cod.* commentatus, & a Jasone mayno *Doctor perspicacissimus* appellatus appellatus. V. Jos. Simleri *biblioth. p.* 364.; 2. JOHAN. FABRI, ex monacho Tornusiano Diœcesis Cabilonensis, Abbas Vedastinus Atrebatensis, & Ludovici Andegavensis, Siciliæ Regis, Cancellarius, tandem autem Episcopus Sec. XIV. Carnotensis, Autor *Libri, quod Petrus sub Nerone Martyrio sit affectus.* V. Ludov. Jacobi *biblioth. Pontif. P. II. p.* 362. &, ex illa, C. Sagittarii *Introd. in Hist. Eccl. c.* 26. *p.* 670.; 3. JOH. FABRI, VVerdena Suevus, Phil. & J. U. D., Professor, circa An. 1500. Lipsiensis, & Collegii Ducalis Collegiatus. Scripta ejus Philosophica,

ca, Philologica, Poetica & Juridica, enumerant Autor *Centuria Scriptorum in Acadd. Lipsiensi, Witteb. & Francofurtana, Celebrium*, a J. J. Madero editæ, Anonymus, *num.* 50. Simlerus *l. c.* & J. C. Becmannus *in Catal. Bibl. Francof. p.* 168.; 4. JOH. FABER Daventriensis, Monachus Dominicanus, ab Erasmo Roterodamo, in Epistolis, summopere commendatus. De Codice N. T. Græci, cum aliis MSS. ab eo collato, qui, in Biblioth. Hinckelmanniana, Hamburgi asservabatur, V. Tenzelii *Dial. Menstr. Vernac. M. Aug. A.* 1695. *p.* 692.; 5. JOH. FABER, Th. & J. U. D. Helvetius, Canonicus initio & Vicarius in Spiritualibus Constantiensis, deinde Ferdinando, Austriæ Archiduci, a Secretis atque Confessionibus, tandem vero, ab An. 1531. Episc. Viennensis, d. 12. Jul. An. 1541. (æt. 63.) pecuniis quibusdam, & Bibliotheca, Academiæ relictis, mortuus, Acerrimus Lutheri Antagonista. V. de illo, & scriptis ipsius, Cornelii Loosei *Catal. Scriptt. Germ. Illustr. lit. H.* 3. *a. b.* Simlerum *l. c.*, Jonæ Litteri *Catal. Rectt. Acad. Vienn. ad A.* 1531. El. Reusneri *Append. Isag. Histor. p.* 644. Johan. Christoph. Becmannum (qui perperam Episc. Constantiensem illum vocat) *l. c.* & Frid. Spanhemii Jun. (a quo *Jacobus* male appellatur, & a Jac. Fabro stapulensi distinguitur) *Summam Hist. Eccl. p.* 834.; 6. JOH. FABRI, Heilbrunnensis Suevus, Ord. Præd. Monachus, & Ecclesiastes, circa A. 1550. Augustæ Pontificius. Scripta ejus varia AntiLutherana V. ap. Looseum (*lit. H.* 4.)

Digitized by Google

H. 4.) Simlerum & Becmannum, *locis citatis*; 7. JOH. FABER, Mechliniensis, JCtus, qui de *Juramentis*, A. 1569. contra And. Alciatum, Tr. edidit. V. Siml. *l. c.*; 8. JOH. FABER, Northusanus, cujus *Specimen Lexici Sacri* An. 1598. *in 4to* prodiit, teste Becmanno *l. c.*; 9. JOH. FABER Senior, Herbslebia Thuringus, Past. Thomanus (ab An. 1569.) & Prof. Theologus (ab A. 1581.) Argentinensis, A. 1571. in Templo fulmine tactus, ac peste d. 31. Aug. A. 1596. defunctus. V. Melch. Sebizii *Append. Chronol. de Professoribus Argentinensibus*, *ad Joh. Schmidii Concc. Jubilæas Academicas*, *p.* 232. & El. Reusnerum *l. c.*; 10. JOH. FABER Junior, præcedentis Filius, Argentinensis, Th. Lic. &, ab An. 1593. in Acad. patria PP. Ecclesiastes item, & Canonicus Thomanus, Apoplexia d. 19. Maji A. 1623. (æt. 56.) exstinctus. V. Sebizium *l. c.* & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1623. *lit. T.* 2. *a.*; 11. JOH. FABER Bambergensis, Med. D. & Professor atque Practicus, in Civitate Romana, circa A. 1607. Simplicista præterea Pontificius, & Academicus Lynceus, de cujus *Diss. de Nardo & Epithymo Anti-Scaligeriana*, *Commentario in Imagines Illustrium*, *e Biblioth. Fulvii Ursini editas*, & *Annotationibus in Nardi Antonii Recchi Hist. Nat. Mexicanam*, V. Lindani *Tr. de Scriptt. Med. p.* 351. 488. & Johan. Hallervordii *Bibl. Cur. p.* 174.; 12. JOH. FABER, Autor *Orationis de And. Planero*, *Prof. Medico Tubingensi*, *Funebris*, Tubingæ A. 1607. excusæ, & *Epistola de*

la de Calculis Corporis Humani, a Greg. Horſtio editæ. V. Lindanum *l. c. p.* 351.; 13. JOH. FABER Lindenavienſis, Autor *Tractatus de Judice Controverſorum Dogmatum*, & *Fide Juſtificante*, Francofurti A. 1613. in 8vo impreſſi. V. Becm. *l. c.*; 14. JOH. FABER, Omalio Leodienſis, JC. & Advocatus, d. 4. Jan. An. 1622. (æt. 82.) defunctus, cui *Volumina Conſiliorum*, *Tr. de SCtis* & *Lib. de Officio Proconſulis ac Quæſtoris*, tribuit Henn. Wittenus *T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1622. *lit. R. 3. b.*; 15. JOH. FABER, J. U. D. & Syndicus, ab An. 1617. ad Emortualem 1622. Lubecenſis; 16. JOH. FABER, Nicopia, Falſtriæ Oppido, Danus, J. U. L. & Eloqu. ac Hiſt. in Acad. Sorona, PP. d. 11. Febr. A. 1659. (æt. 38.) denatus. V. Wittenium *l. c. ad A.* 1659. Scripta etiam ejus addentem. Tot Scriptores, ejusdem Nominis Participes atque Cognominis, non potuere non ſubinde confundi. Ita obſerves, a Becmanno (*l. c.*) Quinti horum, ſive Epiſcopi Viennenſis, *Tractatum* (quem & Looſeus & Simlerus ei tribuunt) *de Lege ſive Religione Moſcovitarum* Undecimo, ſive Bambergenſi, hujus autem *Commentarium in Imagines Illuſtrium*, Antwerpiæ An. 1606. excuſum, una cum Duodecimi *Laudatione Funebri Planeriana*, Decimo Tertio, ſive Lindenavienſi, perperam adſcribi.

XL. FRANC. FABRICII, Marcodurani, Viri Erudiſſimi, A. 1573. Thuano teſte, defuncti, & a Populari Cognomine ac coævo, FRANC. FA-

Digitized by Google

FABRICIO Ruremundensi, Medico Aquisgranensi a Simlero (*p.* 201. 202.) recte distincti, *Historiam M. T. Ciceronis*, sæpius, ac novissime quidem Hamburgi An. 1672. curante Joh. Bunone recusam, Corn. a Beüghem (*in Bibliogr. Histor. p.* 87.) falso JACOBO credit deberi FABRICIO, nec, quem, ex tot Homonymis designet, indicat. Scriptis enim inclaruere complures JACOBI FABRICII, quos inter notiores sunt cœteris: 1. M. JAC. FABRICIUS, Georgii, Scholæ Misenensis Rectoris, filius, &, ni fallor, etiam Successor, de cujus Labore, in Parentis *Voluminibus Rerum Germaniæ Magnæ, Saxoniæ & Misniæ, Memorabilium* duobus, augendis, continuandis, & Witebergæ A. 1609. edendis, exantlato, V. Casp. Sagittarii *Introd. in Hist. Eccl. c.* 12. §. 56. *p.* 213. & Mich. Hertzii *P. IV. Biblioth. Germ. lit. O.* 4. *b. P.* 1. *a. R.* 2. *b.*; 2. M. JACOB. FABRICIUS, Physices in Acad. Hafniensi, ab A. 1540. Professor, ac deinde Parochus in Cimbria nostra Osbyensis, A. 1566. (æt. 56.) defunctus, de quo V. Er. Vindingii *Acad. Reg. Hafn. p.* 71. Canuti Bramtii *Nanias p.* 15.; 3. JAC. FABRITIUS Th. D. Reformatus, Civitatis Patriæ Dantiscanæ Ecclesiastes & Gymnasiarchia, An. 1637. defunctus. De ejus Vita, Scriptis, ac adversus Collegas Lutheranos certaminibus, multa invenies, in Christoph. Hartknochii *Hist. Eccl. Prussica*, hinc inde dispersa. Conf. H. Wittenii *T. I. D. B. ad A.* 1637. *lit. Mm.* 1. *a.* & J. C. Becmanni *Catal. Bibl. Francof. p.* 169.; 4. M. JAC.

FA-

FABRICIUS Senior, Tundera Cimber, ex Ecclesiæ Patriæ Diacono, Aulæ Holsato-Gottorpiensis, ab An. 1588. Ecclesiastes, & Ecclesiarum postmodum in Chersoneso hac Ducalium Superintendens, d. 5. Nov. A. 1640. (æt. 81.) exstinctus, & in *Cimbria* nostra *Literata* fusius Celebratus; 5. M. JACOB. FABRICIUS Junior, Slesvicensis, Parentis sui, modo laudati, in utroque Officio Sacro, Coadjutor, &, ab An. 1640., Successor, d. 24. Apr. An. 1645. mortuus. V. *Cimbr. Lit.*; 6. JAC. FABRICIUS Rostochiensis, Med. D. ejusque ac Mathematum initio in Acad. patria PP., ac Ducum Megapolitanorum Medicus, deinde vero Archiater Danicus, d. 14. Aug. A. 1652. (æt. 75.) denatus. V. Aug. Varenii *Progr. Funebre*, in Henn. Wittenii *Dec. II. Mem. Med. Renov. p.* 144-157. & Wittenii ipsius *T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1652.; 7. JACOB. FABRICIUS, Coslino Pomeranus, Theol. D. & Pomeraniæ Orientalis Superintendens, Jac. Stolterfohtii, in famosa de Visionibus Controversia, Antagonista, Stettini d. 8. Aug. An. 1654. (æt. 61.) Rebus Humanis exemptus. Consulantur, de illo, Joh. Micrælii *Progr. Funebre*, in Henn. Wittenii *Decade VIII. Memor. Theol. Renov. p.* 1089-1099. Wittenii ipsius *Tomus I. Diar. Biogr. ad A.* 1654. & *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr. P. IV. c.* 5. §. 14. *p.* 480-485. Tertius horum, Dantiscanus nempe, ab Henn. Wittenio (*T. I. D. B., ad A.* 1637. *lit. Mm.* 1. *a.*) *Johannem* illum vocante, confunditur cum Cive suo, M. JOHAN.

Digitized by Google

FABRICIO, itidem Dantiscano, Viro Juvene LL. Or. peritiſſimo, cui Roſtochienſis *Teſtamenti Muhammedis* Editio, An. 1638. publicata, & Gymnaſiarchæ perperam tributa, aliaque Opuſcula, & Diſſertationes Philologicæ, debentur. Denarium excedunt Numerum Scriptores Johanni huic Fabricio ὁμώνυμοι, mihi obſervati, quos, prolixitatis tædio, recenſere jam non vacat.

XLI. NICOLAUM CLAUDIUM FABRICIUM PEIRESCIUM, Aquiſextienſem, Curiæ in Patria Supremæ Senatorem, Mecœnatemque Doctorum, per Europam fere univerſam, Seculo hoc ineunte, Gallicum, M. Jun. A. 1637. (æt. 57.) exſtinctum, & prolixo Pet. Gasſendi Commentario Biographico celebratum, eundem eſſe cum NICOLAO FABRO, ſive (uti Baronius eum vocat) FABRICIO, Ludovici XIII., Gallorum Regis, Præceptore, Johan. Seldenus, nominum deceptus ſimilitudine, putavit. V. Adr. Baileti *Tr. des Auteurs Deguiſez, P. IV. p.* 405.

XLII. JOH. FORSTERO Seniori, Auguſtano, Th. Doctori, & L. Hebr., in Acad. Witteb. ab A. 1548. Interpreti, Lutherique, in Verſione S. Cod. Germanica concinnanda, συνέργῳ, d. 8. Dec. A. 1556. (æt. 61.) defuncto, *Dictionarii Hebraici* Autori haud incelebri (10.) Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpr. Script. p.* 211.) tribuit *Commentarium in Eſaiam*, Witebergæ An.

1620.

(10.) V. de illo Melch. Adami *Vitas Theol. Germ. p.* 302-305.

1620. excusum. Sed is alteri debetur JOHANNI FORSTERO Juniori, Parocho initio Cizensi, hinc Professori Academiæ Witeb. Theologo, ac Antistiti tandem Ecclesiarum Comitatus Mansfeldici, Pastorique Islebiensi, d. 17. Nov. A. 1613. (æt. 37.) exstincto, de quo Henn. Wittenius, *in Memor. Theol.* (*Dec. I., p.* 66-71.) est consulendus. De JOHAN. FORSTERO, Poeta Germano, Belli Smalcaldici Historiam Heroico Carmine, sed Humiliori, persecuto, V. Judicium Ol. Borrichii, *in Dissertt. de Poetis p. m.* 130.

XLIII. VALENTINO GUILHELMO FORSTERO, Marpurgensi, Acad. Witebergensis JCto, d. 29. Oct. A. 1620. (æt. 46.) mortuo, J. C. Becmannus (*in Catal. Bibl. Francof. p.* 179.) Henn. Wittenius (*T. II. Diar. Biogr. p.* 25.) & ALii, perperam adscribunt Commentarium *de Historia Juris Civilis, & Libb. 2. de ejusdem Interpretibus*, Parenti ejus VALENTINO FORSTERO, Wittebergensi, Scholarum Marpurgensis, Heidelbergensis, & Juliæ, ad A. usque Emortualem 1608. Antecessori, potius vindicandos. Vitam hujus, atque Monumentum Epitaphium, exhibet Gebh. Theod. Meierus, *in Monumentis JCtorum Acad. Juliæ, p.* 103-110.

XLIV. *Comm. in Pandectas*, quem THOMÆ FRANTZIO, Magdeburgensi, J. U. D. & Professori initio Witebergensi, dein Aulæ Ostfrisicæ Cancellario, & novissime Patriæ Syndico, d. 10. Jun. A. 1614. (æt. 51.) denato, Henn. Witte-

tenius (*T. I. D. B. ad A.* 1614. *lit. L. 3. b.*) refert acceptum, GEORG. FRANTZIUM, Leobschützienſem Sileſium, Erneſti Pii, Ducis Saxo-Gothani, Cancellarium, d. 16. Jan. A. 1659. (æt. 65.) exſtinctum, Autorem agnoſcit, & huic etiam ab ipſo (*ad A.* 1659.) recte tribuitur.

XLV. PAULUS FRISIUS unus idemque a Joh. Chr. Becmanno (*in Catal. Biblioth. Francof. p.* 185.) edidiſſe perhibetur, & *Comparationum Dialecticarum Pet. Rami ac Phil. Melanchtonis Libros III. Francofurti A.* 1590. *excuſos, & Tractatum de Tempore Miniſterii Chriſti, Witteberga An.* 1604. *in 4to impreſſum.* Verum, diverſis duo hæc Scripta tribuenda eſſe Autoribus, prius ſc. PAULO FRISIO, Laubanenſi Luſato, poſterius autem PAULO FRISIO, Lubecenſi, Ἀυτοψία me edocuit.

XLVI. ALBERICO GENTILI Anconitano, Acad. Oxonienſis JCto, d. 19. Jun. A. 1608. (æt. 58.) exſtincto, debetur *Tractatus de Jure Belli*, quem Fratri ejus, SCIPIONI GENTILI, Acad. Altorfinæ, ad A. usque Fatalem 1616. Anteceſſori, tribuit Henn. Wittenius, *Dec. I. Mem. JCtorum Renov. p.* 42. *& T. I. D. B. ad An.* 1616. *lit. N. 2. a.*

XLVII. JOH. GERHARDUM, Quedlinburgenſem, Theologum Acad. Salanæ, de Studiis Sacris immortaliter meritum, & d. 27. Aug. A. 1637. (æt. 55.) defunctum, cum Filio, JOH. ERNESTO GERHARDO, S. Lit. in eadem Acad. Patria, ad A. usque Emortualem 1668.,

In-

Interprete haud obſcuro, in Gnato Cognomine ac Patriſſante, poſt fata, ſuperſtite, confuderunt Georg. Matth.Königius(*in Bibl. V.&N.*) Filio Parentis *Commentarium in Matthæum* adſcribens (11.) & Jac. Benignus Boſſuetus, eundem, hujus loco, in *Hiſtoria de Variationibus Eccleſiarum Proteſtantium* Gallica, An. 1688. edita (*T. I., L. 8. §. ult.*) perperam, uti in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* (12.) jam eſt monitum, allegans. Parenti Cognomines fuerunt, & accurate proinde ab illo ſunt diſtinguendi: 1. JOH. GERHARDUS, Leidenſis, Abbas Abcoudanus, qui, cum ex Itinere Hieroſolymitano, A. 1544. inſtituto, domum rediiſſet, Urbem iſtam, & Loca Sancta Palæſtinæ reliqua, accurate deſcripſit, teſte Joh. Meurſio *L. 1. Athen. Batav. p.* 74.; 2. JOHANNES GERHARDI, Darbienſis Anglus, Jeſuita, poſt Exilium e Patria, Leodienſis ac Romanus, de quo V. Nath. Sothwelli *Bibl. Jeſ. p.* 452. 453.; 3. JOH. GERHARDI, Chymiater hoc Seculo Suevus, cujus Scripta V. in J. Ant. Lindani *Tr. de Scr. Med. p.* 361.; 4. JOHANNES GERHARDUS, Botanicus Anglus, cujus *The Herbal, or General Hiſtory of Plants,* Londini A. 1633. in fol. prodiit, teſte Joh. Hallervordio *in Bibl. Cur. p.* 210.

XLVIII. SALOMONI GESNERO, Boleslavia Sileſio, Acad. Wittebergenſis Theologo, d. 7. Febr. An. 1605. (æt. 46.) denato, male, ab

(11.) *p.* 342.
(12.) *M. Febr. A.* 1689. *p.* 74.

Henn. Wittenio (*T. I. D. B. ad A.* 1605. *lit. D.* 3. *b.*) tribuuntur *Historia Animalium* CONRADI GESNERI, Polyhistoris ac Medici Scholæ Patriæ Tigurinæ, Seculo superiore, Inclyti, Opus Grande, ac in IV. Tomos divisum, & (ut obiter hujus etiam injiciam Mentionem) *Labyrinthus Papisticus* Ægid. Hunnii, Collegæ.

XLIX. FRANC. GOODWINUM, Hanningtoniensem, Episc. in Anglia initio Landavensem, & deinde Herefordiensem, d. 30. Apr. A. 1633. [æt. 72.] teste Wittenio, mortuum, *Commentarii de Præsulibus Angliæ*, Londini An. 1616. [*in 4to*] excusi, Autorem, cum NICOL. GODIGNO, Jesuita Lusitano, Romæ A. 1616. exstincto, Historiæ Æthiopicæ Recentioris Scriptore [de quo Nic. Antonius *T. II. Biblioth. Hisp. p.* 121. & Nath. Sothwellus, *in Biblioth. Jes. p.* 630. consulendi,] inepte confundit Mart. Zeilerus, *Parte III.* suæ *de Historicis* Rhapsodiæ, *p.* 95. ita scribens: *Nicol. Godignus, Episc. Landavensis, Commentarium de Præsulibus Angliæ edidit.*

L. SIMONI GOULARTIO Juniori, Genevensi, Ecclesiæ Gallo-Belgicæ Amstelodamensis Antistiti, Batavia, ob Arminianismum, A. 1619. ejecto, & in Urbe Cimbriæ nostræ Fridricopolitana d. 19. Mart. A. 1628. (æt. 52.) defuncto, ab Henn. VVittenio (*T. II. Diar. Biogr. p.* 35.) non alia tribui Scripta, quam quæ Parentem ejus, SIMONEM GOULARTIUM Seniorem, Celebrem Reip. Genevensis Theologum ac Pastorem, autorem agnoscant, in *Adden-*

dendis, *Parti II. Isagoges ad Hist. Cimbr.* (*p.* 223. 224.) subjunctis, jam monuimus, ac γνήσια aliquot Nostri Monumenta enumeravimus. Vereor autem, ne Idem, Senlisium Sylvanectinorum Patriam Filio assignans, denuo cum Parente illum confundat, quem Sylvanectinum ortu fuisse, complures testantur.

LI. HENNINGUS GROSSIUS, VVittebergensis, Acad. Viadrinæ JCtus, A. 1651. mortuus, ab eodem VVittenio (*T. II. D. B. p.* 66.) perperam Autor esse perhibetur *Magicorum, sive Mirabilium de Spectris, Incantationibus, Divinationibus, & Miraculis Magicis, Historiarum*, quæ ab Anonymo congestæ, & in Libb. 2. distinctæ, antequam ille forte nasceretur, sumptibus HENNINGI GROSSII, Bibliopolæ Lipsiensis (quocum is confunditur, Lipsiæ A. 1597. (*in 4to*) sunt excusæ.

LII. HUGONIS GROTII, τȣ̃ παμμεγίςȣ, *Isagoge ad Praxin Fori Batavici*, Fratri ejus GUILHELMO GROTIO, Delphensi, JCto Batavo, d. 12. Mart. An. 1662. (æt. 65.) defuncto, simili Errore, a VVittenio adscribitur, *T. II. D. B. p.* 85.

LIII. SIMONI GRUNÆO, Lignicensi Silesio, Ecclesiæ Patriæ Pastori, & reliquarum, in Ducatibus Lignicensi ac VVolaviensi, Superintendenti sive Ephoro, A. 1628. Mart. Hankio (13.) teste, denato, Henn. VVittenius (*T. I. D. B. ad An.* 1628. *lit. Aa.* 2. *a.*) præter *Monumentorum*

(13.) *in Oratt. p.* 259

Basileensium Antigrapha, fœtum ejus γνήσιον, vindicat etiam *Descriptionem Virtutum*, & *Tr. de Utilitate legendæ Historiæ.* Utrumque ego illi abjudicandum censeo. *Virtutum* enim *Descriptionem* SIMONI GRYNÆO Seniori, Veringa Suevo, L. Gr. in Acad. Heidelb. ab A. 1523. Philos. autem & Theologiæ in Basileensi, ab A. 1529. Professori, *Literis promovendis*, Erasmo judice, *nato*, plurimique etiam a Melanchtone, Vetere Condiscipulo, æstimato, tandem autem Peste Kal. Aug. A. 1541. [æt. 48.] exstincto, (14.) deberi, Jos. Simlerus [*in Biblioth. p.* 629.] Scripta ejus enumerans, testatur. *Tractatum* autem de *Utilitate Historiæ*, in *Penu Artis Historicæ* Autorum Variorum, *Tomoque* illius *IIdo*, Basileæ An. 1579. jam excusum, cum Joh. Chr. Becmanno [*in Catal. Bibl. Francof. p.* 214.) illi asserimus SIMONI GRYNÆO, qui *de Meteoris Ignitis ac Cometis* A. 1579. edidit Commentarium. Est autem is SIMON GRYNÆUS Junior, Medicus initio ac Mathematum Professor Heidelbergensis, deinde autem Philosoph. Moralis in Schola Basileensi Interpres, *III. Non. Sept. A.* 1582., uti ex Epitaphio didici (15.) vivis ereptus. Diversus est, a Triumviris hisce ὁμωνύμοις, SIMON GRUNAU, Ord. Præd. Monachus, Historiæ Prussicæ Scriptor, a Chri-

(14.) V. de illo Melch. Adami *Vit. Philos. Germ.* 118. 119. 120. *Joh.* Grossii *Inscriptt. Basil. p.* 24. *Jos.* Simlerum *l. c.*, Vossii *Lib. de Scient. Matth. c.* 57. §. 7. *c.* 65. §. 11. Lucæ Gernleri *Orat. Secul. de Acad. Basileensi, p.* 41.

(15.) V. Joh. Grossium *l. c. p.* 85.

Digitized by Google

Christoph. Hartknochio, *in Præf. Borussia Vet. ac Nova*, A. 1684. laudatus.

LIV. Joh. Chr. Becmannus, *in Catal. Biblioth. Francof. p.* 214. uni eidemque JOHANNI GUALTERO, & *Chronicon Chronicorum Ecclesiasticum ac Politicum*, Voluminibus 8. Francofurti ad Moenum AN. 1614. *in 8vo*, publicatum, & *Tabulam Status Ecclesiæ Catholicæ, a N. C. ad An.* 1614. *Chronographicam*, Coloniæ AN. 1616. in fol. excusam, tribuens, Autores duos diversissimos, ob aliquam Nominum Affinitatem, confundit. *Chronicon* enim *Chronicorum* JANO deberi GRUTERO, Bibliothecæ Palatinæ Præfecto, Critico ac Polyhistori Seculi hujus Nobilissimo, omnibus jampridem constat, & Vinc. Placcius (*in Tr. de Scr. Pseudon. p.* 204.) Autoresque alii, ab eo allegati, monuerunt. Edidit autem istud, non sub proprio, sed adscititio JOHANNIS GUALTERI nomine, quo gavisus est JCtus quidam Acad. Marpurgensis, patria Hirsfeldianus, quem AN. 1640. Professioni esse admotum, ac d. 26. Mart. A. 1647. vivis excessisse, Johan. Justus Pistorius (16.) testatur. *Tabulæ* vero *Chronographicæ* Autor est JACOBUS GAULTERIUS, Annonæensis Gallus, Jesuita Eruditus Turnoniensis ac Lugdunensis, Collegiique tandem Gratianopolitani Rector, d. 14. Oct. A. 1636. [æt. 74.] rebus humanis exemptus. V. de illo, & aliis *Tabulæ* hujus Editionibus, Nathan. Sothwelli *Biblioth. Jesuiticam p.* 365.

(II.) *Propylæo Athenæi Hassiaci p.* II.

LV. Duos Hiſpania Theologis ſuis annumerat ANTONIOS de GUEVARA, Seniorem ſc. patria Alavenſem, ex Monacho Franciſcano Epiſc. Mondovenſem, & Caroli V. Imp. circa A. 1545. Concionatorem Aulicum, Chronographum ac Conſiliarium, *Epiſtolis, Horologio Principum, Monte Calvariæ*, aliisque Scriptis, famam adeptum immortalem, & Juniorem, ex JCto Palatino ac Milite, Sacerdotem Philippi II., Hiſpanorum Regis, circa A. 1583. Aulicum, S. Michaelis de Schalada Priorem, & tandem Eremitam, in Cap. I. Geneſeos, Pſalmos & Habacuci Prophetiam, commentatum, quem a Königio (*in Biblioth. Vet. & Nova p.* 416.) perperam *Antonium de Huecara* appellari video. Accurate hos diſtinxit, præter Bibliothecarum Hiſpanicarum Scriptores, Jac. Tirinus, in Alphabetico, quem *Commentario Biblico* præfixit, Autorum Indice. Confuderunt autem Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpp. Script. p.* 62.) utriusque Dignitates ac Officia, & Joh. Chr. Becmannus (*in Catal. Biblioth. Francof. p.* 215.) amborum Scripta, uni eidemque vindicantes Autori.

LVI. GEORGIO HAGEN, J. U. D., & Scabino Magdeburgenſi, An. 1657. defuncto, tribuitur, ab Henn. Wittenio (*T. I. D. B., ad A.* 1657.) & Georg. Matth. Königio (*in Bibl. Vet. & Nova p.* 376.) ſed perperam, *Comitiologia Ratisbonenſis Anni* 1654. Vernacula, Bremæ An. 1657. excuſa, cujus Autor Literis quidem Initialibus Nomen ſuum, in Titulo, tantum expreſ-

ſit,

ſit, verum non alius eſt, quam GOTTLIEBIUS ab HAGEN, Eques (ſicut in Libri etiam Inſcriptione profitetur) Megapolitanus, Chriſtiani IV. & Friderici III., Daniæ Regum, Conſiliarius, & in Aula Bruxellenſi Legatus Ordinarius. Id quod, ante me, jam monuerunt Mart. Zeilerus, *in Indice Autorum*, *Collectaneis* Vernaculis, A. 1658. editis, præfixo, Burgoldenſis, ſeu Phil. Andr. Oldenburgerus, *in Diſcurſibus ab Inſtrum. Pacis, P. I. Diſc. XII. p.* 289. & V. Placcius *in Tr. de Scriptt. Anon. c.* 11. *p.* 85. 86.

LVII. IOH. HARTMANNI, Amberga Palatini, Profeſſoris in Acad. Marpurgenſi initio, ab An. 1591. Mathematici, deinde ab An. 1610. Medici, ac tandem ab A. 1624. ad Emortualem 1631. Aulæ Caſſellanæ Archiatri, in Studiis Chymicis longe verſatiſſimi (12.) Nomen, in Joh. Ant. Lindani *Opere de Scriptis Medicis*, incaſſum veſtigabis, Monumenta autem Chimica Librorum D. JOH. HARTMANNI BEYERI, Francofurtenſis, Civitatis Patriæ Poliatri, An. 1625. exſtincti, numerum *p.* 364. 365. auxiſſe, deprehendes.

LVIII. DANIELEM HEINSIUM, Parentem, & NICOL. HEINSIUM, Filium, Bataviæ, Poeſeos, & omnis Literaturæ Elegantioris, Decora Immortalia, confudit Mich. Hertzius, *P. IV. Biblioth. German.* (*lit. K.* 4. *b.*) illius *Hiſtoriam Rerum ad Sylvam Ducis Geſtarum*, Lugdun. Batav.

(12.) V. Johan. Juſti Piſtorii *Propylæum Athenæi Hasſiaci p.* 14. 18.

tev. An. 1631. excuſam, huic falſo adſcribens.

LIX. CASP. HOFMANNO, Gotha Thuringo, Profeſſori Acad. Altorfinæ Medico, d. 3. Nov. An. 1648. (æt. 76.) exſtincto, *Librum de Thermis Hirſchbergenſibus*, Francofurti A. 1591. excuſum, *& Conſilia atque Epiſtolas Medicas*, CASPAR. HOFMANNI alterius, Leoberga Sileſii, Med. D. & Archiatri Electoralis Brandenburgici, A. 1584. teſte Hankio (13.) defuncti, perperam tribuit Joh. Ant. Lindanus (*in Tr. de Scr. Med. p.* 195. 196.) a Val. Henr. Voglero (*in Introd. ad Notit. Bon. Scriptt. c.* 8. *p.* 42.) ob παρόραμα hoc, jam ante me notatus. Ab Henn. Wittenio (*Dec. I. Memor. Med. Renov. p.* 137. 138. *& T. I. D. B. ad A.* 1648. *lit. Yy.* 2. *a. b.*) eidem, non *Tractatus* ſolum iſte *de Thermis Hirſchbergenſibus*, ſed *Methodus etiam medendi, juxta Seriem Walæanam*, Lipſiæ A. 1668. *& Hiſtoria Cardianaſtrophes admirandæ*, ibid. A. 1671. excuſæ, FRIDERICUMque HOFMANNUM, *Med. D.* ac Prof. in Acad. Saxo-Hallenſi, Primarium, Autorem agnoſcentes, pari Errore, aſſeruntur.

LX. Inter Præſules Belgii Hiſpanici Sacros Eruditiores, eminent, & poſthuma, tum ſuorum, tum ἀλλοφύλων, laude fruuntur, duo CORNELII JANSENII. Hos inter Hulſtenſis, qui ætate alterum præceſſit, poſt Studiorum Curriculum Lovanii abſolutum, in Cœnobio Præ-

(13.) *in Oratt. p.* 220.

Præmonſtratenſium Tungerloenſi Brabantico, per 12. Annos, Lectoris, totidemque Cortraci Parochi munere functus, Lovanii deinde Ecclesiæ Jacobææ fuit Decanus, ac Theol. PP., &, cum Collegis, Mich. Bajo ac Joh. Heſſelio, a Philippo II. Hiſp. Rege, ad Concilium Tridentinum eſt ablegatus, poſt reditum autem, primus omnium ad Epiſcopatum evectus Gandavenſem, in quo III. Id. Apr. An. 1576. deceſſit. Præter *Concordiam Evangelicam*, nobilesque in illam *Commentarios*, celebrantur etiam ſimiles ipſius in Pſalmos, Proverbia, Lib. Sapientiæ, Eccleſiaſticum, & V. T. Cantica, Labores Exegetici, Doctrinæ, Judicii, πολυγλωττίας & Moderationis Autoris ſui, Teſtes luculentiſſimi. V. de illo Corn. Looſei *Catal. Scr. Germ. Illuſtr. lit. C.* 8. *a. b.* Aub. Miræi *Elogia Illuſtrium Belgii Scriptorum Dec. I.* Joh. Ad. Oſiandri *Specimen Janſeniſmi, c.* 1. *p.* 7. 8. Guilh. Crowæi *Elenchum Interpp. S. Script. p.* 99. 100. & Deſſelium atque Sweertium, Bibliothecarum Belgicarum Autores.

CORN. JANSENIUS Junior, Leerdami, Bataviæ Oppido, An. 1585. natus, Literisque Sacris atque Profanis Lovanii, Pariſiis, & in Cantabria, initiatus, cum Lovanium rediiſſet, Profeſſionem Theologiæ obtinuit Academicam, & A. usque 1636. ornavit, quo Epiſcopatui præfectus eſt Ypreniſi. Vivis exceſſit Prid. Non. Maj. An. 1638. &, præter illuſtre de Gratia & Libero Arbitrio Opus, *Auguſtini* donatum Titulo, quod Schismati inter Janſeniſtas & Jeſui-

ſuitas Famoſo præbuit occaſionem, *Commentaria* etiam *in Pentatevchum*, & *Tetratevchum Evangelicum*, aliaque Monumenta Sacra, maximam partem Polemica, reliquit. Conſuli de illo poſſunt, præter Biographiam, *Auguſtino* præfixam, Oſiander (*l. c. c.* 1.) Deſſelius (*l. c.*) & Hiſtoriæ Schismatis Janſeniani Scriptores varii. Quorum Noviſſimus, Melch. Leydeckerus, Theologus Acad. Ultrajectinæ Reformatus, toto *Libro I. Hiſtoriæ Janſenismi*, Ultrajecti A. 1695. excuſæ, Vitam ejus, ſuſius cœteris perſecutus, ſatis illum accurate (*c.* 1. *p.* 1. 2.) ab Epiſcopo Gandavenſi cognomine diſtinguit, & Virgula ſimul notat Cenſoria Joh. Jac. Hofmannum & Lud. Morerium, Lexicorum Hiſtoricorum Scriptores, aliosque Viros Eruditos, qui, utrumque Confundentes, Sectæ Janſeniſtarum Autorem, vel Epiſcopum vocarunt Gandavenſem, vel *Concordiam* eidem *Evangelicam* adſcripſerunt. Jungendi ſunt his, quia ad eundem impegerunt Lapidem, Guilh. Crowæus, qui (*l. c.*) Yprenſis *Commentarium in Pentatevchum* Gandavenſi tribuit, Georg. Matth. Königius, qui (*in Bibl. V. & N. p.* 423.) Yprenſem Gandavenſi etiam Eccleſiæ præfuiſſe, & *Analecta in Proverbia, Eccleſ. Sap. Habacucum & Sophoniam, edidiſſe*, perhibet, ac Henningus Wittenius (*T. I. D. B. ad A.* 1638. *lit. Mm.* 2. *b.*) Aſſecla Königii, in duplici hoc Errore, incautus. Præter Duumviros hos, Scriptoribus Belgicis, a Val. Andr. Deſſelio (*in Biblioth. Belg. p.* 689.) annumeratur Tertius ejusdem

dem Nominis, ſed Famæ diſparis, CORN. ſc. JANSENIUS, Ziriẓæa Zeelandus, Ord. Præd. Monachus, & Theol. Lector Bononienſis, a Marinis, cum A. 1636. Romam e Batavia tenderet, fluctibus ſuffocatus. Fratrem is habuit NICOLAUM JANSENIUM, Monachum itidem Dominicanum, Th. Lic. &, ex Eccleſiaſte Antwerpienſi, Miſſionarium hoc Seculo in Cimbriam ac Daniam Apoſtolicum, a Deſſelio (*l. c. p.* 689.) Franc. Sweertio (*in Athen. Belg. p.* 577. 578.) & Nobis (*in Cimbr. Lit.*) fuſius celebratum, cui a Joh. Hülſemanno, cum Corn. Janſenio, Epiſc. Gandavenſi, illum confundente, *Commentarios* hujus *in Pſalmos & Proverbia* perperam, *in Methodo Studii Theol. p.* 234. attribui obſervabis.

LXI. *Polymathiam Theologicam* Lipſiæ A. 1669. *Scrutinium* autem *Religionum*, A. ſeq. 1670. Juris fecit publici HIERONYMUS KROMAYERUS, Ciza Miſnicus, Theologus Acad. Lipſienſis Primarius, An. 1670. (æt. 60.) defunctus, Parentis, ſibi ὁμωνύμȣ, Th. Licentiati, & Paſtoris initio, Cizenſis Michaelitani, deinde autem Superintendentis in Voitlandia Plavienſis, Filius. Perperam ergo utrumque Scriptum, in Dan. Hartnaccii *Hodego Bibliothecario Vernaculo* (*P. II. p.* 179. 283.) JOHANNI adſcribitur KROMAYERO, illius Cognato, qui, Döbelæ natus, &, ex Parocho Petro-Paulino Islebienſi, Paſtor, Eccleſiaſtes Aulicus, & Superint. Gen. Saxo-Vinarienſis, factus, d. 20. Jul. An. 1643. vivis jam exceſſit.

LXII.

Digitized by Google

LXII. CONRADI KUNRAHT, Lipſienſis, Chymiatri, Seculo hoc ineunte, non incelebris, & *Medulla* imprimis *Deſtillatoria*, toties cuſa ac recuſa, famam adepti, Scriptis a Pet. Borello, in *Bibliotheca Chymica*, Libello inepto, *pag.* 1240. falſo accenſentur; 1. *Symbolum Phyſico-Medicum*, ed. Magdeb. 1599. in 8vo; 2. *Confeſſio de Chao Phyſico Chymicorum Catholico*, Magd. 1599. in 8vo; 3. *Amphitheatrum Sapientiæ Æternæ Chriſtiano-Cabaliſticum*, Lipſ. 1648. in fol. Debentur enim illa HENRICO KUNRAHTIO Lipſienſi, Med. D. & Chymico itidem Celeberrimo, Dresdæ An. 1605. defuncto, Conradi, ni fallor, Germano, cui & ipſe antea Borellus *p.* 60. ea vindicarat.

LXIII. PETRI LABBEI, Claromontani, Collegiorum Jeſuiticorum, Arelatenſis, Gratianopolitani atque Lugdunenſis, Rectoris, *Elogia Sacra, Theologica, Philoſophica, Hiſtorica, Poetica, Miſcellanea, &c.* Gratianopoli An. 1664. in 4to edita, male, in Catalogo Scriptorum PHILIPPI LABBEI, Bituricenſis, Jeſuitæ Pariſienſis πολυμαθεςάτȣ, exhibentur a Cornelio a Beughem, *in Bibliogr. Hiſtor. p.* 145.

LXIV. HENRICI LAVATERI, Tigurini, Med. D. & Phyſices in Schola Patria Profeſſoris, Urbisque Archiatri, A. 1623. defuncti, *Defenſio Medicorum Galenicorum, adverſus Calumnias Angeli Salæ, Operarii Chemici*, Hanoviæ An. 1610. (*in 8vo*) edita, ab Henn. Wittenio, recte quidem, *T. I. D. B. ad A.* 1623. *lit. T.* 3. *b*, ipſius Fœtibus

tibus accensetur Literariis, sed male, paulo post (*ad A.* 1625. *lit. X.* 4. *a.*) Cognato etiam ejus, JOH. RUDOLPHO LAVATERO, Gymnasii Patrii Tigurini Rhetori, A. 1625. exstincto, attribuitur.

LXV. PET. LAUREMBERGIUS Rostochiensis, Philosophiæ in Acad. Montalbanensi, ab A. 1611. Phys. ac Math. in Gymn. Hamburg. ab A. 1614. Poeseos autem, ab An. 1624. ad Emortualem 1639. Professor, Rostoch., Medicus variæ Eruditionis, confunditur: 1. cum Fratre, JOHANNE LAUREMBERGIO, Matheseos in Acad. Daniæ Sorana Interprete, & Poeta Eximio, A. 1658. mortuo, in Joh. Andr. Bosii *Introduct. in Notit. Rerump. c.* 21. §. 8. *p.* 144. illi hujus *Graciam* tribuente *Antiquam*, *p. sequ.* 145. Vero Autori restitutam; 2. cum Parente, GUILH. LAURENBERGIO Seniore, Medico ac Mathematum Professore, ad A. usque Fatalem 1612., Rostochiensi, cujus *Diss. de Curatione Calculi Vesicæ* Posthuma, a Joach. Morsio Lugd. Bat. An. 1619. edita, inter Petri Scripta refertur ab Henn. Wittenio, *T. I. D. B. ad An.* 1639. *lit. Nn.* 3. *a.* GUILHELMO vicissim huic LAUREMBERGIO Seniori male, ab eodem Wittenio (*ad A.* 1612. *lit. I.* 3. *b.*) & Joh. Ant. Lindano (*in Lib. de Script. Med. p.* 228.) adscribuntur *Descriptio Ætitis Historica, & Botanotheca, sive Herbaria Vivæ conficiendi Methodus*, quas Filio ejus Cognomini, Med. Doctori ac Practico Hafniensi, deberi,

Digitized by Google

Thom. Bartholinus(*in Ciſta Med. Hafnienſi p.11.*) teſtatur.

LXVI. Joh. Pet. Lotichius, *P. III. Biblioth. Poetica, n.* 37. ob Venam Poeticam, in Carmine imprimis Elegiaco, inſignem, merito celebrat JOH. LAUTERBACHIUM, Toparcham Noscowizii Hæreditarium, J. U. D. & Elect. Saxonici Conſiliarium, cujus Scripta varia ibidem enumerantur, ſub finem Seculi Superioris, & hujus initium, edita. Sed, dum, Luſatiam ei fuiſſe patriam, & Annum 1593. diemque XI. Octobris, Emortuales, perhibet, haud dubie illum, ortu Saxonem, & poſt An. 1593. ſuperſtitem, confundit cum Poeta alio, Cognomine ipſi ac coævo, JOH. ſc. LAUTERBACHIO, Luſato, Gymnaſii Heilbrunnenſis Rectore, quem eod. Anno, dieque eodem, vivis exceſſiſſe, Dav. Chytræus(*P.V.Chron. Sax. ad A.* 1593.*p.m.*68.) & El. Reusnerus (*in Append. Iſag. Hiſtor. p.* 651.) teſtantur. Accuratius eos diſtinguit Ol. Borrichius, *in Diſſertt. de Poetis* (*p.* 131.) hoc de Poematis utriusque ferens Judicium : *Utrique Joh. Lauterbachio, Luſato & Saxoni, favit Apollo ; huic in Elegis, illi in Epigrammate.*

LXVII. GEORG. LILII, Britanni, *Elogia* IX. Virorum Britanniæ, ſub Seculi Superioris initium, Eruditorum, Paulo Jovio inſcripta, & in hujus Operibus, Baſileæ A. 1561. excuſis, obvia, Parenti illius, GUILH. LILIO, Scholæ Paulinæ Londinenſis, circa An. 1520. Rectori, in iisdem (*num.* 2.) celebrato, falſo adſcribunt

Gisb.

Gisb. Voetius (*in Bibl. Stud. Theol. L. 2. c. 10., p. 875.*) Joh. Andr. Quenstedius (*in Præf. Dialogi de Patriis Vir. Illustr. lit. c. 1. b.*) Gerh. Meierus (*Lib. 2. Bibl. Theol. Cantr. c. 15. §. 3. p. 275.*) & Phil. Labbeus, utrique illa vindicans (*in B. B. p. 110. 122.*) Meierum, ob Errorem hunc, notavit Val. Henr. Voglerus (*in Introd. ad Notit. Bon. Scr. c. 22. p. 87. 88.*) ex Labbei autem Libro eundem expungit Anton. Teisserius (*in C. C. p. 119.*

LXVIII. FRID. LINDEBROGIUS Hamburgensis, JCtus, Canonicus & Polyhistor Civitatis Patriæ Inclytus, d. 9. Sept. A. 1648. (æt. 75.) denatus, confusus est: 1. cum Parente suo, ERPOLDO LINDEBROGIO, Bremensi, Canonico Hamburgensi, de Historia Germaniæ, & Orbis Arctoi, præclare admodum merito, & d. 20. Jun. A. 1616. (æt. 76.) exstincto, cui Mart. Zeilerus (*P. II. Tr. de Historicis p. 86. & P. III. p. 132.*) perperam vindicat Titulum *Nomophylacii Legum Veterum*, quo Laur. Pignorius (*Epist. 49.*) ob *Codicis LL. Antiquarum* Editionem, uti & Elogium *Viri Doctissimi*, quo Hugo Grotius (*L. 3. de J. B. & P. p. 120.*) Fridericum ornarunt; 2. cum Fratre natu majore, HENRICO LINDEBROGIO, Hamburgensi, Bibliothecæ Holsato-Gottorpiensis Præfecto, d. 15. Jul. A. 1642. (æt. 72.) mortuo, cujus Editionem Censorini, Hamburgi A. 1614. & Lugd. Bat. A. 1642. excusam, Notisque illustratam doctissimis, Friderico falso tribuunt Joh. Henr. Bœclerus, *in Bibliographia Curiosa*

rioſa ἀδεσπότῳ; lit. E. 1. a. & Georg. Matth. Königius, *in Biblioth. Vet. & Nova p.* 474.; 3. cum PETRO LINDEBERGIO Roſtochienſi, Cive Urbis Patriæ, ad A. usque Emort. 1596. Erudito, & *Chronici* illius Poſthumi, eod. A. 1596. a Nicol. Petræo editi, Autore. Hoc enim *Chronicon Roſtochienſe* Mich. Hertzius (*P. IV. Biblioth. German. lit. Q. 1. b.*) & Mart. Lipenius (*in Bibl. Philoſ.*) illi pariter atque Frid. Lindebrogio noſtro, inſigni *ἀβλεψίᾳ*, acceptum referunt.

LXIX. JUSTO LIPSIO, *τῷ πάνυ*, perperam a Ludov. Elia du Pin (*T. II. Nova Biblioth. Autt. Ecclеſ.*) attribui Editionem Operum Hilarii Pictavienſis recognitam, A. 1550. excuſam, cum MARTINO illa LIPSIO debeatur, accurate obſervarunt Lipſienſes, *in Actis Erudd. M. Oct. A.* 1693. *p.* 460.

LXX. *Annotationes in Plautum*, quas G. LONGOLIUS, Coloniæ An. 1538. Litera Prænominis ſui initiali tantum expreſſa, edidit, Thomas Reineſius, *in Ἱστορημένοις Lingua Punica, c. 12. lit. G. 3. b.* CHRISTOPHORO LONGOLIO, Mechlinienſi, Juveni ſummæ in Literis Elegantioribus Expectationis, Patavii d. 3. Sept. A. 1522. (æt. 34.) exſtincto, Compendio iſto Scripturæ deceptus, adſcripſit, ſed, *in Addendis* (*lit. K. 3. a. b.*) *παρόραμα* hoc ſuum ſponte faſſus, in Chriſtophori Locum Subſtituit GILBERTUM (alii *Gybertum*, vel *Gisbertum*, rectius appellant) LONGOLIUM, Utricenſem Batavum, Philologum Seculi ſuperioris, *circa Autores Bonos non indiligentem.*

LXXI.

LXXI. STANISL. LUBIENIECIUS de Lubienits Rolitſius, Equ. Polonus Socinianus, Cœtusque AntiTrinitariorum, initio Lublinenſis, deinde Czarncovienſis, Paſtor, in Exilio, ob Religionem tolerato, d. 21. Maji An. 1675., Hamburgi, Cibo Venenato ſublatus, præter alia Sacri potiſſimum Argumenti, Opuſcula, An. 1667. Amſtelodami, in fol., *Theatrum* edidit *Cometicum*, Grande ac Tripartitum, ſed ob molem magis ſuam, quam Doctrinæ Soliditatem, memorabile. Hujus Autorem eſſe, Henn. Wittenius (*T. I. D. B. ad A.* 1639. *lit. Oo. 2. a.*) memoriæ Lapſu, uti credo, ſeductus, tradit STANISL. LUBIENICIUM, Equ. Polonum, Epiſc. initio Luceorienſem, & deinde in Maſovia Plocenſem, A. 1639. (juxta Wittenium,) vel 1640. (juxta Paulum Freherum, qui Vitam ejus, *in Theatro Eruditorum p.* 485. 486. 487. exhibuit,) defunctum, cujus *Opera Hiſtorico-Politica*, uno Volumine, Antwerpiæ A. 1643. in fol. ſunt excuſa. Ab utroque diverſus eſt STANISL. LUBIENICIUS, Equ. itidem Polonus, Paſtor Unitariorum initio Tropienſis, deinde Racovienſis, & tandem Luclavicienſis, An. 1633. (æt. 74.) mortuus, cujus Scripta V. in Chr. Sandii *Biblioth. AntiTrinit. p.* 89. 90.

LXXII. POLYCARPO LYSERO Juniori, VVittebergenſi, Profeſſori Acad. initio Patriæ, & deinde Lipſienſis, Theologo, d. 15. Febr. A. 1633. (æt. 47.) denato, debentur *Analyſis in Epiſtolam ad Galatas Theologica & Scholaſtica*, VVittebergæ

 A. 1616.

rioſa ἀδεσπότῳ; *lit. E.* 1. *a.* & Georg. Matth. Königius, *in Biblioth. Vet. & Nova p.* 474. ; 3. cum PETRO LINDEBERGIO Roſtochienſi, Cive Urbis Patriæ, ad A. usque Emort. 1596. Erudito, & *Chronici* illius Poſthumi, eod. A. 1596. a Nicol. Petræo editi, Autore. Hoc enim *Chronicon Roſtochienſe* Mich. Hertzius (*P. IV. Biblioth. German. lit. Q.* 1. *b.*) & Mart. Lipenius (*in Bibl. Philoſ.*) illi pariter atque Frid. Lindebrogio noſtro, inſigni ἀβλεψίᾳ, acceptum referunt.

LXIX. JUSTO LIPSIO, τῷ πάνυ, perperam a Ludov. Elia du Pin (*T. II. Nova Biblioth. Autt. Eccleſ.*) attribui Editionem Operum Hilarii Pictavienſis recognitam, A. 1550. excuſam, cum MARTINO illa LIPSIO debeatur, accurate obſervarunt Lipſienſes, *in Actis Erudd. M. Oct. A.* 1693. *p.* 460.

LXX. *Annotationes in Plautum*, quas G. LONGOLIUS, Coloniæ An. 1538. Litera Prænominis ſui initiali tantum expreſſa, edidit, Thomas Reineſius, *in* Ἰςορȣμένοις *Lingua Punica*, *c.* 12. *lit. G.* 3. *b.* CHRISTOPHORO LONGOLIO, Mechlinienſi, Juveni ſummæ in Literis Elegantioribus Expectationis, Patavii d. 3. Sept. A. 1522. (æt. 34.) exſtincto, Compendio iſto Scripturæ deceptus, adſcripſit, ſed, *in Addendis* (*lit. K.* 3. *a. b.*) *παρόραμα* hoc ſuum ſponte faſſus, in Chriſtophori Locum Subſtituit GILBERTUM (alii *Gybertum*, vel *Gisbertum*, rectius appellant) LONGOLIUM, Utricenſem Batavum, Philologum Seculi ſuperioris, *circa Autores Bonos non indiligentem.*

LXXI.

LXXI. STANISL. LUBIENIECIUS de Lubienits Rolitsius, Equ. Polonus Socinianus, Cœtusque AntiTrinitariorum, initio Lublinensis, deinde Czarncoviensis, Pastor, in Exilio, ob Religionem tolerato, d. 21. Maji An. 1675., Hamburgi, Cibo Venenato sublatus, præter alia Sacri potissimum Argumenti, Opuscula, An. 1667. Amstelodami, in fol., *Theatrum* edidit *Cometicum*, Grande ac Tripartitum, sed ob molem magis suam, quam Doctrinæ Soliditatem, memorabile. Hujus Autorem esse, Henn. Wittenius (*T. I. D. B. ad A.* 1639. *lit. Oo. 2. a.*) memoriæ Lapsu, uti credo, seductus, tradit STANISL. LUBIENICIUM, Equ. Polonum, Episc. initio Luceoriensem, & deinde in Masovia Plocensem, A. 1639. (juxta Wittenium,) vel 1640. (juxta Paulum Freherum, qui Vitam ejus, *in Theatro Eruditorum p.* 485. 486. 487. exhibuit,) defunctum, cujus *Opera Historico-Politica*, uno Volumine, Antwerpiæ A. 1643. in fol. sunt excusa. Ab utroque diversus est STANISL. LUBIENICIUS, Equ. itidem Polonus, Pastor Unitariorum initio Tropiensis, deinde Racoviensis, & tandem Luclaviciensis, An. 1633. (æt. 74.) mortuus, cujus Scripta V. in Chr. Sandii *Biblioth. AntiTrinit. p.* 89. 90.

LXXII. POLYCARPO LYSERO Juniori, VVittebergensi, Professori Acad. initio Patriæ, & deinde Lipsiensis, Theologo, d. 15. Febr. A. 1633. (æt. 47.) denato, debentur *Analysis in Epistolam ad Galatas Theologica & Scholastica*, VVittebergæ

A. 1616. edita, quam Guilh. Crowæus (*in Elencho Interpr. Script. p.* 301.) *Diſputationes* item *de Prædeſtinatione, contra Amandum Polanum*, ibid. A. 1612. & *Harmonia Calvinianorum ac Photinianorum, in Doctrina de S. Cœna*, Lipſiæ An. 1614. excuſæ, quas J. C. Becmannus (*in Catal. Biblioth. Francof. p.* 288.) Parenti ejus, POLYCARPO LYSERO Seniori, VVinenda VVürtembergico, ex Theologo ac Superint. VVittebergenſi ac Brunſuicenſi Concionatori Aulæ Elect. Saxonicæ, ad An. usque Emortualem 1610. Primario, perperam tribuunt.

LXXIII. *Notationes in Hiſtoriam Jacobi Auguſti Thuani*, ſub Nomine Fictitio JOH. BABT. GALLI, JCti, Ingolſtadii A. 1614. editas, ſed a Pet. Segvierio, S. Briſſonis Barone, Conſil. Regio, & Præfecturæ Pariſienſis Præſide, Sententia Forenſi, Operi Thuanæo adjecta, tanquam Libellum Famoſum, Seditioſum ac Impoſtorium, proſcriptas (14.) JOHANNI BAPTISTÆ de MACHAULT, Pariſino, Jeſuitæ, & Collegii Rhotomagenſis Rectori, d. 22. Maji A. 1640. mortuo, deberi, a Phil. Alegambio, *in Biblioth. Jeſuit. pag.* 224. & hunc ſecuto V. Placcio (*in Tr. de Script. Pſeudon. p.* 198.) eſt traditum. Sed Homonymiam Alegambio Erroris hujus præbuiſſe occaſionem, monet, ac JOHANNI de MACHAULT Pariſino, Jeſuitæ, & Collegii itidem Rhotomagenſis initio Rectori, deinde vero Alberti & Iſabellæ,

(14.) V. Joh. Chr. Rumetſchii *Schediaſma de Univerſali Theol. Evang. Hiſtoria, p.* 55.

ſabellæ, Auſtriæ Archiducum, Aulico in Belgio Eccleſiaſtæ, Profeſſori Acad. Muſſipontanæ Theologo, & Collegii tandem Claromontani Moderatori, d. 15. Mart. An. 1619. exſtincto, iſtas vindicat, Continuator illius, Nathan. Sothwellus (*p.* 413. 473.) Henn. VVittenius (*T. I. D. B. ad A.* 1619. *&* 1640. *lit. P.* 3. *a. & Oo.* 4. *a.*) utrique easdem perperam adſcribit.

LXXIV. Dan. Georg. Morhofii παρόραμα, quo (*P. I. Polyhiſt. L.* 1. *c.* 21. *p.* 243.) Tob. Magirum, Angermunda Marchicum, Log. & Phyſ. in Acad. Viadrina Profeſſorem, d. 6. Jan. A. 1652. (æt. 65.) denatum, *Polymnemonis*, ſummopere a ſe commendati Autorem, JOHANNEM MAGIRUM vocavit, atque ita cum alio ejusdem Cognominis Scriptore confudit, notatum jam eſſe video a Joh. Alb. Fabro, *in Decade Decadum, n.* 16. Scriptis autem Quatuor potiſſimum JOHANNES MAGIRI inclaruere: 1. JOH. MAGIRUS, Confluentinus, Jeſuita Spirenſis, Dav. Parei, Theologi Heidelb. Antagoniſta, d. 8. Sept. An. 1609. (æt. 51.) mortuus, de quo V. Nath. Sothwelli *Biblioth. Jeſ. p.* 473.; 2. JOH. MAGIRUS, Fritzlarienſis, Med. D. ac Phyſices, ab A. 1591. ad Emort. 1596. Prof. Marpurgenſis, de quo V. Joh. Juſti Piſtorii *Propylæum Athenæi Haſſiaci p.* 18.; 3. JOH. MAGIRUS, Backnanga Würtembergicus, Superint. in patria Stutgardianus, Vayhingenſis, ac Maulbrunnenſis, & tandem Præpoſitus Stutgardianus, d. 4. Jul. An. 1614. (æt. 77.) vivis exemptus. V. de illo, &

Scriptis ejus AntiCalvinianis, Henn. Wittenii *T. I. D. B. ad A.* 1614. *lit. L.* 4. *a.*; 4. JOH. MAGIRUS, Francofurto Marchicus, Tobiæ forte Filius, Med. D. ejusque & Matheſeos, Profeſſor, ab A. 1656. Marpurgenſis, de quo V. Piſtorium *l. c. p.* 15. 23.

LXXV. Quinque JOHANNES MAJORES alios ejusdem Nominis Celebritate antecellunt: 1. JOH. MAJOR Hadingtonienſis Scotus, Theologus, exeunte Sec. XV. Pariſienſis, cujus exſtat *Hiſtoria Majoris Britanniæ*, ad Tempora usque Henrici VIII. Angliæ Regis, perducta. V. de illo J. Balæi *Catal. Scr. Britann. Cent.* 14. Simleri *Biblioth. p.* 393. Voſſii *L.* 3. *de Hiſt. Lat. P. I. c.* 13. *p.* 687. & Guilh. Crowæi *Elenchum Interpp. S. Script. p.* 223. e quibus cœtera etiam Scripta ejus cognoſces; 2. JOH. MAJOR Joachimicus, Vates Epicus & Elegiacus haud Vulgaris, Th. D. & Lit. Human. in Acad. initio Witteb. ab An. 1560. deinde autem, cum hac, ob CryptoCalviniſmum, & promotionem illius fraudulentam, atque a Dolo malo haud immunem, eſſet ejectus, in Gymnaſio Ducatus Anhaltini Serveſtano, ad An. usque Emort. 1600. Profesſor. Scripta ejus V. ap. Simlerum *p.* 393. & Joh. Pet. Lotichium (qui mortem ejus falſo refert ad An. 1560. poſt quem diu adhuc fuit ſuperſtes) *P. III. Biblioth. Poet. n.* 20. Elogium autem Poematum in Ol. Borrichii *Diſſertt. de Poetis p.* 132.; 3. JOH. MAJOR Atrebas, Jeſuita & Eccleſiaſtes Duacenus, d. 8. Sept. 1608. defunctus

ctus, qui Anonymi *Magnum Exemplorum Speculum*, a se emendatum atque auctum, Coloniæ An. 1603. edidit. V. Nath. Sothwelli *Bibl. Jes. p.* 473.; 4. JOH. MAJOR, Reinstadio Thuringus, ex Diacono Vinariensi, Past. & Superint. ab An. 1605. Jenensis, & tandem etiam, ab An. 1611. Doctor & Professor ibidem Theologus, d. 4. Jan. A. 1654. (æt. 90.) exstinctus. V. de illo *Programma Funebre*, in Henn. Wittenii *Dec. VIII. Memor. Theol. Renov. p.* 1081-1088. & ipsius Wittenii *T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1654. *lit. Fff.* 2. *a.* Adr. item Beieri *Syllabum Rectorum & Profess. Jen. p.* 192. 485. 509.; 5. JOH. MAJOR *Monarchiæ Fœmineæ, sive Apum Historiæ*, Oxonii A. 1676. in 120. editæ, Autor. Sæpius, ob Homonymiam, confundi hos observes. Primi *Historiam Britanniæ* Johan. Pet. Lotichius (*l. c.*) Secundo, Secundi autem *Orationem Poeticam, & Postillam Poeticam*, Henn. Wittenius (*locis itidem paulo ante allegatis*) Quarto tribuit, cui etiam a Dan. Hartnaccio (*P. II. Hodegi Bibliothecarii p.* 294.) Filii JOH. TOBIÆ MAJORIS, Professoris, in Acad. patria Jenensi, ab A. 1645. ad Emortualem 1655. Theologi, *Tractatum de Natura & Cultu Angelorum*, A. 1653. editum, per errorem similem, video adscribi.

LXXVI. ALDOS MANUTIOS duos, Avum ac Nepotem, Celebres Italiæ Philologos *P. I. c.* 3. §. 15. & *c.* 4. §. 13.) jam commendatos, Joh. Christoph. Becmannus (*in Catal. Bibl. Francof.*

Digitized by Google

coſ. p. 293.) utriusque Scripta uni tribuens, juſta accuratione haud diſtinxit.

LXXVII. MARINUM BECICHEMUM, Profeſſorem Brixienſem, Nomen, inter Literaturæ Elegantioris in Italia Inſtauratores, Sec. XV. expirante, ob *Qq. Epiſtolicas*, *Caſtigationes* in Libros quosdam Ciceronianos, & Opuſcula alia Oratoria, haud incelebre adeptum, cum MARINO BARLETIO, Dalmata, Sacerdote Scodrenſi, Vitam & Res Geſtas Scanderbegi, ſive Georgii Caſtrioti, Epirotarum Principis, *Libris XIII.* Argentinæ A. 1537. excuſis, circa eadem tempora, perſecuto, confuderunt: 1. Paulus Jovius (*in Elogiis, n.* 137. *p.* 280.) & Conr. Gesnerus (*in Biblioth.*) Becichemum appellantes *Scodrenſem*, ac *Hiſtoriam Scanderbegi* ſcripſiſſe perhibentes. V. Voſſii *L.* 3. *de Hiſt. Lat. c.* 6. *p.* 574. & Thomæ Reineſii *Epiſt.* 39. *ad Chr. Daumium p.* 116.; 2. Joſias Simlerus (*in Biblioth. p.* 476.) Hiſtoriam quidem ſuam Barletio reſtituens, ſed Scodram nihilominus patriam Becichemo aſſignans; 3. Gerh. Joh. Voſſius ipſe (*l. c.*) & Becichemum, & Barletium, Profeſſores perperam vocans Brixienſes.

LXXVIII. MARSILIUM FICINUM, Florentinum, Sacerdotem Patriæ, ſub finem Sec. XV. Eruditiſſimum, ac Platonicæ imprimis Philoſophiæ Studioſum, Lud. Elias du Pin, in prima *Tomi I. Biblioth. Scr. Eccl.* Editione, *Libri de Pallio* Tertullianei Exegetis annumeravit, notatus, ob hunc Errorem, *in Actis Erud. Lipſ. M.*

Jun.

Jun. 1690. *p*, 312. In ſequentibus vero Editionibus ipſe eundem emendavit, &, in locum Marſilii Ficini, THEODORUM MARCILIUM, Profeſſorem Regium Pariſienſem, repoſuit. V. *Acta A*, 1693. *M. Febr. p.* 84.

LXXIX. PETRUM MARTYREM, Angleria Mediolanenſem, Ferdinandi & Iſabellæ, Hiſpaniæ Regum, circa A. 1500. Conſiliarium, Protonotarium Apoſtolicum, & Archiepiſcopatus Granatenſis Priorem, trium *de Navigationibus Oceanicis*, *ac Orbe Novo*, ſua ætate reperto, *Decadum* Autorem, cum PETRO MARTYRE VERMILIO, Florentino, Ord. initio Prædicatorum Monacho, Abbate Spoletano & Neapolitano, Viſitatore Generali, ac Priore Lucenſi, deinde autem Theologo Scholarum Argentinenſis, Oxonienſis & Tigurinæ, Reformato, d. 12. Nov. A. 1562. (æt. 63.) defuncto (15.) confuderunt: 1. Johan. Calvinus, qui poſteriorem hunc Mediolanenſem eſſe credidit, teſte Guilh. Crowæo, *in Elencho Interp. Script. p.* 292.; 2. Joh. Vaſæus (*in Chronico Hiſpan. c.* 4.) in Prioris *Decadibus* nonnulla, quaſi minus cum Eccleſiæ Romanæ Placitis convenientia, culpari, falſo referens. V. Voſſii *L.* 3. *de Hiſt. Lat. c.* 12. *p.* 671.; 3. Autor Catalogi Bibliothecæ cujusdam, per Orbem totum Celeberrimæ, Doctiſſimus, (Dan. forte Heinſius, qui Lugduno-Batavæ, vel Thom. Jameſius, qui Oxonienſis edidit Indicem,)

(15.) Biographiam ejus prolixam, e Joſ. Simleri *Or. Funebri*, exhibet M. Adamus *in Vitis Theol. Exter. p.* 24-63.

çem,) ex utroque unum fabricatus Autorem, & a J. C. Becmanno (*in Memorandis Francofurtanis, c. 3. p. 65.*) nomine diſſimulato, ob *ἀβλεψίαν* iſtam, reprehenſus. Diverſus ab utroque eſt PETRUS MARTYR TRONUS, Novarienſis, cujus *Libros IV. de Ulceribus & Vulneribus Capitis*, Ticini A. 1584. excuſos, Joh. Ant. Lindanus (*in Tr. de Scr. Med. p. 530.*) memorat.

LXXX. HENR. MEIBOMIUM Seniorem, Lemgovienſem, Poetam & Hiſtoricum Acad. Juliæ Inclytum, d. 20. Sept. A. 1625. æt. 70. defunctum, JOH. HENR. MEIBOMIUM Helmſtadienſem, ex Profeſſore ejusdem Medico, Poliatrum Lubecenſem, d. 16. Maji An. 1655. (æt. 65.) denatum, & HENR. MEIBOMIUM Jun., Lubecenſem, Hiſtoriæ pariter atque Medicinæ, in eodem Athenæo Julio, Doctorem, hodienum ſuperſtitem, multi parum accurate diſtinguunt, Avum cum Filio, Filium cum Nepote, confundentes. Joh. Henrici ſane, Filii, Editio *Herlingsbergæ* Henrici Roslæ, Lüneburgi A. 1652. cum Notis, publicata, a Corn. Beüghemio (*in Bibliogr. Hiſtor. p. 173.*) *Mecœnas* autem, a Mart. Zeilero (*in Tr. de Hiſtoricis, P. III. p. 151.*) & Paulo Frehero (*in Theatro Erudd. p. 1518.*) Henrico Seniori, Parenti, Ejusdem vero *Comm. de Cereviſiis, & Epiſtola de κυνοφορίᾳ*, a Beüghemio (*in Appar. I. ad Hiſt. Lit. Noviſſ. p. 269. & Bibliogr. Med. p. 174.*) perperam, una cum MARCI MEIBOMII, Tonninga Cimbri, Philologi ac Critici Celeberrimi, Scripto *de Nova Triremium Fabrica*, A. 1671.

A. 1671. edito, Henrico Juniori, sive Nepoti, adscribuntur. Hujus contra *Exerc. de Incubat. in Fanis Deorum, Medicinæ ergo facta*, eruditam, sub Joh. Henrici Nomine, allegat Joh. Frid. Meyerus, *in Diss. de Valetudinis Diis Deabusque p. 8.*

LXXXI. GEBH. THEOD. MEIERO, Theol. & Antiqq. S. in Acad. Julia Professori, non ita pridem defuncto, Dan. Hartnaccius, in *Hodego Bibliothecario, P. II. p. 341. Patrologiam Historico-Politico-Tragico-Ecclesiasticam* HENNINGI cujusdam *MEIGERI*, ipsius autem Gebh. Th. *Meieri Introductionem in Universam Theol. Moralem* GERHARDO MEIERO tribuit (*p. 320.*) Theologo forte Gymnasii patrii Bremensis Reformato. Qui & ipse (*in Biblioth. Theol. Contr. L. 2. c. 1. p. 187.*) sub BALTHAS. MENZERI, Theologi Giessensis, nomine, allegat, quod BALTH. MEISNERO, S. Lit. Professori Wittebergensi, debetur, *de Studio Theologico Consilium*, cum aliis Argumenti ejusdem, Johan. Hülsemanni *Oratoriæ Ecclesiasticæ* subjunctum.

LXXXII. CLAUDIUM MENARDUM, *Prætorium Regium Andegavensem*, cum HUGONE MENARDO, Monacho S. Mauri Benedictino, qui primus *Epistolam* S. Barnabæ A. 1645. publicavit, memoriæ labilis vitio, confudit If. Vossius, sub initium suarum ad eandem Notarum, dum, *a Claudio Menardo, Monacho S. Mauri, illam, sed admodum mendose, editam esse*, perhibet.

LXXXIII. JOH. MEURSII Senioris, Hist. & L. GR.

L. Gr. in Acad. initio Lugduno-Batava, & dein Sorana Daniæ, ad A. usque Emortualem 1639., Profeſſoris Inclyti, Scriptis Phil. Labbeus, in *Mantiſſa Suppellectilis Antiquariæ*, *Bibliotheca Bibliothecarum* ſubjuncta (*p. m.* 612. 613.) male annumerat *Arboretum Sacrum*, *ſive Libros III. de Arborum*, *Fruticum & Herbarum*, *Conſecratione*, *Uſu & Qualitate*, a Filio ejus Cognomine, Joh. MEURSIO Juniore, concinnatos, a Lugd. Bat. A. 1642. *in 8vo* editos.

LXXXIV. Uni eidemque Ludovico MOLINÆ J. Chr. Becmannus (*in Catal. Bibl. Francof. p.* 313.) tribuit *Tomos VI. de Juſtitia & Jure*, Coloniæ, A. 1613. *in fol.* editos, *Liberi Arbitrii cum Gratiæ Donis Concordiam*, Antwerpiæ, An. 1595. *in 4to* excuſam, & *Libros IV. de Primogenitorum Hiſpanorum Origine ac Natura*, Coloniæ A. 1601. *in fol.* impreſſos. Verum Autores hæc Opera agnoſcunt diverſos, utut ὁμωνύμους; poſtremum ſc. Ludov. MOLINAM, JCtum Hiſpanum, duo autem priora Ludov. MOLINAM, Conchenſem Hiſpanum, Jeſuitam, & Theol. Profeſſorem in Acad. Eborenſi Primarium, d. 12. Oct. An. 1600. (æt. 65.) defunctum. V. de utroque Nic. Antonii *Biblioth. Hiſpanicam.*

LXXXV. Pet. MOLINÆI Senioris, Vexinatis Galli, ex Paſtore Charentonienſi Profesſoris, Theologi Acad. Sedanenſis Reformati, An. 1658. (æt. 90.) mortui, Opus *de Novitate Papiſmi* Gallicum, Card. Perronio A. 1631. oppoſitum (quod Phil. MORNÆO, Dynaſtæ Pleſſiaco,

ſiaco, & Præfecto Salmurienſi, A. 1623. exſtincto, perperam tribuit Abr. Calovius, *L. 2. Iſag. Theol. p. 264.*) & PETRI MOLINÆI Junioris, Canonici Cantuarienſis, ac Regii in Aula Anglica Eccleſiaſtæ, *Clamor Regii Sanguinis adverſus Anglos, ἀνωνύμως* ab Alex. MORO publicatus, unum eundemque agnoſcere Autorem falſo creduntur, a Corn. Beughemio, *in Appar. II. ad Hiſtor. Lit. Noviſſ. p. 212.* Pari Errore Henn. Wittenius (*T. II. D. B. p. 79.*) Junioris *X. Sermonum Sacrorum Decadas*, Gallice, Germanice & Belgice aliquoties editas, Senioris Scriptis accenſet.

LXXXVI. HENRICUM MOLLERUM, Patritium Hamburgenſem, Th. D. ejusque, & L. Hebr. in Acad. Wittebergenſi, Profeſſorem Celeberrimum, ob CryptoCalvinismum a Munere iſto deturbatum, ac in patria tandem d. 26. Nov. An. 1589. defunctum, Pſalterii, Eſaiæ, aliorumque Libb. Sacrorum, Exegeten haud inglorium, cum M. HENR. MOLLERO, Haſſo, Scholæ Dantiscanæ Rectore, d. 18. Febr. A. 1567. denato, Poeta Seculi ſuperioris eximio, confundit,) Georg. Matth. Königius, *in Biblioth. Vet. & Nova p. 547.*, ita de utroque, in unicum transformato Autorem, ſcribens: *Henr. Mollerus, Heſſus, Celebris Theologus, A. 1589. obiit. In Eſaiam & Pſalmos eſt commentatus. Carmina ejus habentur Tomo IV. Delit. German.* Thom. Hydius etiam, *in Catal. Biblioth. Bodlejanæ*, utriusque Scripta uni tribuit. Plura de ambobus, aliisque Octo Henricis Molleris,

leris, *Mola* noſtra *Muſarum Caſtalia* exhibebit. Celeberrimus, hos inter, merito ſuo eſt HENR. MÜLLERUS, Lubecenſis, Theologus Scholæ Roſtochienſis Sanctiſſimus, An. 167[illegible]. exſtinctus, cui Dan. Hartnaccius (*P. II. bibliothecarii Hodegi p.* 324.) male tribuit *Formulas Concionatorias*, quæ *Johanni* MOLLERO, Leorino Sileſio, Parocho in Boruſſia Dirſchavienſi, debentur, & Dantiſci A. 1640. Regiomonti A. 1646. ac Jenæ A. 1659. ſunt editæ.

LXXXVII JOHANNI MÜLLERO Uratislavienſi, Theol. D. & Eccleſiæ Hamburgenſis Petrinæ Antiſtiti, totiusque Presbyterii Seniori, d. 29. Sept. An. 1672. mortuo, ab Henn. Wittenio (*Dec. XIV. Memor. Theol. Renov.* p. 1779. & *T. I. D. B. ad A.* 1672.) adſcribuntur IX. *Conciones in Symbolum Athanaſii* Vernaculæ, Hamburgi An. 1616. *in 4to* excuſæ, quarum Autor eſt M. JOH. MÜLLERUS, Havelberga marchicus, Templi Stadenſis, D. Cosmæ & Damiano Sacri, Paſtor, M. Dec. A. 1626. defunctus. De utroque, & aliis Scriptoribus quamplurimis, & illis, & mihi, ὁμωνυμοις, fuſius *in Mola Muſarum Caſtalia*, compendioſius autem, in Appendice Scripti hujus peculiari, agetur.

LXXXVIII. PHILIPPI MÜLLERI, Hertzberga Saxonis, Med. Licentiati, Lipſienſisque Academiæ Mathematici ac Senioris, d. 2. Mart. A. 1659. Rebus Humanis exempti, monumentis Literariis J. C. Beemannus (*in Catal. biblioth. Francof. p.* 319.) & Henn. Wittenius (*T. I. D. B. ad A.*

165[illegible].

1659. *lit. Nnn. 3. a.*) annumerant *Miracula & Mysteria Medico-Chymica, Libris V. enucleata*, quæ Lipsiæ initio An. 1614. *in 12mo* prodierunt, & sæpius deinde, aliis in locis, sunt recusa. Debentur autem illa PHILIPPO MüLLERO Friburgensi, Doctoris Medici Titulum An. 1609. Patavii adepto, quem, una cum Hertzbergensi, aliisque *ὁμωνύμοις*, *Mola Musarum Castalia* prolixius itidem celebrabit. *Tyrocinium Chymicum*, quod Wittenius Hertzbergensi etiam adscribit, neque illum, neque Friburgensem, agnoscit Autorem, sed Johannem Beguinum, Chymicum Gallum, novissimisque *Miraculorum* Friburgensis *Chymico-Medicorum* Editionibus, ob Argumenti saltem Cognationem, est adjectum.

LXXXIX. MICHAELIS NEANDRI, Soravia Silesii, Scholæ initio Northusanæ, & deinde Ilfeldensis, in Comitatu Stolbergico, per XLV. annos, Rectoris, de Juventute suæ ætatis Studiosa, & docendo, & scribendo, egregie meriti, d. 26. Apr. A. 1595. (æt. 70.) defuncti (16.) *Physicam*, Lipsiæ A. 1591. excusam, Johan. Ant. Lindanus (*in Tr. de Scr. Med. p.* 484.) perperam tribuit MICHAELI NEANDRO Joachimico, sive Bohemo, Med. Doctori, ejusque in Acad. Salana, ad A. usque Emortualem 1581. Professori, cujus *Synopsin Mensurarum & Ponderum*, Basileæ A. 1555. impressam, ibidem memorat (17.)

 Phil.

(16.) V. de illo Melch. Adami *Vitas Philos. Germ. p.* 395. 396.
(17.) Conf. de illo Adr. Beieri *Syllabum Rectorum & Proff. Jen. p.* 865. 866.

Digitized by Google

Phil. Labbeus, qui, *P. II. Biblioth. Nummariæ p.* 540. Neandrum Joachimicum, *Virum quidem Doctum, ſed Lutheri ſui inſano amore perditum, καὶ ἄντικρυς Λουθηρομανοῦντα,* appellat, convitio eum onerat probroſo, quod Neandro Soravienſi, perpetuo Lutheri, in Scriptis ſuis, Encomiaſtæ, (qui *Lutheranus* ipſi *petulantisſimus, in B. B. p.* 272. hanc ob cauſam audit) deſtinaverat. Accuratius Duumviros hoſce diſtinguit Joſ. Simlerus, *in Biblioth. p.* 505.

XC. Editionem *Librorum VII.* Car. Sigonii, *de Rep. Hebræorum,* Helmſtadienſem, An. 1685. excuſam, ac a JOHANNE NICOLAI, Ilma Schwartzburgico, Notis illuſtratam, ac JOH. NICOLAI, Theologi ex Ord. Præd. Pariſienſis, Scripta *de Baptiſmi Antiquo uſu, ac Jejunii Chriſtiani Ritu,* Pariſiis A. 1669. & 1675. publicata, uni eidemque Autori adſcripſit Corn. a Beüghem, *in Appar. I. ad Hiſt. Lit. Noviſſ. p.* 292. ſed ipſe Errorem hunc ſuum, ante biennium, *in Addendis Apparatus IIdi p.* 406. 407. emendavit.

XCI. PHILIPPUM ANDREAM OLDENBURGERUM, JCtum Genevæ A. 1678. denatum, celebrat, Scriptaque ejus varia, Jus potisſimum Publicum illuſtrantia, recenſet Henn. W ttenius *T. II. D.* B. *p.* 118. Verum, dum Societatis Regiæ Anglicanæ illum vocat Secretarium, & hujus *Transactiones Philoſophicas,* Anglice pariter atque Latine, edidiſſe, perhibet, incaute eum confundit cum HENRICO OLDENBURGIO Bremenſi, iſtarum vero Autore, &

re, & Inclytæ istius Societatis, non Collega solum, sed & Secretario. Distinguendus autem is etiam est a Cive ὁμωνύμῳ, M. HENR. OLDENBURGIO Bremensi, Gymnasii initio Patrii Professore, & Rhetore dein atque Poeta Academiæ in Livonia Dorpatensis Publico, d. 19. Jan. A. 1634. (æt. 51.) defuncto, de quo Gerh. Meierus, *in Or. de Schola Bremensis Natalitiis, progressu & Incremento, p.* 58. ac Wittenius, *T. I. D. B. ad A.* 1634. *lit. Gg. 2. a.* sunt consulendi.

XCII. Joach. Vagetius, qui, *In Præcidaneis de Orbe Habitabili, p.* 263. Civibus Urbis Hamburgensis Claris atque Eruditis accenset *Henningum Oldendorpium, JCtum Scriptis apud Germanos nobilem*, JOHANNEM OLDENDORPIUM, Hamburgensem, Antecessorem Academiarum Rostochiensis, Francofurtanæ, Coloniensis & Marpurgensis, Seculo Superiore, Inclytum, Veræque Jurisprudentiæ in Germania Instauratorem, ac Praxeos Forensis Reformatorem Cordatissimum, d. 3. Jun. An. 1567. defunctum, confundit cum Sympatriota suo, HENNINGO OLDENDORPIO, L. Hebr. in Schola Rostochiensi, ab A. 1566. in Argentinensi autem, ab A. 1575. ad Emortualem A. 1589. Doctore Publico. Uterque, *in Cimbria Literata*, fusius a nobis celebratur.

XCIII. Tres Hala Saxonum Theologis suis, ac Civibus Eruditis, annumerat JOHANNES OLEARIOS, Patrem sc. ortu Vesaliensem, Pastorem suum atque Superintendentem, d. 26.

Jan. A. 1623. (æt. 77.) Filium, Augusti Saxonis, Archiepiscopatus Magdeburgici Administratoris, Protecclesiasten Aulicum, d. 14. Apr. An. 1684. (æt. 72.) defunctum, & Nepotem, illius ex Filio, hujus autem ex Fratre Gothofredo, S. Lit. in Acad. Lipsiensi Professorem, etiamnum superstitem. Solus, ex his, Tertius memoratur a Georg. Matth. Königio (*in Biblioth. Vet. ac Nova p. 507.*) *Oratoriam* Secundi, Patrui ipsius, *Ecclesiasticam* eidem falso affingente. *Abacus Patrologicus*, Jenæ A. 1673. excusus, Libellus elegans, Johanni Oleario (incertum cui) perperam adscribitur, a Dan. Hartnaccio, *P. II. Bibliothecarii Hodegi p. 341.* Autor enim illius est JOH. GOTHOFREDUS OLEARIUS, Gothofredi Fil., & Johannis Tertii Frater, Ecclesiastes antehac in Patria Marianus, nunc autem Ecclesiarum Comitatus Schwartzburgici Superintendens, Vir præclare doctus, a quo Auctior ejusdem Editio, ab aliquot jam Annis promissa, expectatur.

XCIV. JOH. CHRISTOPH. OLHAFIO, JCto, & Patricio, ni fallor, Noribergensis, *Discursus ad L. 2. §. 43. de O. J.* Basileæ An. 1627. editi, Autori, J. C. Becmannus (*in Catal. Bibl. Francof. p. 331. 332.*) male tribuit Scriptum *de Seminario Pestilentiali*, Dantisci An. 1626. excusum, quod JOACH. OLHAFIO, Med. D. & in Gedanensi Gymnasio Professori, debetur.

XCV. Duos LUCAS OSIANDROS, Theologos Würtembergicos, *P. I. c. 4. §. 7.* a nobis jam

jam memoratos ac distinctos, Seniorem sc. Andreæ Senioris Filium, ex Aulæ Würtembergicæ Ecclesiasta Pastorem Eslingensem, d. 17. Sept. An. 1604. mortuum, Paraphrasten S. Codicis haud obscurum, & Juniorem, Lucæ Senioris Filium, Th. D. Acad. Tubingensis Professorem ac Cancellarium, Ecclesiæque Urbanæ Præpositum, a multis confundi, recte observat, & accurate secernit, Joh. Chr. Rumetschius *in Schediasm. de Universali Theologorum Evangelicorum Historia p.* 81. Quocum conferri meretur J. C. Becmannus, *in Catal. Biblioth. Francof. p.* 334. 335. Scripta utriusque seorsim ac distincte enumerans. Confusi utique sunt, tum a Georg. Matth. Königio (*in Bibl. V. & N. p.* 593.) tum ab Henn. Wittenio (*T. I. D. B. ad A.* 1604. *lit. D.* 1. *b.*) Junioris *Enchiridia Controversiarum cum Calvinianis, Anabaptistis & Pontificiis, Admonitionem de Christianismo Arndiano, Scultetum Atheum, Tr. de Colloquio Durlacensi*, aliaque Scripta, Seniori perperam vindicantibus. De duobus ANDREIS OSIANDRIS, Seniore sc., Theologo Norib. & Regiomontano Schismatico, ac Juniore, hujus Nepote, Lucæ autem Senioris Filio, S. Lit. Professore, Cancellario ac Præposito Tubingensi, V. Rumetschium *l. c.* &, quas is allegat, Melch. Adami *Vitas Theol. Germ. p.* 226. & *seqq.* 860. & *seqq.*

XCVI. MATTHIAM PALMERIUM, Pisanum, Cancellariæ Pontificiæ Abbreviatorem, d. 19. Seept. An. 1483. mortuum, cum MAT-

THÆO PALMERIO, Florentino, qui Eusebii, sive Prosperi, *Chronicon*, ab A. C. 448. ad A. 1449. continuavit, a Conr. Gesnero, & Floravante Martinello, *Romæ ex Ethnica Christiana* Scriptore, eo quod & ipse idem *Chronicon*, ab An. 1450. ad A. 1481. pertexuerit, confundi, ostendit Joh. Ciampinus, in *Diss. de Statu Abbreviatorum de Parco Majori*, Romæ A. 1691. edita, *P. II.* V. *Acta Erudd. Lips. A.* 1691. *M. Jul. pag.* 309. Accurate eos, & Scripta illorum, distinguit Gerh. Joh. Vossius, *L.* 3. *de Hist. Lat. c.* 7. *p.* 576. *& c.* 8. *p.* 607. Distinguit etiam Simlerus, *in Biblioth. p.* 492. 496. sed dubius tamen hæret, utri illorum debeatur Versio *Libelli* Aristeæ *de LXX. Interpretibus*, a Vossio *l. c. p.* 607. Matthiæ recte vindicata.

XCVII. GABRIELIDI CAROLÆ PATINÆ, Caroli Patini, Medici & Antiquarii Acad. Patavinæ Celeberrimi, Filiæ Virgini Eruditissimæ, *Orationem* Sororis, pari Doctrinæ gloria inclytæ CAROLÆ CATHARINÆ PATINÆ, *de Vienna An.* 1683. *Turcarum Obsidione Liberata, Panegyricam*, a M. Joh. Paschio, Ratzeburgensi, *in Gynecæo Erudito*, A. 1686. edito, perperam adscribi, observat Christ. Junckerus, *in Centuria Fœminarum Eruditorum*, *Tractatui de Diariis Erudd. adjecta*, *p.* 105. 106.

XCVIII. DANIELI PFEIFFIO, Stettinensi, Professori Acad. Hafniensis Theologo, Ædisque Petrinæ Pastori, A. 1662. exstincto, debetur *Diss. de Unione Christi & Fidelium Mystica*, Ar-

Argentinæ An. 1648. excuſa, quam Fratri ejus JOH. JACOBO PFEIFFIO, Epiſcopo Eſthoniæ Livonicæ, ad An. usque Emortualem 1676. Lutherano, ab Henn. Wittenio video tribui, *T. I. D. B. ad A.* 1676. *lit. LIII.* 3. *a.*

XCIX. *Literarium Provincialium, de Morali & Politica Jeſuitarum Diſciplina*, ſub LUDOV. MONTALTII nomine, Gallice editarum, a VVilh. VVendrockio Coloniæ A. 1652. Latine publicatarum, & a Sam. Rachelio noſtrate Helmſtadii A. 1664. denuo recenſitarum, Autorem eſſe CAR. PASCHALIUM, Regis Gallici Conſiliarium, & ad Rhætos Legatum, memini alicubi legiſſe. Sed, in ejus locum, rectius ſubſtituetur BLASIUS PASCHALIS, Gallus Nobilis atque Eruditus, A. 1662. defunctus, pro quo, poſt Vinc. Placcium (*in Tr. de Scr. Pſevdon. p.* 227.) militant Joh. Frid. Mayerus, in *Diſp. utrum pro Verit. Relig. Sacramento contendere liceat*, §. 7. *p.* 28. 29. 30. & VVilh. Ern. Tenzelius, *in Dial. Menſtr. Vernac. M. Oct. A.* 1693. *p.* 803.-804. plura, de Vita & Scriptis ejusdem, una cum Epitaphio, exhibituri.

C. JOHANNI PICO, Comiti Mirandulæ, Ingeniorum Ætatis ſuæ Phœnici, M. Nov. An. 1494. æt. 31. defuncto, male ab Ant. Teiſerio, *in C. C. p.* 197. tribuuntur, JOH. FRANCISCI PICI, ſui ex Fratre Galeotto Nepotis, Vita Juſtini Martyris, & *Libelli ejus adverſus Gentes Admonitorii* Verſio Latina. De JOH. PICO, Claſſium in Senatu Pariſienſi Inquiſitoriarum Præſi-

de, ab utroque diſtinguendo, qui itidem Scripta Patrum Græcorum complura, Seculo ſuperiori, Latina veſte donavit, V. Simlerum p. 405.

CI. JOH. PITSEI, Angli, Th. D. & Decani in Lotharingia Liverdunenſis, An. 1617. juxta VVittenium, exſtincti, *Catalogum Scriptorum Angliæ*, in *Tomi Relationum de Rebus Anglicis Hiſtoricarum Primi* Poſthumi, a Guilh. Biſhopo Pariſiis A. 1619. editi, ac ibid. A. 1649. recuſi, *Parte III.* obvium, PET. PITHOEO, JCto & Philologo Galliæ Celeberrimo, An. 1596. denato, affinitate Cognominum exigua deceptus, ridicule vindicat Mart. Zeilerus, in Rhapſodia ſua *de Hiſtoricis*, *P. II. p.* 116.

CII. ÆMILIUM PORTUM, Ferrarienſem, L. Gr. Profeſſorem initio Lauſannenſem in Helvetia, ac dein, ſub initium hujus Seculi, Heidelbergenſem, cum Patre FRANCISCO PORTO, Cretenſi, ejusd. L. Gr. Doctore Publico, primo Ferrarienſi, ac dein Aurelianenſi, Genevæ A. 1581. (æt. 70.) mortuo, confundit Joh. Henr. Bœclerus, qui Filii Verſionem ac Editionem *Lexici* Suidæ, omnium præſtantiſſimam, Coloniæ Allobrogum A. 1619. in fol. *Tomis II.*, excuſam, Franciſco Patri tribuit, (*in Lib. de Scriptt. Gr. ac Lat. p.* 84.) Confundunt etiam, qui Filio Cretam aſſignant Patriam, cum Johan. Jac. Friſio (*in Biblioth. p.* 12.) Indice Expurgatorio Hiſpanico Ant. Sotomajoris (*p.* 6. 7.) Ad. Oleario (*in Paneg. de Vita Joh. Wouvverii lit. K.* 2. *b.*)

2. *b.*) Matth. Zimmermanno (*in Florilegio Historico-Politico p.* 146.) Johan. Hallervordio (*in Biblioth. Cur. p.* 379.) Henr. Hilario (*in Ep. II. de Rebus Græcis ad Joh. Olearium Jun. p.* 40.) Theod. Janſonio (*in Biblioth. Promiſſa & Latente p.* 44.) Joh. Alb. Fabro (*in Exerc. de Lexicis Græcis* §. 11.) aliisque compluribus.

CIII. De Literatura Græca non minus præclare, quam duo Porti, modo laudati, meruere totidem JOHANNES POSSELII, ejusdem in Acad. Roſtochienſi Profeſſores Celeberrimi, Pater ſc. d. 15. Aug. A. 1591. (æt. 63.) & Filius, M. Jun. A. 1623. (æt. 58.) defunctus. De utroque, *in Cimbria Literata*, fuſius eſt dictum. Heic ſolum obſervamus, male, & Patris *Colloquia Familiaria Græco-Latina* Filio, ab Henn. VVittenio (*T. I. D. B. ad A.* 1623. *lit. T.* 2. *b.*) & Filii *Orationem de Vita Pet. Lindebergii Funebrem*, Roſtochii A. 1604. excuſam, Parenti, ab Ant. Teiſerio (*in C. C. p.* 198.) vindicari.

CIV. SAM. RACHELII, Londino Dithmarſi, JCti Acad. Cimbricæ, & Conſiliarii Aulæ Holſaticæ, haud incelebris, M. Dec. An. 1691. exſtincti, Scriptis, a Georg. Matth. Königio (*in Biblioth. V. & N.*) ac Mart. Lipenio (*P. II. Biblioth. Theol. p.* 878. *atque in Indice*,) falſo accenſetur *Novantiquitas Doctrinæ de S. Trinitate, contra Magnum Amicum Honeſti* (ſive Joach. Stegmannum Juniorem, Socinianum, qui ſub hoc delitеſcit Nominis ſui Anagrammate,) *aſſerta*, & Lubecæ

An. 1665. edita, a SAM. RACHELIO, Parocho quodam Dithmarso, ipsi Cognomine.

CV. *Veræ Belli Dithmarsici, A.* 1559. *gesti, Descriptionis, Libris II. comprehensæ*, &, sub fictitio CHRISTIANI CILICII Cimbri Nomine, Basileæ A. 1570. atque Argentinæ A. 1574. publicatæ, Autorem non esse JOH. RANZOVIUM, Trium Daniæ Regum in Ducatibus Cimbricis Vicarium, & Friderici II. in Expeditione Dithmarsica, Archistrategum, sicut Jac. Aug. Thuano (*L.* 22. *Hist.*) & Casp. Sagittario (*in Historia Rensburgi* §. 71.) fuit persuasum, sed Filium hujus, HENRICUM RANZOVIUM, Proregem itidem Cimbricum, Heroem longe Eruditissimum, ex Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzoviana, c.* 3. & ipsius *Comm. Bellico p.* 95. alibi jam ostendimus. V. *Isagogen ad Hist. Cimbr. P. IV. c.* 12. §. 4. *p.* 630. 631.

CVI. REINERI REINECCII, Historici Acad. Juliæ Inclyti, Scripta, in J. C. Becmanni *Cat. Biblioth. Francof. p.* 381. 382. sub JOHANNIS cujusdam REINECCII, Ecclesiastico functi officio, nomine, memorantur, culpa haud dubie Typothetæ, qui Reineri Nomen, isti subjungendum, omisit.

CVII. DETHLEVUS REVENTLOVIUS, Equ. Holſ. Dethlevi Fil. Dynasta Rixtorfiensis, &, ex Friderici I., R. Daniæ, Cancellario, Episcopus Lubecensis, cum Annuo vix spatio Ecclesiæ huic præfuisset, An. 1536. mortuus, ab Haraldo Huitfeldio (*P. VII. Chron. Dan. p.* 1107.)

ob

Digitized by Google

ob Confusionem cum Gentili suo cognomine, DETHLEVO REVENTLOVIO, Ottonis Filio, immerito in Magiæ Illicitæ suspicionem est vocatus. Posterior enim iste, priori σύγχρονος, Mathematicus atque Astrologus insignis, non Carolo solum V., Imp. suum de Protestantibus Triumphum, Friderico autem I., & Christiano III., Daniæ Regibus, Victorias contra Christiernum II., Diesque Natales ac Sexum Liberorum, sed Danis etiam (quod Huitfeldius a Cancellario esse factum falso arbitratur) horum Imperium, cum nulla isto potiundi spes adhuc affulgeret, prædixit, & prope Ingolstadium tandem, circa A. 1547. cum, e Castris Cæsareis, in patriam remearet, est trucidatus. Ob quam Futurorum Notitiam, si Necromantiæ apud nonnullos suspicione, Huitfeldio teste, laboravit, Sortem istam cum aliis Viris Magnis, quibus peculiari Gabr. Naudæus *Apologia* est patrocinatus, habuit communem. Conf. *Isag. ad Hist. Cimbr. P. I. c.* 14. *p.* 239. 240. Plura de utroque *Cimbria Literata* afferet.

CVIII. ELIÆ REUSNERI, Leorini Silesii, Med. Licentiati, & Hist. atque Poeseos in Acad. Jen. ad A. usque Emort. 1612. Professoris, *Diarium Historicum*, Francofurti An. 1590. (*in 4to*) excusum, Fratri ejus, NICOLAO REUSNERO, ejusdem Acad. Salanæ JCto, A. 1602. defuncto, tribuunt Phil. Labbeus, *in Mantissa Suppellect. Antiquariæ, Bibliotheca Bibliothecarum adjecta, p.* 635. & Henn. VVittenius, *T. I. D. B. ad A.* 1602.

A. 1602. *lit. B.* 2. *b.* Vero tamen Autori VVittenius iſtud itidem adſcribit, *ad A.* 1612. *lit. K.* 1. *b.* Octo Reusneros familiæ ſuæ, Eruditione, & Scriptis, Celebritatem nominis conſecutos, enumerat Elias, *in Append. Iſag. Hiſt. p.* 661. Addatur iſtis Jerem. Reusnerus, Leorinus, Collegii in Acad. VViteb. Juridici Senior, Proprid. Kal. *Oct.* A. 1652. exſtinctus, teſte Inſcriptione Epitaphia, quam And. Sennertus exhibet, *Lib.* 2. *Athen. Witeb. p.* 215. 216.

CIX. Ambrosio Rhodio, Phyſices & Matheſeos, in Gymnaſio Norwegiæ Chriſtianienſi, Profeſſori, Oppidique Poliatro, debentur, *Diſſertationes in Pet. Severini Ideam Medicinæ Philoſophicæ*, Hafniæ A. 1643. excuſæ, quas Ambrosii Rhodii alterius, Kemberga Saxonis, Acad. VVitteb. Mathematici, A. 1633. jam defuncti, Scriptis annumerat Henn. VVittenius, *Dec. III. Mem. Phil. Renov. p.* 349. & *T. I. D. B. ad A.* 1633. *lit. Ff.* 3. *b.* Alia Medici Norvvagi Opuſcula V. in Alb. Barthol. *Tr. de Scr. Dan. p.* 3.

CX. Laurentium rhodomannum, Stolberga Cheruſcum, Poetarum inter Modernos Græcorum facile Principem, Lingu. gr. in Acad. Salana, Hiſtoriarum autem in VVittebergenſi, Profeſſorem, An. 1606. defunctum, cum Laurentio Codomanno, Curia Voitlando, *Annalium S. Scripturæ, & IV. Chronologiæ*, quos iſtis ſubjunxit, Librorum, VVitebergæ A. 1581. (*in 4to*) excuſorum, Autore, A. 1590. juxta Caſp. Conradum

radum & Guilh. Crovvæum, (18.) denato, confundit Censura sequens Jos. Scaligeri, in illum benignior, in hunc autem asperior, *in Scaligerianis Alteris p.* 204. obvia: *Rhodomannus Doctissimus in Poesi Græca, sed in Latina imperitus & infelix. Rhodomannus bonum Diodorum Siculum edidit, joly homme, qui latuit, qui estoit bon Grec. Laur. Rhodomannus est Poete & Bon Grec, a fait une Chronologie, ou il s'est proposé de contredire tout le Monde, & moy aussi. Il y a en son Livre les plus grandes fadaises du Monde.*

CXI. Joh. Georgio Richtero Noribergensi, J. U. D. & Reip. Patriæ Consiliario ac Advocato, Ant. Teiserius (*in C. C. p.* 178. 179.) recte tribuit Vitam Parentis Georgii Richteri iisdem, quibus filius, Officiis, a Reip. Patriæ Norib. Senatu, admoti, Academiæque insuper Altorfinæ Procancellarii, d. 9. Dec. A. 1651. (æt. 60.) mortui, *Epistolis* ejus, A. 1662. (non 1602.) Noribergæ excusis, præfixam. Perperam vero huic addit *Orationem Funebrem in obitum Ernesti Soneri, Med. Prof. Altorfini*, quæ Parenti Georgio est vindicanda.

CXII. Rodericus a Castro, Judæus Lusitanus, Medicus Civitatis Hamburgensis, ad An. usque Emort. 1627. Eruditus ac percelebris, cum Stephano Roderico Castrensi, Ulysippona Lusitano, Medicinæ Professore in Acad. Pisana Primario, A. 1637. juxta Nic. Antonium (19.) de-

(18.) *in Elencho Interpr. Script. p.* 249.
(19.) *T. II. Biblioth. Hispan. p.* 235. 236.

defunɛto, confunditur, tum a Joh. Ant. Lindano, qui (*in Tr. de Scr. Med. p.* 548.) huic Opus illius *de Morborum Muliebrium Medicina* Inclytum, tum a Mart. Lipenio, qui (*in Biblioth. Med. Reali*) illi hujus *Opuſcula Medica*, Venetiis An. 1656. excuſa, male adſcribit.

CXIII. MART. RULANDI Patris, Friſingenſis, Archiatri Cæſarei, Palatini & Lavingani, d. 3. Febr. An. 1602. (æt. 70.) exſtincti, & MART. RULANDI Junioris, Lavingani, ex Poliatro Ratisbonenſi, Aulæ Cæſareæ Pragenſis, ad A. usque 1611. Fatalem, Medici, Scripta, a Joh. Ant. Lindano (*l. c. p.* 466. 467.) recte diſtincta, uni eidemque Autori falſo aſſignat J. C. Becmannus, *in Catal. Bibl. Francof. p.* 397 Filii *Tractatum de Lue* Hungarica, ſub illius pariter atque Parentis Nomine, exhibet Henn. Wittenius, *T. I. D. B. ad A.* 1602. *&* 1611. *lit. B.* 2. *a. I.* 3. *a.*

CXIV. Theod. Janſonii, Amici noſtri in Batavis Doctiſſimi, παρόραμα, quo, *in Specimine Antiquitatum e Sacris profanarum p.* 45. JOHANNI CHRISTFRIDO SAGITTARIO, Uratislavienſi, Doctori Theologo, & Supremo Eccleſiarum Ducatus Saxo-Altenburgici Antiſtiti, die Lutheri (cujus Operum Editio Noviſſima Altenburgenſis ipſi debetur) Emortuali (18. ſc. Febr.) An. 1689. (æt. 72.) defuncto, ſuam *de Nudipedalibus Veterum Disquiſitionem* adſcripſerat, CASP. SAGITTARIUS, Lüneburgenſis, Hiſtoricus Acad. Jenenſis Celeberrimus, in peculiari

culiari *Dissertatione de Genealogia Sagittariana, ad illum, Epistolica,* Jenæ A. 1694. excusa, correxit, simulque cœteros familiæ suæ Scriptores Eruditos recensuit.

CXV. De SCÆVOLIS SAMMARTHANIS duobus, *P. I., c.* 4. §. 11. jam disseruimus. Filii *Galliam Christianam, & Historiam Domus Franciæ Genealogicam,* Parentis Scriptis annumerarunt Mart. Zeilerus *P. III. Sylloges de Historicis p.* 207. & Henn. Wittenius *T. I. D. B. ad A.* 1623. *lit. T.* 1. *b.* Wittenius tamen ipse paulo post, *ad An.* 1650. *lit. Aaa.* 2. *b.* suum emendavit *παρόραμα.*

CXVI. JOSEPHO SCALIGERO perperam attribuuntur: 1. JULII CÆS. SCALIGERI, Parentis sui, *Libri VII. Poetices,* ab Henn. Wittenio, *Dec. I. Memor. Philos. Renov. p.* 43. 44. *& T. II. D. B. p.* 13.; JOSEPHI SCALÆ, Siculi, *Ephemerides, ab A. C.* 1589. *ad A.* 1600. Venetiis A. 1589. *in 4to* excusæ, ab eod. VVittenio, *locis citatis, ac T. I. D. B. ad A.* 1609. *lit G.* 1. *b.* &, qui huic imposuisse videtur, Johan. Christoph. Becmanno, *in Catal. Biblioth. Francof. p.* 407. Sed is Errorem suum retractavit, *in Memorandis Francofurtanis p.* 56.

CXVII. Inter JACOBI SCHEGKII Senioris, Schorndorfio Würtembergici, Med. D. & in Acad. Tubingensi Professoris, Philosophi, Seculo superiore, Peripatetici Ingeniosissimi, d. 9. Maji A. 1587. (æt. 76.) defuncti, Monumenta Literaria male, a Biographo illius, Melch. Adamo

mo *in Vitis Med. Germ. p.* 301.) & Joh. Chr. Becmanno (*in Catal. Biblioth. Francof. p.* 409.) referuntur Nepotis ejus, JACOBI SCHEGKII Junioris, Critici Induſtrii, *Obſervationum & Emendationum Prameſſa*, Viris Amicis & Doctis oblata, quæ ſeorſim Francofurti An. 1590. prodierunt, *& in Tomo Theſauri Critici Gruteriani IVto* ſunt recuſa.

CXVIII. JOH. SCHMIDIUS, Budiſſina Luſatus, Th. D. & PP. Argentinenſis, Conventusque Eccleſiaſtici Præſes, d. 27. Aug. A. 1658. (æt. 64.) defunctus, ſed ob Facundiam Sacram, Moderationemque Animi, poſt facta etiamnum Celeberrimus, confunditur: 1. cum SEBAST. SCHMIDIO, Succeſſore, in utroque Officio Academico & Eccleſiaſtico, adhuc ſuperſtite, ſed A. 1630. neutri admoto, a Mart. Hankio, *L.* 1. *de Scriptt. R. Rom. P. I., c.* 50., *p.* 192.; cum JOH. SCHMIDIO, Reip. Noriberg. Dicographo, *Diarii Hiſtorici*, A. 1630. editi, Autore, a Joh. Chriſtoph. Becmanno *in Catal. Biblioth. Francof. p.* 411. ubi Theologi iſtius Homiliæ *in Pſ.* 127. 128. *&* 129. *nec non de Ira Divina Securi*, Vernaculæ huic falſo adſcribuntur. Decem Scriptorum aliorum, utrique ὁμωνύμων, Recenſu, brevitatis amore, abſtineo.

CXIX. CHRISTIANO SCHOTANO, Theol. Doctori, Profeſſori & Paſtori Franequerano, debetur *Tractatus de Ethniciſmo Ariſtotelis, contra Fortunium Licetum*, Franequeræ An. 1664. in 8vo excuſus, qui MEINARDI SCHOTANI, Theo-

Theologi itidem Franequerani initio, & deinde Ultrajectini, d. 3. Apr. A. 1644. (æt. 51.) denati, Monumentis Literariis annumeratur, ab Henn. Wittenio *T. I. D. B. ad A.* 1644. *lit. Ss.* 2. *b.*

CXX. JACOBO SCHULTESIO Elbingensi, J. U. D. Consil. Saxonico, & Advocato Lipsiensi, d. 7. Sept. An. 1629. (æt. 59.) exstincto, *Melodiæ Sacræ* JACOBI SCHULTZII, sive PRÆTORII Hamburgensis, Musici atque Organœdi Ædis in Civitate Patria Petrinæ, ad An. usque Emortualem 1651. Celeberrimi, perperam tribuuntur ab Henn. VVittenio, *T. I. D. B. ad A.* 1629. *lit. Bb.* 1. *a.*

CXXI. Errorem Joh. Ant. Lindani, *in Tr. de Scr. Med. p.* 404. *Armamentarium Chirurgicum.* Ulmæ A. 1654. & Hagæ An. 1656. *in fol.* excusum, ac *Historiam Trichiaseos Admirandæ, sive Morbi Pilaris*, Noribergæ A. 1658. editam, ac inter Joh. Schröderi, Poliatri Francofurtani, Scripta, eadem etiam pagina relatam, uni eidemque JOHANNI SCULTETO deberi, falso persuasi, Virgula merito Censoria notavit Val. Henr. Voglerus *in Introd. in Notit. Bon. Scriptt.*, *c.* 8. *p.* 42. 44. Illius enim Autor est JOHAN. SCULTETUS, Ulmensis, Med. D., & Civitatis Patriæ, ad A. usque Fatalem 1645. Poliater, hujus autem JOH. SCULTETUS Noribergensis, Medicus itidem Patriæ Ordinarius, & Acad. Nat. Curiosorum Germanicæ Adjunctus, An. Zz 1687.

mo *in Vitis Med. Germ. p.* 301.) & Joh. Chr. Becmanno (*in Catal. Biblioth. Francof. p.* 409.) referuntur Nepotis ejus, JACOBI SCHEGKII Junioris, Critici Induſtrii, *Obſervationum & Emendationum Premeſſa*, Viris Amicis & Doctis oblata, quæ ſeorſim Francofurti An. 1590. prodierunt, *& in Tomo Theſauri Critici Gruteriani IVto* ſunt recuſa.

CXVIII. JOH. SCHMIDIUS, Budiſſina Luſatus, Th. D. & PP. Argentinenſis, Conventusque Eccleſiaſtici Præſes, d. 27. Aug. A. 1658. (æt. 64.) defunctus, ſed ob Facundiam Sacram, Moderationemque Animi, poſt facta etiamnum Celeberrimus, confunditur: 1. cum SEBAST. SCHMIDIO, Succeſſore, in utroque Officio Academico & Eccleſiaſtico, adhuc ſuperſtite, ſed A. 1630. neutri admoto, a Mart. Hankio, *L.* 1. *de Scriptt. R. Rom. P. I., c.* 50., *p.* 192.; cum JOH. SCHMIDIO, Reip. Noriberg. Dicographo, *Diarii Hiſtorici*, A. 1630. editi, Autore, a Joh. Chriſtoph. Becmanno *in Catal. Biblioth. Francof. p.* 411. ubi Theologi iſtius Homiliæ *in Pſ.* 127. 128. *&* 129. *nec non de Ira Divina Securi*, Vernaculæ huic falſo adſcribuntur. Decem Scriptorum aliorum, utrique ὁμωνύμων, Recenſu, brevitatis amore, abſtineo.

CXIX. CHRISTIANO SCHOTANO, Theol. Doctori, Profeſſori & Paſtori Franequerano, debetur *Tractatus de Ethniciſmo Ariſtotelis, contra Fortunium Licetum*, Franequeræ An. 1664. in 8vo excuſus, qui MEINARDI SCHOTANI, Theo-

Theologi itidem Franequerani initio, & deinde Ultrajectini, d. 3. Apr. A. 1644. (æt. 51.) denati, Monumentis Literariis annumeratur, ab Henn. Wittenio *T. I. D. B. ad A.* 1644. *lit. Ss. 2. b.*

CXX. JACOBO SCHULTESIO Elbingensi, J. U. D. Consil. Saxonico, & Advocato Lipsiensi, d. 7. Sept. An. 1629. (æt. 59.) exstincto, *Melodiæ Sacræ* JACOBI SCHULTZII, sive PRÆTORII Hamburgensis, Musici atque Organœdi Ædis in Civitate Patria Petrinæ, ad An. usque Emortualem 1651. Celeberrimi, perperam tribuuntur ab Henn. VVittenio, *T. I. D. B. ad A.* 1629. *lit. Bb. 1. a.*

CXXI. Errorem Joh. Ant. Lindani, *in Tr. de Scr. Med. p.* 404. *Armamentarium Chirurgicum.* Ulmæ A. 1654. & Hagæ An. 1656. *in fol.* excusum, ac *Historiam Trichiaseos Admirandæ, sive Morbi Pilaris*, Noribergæ A. 1658. editam, ac inter Joh. Schröderi, Poliatri Francofurtani, Scripta, eadem etiam pagina relatam, uni eidemque JOHANNI SCULTETO deberi, falso persuasi, Virgula merito Censoria notavit Val. Henr. Voglerus *in Introd. in Notit. Bon. Scriptt.*, *c. 8. p.* 42. 44. Illius enim Autor est JOHAN. SCULTETUS, Ulmensis, Med. D., & Civitatis Patriæ, ad A. usque Fatalem 1645. Poliater, hujus autem JOH. SCULTETUS Noribergensis, Medicus itidem Patriæ Ordinarius, & Acad. Nat. Curiosorum Germanicæ Adjunctus, An.

 1687.

1687. mortuus. De utroque V. VVittenii *T. I. D. B.*

CXXII. MELCHIORIS SEBIZII Junioris, Argentoratenſis, Prof. Medici in Acad. Patria Celeberrimi, d. 25. Jan. A. 1674. (æt. 95. & Muneris, Profeſſorii 61.) defuncti, Scripta pleraque Parenti ejus ὁμωνύμῳ, & in Profeſſione Medica Anteceſſori, MELCH. SEBIZIO Seniori, Falkenberga Sileſio, Argentinæ d. 19. Jun. A. 1625. (æt. 86.) rebus exempto humanis, falſo adſcribuntur, tribus tantum ipſi Diſputationibus relictis, a Joh. Ant. Lindano, *in Tr. d. Scr. Med. p.* 476-479.

CXXIII. DANIELIS SENNERTI, Uratislavienſis, Profeſſoris in Acad. VVitteb. ad An. usque Emortualem 1637. Medici, Germaniæ Hippocratis atque Æſculapii, *Hypomnemata de Rerum Naturalium Principiis Phyſica*, Henn. VVittenius ipſi, *Dec. I. Mem. Med. Renov. p.* 111. *& T. I. D. B. ad A.* 1637. *lit. Ll.* 2. *b.* recte vindicat, ſed nihilo tamen minus, Filio etiam ejus, ANDREÆ SENNERTO, VVittebergenſi, Acad. Patriæ Seniori, & LL. Or. in eadem Doctori Publico, An. 1689. denato, *T. II. D. B. p.* 173. perperam tribuit.

CXXIV. *Liber de Chocolata Inda Qualitatibus & Natura*, ab Ant. Colmenero Hiſpanice Scriptus, a MARCO AURELIO SEVERINO autem, Tharſienſi, Medico Neapolitano, d. 15. Jul. A. 1656. (æt. 76.) exſtincto, Lat. verſus, & Noribergæ A. 1644. editus, inter Scripta, & hujus,

jus, & MARCI ANTONII SEVERINI, *Quæstionum Medicinalium*, Venetiis An. 1545. excusarum, Autoris, Seculo integro ipso Antiquioris, a Joh. Ant. Lindano, *in Tr. de Scr. Med. p.* 457. 459. insigni refertur ἀβλεψία, ante me jam detecta a Val. Henr. Voglero, *in Introd. in Notit. Bon. Scriptt. c.* 8. *p.* 42. 44.

CXXV. LÆLIO SOCINO, Senensi, Hæresæos Anti-Trinitariæ Seculo Superiore Instauratori, Tiguri d. 16. Maji A. 1562. defuncto, debetur *Disputatio de Hæreticis Capitali Supplicio non afficiendis*, sub fictitio *Mini Celsi Senensis* nomine, Christlingæ An. 1577. *in 8vo* edita, &, cum Theod. Bezæ ac Andr. Dudithii *Epistolis* duabus ejusdem Argumenti contrariis, Basileæ A. 1584. recusa, quam FAUSTO SOCINO, Civi ipsius, & ex Fratre Alexandro Nepoti, Hæreseos ejusdem Propagatori, Luclawricii in Polonia, d. 3. Mart. A. 1604. (æt. 65.) exstincto, Pet. Scavenius (*in Indiculo Pseudonymorum n.* 70.) & hunc secutus Vinc. Placcius (*in Tr. de Script. Pseudon. p.* 176.) attribuerunt. V. Chr. Sandii Jun. *Bibliothecam Anti-Trinitariorum p.* 21. Fausti contra *Explicationem in Initium Evangelii S. Johannis* Lælio (qui *Paraphrasin* in idem A. 1561. conscripsit, sed deperditam) male esse affictam, ab Interprete ejus Polonico, Gregorio Pauli, Stanisl. item Budzinio (*in Opere Historico-Chronologico c.* 31.) Theod. Beza (*in Præfat. in Acta Valent. Gentilis*,) Hier. Zanchio (*in Præf. Libb. de tribus Elohim*,) Joh. Cloppenburgio, Johan. Hornbeckio,

Digitized by Google

Pet. Melio, aliiſque compluribus, prolixe idem Sandius, ex Fauſti ipſius ad Morſtinum & Dudithium Epiſtolis, evicit, *l. c. p.* 21-25. 65. 66.

CXXVI. JOHANNEM SPANGENBERGIUM, Herdeſianum, Oppidi Islebienſis Paſtorem, & Eccleſiarum Comitatus Mansfeldici Ephorum, d. 13. Jun. A. 1550. (æt. 66.) mortuum (de quo Melch. Adamus, *in Vitis Theol. Germ. p.* 202. 203. conſulendus,) agnoſcit Autorem *Margarita ſive Synopſis Theologica*, quam, in Filii ipſius, CYRIACI SPANGENBERGII, Northuſani, Decani ac Parochi Eccleſiæ Mansfeldicæ Flaciani, Argentinæ d. 10. Febr. An. 1604. (æt. 76.) in Exilio defuncti, Scriptorum Indice, memorat Henn. VVittenius, *T. I. D. B. ad An.* 1604. *lit. C.* 3. *b.*

CXXVII. Carolo Sponio, Lugdunenſi Gallo, Med. Doctori, & in Patria Practico, d. 21. Febr. A. 1684. (æt. 75.) exſtincto, Chriſt. Junckerus, *in Tr. de Ephemeridibus Eruditorum p.* 278. perperam tribuit Filii ipſius, Jacobi Sponii, Medici itidem Civitatis Patriæ Lugdunenſis πολυμαθεςάτȣ, d. 25. Dec. An. 1685. (æt. 38.) immatura morte ſublati, *Deſcriptionem Urbis Genevenſis*, *Miſcellanea Erudita Antiquitatis*, & *Ephemerides Antiquarias* Gallicas affectas (*Le Journal d'Antiquité.*

CXXVIII. HENRICUM STEPHANUM, Typographum initio Pariſienſem, & deinde Genevenſem, Eruditiſſimum, Theologorum Tigurinorum Verſionem S. Codicis Latinam, ſub

Franc.

Franc. Vatabli, L. Hebr. Professoris Parisiensis, nomine, edidisse, ab Hispanis, Inscriptione ista deceptis, Salmanticæ postea recusam, tradit Gerh. Meierus, *Lib. 1. Biblioth. Theol. Contr. c. 1. §. 12. p. 12. 13.* Sed recte monet Joh. Deckherus, *in Conjecturis de Scriptis Adespotis, Sect. II. p. 30. 31.* quæ Meierus de Henrico Filio narrat, ad Patrem ejus, ROBERTUM STEPHANUM, esse referenda, cujus, de Suppositione ista, Relatio Apologetica, *in Responsione ad Censuras Theologorum Parisiensium*, quam An. 1552. publicavit, obvia, ab eodem allegatur. *De* ambobus, & Cognatis illorum *ὁμωνύμοις*, *Parte I. c. 4. §. 11. & 13.* nonnulla jam in medium attulimus.

CXXIX. Paulus Freherus, *in Theatro Eruditorum*, non solum, ÆGIDII STRAUCHII Senioris, VVittebergensis, Th. D. ac Superint. Dresdensis, A. 1657. (æt. 73.) defuncti, Effigies erat sistenda, loco illius, ÆGIDIUM STRAUCHIUM Juniorem, Civem ejus & ex Fratre Nepotem, Theologum Civitatis Dantiscanæ Eruditum, A. 1682. (æt. 50.) mortuum, spectandum, *ἀβλεψία* insigni, exhibuit, sed hujus etiam Parenti JOHANNI STRAUCHIO, Academiæ Patriæ VVitebergensis, ad An. usque Emortualem 1639. JCto & Ordinario, JOH. STRAUCHII alterius, Coldicensis Misnici, Antecessoris Academiarum Salanæ ac Giessenæ Primarii longe celeberrimi, A. 1679. (æt. 67.) denati, *Exercitationes de Controversiis Illustribus Exotericas*, & *Dissertationes ad Jus Justinianeum*, perperam asseruit. V. Christ

Thomaſii de Opere Freheriano Cenſuram, in *Cogitatis de Libb. Recentioribus Menſtruis Vernaculis*, *M. Aug. A.* 1688. *p.* 260. 261.

CXXX. JOHANNIS SVANINGII, Hottersneſia Dani, Th. D. ac Prof. in Acad. Hafn. Theologi, Seelandiæque Epiſcopi, M. Aug. A. 1668. (æt. 63.) defuncti, *Commentarium in Danielem*, & JOH. SVANINGII Ripenſis, ex Scholæ Soranæ Rectore, Sami Danicæ, ſive Inſulæ Samſoenſis, Præpoſiti, d. 27. Aug. A. 1676. (æt. 77.) exſtincti, *Chronologiam Danicam*, uni eidemque Autori male tribuit Georg. Matth. Königius, *in Biblioth. Vet. ac Nova p.* 783. Diverſus ab utroque eſt JOH. SVANINGIUS Ripenſis, Eccleſiæ Patriæ Canonicus, & Chriſtiani III. Danorum Regis, Seculo Superiore, Hiſtoriographus, *Hiſtoriæ Danicæ* Tripartitæ ἀνεκδότȣ Scriptor, de quo *Iſagoge* noſtra *ad Hiſt. Cimbr.* (*P. I. c.* 4. §. 2. 4. 5. *p.* 33. 34. 36. *& c.* 12. *p.* 180. 181.) poteſt conſuli.

CXXXI. JOHANNI CASPARO SVICERO, Tigurino, V. D. in patria Miniſtro, *Theſauri Eccleſiaſtici* Autori, Cornelius a Beughem, *in Appar. I. ad Hiſt. Lit. Noviſſ. p.* 354. falſo adſcribit JOH. HENRICI SVICERI, L. Gr. & Philoſ. in Gymn. Tigurino Profeſſoris, *Compendium Phyſicæ Ariſtotelico-Carteſianæ*, Amſtelodami A. 1685. in 8vo excuſum.

CXXXII. PAULI TARNOVII, Grevismola Megapolitani, Theologi Acad. Roſtochienſis Cordatiſſimi, d. 6. Mart. A. 1633. (æt. 71.) dena-

denati, *Oratio de Novo Evangelio, Calamitatum omnium, Orbem Christianum Inundantium, causa,* Rostochii An. 1624. edita, qua PsevdoChristianismum Seculi nostri degenerem justo Zelo objurgavit, & hujus, & JOHANNIS TARNOVII, Sympatriotæ ipsius, ex Fratre Nepotis, Discipuli, & tandem, in Ordine Lycæi Varniaci Theologico Collegæ, Exegetarum Ecclesiæ Lutheranæ Biblicorum Dexterrimi, d. 22. Jan. An. 1629. (æt. 43.) exstincti, Scriptis annumeratur, ab Henn. VVittenio, *Dec. III. Memor. Theol. Renov. p. 324. & 368.*

CXXXIII. DANIELI TOSSANO Juniori, Mompelgardensi, ex Pastore Franckenthalensi, Gymnasii Basileensis, ab A. 1627. Rectori, Gallicæque Ecclesiæ Ministro, tandem vero, ab An. 1650. Caroli Ludovici, Elect. Palatini, Consiliario Ecclesiastico, d. 3. Oct. An. 1655. (æt. 66.) mortuo, recte ab Ant. Teiserio (*in C. C. p. 68.*) tribuitur *Or. Parentalis, de Vita & Obitu Johan. Buxtorfii Senioris,* Basileæ A. 1630. excusa. *Synopsis autem de Patribus & Scholasticis,* Heidelbergæ A. 1603. edita, quam huic subjungit, Autorem agnoscit DANIELEM TOSSANUM Seniorem, Civem ipsius atque Patruum, Th. D. & Professorem Aureliis, Neostadii, ac tandem Heidelbergæ, Reformatum, d. 20. Jan. A. 1602. (æt. 60.) rebus humanis exemptum, Filioque ejus, PAULO TOSSANO, Theologo itidem Palatino, curante, in luaem prodiit.

CXXXIV. Confusionem ALPHONSI TO-

STATI, Epiſcopi in Hiſpania, ad An. usque Emortualem 1454. Abulenſis, cum ALPHONSO TOSTATO, Scriptore Seculi hujus Pontificio Larvato ac ψευδωνύμῳ, in Henr. Whartoni *Append. ad Hiſt. Lit. Scr. Eccl. Cavianam p.* 75. obviam, *P. I.*, *c.* 2. §. 4. jam deteximus.

CXXXV. CLAUDII VERDIERII, Curiæ Pariſienſis Advocati *Cenſionem in Autores prope omnes, potisſimum Antiquos*, ineptam atque temerariam, Lugduni Gallorum An. 1586. excuſam, & a Joh. Mich. Dilherro, D. G. Morhofio, aliisque, juſta paſſim ſeveritate notatam, Gisb. Voetius, *Lib.* 3. *Biblioth. Stud. Theol. c.* 3. *p.* 351. ANTONIO VERDIERIO, Vallis Privatæ Domino, *Bibliotheca Gallica, & Proſopographia Virorum Illuſtrium*, Scriptori, (quem Calamus Filii, Juveniliter protervus, itidem perſtrinxit,) An. 1600. mortuo, deberi falſo credidit.

CXXXVI. ALBERTI VOGTII, Th. Licentiati, ejusdemque & LL. Orient. in Acad. Pomeraniæ Gryphica, Profeſſoris, *Miſcellanea Biblica*, Gryphiswaldiæ An. 1669. *in 4to* edita, Henn. VVittenius (*T. I. D. B. ad A.* 1682. *lit. Tttt.* 1. *a.*) GOTHOFREDO VOGTIO, Delitia Miſnico, Theol. itidem Licentiato, & Scholarum Güſtrovienſis atque Hamburgenſis Moderatori doctiſſimo, d. 7. Jul. A. 1682. (æt. 38.) defuncto, Mart. Lipenius autem (*P. I. Biblioth. Theol. Realis p.* 166.) & huic, & illi, perperam attribuit.

CXXXVII. GERHARDI JOHANNIS VOS-

VOSSII, Palatini, Professoris Scholarum Illustrium, Lugduno-Batavæ atque Amstelodamensis, Inclyti, An. 1650. terris erepti, Monumentis, quibus omne fere Literarum genus insigniter illustravit, eximiis, ab Henn. Wittenio (*Dec. V. Memor. Philos. Renov. p.* 104. *p.* 105. & *T. I. D. B. ad A.* 1650. *lit. Aaa.* 4. *a.*) annumerantur Scripta Filiorum, & Nepotis Cognominis, nonnulla, ISAACI sc. VOSSII *Notæ in Epistolas Ignatii*, & Editio *Peripli* Scylacis Caryandensis, A. 1639. publicata, MATTHÆI VOSSII *Annales Hollandiæ & Zeelandiæ*, A. 1645. editi, hujusque Filii, GERH. VOSSII Junioris, *Vellejus Paterculus, Notis illustratus.* Ab utroque, & Avo, & Nepote, accurate est distinguendus GERHARDUS VOSSIUS, Borchlonius Eburo, Th. D. Protonotarius Apostolicus, & Præpositus Tongrensis, Operum Ephremi Syri, Gregorii Thavmaturgi, aliorumque Patrum, Editor industrius, Romæ, ubi maximam Vitæ Partem transegerat, A. 1609. defunctus, & Jano Nicio Erythræo posthumo decoratus Elogio. V. *Pinacothecam* ejus *Primam, num.* 39.

CXXXVIII. HIERONYMUM VVELLERUM, Th. D. & in Schola Misniæ Fribergensi Professorem, d. 20. Mart. A. 1572. (æt. 73.) exstinctum, Theologum vere Practicum, &, perpetuis gravissimisque Tentationibus, e Theoriæ inanis Atrio, ad Interiora Doctrinæ Sacræ Adyta introductum, a JACOBO WELLERO, Neokirchensi Varisco, Aulæ Electoralis Saxonicæ,

Digitized by Google

ad A. usque Emortualem 1664. Protecclesiaſta, nominetenus quidem diſtinguit, ſed huic tamen pleraque illius Scripta falſo tribuit, Johan. Chr. Becmannus, *in Catal. Bibl. Francof. p.* 474.

CXXXIX. A Reinholdo Dorſchovio, *L.* 3. *Hodoſophiæ Chriſtianæ Vernaculæ, c.* 9. *p.* 170. ſub JOACHIMI VVESTPHALI, Hamburgenſis, Parochi initio in patria Catharinæi, & deinde, ab A. 1570. ad Emortualem 1574. Superintendentis, Controverſiæ Sacramentariæ, poſt Obitum Lutheri, Inſtauratione famam adepti (20.) nomine, honorifice allegatur *Dæmon Superbiæ* Vernaculus (der Hoffarts-Teufel der ietzigen Zeit) ſeorſim initio Islebiæ An. 1565. *in 8vo* excuſus, ac deinde, *in Theatro Diabolorum, (Francof.* An. 1569. & 1575. *in fol.* edito,) una cum *Diabolo Ignaviæ* (dem Faul-Teufel/) recuſus. Sed utrumque Scriptum alium agnoſcit Autorem, illi cognominem, JOACHIMUM ſc. VVESVPHALUM, Islebienſem, Paſtorem Sangerhuſanum, cujus Vitæ ac Mortis Hiſtoriam, una cum M. Wolfgangi Greifii *Conc. Funebri*, eidem habita, Cyriacus Spangenbergius Islebiæ An. 1570. *in 8vo* edidiſſe perhibetur. Ab utroque diverſus eſt M. JOACHIMUS VVESTPHALUS, Civitatis Roſtochienſis Superintendens, Ædisque in eadem Jacobææ Paſtor, An. 1624. rebus Humanis exemptus.

CXL. VITUM ORTELIUM WINSHEMI-

(20.) V. de illo *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr. P. IV. c.* 10. §. 10. 11. 12. *pag.* 579-583.

MIUM, Med. D. & L. Gr. in Acad. Witeb. Professorem, d. 3. Jan. A. 1570. mortuum, *Orationis Funebris*, Philippo Melanchtoni defuncto habitæ, Autorem, M. Josephus Clauderus, Scholæ Altenburg. Rector, hanc (*in Or. de Inculta & Horrida superioris Ætatis Pontificiæ Latinitate p.* 11.) allegans, *Magnum illum Jurisconsultum* salutat. Verum confundit eum, hoc pacto, cum Filio Cognomine, VITO ORTELIO VVINSHEMIO Juniore, J. U. D. & PP. VVittebergensi, Augustique, Saxonum Electoris, ac Principum aliorum, Consiliario, tandem vero, ab A. 1590. Ecclesiæ Hamburgensis Decano, d. 13. Oct. An. 1608. (æt. 74.) exstincto, quem fusius, *in Cimbria Literata*, celebrabimus.

CXLI. Inter JOHANNES VVOLFIOS complures, qui Scriptis inclaruere, celebriores sunt reliquis: 1. JOH. VVOLFIUS, Tigurinus, S. Lit. in Schola Patria Professor, atque Exegetes haud ignobilis, d. 17. Nov. An. 1572. (æt. 50.) defunctus, de quo V. Melch. Adami *Vitas Theol. Germ. p.* 510. Simleri *Biblioth. p.* 427. J. C. Becmanni *Catal. Bibl. Francof. pag.* 482. & Guilh. Crowæi *Elenchum p.* 239.; 2. JOHAN. VVOLFIUS, Tabernæmontanus, sive Bipontinus, ex Cameræ Imperialis Assessore, Consiliarius initio Bipontinus, & dein Badensis, Hailbronnæ d. 23. Maji A. 1600. (æt. 63.) mortuus, *XVI. Lectionum Memorabilium & Reconditarum Centenariis*, Lavingæ An. 1600. excusis, famam

præ-

præcipue adeptus (21.); 3. JOHANNES VVOLFIUS, Marpurgenſis, Med. D. & in Acad. Patria, ab An. 1578. Profeſſor, Archiaterque Haſſiacus, Kal. Junii A. 1616. (æt. 79.) denatus. V. Johan. Juſti Piſtorii *Propylæum Athenæi Haſſiaci* p. 13. Joh. Ant. Lindani *Lib. de Scr. Med.* p. 417. & H. Wittenii *T. I. D. B. ad An.* 1616. *lit. N.* 1. *a.*; 4. Joh. VVOLFIUS, Med. D. & in Acad. Helmſtadienſi, circa A. 1620. Profeſſor; 5. JOH. VVOLFIUS, Oetingenſis, Philologus, qui d. 8. Oct. A. 1580. (æt. 64.) obiit, teſte El. Reusnero, *in Append. Iſag. Hiſt.* 669.; 6. JOH. VVOLFIUS, Hersburgenſis, *Rudimentorum Arithmetices*, Francofurti A. 1534. & Argentinæ An. 1540. excuſorum, Autor. V. Simleri *Biblioth.* p. 427. Hos inter, Primum cum Secundo confudit Guilh. Crowæus *l. c.* Theologo Tigurino, illos tribuens Præceptores, quibus JCtum Tabernæmontanum fuiſſe gaviſum, Melch. Adamus, in Vita ejus, teſtatur. Secundum a Tertio haud ſatis accurate diſtinxit Henn. VVittenius, *T. I. D. B. ad A.* 1616. *lit. N.* 1. *a.* dum Tabernas Ducatus Bipontini Montanas Medico Marpurgenſi patriam aſſignavit. Cum Quarto autem eundem, Lindani (*l. c. p.* 417.) incaute ſecutus Veſtigia, confudit, dum Marpurgenſi adſcripſit *Exercitationes in Cl. Galeni Libros VI. de Locis Affectis Semeioticas*, Helmſtadii A. 1620. in 4to excuſas, quas Medico Acad. Juliæ deberi, &

Locus

(21.) V. de illo Melchioris Adami *Vitas JCt. Germ.* p. 341-347.

Locus impressionis probabiliter ostendit, & Henr. Conringius (*in Introd. ad Art. Med. c. 6., §. 2. p. 127.*) certo confirmat.

CXLII. Coævi pariter atque Cognomines, sub initium hujus Seculi, fuere duo JOHANNES VVOUWERII, a Scriptoribus plurimis, etiam Eruditioribus, confusi. Hos inter, JOHANNES VVOUWERIUS, Antwerpianus, Justi Lipsii Discipulus atque Amicus Intimus, Equ. Aur. Regisque Hispaniæ Ærarii, ac Senatus Bellici, in Belgio, Assessor, V. Kal. Jun. An. 1576. natus, & d. 23. Sept. A. 1635. (æt. 58.) denatus, *Assertione Donarii Lipsiani*, *Panegyrico ad Belgii Principes*, aliisque Scriptis minoris momenti, inclaruit, de quibus Val. Andr. Desselius (*in Biblioth. Belg. p. 587.*) Franc. Sweertius (*in Athenis Belgicis p. 487. 488.*) & Aub. Miræus (*P. II. Biblioth. Eccles. p. 246.*) sunt consulendi. Conferri etiam de illo possunt Justi Lipsii XX., & Erycii Puteani X. ad eum Epistolæ, in harum Syntagmatis obviæ. Superavit hunc, & Doctrina, & Fama Posthuma, & Scriptorum Numero atque Pondere, Agnatus ipsius, JOHANNES WOUWERIUS nostras, ex eadem quidem cum illo Familia Belgica Equestri oriundus, sed Hamburgi, VI. Id. Mart. A. 1574. Patre Nicolao, Johannis, Episcopi, Antwerpiensis Vicarii, Filio, ob Religionem Exule, in lucem editus, Ennonis initio, Ostfrisiæ Comitis, deinde vero Joh. Adolphi, Ducis Holsatici, Consil. Intimus, ac Præfectus Gottorpiensis, (neutiquam vero Protecclesiastes Aulicus, uti

a Ce-

Digitized by Google

a Celeb. Tenzelio (22.) vel Cancellarius, uti a Conſultiſſ. Sam. Reyhero (23.) ſalutatur) 3. Kal. Apr. A. 1612. (æt. 38.) defunctus. De cujus Vita, Scriptis, Meritis in Literas, Virtutibus, ac Vitiis, cum in *Cimbria Literata* fuſe ſimus commentaturi, & nonnulla jam *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbr.* (24.) attulerimus, ſilere hic præſtat, quam pauca, pro Inſtituti Ratione, dicere. Belle illos diſtinxit Juſtus Lipſius, Communis utriusque Amicus, in Epiſtola ad Antwerpienſem, A. 1599. exarata (25.) Hamburgenſem hoc ornans Elegio: *Janus Woverius, Cognominis tuus, ſi non Gentilis, quam bona tecum Fœderatio? Optimum par, nec vel Dii dederint magis ex uſu, aut voto. Modeſtiam & Probitatem in eo Adoleſcente ſemper amavi, &, ut vidi primum (Hamburgi id fuit, ante Annos novem,) una laudatum illam indolem ivi. Vivat, creſcat, & Lampada a nobis, in hoc Curſu jam feſſis, accipiat, me libenter & judicio tradente.* Diſtinxerunt etiam ſatis accurate, ſed conſilio longe alio, Compilatores *Indicis Librorum Prohibitorum & Expurgandorum Hiſpanici*, Madriti A. 1667. Philippi IV. Auſpiciis, ab Antonio Sotomajore, Inquiſitore Generali, editi, qui *p.* 658. Johannem VVowerium, Antwerpienſem, vocant *Scriptorem Pium & Catholicum*, Hamburgenſem vero, *Autorem damnatum, & multis Hæreti-*

cis

(22.) *in Dial. Vernac. Menſtr. M. Jan. A.* 1692. *p.* 53.
(23.) *in Matheſi Regia c.* 2. *p.* 28-32.
(24.) *P. I. c.* 12. §. 6. *p.* 186. 187. 188. & *P. II. c.* 8. §. 3. *p.* 209. 210.
(25.) *Cent. I. Epp. ad Belgas, n.* 41.

cis Familiarem, ac complura, ex ejus *Epistolis*, *Tractatu de Polymathia*, Scriptisque aliis, jubent expungi. Haud parem, in aliis Scriptoribus quamplurimis, alterutrius mentionem injicientibus, observes accurationem. Andream Schottum, qui, (*in Notis ad Procli Chrestgmathiam p. 15. & ad Procli Chrestomathiam p. 15. & ad Zenobii Cent. III. Proverb. Græc. n. 64. p. 68.*) Hamburgensis *de Polymathia Tractationem* Joh. VVouwerio, Belgæ, adscripsit, Virgula, jam ante me, notarunt Censoria Joh. Jonsius (*L. 2. de Scr. Hist. Philos. c. 17. p. 205.*) Paulus Colomesius (*in κειμηλίοις Literariis c. 2.*) Jac. Thomasius (*in Prolegom. Polymathiæ Wouvverianæ*) & D. G. MORHOFIUS (*in Polyhist. Lit. L. 1. c. 1. p. 7.*) Versatur in eodem Errore Nicol. Antonius, qui, *in Bibliotheca Extero-Hispana*, Hispanicæ subjuncta (*P. III. p. 361.*) Ludovicum Wouwerium, Antvverpiensis Filium, Juvenem præcocis ingenii, morte immatura, MAdriti, A. 1624. (æt. 16.) exstinctum, celebrans, Parentem hujus *Tractatus de Polymathia* perhibet fuisse Autorem. Pari 'Αβλεψίᾳ Aub. MIræus (*P. II. Biblioth. Eccles. p. 246.*) Hamburgensis *Centurias Epistolarum*, & MICH. Piccartus (*in Periculo Critico, Biblioth. Francof. p. 483.*) & Martin. Hankius (*in Ind. Vto Libri I. de R. Rom. Scriptoribus* MONUMENTA utriusque Literaria ad Unum eundemque Autorem referunt. Gemino Errori Homonymia implicuit Joh. MATTHÆUM Wacherum, Rudolphi II. Imp. Consiliarium, qui, in Literis ad Hamburgensem, Praga, M. APR. A. 1601. missis

miſſis (26.) & Ad. Olearium, qui in *Panegyrico*, ejusdem conſecrato memoriæ, ac Kilonii An. 1667. edito (*Lit. G. 2. a. L. 1. b. L. 2. a.*) Juſti Lipſii Epiſtolas ad Antwerpienſem, in Hiſpaniam, ablegatas, ad Hamburgenſem (qui iſtam nunquam vidit) eſſe exaratas, ejusque comple-cti laudes, falſo, & ſibi, & aliis, perſuaſerunt.

CXLIII. Hieronymum Zanchium, Alzano (Vallis in Ditione Veneta Serianæ Oppido) Italum, Theologum Academiarum Argentinenſis, Heidelbergenſis ac Neoſtadianæ, Reformatum, d. 19. Nov. A. 1590. (æt. 75.) Heidelbergæ mortuum (27.) cum Hieronymo Zancho, Bergomate, JCto (cujus *Repetitio* §. *cum ita L. Hæredes mei ad Trebell.* Brixiæ A. 1560. *in fol.* prodiit,) confundunt Joſ. Simlerus, qui (*in Biblioth. p.* 299.) Theologum vocat Bergomatem, & Joh. Andr. Quenſtedius, qui (*in Dial. de Patr. Vir. Illuſtr. p.* 276. 302.) duos, ex unico hoc fabricatur Doctores atque Scriptores Calvinianos, Alzanenſem alterum, alterum autem Bergomatem, a JCto, quem mox ſubjungit, diverſum.

CXLIV. Abr. Calovius, qui, *in Leſſu Haberkorniano*, A. 1676. edito, ſive Theologorum Eccleſiæ Lutheranæ modernorum Indice (e quo tamen haud pauci, inſignibus in illam Meritis illuſtres, ob προσωποληψίαν Autoris Sacram, exulant,)

(26.) V. *Epiſtolas Clarorum Virorum ad J. Wovverium, duabus Wovverianarum Centuriis ſubjunctas, num.* 4. *p.* 409.

(27.) V. de illo Melch. Adami *Vitas Theologorum Exterorum p.* 148-153.

lant,) CHRISTOPHORUM ZELLERUM, Th. D. Aulæ Würtembergicæ Protecclesiasten, & Consistorii Stutgardiani Præsidem, A. 1669. defunctum, MARTINUM vocat, confundere illum videtur cum MARTINO ZEILERO, Not. Publ. ac Cive Ulmensi Literato, A. 1661. mortuo, cujus plurima exstant Scripta Historica ac Geographica, imprimis Vernacula, in quibus tamen majorem sæpe accurationem merito desideres.

CXLV. Tres THEODOROS, qui, in Acad. Basileensi, hoc atque superiori Seculo, inclaruere, ZWINGEROS, *P. I. c.* 3. §. 20. & *c.* 4. §. 8. jam distinximus ac celebravimus. A quorum ultimo, Scholæ istius haud ita pridem Rhetore, an diversus sit THEOD. ZWINGERUS, Med. D. & in eadem Professor, Academiæque Naturæ Curiosorum Collega, cujus *Observationes Decuriæ Ephemeridum* hujus *Secundæ Anni* II., VI. IX. & X. exhibent, nondum mihi est exploratum. Primum illorum, Professorem Medicum, An. 1588. defunctum, cum Secundo, S. Lit. Interprete, An. 1654. denato, confundit Guilh. Crowæus, *in Elencho Interpretum S. Script. p.* 329. Posteriorem, Prioris Nepotem, & Jacobi Filium, A. 1588. obiisse, ac, præter *Comm. in Ep. ad Rom.* (recte ipsi tributum,) ingens illud *Vitæ Humanæ Theatrum*, ac *Psalmorum Davidicorum Analysin*, A. 1591. excusam, concinnasse perhibens. Natus enim is nondum erat, cum duo ista Opera, ab Avo, vero illorum Autore, publicarentur.

CXLVI. Finis tandem aliquando imponen-

dus eſt prolixo Exemplorum Confuſionis Scriptorum Cognominum, Veterum pariter atque Recentiorum, Catalogo, hactenus exhibito, e quo, & quam facile, præſertim ab imperitioribus, ad Scopulum hunc Literarium impingatur, & quam imperfecta atque manca ſit Humana, etiam Doctiſſimorum, in Elegantioribus iſtis ſtudiis, πολυϊστορία, abunde, ni fallor, perſpici potuit. Ne quis autem exiſtimet, me in aliorum ſolum lapſibus acutum cernere, iisque inſultare, ad proprios autem Errores oculis inunctis connivere, Caput hoc mei ejusdem generis παρόραμα]ος, nuper obſervati, claudam indicio. Inſimulatus ſcilicet a me eſt, *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbr.* (*P. I. c.* 6. §. 19. *p.* 94.) Degoreus Whear, Hiſtoriarum Prælector in Acad. Oxonienſi Cambdenianus, quod, *in Relectionibus de Methodo legendi Hiſtorias Hyemalibus, P. I. Sect.* 40. *p.* 252. 253. ALBERTUM KRANTZIUM ab ALBERTO MAGNO, Epiſcopo Ratisbonenſi, non eſſe diverſum, ſibi perſuaſerit. At nihil tale, cum forte fortuna Locum iſtum, de *Metropoli* agentem Krantziana, nuper denuo evolverem, iſtic offendi, in Analectis autem meis de Krantzio, ante annos complures congeſtis, eundem, Nomine *Alberti Krantzii* in *Albertum Magnum* perperam mutato, a Calamo meo ipſius, aliud agentis, & Caroli M. in Linea ſequente decepti mentione, minus accurate deſcriptum eſſe, præ nimia feſtinatione, obſervavi. Collectanea hæc mea, Libro haud iterum in-

inſpecto, incaute me eſſe ſecutum, cum Virum Doctiſſimum ἀβλεψίας iſtius inſimularem, candide jam & ingenue, a nemine alio monitus, profiteor, ac Errorem, cujus ipſum falſo egi reum, mihi ipſi, ac Calamo meo Feſtinabundo, Animoque aliis diſtracto Cogitationibus, in poſterum, a Lectoribus *Iſagoges*, imputari cupio. Si plures alii iſtiusmodi Lapſus meos detegent, pari eos ingenuitate publice agnoſcere & retractare nunquam pigrabor aut erubeſcam.

CAPUT VIII.

Ἀνακεφαλαίωσιν exhibens, ſive Recenſum Compendiarium Errorum Præcipuorum, quos Homonymia in Hiſtoriam Literariam invexit.

§. I.

ANtequam Sectioni huic Finem imponamus, in Gratiam Lectorum, ut eo facilius, quam Fœcunda Errorem non unius generis, in Hiſtoria Literaria, Genitrix Homonymia fuerit, perſpiciant, illos, quorum Exempla, VII. hactenus Capitibus exhibita ſunt quamplurima, in Claſſes certas digeſtos, uno quaſi ſiſtemus obtutui, Locis, unde iſtorum Specimina repeti poſſint, adjectis.

II. Oſtenſum igitur eſt hactenus, & Exemplis haud paucis confirmatum, Homonymiam:

α. Scriptorum, iisdem gaviſorum Nominibus, Numerum ſæpius reddidiſſe, vel incertum, vel controverſum. V. *Cap.* 1. §. 8. & 23. *C.* 2. §. 16. 17. 20. *C.* 4. §. 70. &c.

β. Cauſam exſtitiſſe Parachronismorum Ingentium, quibus confuſi ſunt Scriptores, a ſe invicem ſejuncti Annis Centenis (*V. C.* 2. §. 7. *c.* 3. §. 35. *c.* 4. §. 35. *c.* 5. §. 36. 48. *c.* 6. §. 1. 5. 44. 57. 104. *c.* 7. §. 53. 75. 124.) CXXV. (*V. c.* 3. §. 19.) CL. (*V. Cap.* 6. §. 16. 61. 92. 94.) CC. (*V. Cap.* 2. §. 3. *c.* 4. §. 56. *Cap.* 5. §. 20. 42. 43. 51. 53. 68. 76. *c.* 6. §. 3. 37. 43. 45. 48. 63. 84.) CCC. (*V. Cap. I.* §. 18. *c.* 4. §. 7. *c.* 5. §. 47. 51. *c.* 6. §. 11. 40.) CCCL. (*V. Cap.* 4. §. 42. *c.* 6. §. 86.) CCCC. (*V. Cap.* 3. §. 40. *c.* 4. §. 41. 49. *c.* 5. §. 4. 7. 63. *c.* 6. §. 12. 74. 88. 89.) CCCCL. (*V. Cap.* 4. §. 24. *c.* 6. §. 44.) D. (*V. Cap.* 5. §. 18. 30. 31.) DL. (*V. Cap.* 7. §. 2.) DC. (*V. Cap.* 2. §. 6. 12. *c.* 5. §. 25. 52.) DCL. (*V. Cap.* 6. §. 56.) DCC. (*V. Cap.* 5. §. 39. 41.) DCCC. (*V. Cap.* 1. §. 27.) DCCCL. (*V. Cap.* 1. §. 4. *Cap.* 6. §. 24.) DCCCC. (*V. Cap.* 5. §. 7.) M. (*V. Cap.* 5. §. 33. *c.* 6. §. 52. MC. (*V. Cap.* 3. §. 5. *c.* 5. §. 1. 69. *c.* 6. §. 76.) MD. (*V. Cap.* 1. §. 17.) MDCC. (*V. c.* 3. §. 46.) imo MM. (*V. Cap.* 2. §. 16.

III. Oſtenſum eſt, ob eandem Homonymiam, confuſos ſæpe eſſe:

α. Patres cum Filiis, Avos ac Patruos cum Nepotibus, Cognatos cum Cognatis. V. *Cap.* 3. §. 53. 56. *C.* 4. §. 9. 22. 27. 31. 33. 51. 54. 64. *Cap.* 5. §. 5. 80. *C.* 6. §. 23. 33. 78. *Cap.* 7. §. 3.

4. 7.

4. 7. 21. 24. 26. 47. 50. 58. 65. 67. 68. 72. 76. 80. 83. 85. 95. 100. 102. 103. 105. 108. 111. 113. 114. 115. 116. 117. 119. 122. 123. 125. 126. 127. 128. 129. 132. 133. 135. 137. 140. 142. 145.

β. Scriptores Judæos cum Ethnicis. V. *Cap*. 1. §. 18. *Cap*. 2. §. 1.

γ. Judæos cum Christianis. V. *Cap*. 1. §. 4.

δ. Ethnicos cum Christianis. V. *Cap*. 2. §. 16. *c*. 3. §. 58. 78. *c*. 4. §. 9. 21. 32. 37. 42. 49. 56. *c*. 5. §. 19. 60. 69. 76. *c*. 6. §. 27. 95.

ε. Diversarum Orbis Christiani Sectarum Scriptores. V. *cap*. 7. §. 71. *&c*.

ζ. Scriptores Hebræos cum Græcis. V. *cap*. 2. §. 4. *&* 7.

η. Græcos cum Latinis. V. *cap*. 4. §. 32. *cap*. 5. §. 22. 28. 51. 61. *&c*.

θ. Theologos cum JCtis ac Medicis, & vice versa. V. *Cap*. 6. §. 95. *c*. 7. §. 48. 84. 94. 104. 145. *&c*.

ι. JCtum cum Musico. V. *c*. 7. §. 120.

κ. Scriptores Veros, ac ψευδωνύμους, illorum Nominibus abusos. V. *Cap*. 7. §. 54. *&* 134.

λ. Mulieres etiam Eruditas, ac Scriptis Celebres. V. *cap*. 1. §. 17. 26. *cap*. 2. §. 20. *c*. 3. §. 70. *c*. 5. §. 25. *c*. 6. §. 24. 54. *c*. 7. §. 97.

μ. Imperatores Eruditos. V. *c*. 3. §. 41. *cap*. 5. §. 16. 75.

ν. Sacros etiam Scriptores, Prophetas & Apostolos. cum aliis. V. totum *Cap*. 1.

ξ. Angelos cum Hominibus. V. *cap*. 1. §. 15.

ε. Homines cum Deastris Ethnicis, & hos inter se. V. *cap.* 1. §. 26. *cap.* 2. §. 10. & 19.

IV. Ostensum est, ob Confusionem τῶν ὁμωνύμων, afficta multis esse:

α. Falsa Nomina V. *cap.* 4. §. 11. 58. *c.* 6. §. 27. 35. 51. 63. 65. 72. *cap.* 7. §. 6. 8. 30. 33. 74. 92. 144. &c.

β. Falsa Loca Natalia, aut etiam, quod Homero contigit, longe plurima, æque incerta. V. *cap.* 2. §. 20. *c.* 3. §. 37. *c.* 4. §. 42. *c.* 6. §. 85. *c.* 7. §. 3. 50. 77. 79. 86. 102. 141. 143.

γ. Vitæ alienæ Historiam plane falsam atque erroneam. V. *Cap.* 3. §. 20. *c.* 6. §. 29. 72. *C.* 7. §. 22.

δ. Falsa Officia, Dignitatesque Sacras ac Profanas, in iis etiam sæpe Locis, quæ nunquam viderunt. V. *cap.* 1. §. 7. 21. *c.* 3. §. 22. *c.* 4. §. 7. *c.* 5. §. 20. 39. *c.* 6. §. 11. 13. 27. 60. 102. *c.* 7. §. 24. 55. 60. 91. Conf. de Regia Dignitate Jobo exigua Certitudine, Cl. Ptolomæo autem falso, tributa, *c.* 1. §. 9. *c.* 3. §. 60.

ε. Varios Vitæ Actus, ad alios Cognomines potius referendos, V. *Cap.* 1. §. 23. *c.* 3. §. 19. *c.* 4. §. 64. & 22. *c.* 5. §. 60.

ζ. Religionem, quam nunquam sunt professi, aut Apostasiam ab illa, cui adhæserunt. V. *cap.* 3. §. 56. *c.* 4. §. 53. *c.* 7. §. 31.

η. Peritiam Artis, plane ipsis incognitæ. V. *c.* 6. §. 83.

θ. Loca Mortis & Sepulturæ falsa. V. *cap.* 1. §. 23. 27. *c.* 7. §. 3. &c.

ι. Falsa

Digitized by Google

ι. Falsa ætatis ac Mortis Tempora. V. *cap.* 6. §. 66. 104. *cap.* 7. §. 3. 9. 18. 66. 145. *&c.* Conf. de illis, quorum Ætatem Homonymia incertam reddidit, *c.* 5. §. 67. *c.* 6. §. 6.

κ. Ossa atque Reliquias falsas ac alienas. V. *c.* 1. §. 11. 27. *c.* 4. §. 36.

λ. Imagines falsas ac alienas. V. *cap.* 1. §. 4. *c.* 7. §. 129.

V. Ostensum est, compluribus, ob neglectam τῶν ὁμωνύμων distinctionem, perperam attribui:

α. Donum Prophetiæ. V. *c.* 1. §. 21.

β. Apostolatus & Conversiones Gentium, nunquam Visarum, V. *cap.* 1. §. 27. *c.* 5. §. 18. 20. 52. *c.* 6. §. 80.

γ. Martyria. V. *cap.* 1. §. 4. 29. *c.* 4. §. 53. *c.* 6. §. 88.

δ. Locum inter Sanctos, etsi Hæretici fuerint. V. *c.* 1. §. 27. *c.* 5. §. 32.

ε. Elogia, aliis destinata. V. *cap.* 5. §. 1. *c.* 7. §. 68. 142.

VI. Ostensum est, eandem ob causam, compluribus affingi:

α. Vitia Aliena. V. *cap.* 6. §. 2.

β. Hæreses, Schismata, & Heterodoxias. V. *Cap.* 1. §. 20. *c.* 5. §. 27. 60. 76. *c.* 6. §. 52. 83. 102. 105. *c.* 7. §. 19. 79.

γ. Scripta ac Dogmata, suis ipsorum Hypothesibus contraria. V. *cap.* 3. §. 61. *c.* 5. §. 10. 23. 33. *c.* 6. §. 52. 81.

δ. Styli Barbariem, &, in Scriptis diversis, dissimilitudinem. V. *cap.* 6. §. 16.

ε. Magiæ Illicitæ Crimen. V. *c.* 2. §. 17. *c.* 6. §. 29. 83. *c.* 7. §. 107.

ζ. Atheismum. V. *cap.* 7. §. 5.

η. Convitia, & Censuras asperiores, Cognominibus aliis, vel debitas, vel destinatas, V. *cap.* 6. §. 53. *c.* 7. §. 89. 110.

VII. Ostensum est, & in singulis quidem Capitum singulorum Paragraphis, ob Confusionem τῶν ὁμωνύμων, multis vel falso esse attributa, vel plane supposita, Scripta Aliena, ætate ipsorum, vel anteriora, vel posteriora, nec Vitæ aut Doctrinæ generi satis congrua; propria contra sæpe, & interdum quidem malitiose ac fraudulenter, a Sectarum imprimis Christianarum Hyperaspistis, ne suis obessent Hypothesibus Sacris, abjudicata, & aliis Cognominibus temere afficta. Quod Fatum etiam quosdam S. Codicis Libros effugere haud potuisse, quorum Canonica Autoritas, hanc ob causam, in dubium est vocata, varia *Capitis I.* Themata demonstrant. V. §. 12. 13. 14. 22. *&c.* Multorum, qui Ævo Antiquiore sunt scripti & partim supersunt, Librorum Autores Homonymia ita reddidit incertos, ut hodie, a Criticis, vel nulli certo possint vindicari, vel diversis, pari probabilitate, attribuantur. V. *cap. I.* §. 9. *c.* 2. §. 20. *c.* 3. §. 28. 32. 47. 64. 66. 74. 79. *c.* 4. §. 1. 17. 25. 38. 61. 70. *c.* 5. §. 3. 8. 13. 21. 33. 35. 38. 46. 49. 52. 58. 79. *c.* 6. §. 19. 44. 56. 89. 92. 97.

VIII. Ostensum tandem est, Homonymiam C. Helvio Cinnæ, Poetæ Romano, Mortis, qua inno-

innocens periit, Violentæ Causam exstitisse, M. Terentio Varroni autem, Plebis Tribuno, similis fati ac Periculi metum injecisse. V. *Cap.* 4. §. 18. & 69. Imo, si *Dialogis*, qui Gregorii M. Nomine superbiunt, fides aliqua debetur, ipsa etiam Mors Naturalis, circa Homonymos, interdum errat, & horum unum, alterius loco, e Vita hac abripit. *Libro* enim horum *IVto*, *cap.* 36. narratur, *Virum Illustrem*, *Stephanum*, Constantinopoli obiisse, sed, cum Judici Inferorum sisteretur, hujus jussu, quod adduci, non illum, sed *Stephanum Ferrarium*, in vicinia ejus habitantem, voluisset, Vitæ esse restitutum, hunc autem confestim rebus humanis Exemptum. Sed Nugæ hæ sunt mendaces, in Ministram Numinis, non minus ἀναμάρτητον, quam ἀπροσωπόληπτον, injuriæ, ac merito proinde, in Locum *Sectionis* hujus ultimum, a nobis rejectæ.

(o)

Digitized by Google

SCHEDIASMATIS HISTORICO-PHILOLOGICI DE SCRIPTORIBUS HOMONYMIS

SECTIO III.

Modos Distinctionis illorum Varios proponens,
Et Exemplis illustrans.

CAPUT I.

De Modis Tribus Prioribus.

§. I.

QUanta sit Distinctionis æquivocorum Necessitas, nemo nisi Artis Logicæ imperitus, & Rationis sanæ, cui ista inservit, usu vero destitutus, ignorat. Vere enim omnino Canon ille Dialecticus πολυθρύλλητος inculcat: *Æquivocum, quamdiu manet Æquivocum, nec distinguitur, nullam certam de se parere Scientiam, aut Consequentiam, in nullo esse Prædicamento, nec definiri aut dividi posse.* Certitudinem Axiomatis hujus ἀναντίῤῥητον, & reliquæ Scientiæ omnes agno-

gnoſcunt, & Hiſtoria, circa quam occupati jam ſumus, Literaria confirmat. Hujus enim Amaſii ac Studioſi, nec Scriptoris ullius plenam ſibi atque accuratam parare poſſunt Cognitionem, nec alios de eodem rite, ſive Voce Viva, ſive Scriptis, edocere, niſi ab Homonymis, ſaltem Celebrioribus, ſollicite illum prius diſtinxerint, atque ita Confuſionem cum iſtis facillimam, Erroresque plurimos, hujus Pediſſequos, præcaverint.

II. Varios Diſtinctionis hujus modos eadem Hiſtoria Literaria nobis ſuppeditat, *Sectione* hac *Tertia* a nobis recenſendos, & Exemplis neceſſariis, partim brevius, partim fuſius, illuſtrandos. Horum Primus, quo Scripto quis peculiari alios, eodem ſecum nomine gaudentes, prolixioris ſingulorum Deſcriptionis Hiſtoricæ Ope, a ſe diſtinguit, operoſior quidem eſt, ſed a *Marco* tamen Terentio Varrone, Plebis Romanæ Tribuno, A. U. C. 710. cum duo ſibi Cognomines, M. ſc. Terentius Varro, Romanorum omnium Eruditiſſimus, & M. Terentius Varro Lucullus, a Triumviris, eſſent proſcripti, metu Mortis Vicariæ, ne idem cum C. Helvio Cinna, loco Cornelii Cinnæ, Anno præcedente 709. occiſo, incurreret periculum, uſurpatus. V. quæ, hanc in rem, *Parte II.*, *c.* 4. §. 69. jam attulimus. Comes huic jungi poſſe videtur Caſp. Sagittarius, Th. D. & Hiſt. PP. Jenenſis, qui, cum haud ita pridem, confuſum ſe eſſe a Theod. Janſonio, cum Patrueli ſuo, Joh. Chriſtfrido Sagittario, ad-

advertiſſet, peculiari ad illum, *de Genealogia Sagittariana, Diſſertatione Epiſtolica*, A. 1694. paucis ante obitum menſibus; edita, nobisque transmiſſa, ſe, & ab hoc, & a reliquis Gentilibus Eruditis, ſollicite diſtinxit, ſicut itidem, *Parte II. c.* 7. §. 114. jam eſt monitum. Plura ſuggeret Exempla Index Autorum, de ejusdem, ſive Prænominis, ſive Cognominis, Scriptoribus & Viris Eruditis, ex profeſſo commentatorum, quem *Parti* ſive *Sectioni IVta* reſervamus.

III. Alter Modus, quo Homonymi commode diſtingui poſſunt, Additamenta, hunc in finem, adhibet Nominum ac Cognominum Patronymica, quibus Judæi, Syri, Arabes, aliique Populi Orientales, & jam olim ſunt delectati, & etiamnum utuntur. Apud Veteres etiam Scriptores Græcos frequenter illa, diſtinctionis gratia, Nominibus Propriis adjici obſerves, licet in Sermone quotidiano ac Vulgari, haud ita crebro forſitan, a Gente iſta ſint uſurpata. Inter Modernos Europæ Populos, Boreales, Dani ſc. & Sueci, & ex Cimbris etiam, Belgis, ac Friſiis, complures, præ cœteris ea adamant, Parentumque Prænomina ſuis Prænominibus & Cognominibus, more laudabili, & a Majoribus accepto, plerumque, vel ſubjungunt, vel interſerunt. Exempla coacervare haud opus eſt, quæ ſi quis deſideret, Copia illorum ingenti, Erasmus Vindingius, Alb. Bartholinus & Joh. Schefferus, Scriptorum Danorum ac Suecorum Nomenclatores, Votis ipſius ſatisfacient.

IV. Mo-

IV. Modus Homonymos Scriptores distinguendi Tertius, Numerorum ad Nomina adjectione, Imperatoribus, Regibus, Principibusque, imo & Romanis Pontificibus, familiari, absolvitur, ac a nobis, *in Cimbria Literata*, adhibetur. Delectatus est eodem, Seculo Superiori, PETRUS LOTICHIUS Solitaria Hassus, Med. D. & PP. ab An. 1557. ad Emortualem 1560., Heidelbergensis, Poeta nulli coævorum, imo nec ætate sua posteriorum, secundus, qui, ut a Patruo, Petro Lotichio, Cœnobii Solitariensis Antistite, sese discerneret, adolescens admodum SECUNDI adscivit Agnomen, & eo deinde, per omnem Vitam, est usus. V. Joh. Hagii *Historiam Vitæ ipsius*, *Poematis* ejus adjectam, *p. m.* 412. Eleganter ad Agnomen istud allusit Dan. Heinsius, in Tetrasticho hoc, quod Johan. Pet. Lotichii, Medici Hassiaci, Agnati ipsius, *Consiliis Medicis*, Ulmæ A. 1644. excusis, est præfixum:

Primus, quem tulerat quondam Germania, Vates,
Lotichius, sola voce Secundus erat.
Alter Lotichius, post hunc, Germania, Vates,
Et merito nunc, & voce, Secundus erit.

Non dubito autem, Institutum hoc Lotichii imitatum esse Popularem ejus, JOHANNEM LORICHIUM SECUNDUM, Marpurgensem, Reinhardi Lorichii, Professoris Academiæ istius, Filium, JCtum, & Wilhelmi, Arausionensium Principis, Consiliarium, An. 1570. in Galliis globo bombardæ ferali trajectum, idemque Agnomen, ut vel ab Avo, Præfecto Arcis, in

in Comitatu Naſſovico, Hadamarienſis, vel a Patrueli, J. U. D. & Epiſcopi Friſingenſis Cancellario, quibuscum commune ipſi fuit, & Prænomen, & Cognomen, diſtingui poſſet, adoptaſſe, licet in Phil. Loniceri, aliorumque Scriptis, in Obitum ejus, Funebribus, Francofurti An. 1571. impreſſis, nulla hujus rei Occurrat Mentio. Referri etiam huc poſſunt Agnomina *Majoris* & *Minoris*, *Senioris* & *Junioris*, quibus Catones, Scipiones duos Jacobos Apoſtolos, aliosque Homonymos, quorum Numerus Binarium non excedit, commode diſtinguere, Veterum exemplo, ſolemus.

CAPUT II.

De Modo Diſtinctionis Homonymorum Quarto, Metonomaſia ſcilicet, ſive Nominum Mutatione.

§. I.

MEtonomaſiæ huic diutius, quam Modis Homonymos diſtinguendi cœteris, *Capite* memoratis præcedenti, immorabimur, & prolixiorem paulo, ob Materiæ, & Dignitatem, & Amplitudinem, ei deſtinabimus παρέκβασιν. Commentatus de illa jam olim eſt Nicanor, Hermiæ Filius, Grammaticus Alexandrinus, Hadriano Imperatori coævus, de quo Suidas & Joſ. Simlerus

rius sunt consulendi. Sed ejus Laborem Injuria Temporum priscorum Seculo nostro invidit. Nobis adjumento fuere, tum M. Ant. Majoragii, Prof. Mediolanensis, *Oratio X.* pro facta a se Nominis Mutatione Apologetica, tum imprimis Adriani Baileti, Bibliothecæ Lamoignianæ Parisiensis Præfecti, Viri Doctissimi, Tractatus de Autoribus, sub Nominibus alienis, fictitiisque latentibus (*des Auteurs Deguisez sous des Noms Etrangers, Empruntez, supposez &c.*) Gallicus Quadripartitus, Parisiis An. 1690. editus, *Parte II.* varias τῆς μετονομασίας causas solerter indagans, easque, uti & diversas ejusdem Species, *Parte III.* in Classes certas, ordine concinno, digerens. Hoc ejus Libro, cujus elegantem Actorum Orbis Eruditi Lipsiensium Collectores (*T. II. Supplementorum, Sect. IV. & V.* exhibuere Recensum, subinde etiam a nobis in Consilium adhibitum, ita utemur, ut, quæ accuratius ille est persecutus, utut nobis haud pauca istorum, antequam is in manus nostras perveniret, itidem fuerint observata, breviter tantum delibemus, & nostris ubique Spicilegiis ab ipso omissorum, satis uberibus, adaugeamus, Ordinem, quem ille neglexit, secuturi Chronologico-Alphabeticum. Non moramur autem, quos ille his, qui Nomen vere mutarunt, ubique Instituto haud admodum laudabili, immiscuit, Scriptores Pseudonymos, Nomine Fictitio, in Libro tantum uno vel altero, delectatos, vero autem, a Parentibus indito, in toto Vitæ

Vitæ curſu, uſos. Hos enim ſeorſim recenſeri, uti a Vinc. Placcio, & aliis, jampridem eſt factum, præſtitiſſet. Miramur etiam, omiſſam eſſe a Baileto, in Cauſarum Μετονομασίας Recenſu, Diſtinctionem ab aliis ὁμωνύμοις, quæ nobis de illa *h. l.* diſſerendi ſuppeditat occaſionem. Non enim eam prætereundam fuiſſe, vel ſolum Popularis ſui, JOHANNIS PAPYRII MASSONI, Seguſiani, Hiſtoriographi Gallici, & Cauſarum Forenſium, in Regia, atque Senatu Pariſienſi, in Regia, atque Senatu Pariſienſi, ad An. usque Fatalem 1611. Patroni, Exemplum commonefacere Virum Doctiſſimum potuiſſet. Is, teſte Jac. Aug. Thuano, Hiſtoricorum Patriæ Celeberrimo, (*in Vita ejus,*) Nomini *Johannis*, quod ſolum initio, ſed cum Fratre commune, habebat, ut ambiguitatem tolleret, alterum *Papyrii* adjecit, &, a Franc. Hotomanno, JCto (*in Defenſione FrancoGalliæ ſuæ, adverſus Ant. Matharelli Reſponſionem,* Maſſoni Judicio præfixo commendatam,) ob Nominis hujus, inter Chriſtianos nusquam uſurpati, inſolentiam reprehenſus, Scripto contrario Crimen hoc diluit, *innocentique Mutationem Nominis minime eſſe periculoſam, in reo autem majeſtatis Exilio, Carcere, Proſcriptione, Incendio, & pœna graviori, dignam,* oſtendit.

II. Thuanæa hæc de Maſſono Narratio, ne plane intactam relinquamus Quæſtionem inter Eruditos Controverſiam: *An Mutatio Nominis ſit licita?* nos admonet. Inter Theologos, non pauci

pauci vehementer in illam invehuntur, & tanquam Homine Christiano indignam, abominantur. E Lutheranis, Joh. Conradus Danhauerus (*in Mysteriosoph. Sect. II. Art. I. p.* 251. 252. 253.) hisce Verbis τῶν ὁμοφύλων ea de re Sententiam exponit: *An Nominis, in Circumcisione vel Baptismo inditi, Mutatio, conjuncta cum Prioris deletione, & humanitus facta, licita sit fueritve, id quæritur. Respondemus negando, quia hujusmodi Mutatio est* 1. *Apostatica, ac Signum Defectionis a Christo ad Antichristum. Servus, cum Nomen, a Domino impositum, deponit, hoc ipso Domino renunciat. ---- Transnominatio a Nomine Baptismali, ad Nomen Religionis superstitiosa, signum est abjecti Voti Baptismalis;* 2. *Superba & Fastuosa, plena persuasionis de majore perfectione Status Religiosi præ Christiano;* 3. Κακόζηλος, *profecta ex Gentilismo;* 4. *Impia in Parentes, quorum Jus hoc ipso declinant Juvenculi Monachi, cum, in professione, Nomen Vetus, a Parentibus inditum, amittunt, ut a Superstitione novum accipiant.* Danhaueri Vestigiis presse insistit Elias Vejelius, Auditor ejus γνήσιος, & Antistes Ecclesiæ Ulmensis Doctissimus, qui, in *Consideratione Anabaptismi Monachalis*, A. 1670. edita, §. 30. & 34. nomina sua immutantes *in Jus Dei*, censet, *involare, &, dum Nomini Baptismali renunciant, ipsi etiam professioni Baptismali ac Religioni & Fidei Primæ, nuncium mittere.* E Reformatis, Rich. Montacutius, Episcopus in Anglia Norvicensis, Vejelio (a quo §. 33. allegatur) ὁμόψηφος, ita *T. I. Origg. Eccl. p.* 108. scri-

bit: *Mutare licet Nomen, aſſumendo aliud: mutare non licet Nomen, derelinquendo illud, quod inditum fuerat in Baptiſmo. Hoc eſt enim Baptiſma, & Profesſionem, quodammodo deſerere, abjurare, & in aliam familiam, clientelam, ac Vitæ Rationem, transire. Sunt enim Nomina Signa, Characteres, Notæ, κ̀ ὑπομνήματα, ſigna Dominii & Clientelæ, ab eo ſemper impoſita, qui jus & Titulum in rem nominatim acquiſierat. ---- Si quis Nomen Baptiſmale, Signum Fœderis, Characterem Imaginis tunc impreſſæ, Notam Profesſionis, & ὑπόμνημα multorum Beneficiorum, abjiciat, quantum in ipſo eſt, baptiſma irritum feciſſe, & eidem abrenunciaſſe, videtur.* Eadem Sententia, inter Doctores Galliæ Pontificios, Hyperaſpiſten nacta eſt Michaelem Marollium, Abbatem Villalupenſem, ab Adr. Baileto (*P. I. c. 5. p. 51.*) citatum quidem, ſed rigoris nimii, una cum Montacutio, inſimulatum.

III. Sicut autem Theologi Eccleſiarum Proteſtantium, Metonomaſiæ iniquiores, Monaſticam præcipue, qua Ordines Sacros ingreſſuri uti aſſueverunt, deteſtantur, ita reliqui Scriptores Pontificii, & Moraliſtæ imprimis, quibus hæc probatur, ipſam etiam Nominum Mutationem, γενικῶς conſideratam licitam eſſe, ſed ad Superiorem tamen ſpectare, & Dominatus eſſe Indicium, arbitrantur. Nec difficiles, in ea, certis tamen Conditionibus, permittenda, ſunt JCti, *Lege* imprimis *Codicis* de illa *Unica, Libro IX. Tit. XXV.* obvia, freti, in qua Diocletianus & Maximianus, Imperatores, Juliano ita reſcripſiſſe

per-

Digitized by Google

perhibentur: *Sicut in initio Nominis, Cognominis, Prænominis recognoscendi singulos, impositio libera est Privatis; ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque Nomen, vel Prænomen, sive Cognomen, sine aliqua fraude, licito jure, si liber es,-secundum ea, quæ sæpe statuta sunt, minime prohiberis: nullo ex hoc præjudicio futuro.* Cui Legi, nullis licet indigenti Exegetis, addi possunt, quæ, ex aliis Variorum Imperiorum Sanctionibus, Jurisconsultorumque Voluminibus, congesserunt Joh. Papyrius Massonus, in Scripto, quo Novi Nominis Assumptionem, a se factam, contra Franc. Hotomannum, defendit, ex Thuano §. 1. jam allegato, sed mihi nondum viso, Frid. Geislerus, Acad. Lipsiensis Antecessor, in *Diss. ad L. Un. C. de Mutat. Nom. de Nominum Mutatione, & Anonymis Scriptoribus*, Lipsiæ A. 1671. excusa, Adr. Bailetus *l. c. P. I. c.* 6. & Marcus Ant. Majoragius, *in Orat. X. pro Nominis sui Mutatione Apologetica, p. m.* 204.-210.

IV. Dignus est Orator hic Italiæ, & Literarum Humaniorum in Gymnasio Mediolanensi Doctor eximius, M. ANT. MAJORAGIUS, d. 4. Apr. A. 1555. (æt. 41.) morte immatura exstinctus, cujus Μετονομασίας, & Orationis, quam laudavimus, pro illa Forensis, in qua majori, quam alius quisquam, & Argumentorum Copia, & Mentis Ardore, sibi pariter atque aliis, male ob istam audientibus, patrocinatur, seorsim aliqua fiat Mentio. Oriundus is, una cum Parente Utroque, Juliano ac Magdalena, fuit e Nobi-

liſſima pariter atque Antiquiſſima COMITUM, in Ducatu Mediolanenſi Familia, Avitoque *Antonii* Nomine in Baptiſmo eſt donatus, cui Mater deinde, boni ominis gratia, & in Honorem Virginis Deiparæ, alterum *Mariæ* adjecit. Ita ANTONIUS MARIA COMES omnibus noſter audiebat, ad Ætatem usque Virilem, & iſtud tempus, quo, Muneri Profeſſorio Mediolani jam admotus, *Orationes* quasdam, & *Defenſiones Ciceronis, contra Cœlium Calcagninum*, juris faciebat publici. His enim, cum, in Verborum delectu, admodum, Italorum Ævi iſtius Eruditorum More, eſſet ſuperſtitioſus, nullamque Vocem, dicendi Formulam, aut Verborum Conjunctionem, apud Veteres, haud obviam, admitteret, Nomen iſtud *Mariæ* Fœmineum, atque Latino Sermoni ignotum, Virilique, More Seculorum Inferiorum ſuperſtitioſo, ſed Antiquiorum ſuffragiis deſtituto, perperam conjunctum, præfigere noluit, ſed, tanquam Adventitium, & in Baptiſmo haud inditum, cum Virili *Marci* commutavit, huic autem, ut *κακοφωνίαν* evitaret, Avitum *Antonii* poſtpoſuit. In Cognominis inſuper Gentilitii COMITIS locum, quod, Homonomiæ Fraude, illud Dignitatem Civilem, Conditione ſua majorem, aſſerere ſibi videretur, & Erasmo Roterodamo, Seb. Gryphio, aliisque, hoc pacto, jam impoſuiſſet, novum MAJORAGII, a Vico Natali, Parentis exemplo, adſcitum, ſubrogavit, MARCUMque ANTONIUM MAJORAGIUM, in Librorum iſto-

iſtorum Inſcriptionibus, primus ſeſe appellavit, & ab aliis omnibus, deinceps eodem Nomine tergemino compellari voluit. Ob hanc Nominis mutationem, a Collegis quibusdam ſuis, ſibi eum a Magiſtratu prælatum eſſe ægre ferentibus, quos fictitiis *Fabii Lupi* & *Macrini Nigri* Nominibus deſignat, cum nihil aliud veri Criminis objicere ipſi poſſent, coram Senatu Mediolanenſi delatus, &, quod iſta, contra Leges ac Inſtituta Majorum, contra receptam apud omnes conſuetudinem, imo contra Decus & Honeſtatem, deliquiſſet, accuſatus, *Oratione*, quam aliquoties jam laudavimus, *Decima* publice factum ſuum defendit. In hac, Licitam eſſe Nominum Mutationem, non ſolum e Natura illorum, ex Inſtituto ſignificantium Humano, & a Libero cujusvis dependentium arbitrio, ac proinde Mutabilium, demonſtravit, ſed Lege etiam Diocletiani, paulo ante allegata, Baldi & Andr. Alciati Teſtimoniis, Eruditorum aliorum, Romanorum Veterum, Monachorum, Pontificum, Fidelium Eccleſiæ Primitivæ, imo Chriſti & Apoſtolorum, Exemplis, fuſe confirmavit, Juri eandem Canonico, nusquam illam improbanti, & Honeſtati, haud repugnare, nec Animi Levitatem & Inconſtantiam, Voluntatisque Parentum, & Familiæ Avitæ, Contemptum, ſicut Adverſarii erant criminati, arguere, ſimul oſtendit, tantaque Facundia cauſam dixit, ut Patrum Reip. Mediolanenſis Conſcriptorum Calculis abſolutus, Victor e Foro

discederet, & de Æmulorum Calumniis triumpharet.

V. Lites hasce decidere, & Sententias, Frontibus adversis secum pugnantes, conciliare, arduum utique est, & ab Instituto nostro, quod Historiam tantum Μετονομασίας Eruditorum persequitur, alienum. Non dissimulabimus tamen, Repudiationem Prænominis, in Lavacro impositi Mystico, omnimodam Scandalosam omnino esse, nec temere cuiquam permittendam, tolerabiliorem contra illorum videri νεωτερισμὸν, qui, Distinctionis, Decoris, aut Euphoniæ, gratia, Literarum aliquot Μεταθέσει, Syncope aut Ἐπενθέσει, in Sacris etiam Literis passim obvia, leviter illud immutant, aut, alio superaddito, cum Majoragio & Massonio, augent. Quam Novi Prænominis ad Pristinum adjectionem Danhauero etiam & Montacutio haud esse improbatam, è verbis utriusque, §. 2. allegatis, perspicies. Cognomina, quæ Tacitus Vulgi consensus, etiã invitis, pro lubitu, sæpe vel aufert, vel imponit, quod attinet, Mutationẽ horum, imprimis Leviculam aut Metaphrasticam, si vel Imperantium Voluntas, vel Causæ aliæ Justæ, eam suadeant, licitam esse, nemo dubitat, & Innumera Exemplorum, quæ Experientia suggerit quotidiana, multitudo confirmat. Nos singula ista μετονομασίας genera distincte mox persequemur, & Exemplis, ex Historia Literaria, præcipue Recentiori, desumptis illustrabimus, ubi Mutationes Nominum Antiquiores,

apud

apud varias gentes olim usu receptas, præmiserimus, sed brevissime saltem, & tribus, quod ajunt, Verbis, delibandas, ex Autoribus vero adjectis plenius cognoscendas.

VI. De Metonomasiis Biblicis, tum divinitus factis, *Abrami* in Abrahamum (Gen. XVII. 5.) Sarai in Sarah (Gen. XVII. 15.) Jacobi in Israelem (Gen. XXII. 28.) Simonis Apostoli in Cepham, vel Petrum (*Matt. XVI.* 16. 17. 18. Joh. I. 42. 43.) tum Propheticis Benoni in Benjamin (Gen. XXXV. 18.) Hoseæ in Jehoschuam (Num. XIII. 16.) Gideonis in Jerubbaal (Jud. VI. 32.) &c.; tum Regiis denique ac Humanis Josephi in Zophnat Paaneach (Gen. XLI. 45.) Danielis in Belteschazarem, Chananiæ in Schadrachum, Misaelis in Meschachum, Azariæ in Abednego (Dan. I. 7.) & Estheræ in Hadassam (Esth. II. 7.); Exegetæ & Critici Sacri sunt consulendi, ac, hos inter, Solom. Glassius *L. 4. Philol. S., Tr. 3. Obs. XIV. p.* 982-989. Sauli, qui deinde Paulus est vocatus, Gentium Doctoris, nullam, in Virorum S. Cod. Illustrium, μετονομασθέντων Recensu, Glassius injecit Mentionem, binominem scilicet illum fuisse, cum Eruditis nonnullis, Origene Joh. Drusio, & aliis, persuasus. V. *Lib. 4. Philol. S. Tr. 3. p.* 974. 975. Non desunt tamen, qui, in Circumcisione, Sauli Nomen solum esse adeptum, adultiorem autem alterum Pauli, vel in Baptismo (quæ Damasi, *in Carm. de S. Paulo*, & Ambrosii, *Serm.* 21. est sententia) vel, post Sergii Pauli, Proconsulis, Con-

versionem, in hujus memoriam (quod Heronymo, *in Ep. ad Philem.* Augustino, *L.8. Confess. c. 4.* & Baronio, arridet) assumpsisse, arbitrentur, aut divinitus ei Nomen esse immutatum, cum Johanne Chrysostomo (*in Homil. de Convers. S. Pauli*, & *Homil. 5. in Ep. ad Rom.*) Theodoreto, Theophylacto, horumque Asseclis, affirment. V. Barthol. Mayerum, *P. I. Philol. S. p. 243. & seqq.* Christ. Chemnitium, *Disp. I. in Ep. ad Gal.* §. 2. Christ. Frid. Franckenstenium, *in Observatis ad Epist. ad Philem. p.* 19-24. aliosque Commentatores, & Philologos sacros.

VII. Ab Ethnicis olim mutabantur Nomina: 1. Hominum ἀποθεωθέντων, sive in Deorum Numerum relatorum. V. Lactantii *L. 1. Inst. Div. c.* 21. *p. m.* 84. Alex. ab Alexandro *L. 6. Dier. Gen. c.* 4. *p.* 325. *b.* Henr. Salmuhti *Notas ad Guid. Pancirolli Res Deperditas*, & *Noviter Inventas*, *P. II. Tit. II. p.* 92. Gerh. Joh. Vossii *Lib. 1. Theol. Gentil. c.* 17.; 2. Regum Babylonicorum, Persicorum, Indicorum, Macedonicorum, &, qui hos è Christianis imitantur, Abyssinorum, in Inaugurationis Publicæ Panegyri, licet haud semper. V. J. Chr. Becmanni *Notitiam Dignitatum*, *Diss. V. c. 2. p.* 119. Mich. Siricii *Tr. de Ebionitis* §. 39; 3. Apostatarum a Religione Judaica, ad Idololatriam Paganam. V. ex *Libb. Maccab.* J. C. Danhaueri *Mysteriosoph. Sect. II. Art. I. p.* 251. 252.; 4. Captivorum. V. de Daniele, & Sociis ejus, Dan. I. 7., & Glassium *l. c.*; 5. Sacerdotum Dianæ Ephesiæ V. Danhauerum *l. c. p.* 252.; 6. Servo-

vorum, qui Nomina a Dominis ſuis, vel pro eorum Arbitrio, accipiebant, & cum ipſis Dominis plerumque mutabant. V. Juſti Lipſii *Tr. de Nominibus Romanorum*, *c.* 2. *in J. Mich. Dilherri Appar. Philol. p.* 237. 238. Joh. Andr. Boſii, ſive potius Marqv. Gudii, *Diſſ. de Clinicis Eccleſiæ Veteris*, *c.* 1. *p.* 12. 13. 14. & Danhauerum *l. c. p.* 249.; 7. Meretricum, V. Juvenalem *Sat.* 6. de Meſſalina, Titulum Lyciſcæ mentita,) & ejus Exegetas, J. Douſæ P. *Præcidanea ad Petron. L.* 1. *c.* 4., Danhauerum *l. c. p.* 252. Mich. Siricium *l. c.*

VIII. Apud Romanos Veteres, Nomina Mutabant: 1. οἱ Ἀποθεωθέντες V. Autores §. *præced.* laudatos; 2. Candidati Honorum & Magiſtratuum, quibus Nomina Patritiorum, & Familiarum Nobiliſſimarum, cum hos prenſarent, adoptare licebat. V. Alex. ab Alexandro *L.* 4. *Dier. Gen. c.* 3. *f.* 181. *b.* M. Ant. Majoragii *Orat. X. p.* 217. 218.; 3. Homines Plebeji, in Ordinem evecti Equeſtrem, qui Veterum itidem Familiarum adſciſcebant Nomina. V. Alexandrum ab Alexandro *l. c. L.* 2. *c.* 29. *f.* 107. *a.* & Majoragium *l. c. p.* 224.; 4. Civitate donati, qui itidem Veterum Familiarum, plerumque autem Patronorum, quorum beneficio hanc erant conſecuti, Nomina aſſumebant. V. Alex. ab Alex. *l.* 4. *c.* 10. *f.* 201. *b.* M. A. Majoragium *l. c. p.* 224. Car. Sigonii *Emendatt. in Lib.* Franc. Robortelli *de Nom. Rom.* (*T. II. Theſ. Crit. Gruteriani*) *p.* 297. Lilii Greg. Gyraldi *Dialogiſmum Philol. IV.* (*eod. T. II. Theſ. Crit.*) *p.* 391. Onuphr. Pan-

versionem, in hujus memoriam (quod Heronymo, *in Ep. ad Philem.* Augustino, *L.8. Confess. c.* 4. & Baronio, arridet) assumpsisse, arbitrentur, aut divinitus ei Nomen esse immutatum, cum Johanne Chrysostomo (*in Homil. de Convers. S. Pauli, & Homil.* 5. *in Ep. ad Rom.*) Theodoreto, Theophylacto, horumque Asseclis, affirment. V. Barthol. Mayerum, *P. I. Philol. S. p.* 243. & *seqq.* Christ. Chemnitium, *Disp. I. in Ep. ad Gal.* §. 2. Christ. Frid. Franckenstenium, *in Observatis ad Epist. ad Philem. p.* 19-24. aliosque Commentatores, & Philologos sacros.

VII. Ab Ethnicis olim mutabantur Nomina: 1. Hominum ἀποθεωθέντων, sive in Deorum Numerum relatorum. V. Lactantii *L.* 1. *Inst. Div. c.* 21. *p. m.* 84. Alex. ab Alexandro *L.* 6. *Dier. Gen. c.* 4. *p.* 325. *b.* Henr. Salmuhti *Notas ad Guid. Pancirolli Res Deperditas, & Noviter Inventas, P. II. Tit. II. p.* 92. Gerh. Joh. Vossii *Lib.* 1. *Theol. Gentil. c.* 17.; 2. Regum Babylonicorum, Persicorum, Indicorum, Macedonicorum, &, qui hos è Christianis imitantur, Abyssinorum, in Inaugurationis Publicæ Panegyri, licet haud semper. V. J. Chr. Becmanni *Notitiam Dignitatum, Diss. V. c.* 2. *p.* 119. Mich. Siricii *Tr. de Ebionitis* §. 39; 3. Apostatarum a Religione Judaica, ad Idololatriam Paganam. V. ex *Libb. Maccab.* J. C. Danhaueri *Mysteriosoph. Sect. II. Art. I. p.* 251. 252.; 4. Captivorum. V. de Daniele, & Sociis ejus, Dan. I. 7., & Glassium *l. c.*; 5. Sacerdotum Dianæ Ephesiæ V. Danhauerum *l. c. p.* 252.; 6. Servo-

vorum, qui Nomina a Dominis suis, vel pro eorum Arbitrio, accipiebant, & cum ipsis Dominis plerumque mutabant. V. Justi Lipsii *Tr. de Nominibus Romanorum*, c. 2. in *J. Mich. Dilherri Appar. Philol. p.* 237. 238. Joh. Andr. Bosii, sive potius Marqv. Gudii, *Diss. de Clinicis Ecclesiæ Veteris, c.* 1. *p.* 12. 13. 14. & Danhauerum *l. c. p.* 249.; 7. Meretricum, V. Juvenalem *Sat.* 6. de Messalina, Titulum Lyciscæ mentita,) & ejus Exegetas, J. Dousæ P. *Præcidanea ad Petron. L.* 1. *c.* 4., Danhauerum *l. c. p.* 252. Mich. Siricium *l. c.*

VIII. Apud Romanos Veteres, Nomina Mutabant: 1. οἱ Ἀποθεωθέντες V. Autores §. *præced.* laudatos; 2. Candidati Honorum & Magistratuum, quibus Nomina Patritiorum, & Familiarum Nobilissimarum, cum hos prensarent, adoptare licebat. V. Alex. ab Alexandro *L.* 4. *Dier. Gen. c.* 3. *f.* 181. *b.* M. Ant. Majoragii *Orat. X. p.* 217. 218.; 3. Homines Plebeji, in Ordinem evecti Equestrem, qui Veterum itidem Familiarum adsciscebant Nomina. V. Alexandrum ab Alexandro *l. c. L.* 2. *c.* 29. *f.* 107. *a.* & Majoragium *l. c. p.* 224.; 4. Civitate donati, qui itidem Veterum Familiarum, plerumque autem Patronorum, quorum beneficio hanc erant consecuti, Nomina assumebant. V. Alex. ab Alex. *l.* 4. *c.* 10. *f.* 201. *b.* M. A. Majoragium *l. c. p.* 224. Car. Sigonii *Emendatt. in Lib.* Franc. Robortelli *de Nom. Rom.* (*T. II. Thes. Crit. Gruteriani*) *p.* 297. Lilii Greg. Gyraldi *Dialogismum Philol. IV.* (*eod. T. II. Thes. Crit.*) *p.* 391. Onuphr. Pan-

vinii *Tr. de Nom. Antiquis*, Justi Lipsii *Tr. de Nom. Rom.* (*in Dilherri Appar. Philol.*) *p.* 238. C. F. Franckenstenii *Obs. in Ep. ad Philem. p.* 23. 24.; 5. Adoptivi, in omnia adoptantium nomina transire soliti. V. Fr. Robortelli *Tr. de Nom. Rom.* (*T. I. Thes. Crit. Grut.*) *p.* 1409. Car. Sigonii *Emendatt. illius* (*T. II. Thes. Crit.*) *p.* 281. 297. 298. Gyraldum *l. c. p.* 387. Majoragium *l. c. p.* 238. Lipsium *l. c.*, *c.* 4. *p.* 239. 240.; G. J. Vossii *Comm. in Ep. Plinii de Christianis p.* 1. 2.; 6. Hæredes, Testatorum sæpe assumentes Nomina. V. Ang. Politiani *Miscellanea c.* 31. & Majoragium *l. c. p.* 225.; 7. Fœminæ, uti Tanaquilis, Tarquinii Prisci Conjugis, quæ Romanum Cajæ Cæciliæ Nomen huic prætulit, Exemplo ostendit Majoragius *l. c. p.* 226.; 8. Servi. V. Autores §. præced. allegatos; 9. Liberti, post manumissionem, Dominorum sive Patronorum, quibus Libertatem ferebant acceptam, Prænominibus atque Nominibus usi, iisque Vetus Servile, loco Cognominis, adjicere soliti. V. Alex. ab Alex. *l. c. L.* 5. *c.* 4. *p.* 255. *b.* Fr. Robortellum *l. c. p.* 1409. Car. Sigonium *l. c. p.* 297. Gyraldum *l. c. p.* 390. 391. Lipsium *l. c.*, *c.* 2. *p.* 238.; 10. Meretrices. V. Autores, §. *praced.* allegatos.

IX. De Judæorum modernorum Superstitiosa in Morbis Periculosis Μετονομασίᾳ, Pœnitentiæ Seriæ, & Sinceri Vitæ Emendandæ Propositi, Veste, cui vim Infortunia Fatalia, & Mortem ipsam, averruncandi stolide tribuunt, IV. Joh.

Johan. Buxtorfium *in Præfat. Concord. Hebr. p. 5.* & *in Synagoga Judaica c.* 49. *pag.* 696. 697. Sal. Glassii *Philol. S. L.* 4. *Tr.* 3. *Obs.* 14. *p.* 989. J. C. Becmanni *Notit. Dignitt. Diss. V. c.* 2. *p.* 122. Pari Superstitione Schach Sefi, Persarum nostra ætate Monarcha, varias in Imperio suo expertus adversitates, & ab Astrologis, Mutatione Nominis, atque Inauguratione iterata, istas averti posse, persuasus, hora feliciori, ab his indicata, & denuo se Regem jussit proclamari, & Novum Solymanni Nomen adscivit. V. Taverne-rium, aliosque Historiæ Persicæ Recentioris Scriptores, it. Dan. Guilh. Molleri *Diss. de Nominibus Fatalibus* §. 33. Turcis etiam hunc Nomina mutandi Morem haud ignotum esse, vel sola Apostatarum, a Christianismo ad Muhammedismum transeuntium, Exempla abunde ostendunt.

X. Inter Veteres Christianos, multi postquam, Idololatria Gentili relicta, Ecclesiæ sese aggregaverant, Nomina, quibus hactenus usi erant, profana, in Idolorum Honorem, a Parentibus sibi imposita, ipsorumque Deastrorum Nominibus affinia (qualium Indicem, satis prolixum, *P. I. c.* 4. §. 3. exhibuimus,) abjecerunt, & cum Sacris atque Biblicis commutarunt. V. quæ, hanc in rem, de V. Martyribus Ægyptiis, qui Heliæ, Jeremiæ, Esaiæ, Samuelis ac Danielis, Nomina adsciverant, & Cæsareæ, jussu Firmiliani Præsidis, supplicio sunt affecti, narrat Eusebius, *in Lib. de Martyribus Palæstinæ c.* 11. *Edit.*

dit. Valeſ. ſive L. 8. H. E. c. 21. & Rich. Montacutii (*T. I. Origg. Eccl. p.* 100.) El. Vejelii (*in Conſideratione Anabaptiſmi Monachalis* §. 30. 31. 32.) ac Joh. Conr. Danhaueri (*in Myſterioſophia Sect. II. Art.* 1. *p.* 249.) ad Locum iſtum, Monita atque Exegemata.

XI. Inter Hæreticos Veteres, Nomina mutarunt Ebion, Barcabes item & MARCOB, Pſevdoprophetæ Baſilidiani, a Platina, *in Alexandri I. Vita*, memorati, Auxentius, Epiſc. Arianus, ob novum MERCURINI Nomen aſſumptum, ab Ambroſio, *in Invectiva* ſua, illi oppoſita, objurgatus. V. Mich. Siricii Ἄσχημα *de Ebionitis, Th.* 6. *p.* 6. 7. Addendi his Manes, Cubricus etiam vocatus, ab Aſſeclis autem MANICHÆI (i. e. Manna fundentis) Nomine gratioſo ornatus (de quo Auguſtinus, *in Lib. de Hæreſibus*, & Nicol. Fullerus, *L.* 2. *Miſcell. Sacr. c.* 18. conſulendi,) hujusque Seculo IX. Sectator, Sergius, qui non ipſe Solum Tychici Nomen, in Epiſtolis Paulinis obvium, adſcivit, ſed aliis etiam Doctoribus atque Eccleſiis nova, priſtinis abrogatis, impoſuit. V. Baronium *T. IX. Annal. ad An.* 810. &, ex iſto, Johan. Frid. Krebſium, *in Disqu. I. de Mutatione Nominum Pontificum Rom.* §. 24. Ubi Fabulæ de Sergio II., Præſule Romano, primo Μετονομασίας Pontificiæ Autore, hunc forte Sergium occaſionem præbuiſſe, & cum illo eſſe confuſum, ſuſpicatur. Plures addere ſuperſedeo.

XII. In Eccleſia moderna Græca, ſive Orientali, familiaris eſt Μετονομασία: 1. Patriarchis

chis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui, ad hujus evecti Gubernacula, novum quidem adoptant nomen, sed eadem tamen, cum pristino, gaudens Litera Initiali. Sic Georgius Scholarius, Mahometis II. permissu, post Urbis Occupationem, primus, e Judice, Patriarcha A. 1453. electus, Gennadii, Manuel autem, octavus ab illo, Maximi Nomen, est consecutus. V. Gennadii Vitam, *Tomo XIV. Biblioth. PP. Colon. p.* 375. Joh. Hornbeckii *Summam Controv. Lib.* 11. *p.* 949. & J. C. Becmannni *Notit. Dignit. Diss. V. c.* 2. *p.* 121. § 2. Patriarchis Russiæ, quorum eadem, in Litera Nominis pristini Initiali retinenda, est Consuetudo. V. Becmannum *l. c.* ubi, ex Ad. Olearii *Itinerario Russico-Persico*, narrat, Fedorem Nikititz, Michaelis Fedrowizii, Magni Ducis, Parentem, cum Patriarcha crearetur, *Filiret Nikititz* esse dictum; 3. Monachis Græcis, qui, cum Vitæ Cœnobiticæ ingressum Baptismi Sacramento, inveterata superstitione, exæquent, & pene anteferant, ne quicquam Ceremoniarum illius, in Anabaptismo hoc suo, desideretur, Nomen etiam pristinum repudiant, &, in locum istius, aliud, non κοσμικὸν, sive Seculare (v. g. Petri, Alexii, Constantini,) sed καλογερικὸν, sive Monachale (v. g. Cyrilli, Theophanis, Basilii,) adsciscunt. V. Jac. Goaris *Notas ad Rituale Græcorum p.* 496. *b.* L. Allatii *Lib.* 3. *de perpetua Consensione Ecclesiæ Orient. & Occident. c.* 16. §. 13. & Eliæ, qui hos allegat, Vejelii, Theologi Doctissimi, *Considerationem Anabaptismi Monachalis*

lis, Ulmæ A. 1670. editam, §. 16. *&* 30. Ita Johannes Cantacuzenus, Imperator, Hiſtoriæ de Imperio Andronici Junioris, atque ſuo, Græcæ Scriptor, An. 1360. Joaſaphi, Georgius Scholarius, MONACHUS, circa A. 1438. celebris, a Patriarcha, paulo ante memorato, probe diſtinguendus, Gennadii, Georgius Phranzes autem, Magnus antehac Aulæ Conſtantinopolitanæ Logotheta, A. 1468. Gregorii, & Uxor ejus, Helena, Eupraxiæ, Nova, Literis priorum Initialibus itidem retentis, cum Cœnobia ingrederentur, aſſumpſerunt Nomina. V. de Cantacuzeno, Voſſium *L. 2. de Hiſt. Gr. c.* 29. *p.* 310. MART. Hankii *Lib. de Rer. Byzant. Scriptt. P. I. c.* 36. *p.* 616. V. Placcii *Tr. de Scr. Pſevdon. p.* 214. & Guilh. Cavii *Chartophyl. Eccl. p.* 321.; de Georg. Scholario Cavium *l. c. p.* 355. de Phranza autem, Hankium *l. c.*, *c.* 40. *p.* 664.

XIII. In Eccleſia Latina, ſive Occidentali, Nomina etiamnum mutare ſolent Pontifices Romani. Quorum Μεϑονομασίας, dudum uſu receptæ, ſed ab Hadriano tamen VI. & Marcello II. ſpretæ, Origo Prima, an a Sergio II. & Sec. IX. cum MART. Polono, *Chronici Magni Belgici* Autore, Wernero Rolevincio, Theodorico Engelhuſio, Bapt. Platina, Polyd. Virgilio, Raph. Volaterrano, M. Ant. Sabellico, Alb. Krantzio, Joh. Balæo, Rob. Barneſio, aliisque Recentioribus, vel a Sergio III. & Sec. X. cum Baronio, vel a Joh. XII. ejusdem Sec. X. Pontifice, cum eodem Baronio, Onuphr. Panvinio, Sim. Staravolſcio,

ſcio, J. Bapt. Caſalio, Theoph. Raynaudo, Joh. Fr. Krebſio, & Fr. Spanhemio Jun. (*T. II. Introd. ad Hiſt. S. p.* 900.) vel a Sergio IV. & Sec. XI. cum Henr. Spondano, Rich. MONTACUTIO & Fr. Carriere, vel a Sergio, Hæretico Sec. IX. Manichæo (de quo §. 11. dictum,) vel denique a Pontificibus, quorum Nomina Auribus Italicis aſperiora videbantur, Transalpinis, cum Thom. Brownio (*in Pſevdodox. Epidem.*) & J. C. Becmanno (*in Notit. Dign. Diſſ. V. c.* 2. *p.* 119. 120.) ſit derivanda, *Hiſtorici certant, & adhuc ſub Judice lis eſt.* Pari incertitudine diſceptatur, an Exempla Apoſtolorum, quorum Chriſtus nomina mutavit, vel Petri Veneratio, vel Ἀποθεώσεως Paganæ Æmulatio, vel Fœditas tandem Nominum Propriorum, occaſionem ei præbuerint; nec non, utrum in honorem Petri, vel ob Malachiæ Hyberni de Petro II. Pontifice ultimo, Vaticinium, vel Fato quodam (quod Danhauero in *Myſterios. p.* 252. arridet) occulto, Familiæ Petrinæ pudori conſulente, vel denique (uti Pet. Molinæus, Ant. Cregutus, & alii, cavillantur,) ad indicandam Doctrinæ & Vitæ ſuæ a Petrina diverſitatem, Petri Nomine, tum Pontifices hactenus reliqui omnes, tum Joh. XIV. Greg. XII. & Alex. VIII. nuper defunctus; qui proprium illud antea habuerant, ſemper abſtinuerint. Vide de his, aliisque iſtius generis Problematis, quæ diſcutere nobis jam non licet, Joh. Frid. Krebſii, Gymn. Heilsbrunnenſis in Franconia Profeſſoris, Diſputationes *de Pontificum* Μετονομασίᾳ eruditas, (quarum Imam, de illius Origine

ne, Onoldi A. 1676. excuſam, hactenus tantum legimus,) Joh. Conr. Dieterici *Breviarium Pontificum, in Sergio II. p.* 152., Mich. Siricii *Diſſ. de Ebionitis Th.* 39., J. C. Becmanni *Notit. Dignitt. Diſſert. V. c. 2. p.* 119. 120. 121. Chr. Kortholti *Diſſ. de Alexandro VIII. Papa ψευδωνύμῳ*, §. 1.-6. & Johan. Frid. Mayeri *de Elect. Pontiff. Rom.* tum *Diſſertationem pag.* 41.-45. tum *Commentarium prolixiorem p.* 158.-168.

XIV. Pontificum Exemplum, in eadem Eccleſia Occidentali, imitantur plerique Religionis Chriſtianæ, ex Judaismo, Paganismo & Muhammedismo, & Pontificiæ, ex Lutheranismo ac Calvinismo, Proſelyti quorum Exempla ubivis ſunt obvia. V. de Joh. Leone, Afro, ſive potius Granatenſi, poſt Muhammedismum relictum, a Leone X. Pont. Rom. utroque ſuo nomine, priſtino ſc. Johannis, & præſenti Leonis, donato, Voſſium *L. 3. de Hiſt. Lat. c.* 12. *p.* 675. 676. de Hieronymo a S. Fide, Exjudæo, *Partem ſive Sect. II. hujus Schediaſmatis, c.* 6. §. 52. Conf. Indicem Proſelytorum Chriſtianismi Judæorum, in Joh. Chriſtoph. Rumetſchii *Schediaſmate de Conjecturis ultimi Temporis, Sect. III.* §. 12. 13. *p.* 84.-97. *obvium.* Μετονομασίας, ab Eccleſiæ Romanæ Proſelytis factæ, Exemplum illuſtre, præter Chriſtinam, Svecorum Reginam, quam, poſt Tranſitum ad illam, Nomini priſtino alterum Alexandræ, in honorem Alexandri VII. Pontificis, d. 25. Dec. A. 1655. in Solenni Confirmationis Actu, addidiſſe, nemo ignorat, nobis

bis ſuggerit JUSTUS CALVINUS, Veteracaſtrenſis, poſt Apoſtaſiam, A. 1602. Cognomine Veteri repudiato, novum BARONII, a Cæſare Baronio, Card., ſuo in Actu Confirmationis Patrino, aſſecutus, Theologus, JCtus & Conſil. Moguntinus. Narravimus, de iſta Cognominis ejus Mutatione, a Nicol. etiam Serario, *in Comm. in Joſu. II. Qu. IV. p.* 17. (teſte Danhauero, *in Myſterioſoph. p.* 252.) memorata, *Sectione* jam *II. c.* 7. §. 11. nonnulla, huc referenda. Nunc addimus Juſti ipſius, de eadem, Verba, ex *Parentalibus* ejus *in obitum Caſ. Baronii*, Nic. Serario inſcriptis, & *Annalium* Baronianorum Editionibus aliquot præfixis, a Caſp. Sagittario (*in Introd. in Hiſt. Eccl. c.* 14. §. 2. *p.* 184.) recitata: *Nemo, meliori jure, Lumini huic Cardinalium juſta perſolvere, aut poteſt, aut debet, quam ego unus, Filius ipſius quaſi adoptivus, quem Romæ, in Baſilica S. Johannis Laterani, Anno abhinc circiter ſexto, Sacramento Confirmationis ſolenniter ſibi genuit, impreſſoque perpetuo Cognominis Arrhabone, in familiam ſuam lubens volensque cooptavit. Qua de re, quia jampridem Tertius Epiſtolarum mearum Liber* (*Epiſt.* 9. 10. 13. 14.) *plenius uberiusque teſtatus eſt, pluribus hic Verbis uti deſino.*

XV. Imitantur inſuper Pontificum ſuorum Exempla Eccleſiæ Latinæ Monachi atque Moniales, quibus, eadem cum Græcis, §. 12. memoratis, de Anabaptismo Monaſtico faſcinatis perſuaſione, ſub ingreſſum Cœnobiorum, Novum, vel Prænomen, vel Cognomen, ſive a ſeipſis,

pſis, ſive ab iſtorum Antiſtitibus, plerumque imponitur. Μετονομασία hæc illorum Sacra, nonnullis Ordinibus, magis quam aliis, familiaris, in ſuæ Patrocinium, a M. Ant. Majoragio (*Orat. X. p.* 218. 219.) κατ' ἄνθρωπον, ſatis appoſite allegatur, ſed, potiori jure, a Rich. MONTACUTIO (*T. I. Origg. Eccl. p.* 108. 109. 113.) Johan. Conr. Danhauero (*in Myſterioſoph. Sect. II. Art. I. p.* 251. 252. 253.) ac El. Vejelio (*in Exerc. de Anapatiſmo Monachali*, §. 30. 33. 34.) ob Superſtitionis, quo infecta eſt, Contagium, improbatur. Prænominis MUTATI Exemplum, poſt MART. DELRIUM (de quo *Sect. praced. Cap.* 7. §. 35. *relegenda*) ſolus nobis jam ſiſtet Doctor MINORITARUM Seraphicus, patria Balneoregienſis, Hetruſcus, qui, *Johannis Fidanza* nomine antea gaviſus, partim Luſtrico, partim Gentilitio, poſt ingreſſum Familiæ Franciſcanæ , Novum BONAVENTURÆ (quod Græci in Vernaculum *Entichii*, ſive *Euſtachii*, immutaſſe feruntur) adſcivit, &, ſub iſto, tanquam Ordinis ſui Generalis, Epiſc. Albanenſis, & tandem Cardinalis, ad A. usque Emortualem 1274. inclaruit. V. Labbei *T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p.* 207. *& ſq.* Cognomen, ut MUTATIONIS illius Exemplum itidem adducamus ſaltem unicum, adoptavit aliud JOH. GULONIUS, Pariſienſis, Celebris Patriæ Civitatis Advocatus, qui, poſt Sodalitii Ciſtercienſis, & Abbatiæ Fulienſis, Ingreſſum, JOH. de S. FRANCISCO dictus, MAGIſter Ordinis ſui tandem evaſit Generalis, &, ad A. usque Fatalem 1629. illi præfuit. V. Henn.

Wit-

Wittenii *Append. T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1629. Sicut autem ille a S. Franciſco voluit Cognominari, ita etiam cœteri Monachi Latini pleriqueSacra, ſive Myſtica, ſibi eligunt Cognomina, quæ non minus, quam Cœnobitarum Græcorum Prænomina, jure καλογερικὰ, ſive Monaſtica, poſſis appellare. Offerent enim ſe tibi, inter Variorum Ordinum Monaſticorum Scriptores, quamplurimi, Cognomina ſua ſortiti, non ab iſtorum ſolum Fundatoribus, ſed aliis etiam V. & N. T. Sanctis, qua Antiquis, qua Recentioribus, imo a Deo ipſo, SS. Trinitate, Jeſu, Chriſto, Sp. S., S. Michaele & S. Gabriele Angelis, Maria, Matre Dei, JeſuMaria, Maria Magdalena, S. Joſepho, S. Johanne Baptiſta, Conceptione, Viſitatione, S. Cruce, Monte Oliveti, SS. Sacramento, S. Fide, Miſericordia, Eleemoſyna, aliisque Myſteriis & Virtutibus Chriſtianis. Quorum Indicem Brevitatis, cui ſtudemus, Amor adjicere prohibet.

XVI. Metonomaſiæ Politicæ ævo equidem noſtro, longe, quam olim, ſunt infrequentiores, non tamen omnino ſublatæ. Cognomina enim illorum, qui in Nobilium, ab Imperatoribus, Regibusque evehuntur ordinem, hodienum, vel omnino, vel leviter immutari, nemo eſt, qui ignoret. Caſp. Gutzmannum, Comitem ab Olivarez, Miniſtrum Aulæ Hiſpanicæ Principem, cum Filium ſuum, Julianum, extra Thorum procreatum conjugalem, Legitimorum Natalium Privilegio A. 1642. donaret, No-

vum ei Henrici Philippi Nomen, abolito vetere, quod Hiſpani Genti ſuæ credunt eſſe infauſtum, impoſuiſſe, *Sect. I., c. 5. §. 3.*, jam monuimus. Imo ipſe Rex Gallorum Modernus Nomen ADEODATI (*Dieudonné*) quo, Die Natali 26. *Aug.* 1638. ab Epiſcopo Meldenſi, cum Aquis tingeretur Luſtricis, eſt inſignitus, cum Avito LUDOVICI, ſub quo Univerſo deinde Orbi innotuit, quinquennio poſt, d. 10. Apr. A. 1643. commutaſſe perhibetur. V. Henr. Anſh. Ziegleri *Theatrum Temporis Quotidianum* Vernaculum, nuper editum, *ad d. 26. Aug. p.* 1032.

CAPUT III.

Quo Digreſſio, de Eruditorum Metonomaſiis, pertexitur ac continuatur.

§. I.

VAria hactenus μεʃονομασιῶν, & olim, & hodienum, apud Gentes diverſas, uſu publico receptarum, Genera, Sacra pariter atque profana, recenſuimus, &, ubicunque opus fuit, Exemplis illuſtravimus neceſſariis, & Virorum quidem maximam partem Eruditorum, Patriæ, Ordinis, aut Religionis, quam profitebantur, Inſtituta ſecutorum. Coeterorum, qui ſingulis Claſſibus adjici poſſent, Recenſu ſupervacaneo, ob Copiam illorum Incredibilem, & prolixi-

lixitatis tædium, abſtinemus. Progredimur jam ad Mutationes Nominum Arbitrarias, ab Hominibus Eruditis, nulla Lege aut conſuetudine adactis, vel ſua ſponte, vel Amicorum hortatu, diverſas ob rationes, vel caſu etiam fortuito, factas, Ordine, partim Chronologico, partim Geographico & Alphabetico, enumerandas.

II. Circa Antiquos alii jampridem fuere occupati, & nos proinde ſtudioſe erimus parciores, pauciſſimisque ac Celebrioribus contenti Exemplis. E Græcis, HOMERUS MELESIGENES initio, à Matre Critheide, quod, ad Fluvium Meletem, Smyrnæ vicium, in lucem ipſum edidiſſet, fertur eſſe appellatus, deinde autem, cum oculorum uſum, adultior, vel in Inſula Ithacenſi, vel Colophone, amiſiſſet, HOMERI Nomen, a Civibus, in quorum Urbe degebat, Cumanis, cum Jonibus Coecos ὁμήρους vocare ſolitis, accepiſſe. V. Herodoti *Libellum de Vita Homeri*, *ſub initium*, M. A. Majoragii *Orat. X. p.* 226. & Tob. Magiri (qui alias etiam quatuor Nominis iſtius Etymologias, e variis, collegit, Autoribus) *Eponymologium Criticum p.* 102. PLATONI Athenienſi, Sectæ Philoſophorum Academicorum Principi, cum ARISTOCLES initio ex Avi Nomine vocaretur, ab Ariſtone Argivo, Palæſtrita, apud quem exercebatur, Novum hoc Platonis Nomen, ob egregium Corporis Habitum, Humerorum πλατύτητα ſive Latitudinem, aut Frontis Amplitudinem, eſt inditum. Licet alii, ob Orationis Ubertatem ac

Copiam, ita dictum esse malint. V. Diog. Laertii *Vitas Philos. L. 3. in Vita ejus, p. m.* 187. Senecam *Epist.* 58. Apuleji *Lib. de Vita, Institutis & Dogmatis Platonis, sub initium, fol.* 191. *Edit. Aldina,* Hesychii Milesii *Lib. de Viris Illustr. p. m.* 32. & J. Meursii *Notas ad illum p.* 183. 184. Svidæ Lexicon, Majoragium *l. c. p.* 226. Magirum *l. c. p.* 196. ARISTOTELEM STAGIRITAM, BATTUM antea fuisse appellatum, nonnulli perhibent V. Lud. Coelium Rhodiginum *L.* 13. *Lectt. Ant. c.* 1. &, ex illo, Tob. Magirum *l. c. p.* 27. Sed Fidem vix invenient, cum, de ista ejus Μετονομασία, nihil a Diog. Laertio, Hesychio, aliisque Antiquioribus, memoriæ sit proditum. Certum est contra, ipsum Stagiritam TYRTAMO Eresio, Melanthi Fullonis Filio, Auditori suo, &, in Schola Peripatetica, Successori, ob Eloquentiam plusquam Vulgarem, EUPHRASTI, sive THEOPHRASTI, Nomen, sub quo inclaruit, imposuisse. V. Strabonem *L.* 13. *Geogr.* Diog. Laert. *L.* 5. *p.* 300. Svidæ *Lexicon*, MAJORAGIUM *l. c. p.* 226. Joh. MEURSII *Notas ad Hesich. p.* 158. 159. & Tob. MAGIRUM *l. c. p.* 196. E Civitatis Romanæ Scriptoribus Antiquis, solum in Scenam producemus M. PORCIUM CATONEM, qui, ut MAJORAGII (*l. c. p.* 225. 233.) de illo Verbis utar, *cum esset prorsus ignobilis, & in Agro suo paterno Tusculano PRISCUS vocaretur, a M. Valerio Flacco Romam deductus, non ita multo post, ob eximiam Virtutem, CATO est cognominatus. Romani enim (quod ait Plutarchus) eum, in quo multarum rerum usus atque*

que

Digitized by Google

que Scientia sit, Catonem nominarunt. Conf. Plutarchum ipsum, *in Vita Catonis*, & Casp. Sagittarium, *in Comm. de Vita & Scriptis Livii Andronici, Nævii, Catonis, &c. p. 59.* Ubi eandem in sententiam explicat Verba Horatii *L. 3. Od. 21.:*

Narrantur & PRISCI CATONIS
Sæpe mero incaluisse Virtus.

III. Ab Antiquis ad Recentiores progressuris, prima se offert Societas, sive Academia, Eruditorum Esquilina, Romæ, Seculo XV. declinante, sub Pii II. Pontificatu, erecta. Princeps hujus, atque Conditor, fuit JULIUS POMPONIUS LÆTUS, antea PETRUS CALABER, juxta Lud. Vivem, Gerh. Johan. Vossium (*L. 3. de Hist. Lat. c. 8. p. 616.*) & Adr. Bailetum (*P. II. c. 2. p. 91.*) vel BERNHARDINUS, juxta *M*ajoragium (*Or. X. p. 218.*) vocatus. Amygdalariæ is, in Calabria, Familia Illustri Sanseverina, sed extra thorum legitimum, natus, Literarum studia eo ardore atque Successu, excoluit, ut dignus Pio II. sit visus, qui Laurentio Vallæ, Præceptori, defuncto, Romæ, in Professione Literarum Elegantiorum Academica, subrogaretur. Spartam hanc, non exiguo cum applausu, ornavit, sed Antiquitatis Ethnicæ, imprimis autem Romanæ, Admirator fuit nimius, & in Christianam fere Religionem injurius. Hujus certe studio, repudiato Nomine atque Cognomine pristino, JULIUM se POMPONIUM LÆTUM, interdum etiam JULIUM POMPONIUM SABINUM, appellavit, &, cum, e Reditibus Annuis, Agellum atque Domunculam,

Iam, in Monte Quirinali, ſibi paraſſet, Sodalitium in illa Eruditorum conſtituit, ſeque iſtius vocavit Dictatorem, ac, cum Sociis, Laureatus, non Muſis ſolum dedit operam, ſed Romulum etiam coluit, & Natalem Urbis quotannis celebravit (1.) Supra introitum Ædium, teſte Laur. Pignorio, quem Voſſius allegat, αὐτόπτῃ, verba hæc ἀρχαΐζοντα inſculpta legebantur: POMPONI LÆTI, ET SODALITATIS ESCUILINAI. Quotquot autem in Sodalitium hoc admittebantur, laurea ab ipſo (teſte Jovio *l. c.*, *n.* 48.) in Monte Quirinali, ſolenni ornabantur Ceremenia, ejusdemque Exemplo, Nomine priſtino ac Gentilitio rejecto, aliud, Vetuſtatem Romanam aut Græcam ſapiens, aut ex alterutra depromptum, adſciſcebant. Floruit Academia hæc aliquamdiu, Pio II. ſuperſtite, & Sodalibus ſuis annumeravit Baptiſtam, ſive Bartholomæum Platinam, Cremonenſem, Pontificum Biographum, & Bibliothecæ dein Vaticanæ, ſub Sixto IV. Cuſtodem, A. 1481. peſte exſtinctum, (de quo Jovius *n.* 19. & Olearius *in Abaco p.* 68) Philippumq; Callimachum Experientem, Sangeminiano Hetruſcum, Johannis deinde Alberti, Poloniæ Regis, Præceptorem initio, & tandem Miniſtrum Principem, ſed ſubditis inviſum, ac An. 1496. defunctum (de quo Jovius *n.* 41. &

(1.) V. de ipſo Pauli Jovii *Elogia, num.* 40. *p.* 94. 95. G. *J.* Voſſii *L.* 3. *de Hiſt. Lat. c.* 8. *p.* 613-616. Vitamque ejus, quam hic laudat, a M. Ant. Sabellico ſcriptam, Mart. it. Hankii *L.* 1. *de R. Rom. Scr. P. I. c.* 48. *p.* 204-207. & M. Zeileri *Tr. de Hiſtoricis, P. III. p.* 128.

& Autor Vitæ ejus, *Libris III. de Rebus Gestis Uladislai, Polonorum ac Hungarorum Regis*, inter *Rerum Hungaricarum Scriptores*, Francofurti An. 1600. excusis, præfixæ, consulendi.) Sodales eadem habuit Octavium Cleophilum, Fanensem, Franciscum antea dictum, qui, Pomponio Autore, paternum Octavii Nomen suo prætulit, & Græcum huic cognomen, gloriæ, qua flagrabat, cupiditatem indicans, adjunxit, A. 1490. mortuum, & a Vossio (*L.* 3. *de H. L. P.* 4. *c.* 10. *p.* 810. 811.) fusius celebratum, Marcum item Antonium Coccejum Sabellicum, Professorem postea Utinensem, Vicentinum, ac tandem Venetum (de quo Jovius *num.* 48. plura affert,) & Pet. Apollonium Collatium, Presb. Novariensem, *Poematis de Excidio Hierosolymitano* Autorem, a Marg. Bignæo aliisque, Nominis ipsius fictitia Vetustate haud dubie deceptis, inter Patres Seculi VII. antiquos relatum (2.) Taceo reliquos famæ minoris, quorum, uti & plerorumque hactenus enumeratorum, Nomina Vera ac Gentilitia, ob *μετονομασίαν* istam ἀρχαΐζουσαν, nunc, vel plane ignorantur, vel saltem sunt controversa. Verum magni hæc ipsis Causa fuit infortunii. Paulus enim II., Literarum Contemptor, Pio II., harum Patrono, in Sede A. 1464. subrogatus Pontificia, Sodales hosce Equilinos, quod Conjurationem illos in se inivisse, ac Nominum Mutationem istius esse tesseram, falso crederet, subito disturbavit, Bonis-

(2.) V. Vossium *l. c. p.* 811. & Olearii *Abacum p.* 45.

Digitized by Google

que ac Honoribus exuit, imo in nonnullos Crudelitate vere Tyrannica desæviit. Phil. enim Callimachus, Tormenta & Carcerem, Jovio (*n.* 41.) & Baileto (*P. IV. c.* 4. *p.* 512.) testibus, perpessus, vel, uti Autor Vitæ ipsius perhibet, veritus, in Poloniam, ad Casimirum Regem, aufugit. Platina, quod Sodalium causam animosius egisset, &, contumeliose rejectus, provocationem ad Concilium Universale, postulatu suo a Regibus Christianis indicendum, per Literas, minatus esset, tanquam Majestatis reus, hyeme durissima, per menses IV. in Turri, Ventis omnibus exposita, nullo igne concesso, vincula ac compedes toleravit. E qua, cum, Francisci Gonzagæ Card. intercessione, esset dimissus, sed Urbe excedere prohibitus, aliquot post annis, ob novæ Conjurationis suspicionem, denuo in carcerem est detrusus, tormentisque aliquoties subjectus. Quibus cum Sceleris istius Confessio ipsi haud posset extorqueri, nimium Paganæ Antiquitatis studium, & Platonicæ, de Animarum immortalitate Doctrinæ, ab Augustino improbatæ, defensio, criminis loco, ei cœperunt objici, Vinculaque, per Annum adhuc integrum, tanquam Hæreseos (a qua tamen immunis ipsis videbatur Theologis) convicto, fuerunt sustinenda, sicut, *in Vita Pauli II.*, ipse fusius enarrat. Jul. Pomp. Lætus, primus Sodalitii Autor, qui Venetias jam evaserat, inde, ad causam dicendam, in Urbem retractus, mira animi constantia tormenta, uti Hankius tradit,

&

& Jovius subindicat, itidem toleravit; ac tandem, cum lætiore, sub Pauli II. Successoribus, aliquamdiu gavisus esset Fortuna, ad extremam redactus egestatem, in Xenodochio obiit, Amicorumque elatus est impensis (3.) Nec immerito proinde suspecta mihi est M. Ant. Majoragii (*Orat. X. p.* 218.) de Pauli in Pomponium Æquanimitate ac Indulgentia, Relatio, his verbis exhibita: *Lepide Pomponius Lætus, Vir summa Eruditione atque dicendi elegantia clarus, cum a Paulo II., P. M. cujus consuetudine familiariter utebatur, molli quodammodo brachio reprehenderetur, quod, mutato nomine, cum antea Bernhardinus diceretur, se Pomponium Lætum vocari juberet: Quid hoc, inquit, ad te, Pontifex Maxime? An, si me Fœniculum appellari voluissem, id reprehenderes? Risit, ad hanc Responsionem, Pontifex, neque illum impediendum esse censuit, quo minus suo sibi Arbitrio nomen adoptaret.* Conf. de Sodalitate hac Esquilina, modernarum in Italia Societatum Eruditarum Matre, ac Sodalium ejus Fatis asperioribus, B. Platinæ *Vitam Pauli II.*, Autorem *Vitæ Phil. Callimachi*, Pauli Jovii *Elogia, num.* 19. 40. 41. & & 48. Vossii *L.* 3. *de H. L. c.* 8. *p.* 614. 615. 616. & *Partem Libri ejusd. IV. c.* 10. *p.* 810. M. Hanckii *L.* 1. *de Rer. Rom. Scr. P. I. c.* 48. *p.* 204. 205. Adr. Baileti *Auteurs Deguisez, P. I. c.* 4. *p.* 38. *P. II. c.* 2. *p.* 90-93. & *P. IV. c.* 4. *p.* 512. Instauratam denuo esse, post Pauli excessum, ex Jovio Colligo, qui,

(3.) V. Joh. Pierii Valeriani *Lib. II. de Infelicit. Literatorum p. m.* 167. 168. & Vossium atque Hankium, *locis citatis.*

Digitized by Google

qui, in Elogio Platinæ (*num.* 19.) hunc, morientem, *Domum Quirinalem, cum Laureto, ad coronandos Poetas, Pomponio reliquisse*, testatur.

IV. Pergemus jam ad Recentiores alios, primumque locum illis tribuemus, qui Nomen pariter atque Cognomen pristinum cum novo commutarunt. In quem Censum, ex Italis, sunt referendi: 1. DOMITIUS CALDERINUS (antea DOMINICUS de CALDARIIS,) Calderia Veronensis, Lit. Human. in Gymn. Romano, Sec. XV. declinante, Professor. V. M. Ant. Majoragii *Orat. X. p.* 216.; 2. JOH. BAPTISTA EGNATIUS (antea JOHANNES de CIPELLIS,) Venetus, utriusque Linguæ in Patria Professor, d. 2. Jul. A. 1553. (æt. 80.) teste El. Reusnero, mortuus. V. Majoragium *l. c. p.* 215. 216. 3. MARCUS ANTONIUS FLAMINIUS (antea ANTONIUS MARIA FLAMINIUS,) Philologus & Poeta, Metaphrastesque Psalmorum Nobilis, Romæ, ni fallor, versatus, & An. 1551. Thuano teste, defunctus. V. Majoragium *l. c. p.* 217. 218. Ubi etiam refert, Patrem ejus, Johannem Antonium, Imolæ obscuro loco natum, ac Bononiæ Literas professum, FLAMINII Cognomen primum adscivisse, seq; in Gentem Flaminiorum Illustrem inseruisse, *ut, non tantum propter Literas, sed etiam propter Nominis Dignitatem, clarior fieret.* Bailetus (*P. II. c.* 6. *p.* 148.) arrogantem hanc ejus Audaciam, a Majoragio laudatam, & Canditatorum Civitatis Romanæ (de quibus *Cap. praeced.* §. 8. dictum) Exemplo defensam,

fam,

Digitized by Google

ſam, improbat, ſed Filio, M. Antonio, tribuit, quem, cum Patre confundens, Johannem Antonium antea ait fuiſſe appellatum, Ludimagiſtrumque Imolenſem egiſſe; 4. M. ANTONIUS MAJORAGIUS, de cujus Μετονομασία, & Oratione pro illa Apologetica, fuſe, *Cap. praeced.* §. 3. *&* 4. diſſeruimus. Conf. Mart. Hankii *Lib. 1. de Scr. R. Rom. P. I. c. 53. p. 215.*; JANUS PARRHASIUS (antea JOHANNES PAULUS de PARISIIS) Coſentinus Calaber, Philologus atque Poetarum Vett. Exegetes, circa A. 1500. Romæ celebris. V. Majorag. *l. c. p. 216. 217.*; 6. FABIUS VIGIL (antea FABIANUS VETULA) *Vir, non tantum Doctiſſimus, ſed etiam Sanctiſſimus*, a Paulo III. Pontifice ad Epiſcopatum Spoletinum evectus. V. Majoragium *l. c. p.* 216. Bailetus (*P. II. c. 2. p.* 92.) male inter eos illum refert, quorum Nomina priſtina plane ignorantur; 7. PHÆDRUS VOLATERRANUS (antea THOMAS INGERAMIUS) Profeſſor atque Orator famæ ingentis Romanus, morte miſerabili (de qua Joh. Pierius Valerianus, *L. 1. de Infel. Lit. p.* 46. 47. poteſt conſuli) exſtinctus. V. Majorag. *l. c. p.* 216.

V. E Germanis Nomen ſimul atque Cognomen mutarunt: 1. PHILIPPUS COSMIUS (antea THEODORUS SIMON,) Berchſteda Holſatus, Vir Doctus, & ἑλληνικώτατος imprimis, ſed in Religione mire inconſtans, ex Lutherano quippe Pontificius, ex Pontificio Reformatus, ex Reformato tandem Socinianus, & Scho-

læ

læ in Polonia Kisselinensis, Seculo hoc, Rector, de quo plura *in Cimbria Literata* dicemus. Conf. Chr. Sandii *Biblioth. AntiTrinit. p.* 143. ; 2. JUSTUS JONAS (antea JODOCUS KOCH dictus, sicut, ex Erasmi ad eum *Epistolis*, Georg. Wicelii Scriptis, illi oppositis, *Indice* Clem. VIII. *Romano p.* 65. & Dav. Chytræi *Chronico Saxon. P. III. p.* 17. colligo,) Northusanus, ex Doctore & Professore Acad. Witteb. Theologo, Superintendens Halensis, Eisfeldensis, & tandem Coburgensis, Verus Lutheri Achates, d. 9. Oct. A. 1555. (æt. 62.) defunctus; 3. PHILIPPUS AUREOLUS THEOPHRASTUS PARACELSUS BOMBASTUS ab HOHENHEIM (cujus Nomen Verum ac pristinum ignoratur,) Einsidelia Helvetius, Chymicus & Novator in Medicina, quam Basileæ aliquamdiu docuit, Sec. superiore, famosus, Salisburgi An. 1541. mortuus. V. de illo Melch. Adami *Vitas Med. Germ. p.* 28.-38. & H. Conringii *Lib.* 2. *de Medic. Hermetica* ; 4. ADAMUS PASTORIS (antea RUDOLPHUS MARTINI,) Anabaptista Seculi Superioris, circa A. 1546. patria Westphalus, ob Hetorodoxiam Arianam, a Mennone Simonis & Theodoro Philippi, excommunicatus, de quo fuse in *Cimbria* a nobis dictum est *Literata. Conf. Isagogen ad Hist. Cimbr. P. II. c.* 5. §. 5. *p.* 105. 106. J. Henr. Ottii *Annal. Anabapt. ad An.* 1547. *p.* 108. 109. Joh. Hornbeckii *Summam Controvers. L.* 5. *p.* 355. & Chr. Sandii *Biblioth. AntiTrin. p.* 38. 39. 40. ; 5. PUBLIUS VI-

Digitized by Google

VIGILANTIUS, Argentinensis, Poeseos in Acad. ad Viadrum Francofurtana Professor, An. 1512. M. Julio, in Itinere Italico, a Vespillonibus, inter Urbem Wimpinam & Arcem Ravenspurgensem, telo trajectus. Scripta ejus, ac Epitaphium, V. in Anonymi *Centuria Scriptorum Insignium, qui in Acadd. Lips. Witeb. & Francofurtana floruerunt*, a J. J. Madero edita, *num.* 80.

VI. Ex Scotis, ALEXANDRUM ALESIUM, Edinburgensem, Theologum Seculi Superioris Lutheranum Francofurtanum atque Lipsiensem, d. 17. Mart. An. 1565. (æt. 65.) mortuum, & a Jac. Thomasio, 90. post annis, Oratione celebratum peculiari (4.) Ant. Varillasius, *T. VI. Operis de Revolutionibus Europæ ob Religionem Gallici*, *Lib.* 27. accusat, quod, e Patria profugus, vero Nomine dissimulato, istud, quod ALEXANDRO ab HALES, Minoritæ Anglo, Theologo Seculi XIII. Scholastico Parisiensi, Thomæque Aquinatis Præceptori, olim fuerat proprium, assumpserit. V. *Acta Erudd. Lips.*, *M. Jan. A.* 1691. *p.* 34. Cui, licet parum, ex Oratione Thomasiana, de Majoribus ac Familia ipsius silente, possit regeri, vereor tamen, ne Relatio hæc Fabulis, quarum larga apud Scriptorem hunc messis occurrit, sit annumeranda.

VII. E Judæis tandem, hisce sunt subjungendi: 1. AMATUS LUSITANUS (antea JOHANNES RODERICUS CASTELLI AL-BI,

(4.) Occurrit ea, inter reliquas Thomasii *Orationes*, *num.* 14. *p.* 300.-323.

Digitized by Google

El, ſub quo Nomine ejus *Exegemata in 2. priores Libros Dioſcoridis* Antwerpiæ An. 1536. prodierunt, Academiæ Salmanticenſis, circa An. 1550. Philoſophus atque Medicus Celeberrimus. V. Simleri *Biblioth. p.* 29. & Joh. Ant. Lindani *Tr. de Script. Med. p.* 22. 401.; 2. GABRIEL ACOSTA, Portua Luſitanus, Homo Judæa ſtirpe ortus, ſed in Religione educatus Pontificia, & Eccleſiæ Patriæ Theſaurarius, qui, ad Judaismum deinde Avitum Amſtelodami relapſus, in Circumciſione URIELIS Nomen, obtinuit, ſed, quod Sadducaismum profiteretur, bis excommunicatus, prima vice per Annos 14. ſecunda autem per ſeptennium, vixit ἀποσυνάγωγος, ac tandem, poſt Pœnitentiam ſimulatam, non ſine ritibus ignominioſis, pœnisque ſeveris, denuo receptus, M. Apr. An. 1640. ſoli inhærens Religioni Naturali, αὐτοχειρίᾳ periit. V. ipſius *Exemplar Vitæ Humanæ*, in omnem Religionem Revelatam injurium, a Phil. Limburgio *Amicæ* ſuæ, *cum Judæo Erudito, de Verit. Relig. Chriſt. Collationi*, Goudæ, A. 1687. excuſæ, cum Refutatione, adjectum, *P. I.*

VIII. Prænomen ſolum cum alio, plane diverſo, commutarunt, præter URIELEM ACOSTAM, quem, §. *præced.* jam memoratum, ſed ad hanc potius referendum, a Gentili ſuo ſeparare noluimus, ex Italis: 1. ACTIUS SYNCERUS (antea JACOBUS) SANNAZARIUS, Eques Neapolitanus, Miniſterque Ferdinandi Junioris & Federici, Regum, Aulicus, A. 1530.

(æt.

(ætat. 72.) in Villa sua Mergillina, defunctus, Poeta in Latino pariter atque Hetrusco Idiomate, Nobilissimus, laudemque præcipuam celebri *de Partu Virginis* Poemate & *Eclogis Piscatoriis*, meritus, quem Nomen pristinum, Joh. Joviani Pontani, & hortatu amico, & exemplo, repudiasse, Paulus Jovius (*in Elogiis n.* 80.) testatur; 2. JOH. PIERIUS VALERIANUS (antea PETRUS VALERII) Bellunensis, Sacerdos, Poeta & Philologus Romanus πολυμαθέστατος, sed Eruditis Infelicibus, quorum *Libris II.* persecutus est Historiam, a Corn. Tollio, in illorum *Appendice* (*p.* 11. 12.) merito annumeratus, ac Patavii tandem A. 1550. Thuano teste, exstinctus. V. M. A. Majoragii *Orat. X. p.* 216. Ex Gallis hos imitatus est SCÆVOLA (antea GAUCHERIUS, in Honorem Avi atque Patrini sui, Francisci Primi, Galliæ Regis, Archiatri, hoc Nomine gavisi, dictus) SAMMARTHANUS Senior, Juliodunensis, *Sect. I. c.* 4. §. 11., jam a nobis celebratus. V. de Μετονομασίᾳ illius, Vitam ejus, a Gabr. Mich. Rupimalleto, Senatus Parisiensis Advocato, scriptam, in Sylloge Vitarum Londinensi Batesiana, *p.* 379. *ac seqq.* obviam. Qui JANI, quam JOHANNES, PETREJI, quam PETRI, dici maluerunt, aliave Nomina sua, simili ratione, Literis aliquot, Amore Antiquitatis, vel auxerunt, vel mutilarunt, brevitatis studio, a nobis *h. l.* prætereuntur; a Baileto *P. II. c.* 2. magnam jam partem enumerati.

IX. Prænomini, in Lavacro Mystico sibi im-

Digitized by Google

posito, aliud adultiores adjunxerunt, ex Italis: 1. MARCUS ANTONIUS FLAMINIUS, de quo §. 4. *hujus Cap.* dictum; 2. MARCUS ANTONIUS MAJORAGIUS, de quo §. 4. *Cap. praeced.* relegatur; 3. JOHANNES JOVIANUS (antea JOHANNES solum vocatus) PONTANUS, Cereto Umber, Ferdinandi II., R. neapolitani, Scriniorum Magister, Poeta, Historicus & Orator insignis, An. 1503. (æt. 77.) defunctus. V. Jovii *Elogia, num.* 80. *p.* 185. Bailetum *P. II. c.* 2. *p.* 105. E Gallis: 1. QVINTUS SEPTIMIUS FLORENS (antea FLORENTIS solum nomine gavisus) CHRISTIANUS, Aurelianensis, Ducum Vindocinorum Consiliarius, & Henrico IV. Navarræ solius adhuc Regi, a Studiis & Cura Bibliothecæ, A. 1596. (æt. 56.) exstinctus, Poeta, Thuano Judice, cum priscis ipsis comparandus, & a Scæv. Sammarthano (*L.* 4. *Elog. Gall. p.* 184. 185. ubi etiam μετονομασίαν ejus subindicat) invidendis mactatus laudibus. Jos. Scaliger (*in Scaligerianis Primis p.* 46.) ita de illo: *Christianus nostras Excellentissimus Poeta Græcus, Latinus, Gallicus, neque quenquam hactenus, in nostra Gallia, nosse contigit, qui illum, in triplici hac Poesi, superet, sed vita est parum probata.* Adjecit autem Prænomini *Florentis* Lustrico duo reliqua *Quinti* & *Septimii*, tum, ut Tertulliano, Scriptori Ecclesiastico, evaderet cognominis, tum, quod, Thuano (*ad A.* 1596.) teste, e Liberis Parentum suorum compluribus, esset quintus, & septimo mense in lucem editus; 2. ANTONIVS

Digitized by Google

NIUS DEMOCHARES (antea ſolum DEMOCHARES) RESSONÆUS, Theologus Seculi Superioris, & Miſſæ Hyperaſpiſtes. V. Bailetum *P. II. c. 2. p.* 97.; 3. JOH. PAPYRIUS MASSONUS, de quo V. *Cap. praced.* §. 1. Ex Hiſpanis: 1. LVCIVS CHRISTOPHORVS ESCOBAR Bæticus, Canonicus, circa A. 1541., Agrigentinus, & ProRegi Siciliæ a Sacris (de quo V. Nic. Antonii *T. II. Biblioth. Hiſp. p.* 286.) 2. ÆLIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS, Hiſtoriographus Regius, Rhetor Acad. Complutenſis Publicus, & Literaturæ Elegantioris in Hiſpania Inſtaurator, An. 1544. (æt. 77.) exſtinctus; 3. LVCIVS ANDREAS (LVCIVS ANGELVS ANDREAS vocatur a Joh. Secundo, *in Poematis p.* 137. 141. & ab aliis) RESENDIUS, Eborenſis Luſitanus, Eccleſiæ Patriæ Canonicus, Emanuelisque, Luſitaniæ Regis, Liberorum Præceptor, An. 1573. denatus. Qui nominibus ſuis Prænomina Lucii & Ælii Romana præfixerunt. V. Bailetum *P. II. c. 2. p.* 94. E Germanis denique HELIUS EOBANUS HESSUS, Prof. ad A. usque Emortualem 1540. Erfurtenſis ac Marpurgenſis, inter Cultiores Germaniæ Poetas merito referendus, cujus Patria, æque ac Homeri, ignoratur, Græco Solis nomine ſuum augere quod Die Solis, ſive Dominica primam vidiſſet lucem, haud veritus. V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p.* 107. & ipſius Carmen peculiare *Lib.* 1. *Sylvarum pag.* 373. *& ſeqq.*

Digitized by Google

X. Eruditorum, qui nova, rejectis pristinis, adsciverunt Cognomina, nobis Exempla sistent: ex Italis: 1. BARTHOLOMÆUS FERRINUS, Alphonso & Herculi, Ferrariæ Ducibus, ab Epistolis, ob Poemata, tam Latina, quam Hetrusca, a Gyraldo, in *Historia Poetarum*, commendatus, qui, cum loco natus esset obscurissimo, ac pauperrimus, Herculis Beneficio Uxorem obtinuit Filiam Mercatoris Ferrarii ditissimi unicam, & a Soceri Ferro *Ferrinum* se, suppresso Familiæ suæ nomine, appellavit. V. Majoragii *Orat. X. p.* 241.; 2. ALDUS MANUTIUS Senior, Typographus Venetus Doctissimus, An. 1516. mortuus, (de quo *Sect. I. c.* 3. §. 15. plura invenies.) Is enim, licet patria esset Bassianas, prima tamen mox ætate ALDUM ROMANUM, hinc, assumpto Familiæ Manutiorum nomine, ALDUM MANUTIUM Romanum, tandem autem, cum in Alberti Pii, Carporum Principis, se insinuasset Amicitiam, ALDUM PIUM MANUTIUM Romanum, sese cognominavit. V. Majoragium *l. c. p.* 239. E Germanis: 1. JUSTUS BARONIUS, de quo V. *Sect. II. c.* 7. §. 11., *& Sect. III. c.* 2. §. 14.; 2. OSWALDUS MYCONIUS (antea Germanice dictus Geißhäuser/) Lucernas Helvetius, Theologus Acad. Basileensis Lutheranus, A. 1552. exstinctus. V. Melch. Adami *Vitas Theoll. Germ. p.* 223. *& seqq.*; 3. GEORG. SABINUS (antea Schüler/) Brandenburgo Marchicus, Poeta illustris, Melanchtonis Gener, & Acadd. Francofurtanæ ac Regiomontanæ, ad A. usque Fatalem 1560, Profes-

ceſſor, cui, Juveni etiamnum, Wittebergæ, in Poetarum quorundam Congreſſu, Auli Sabini, Poetæ Veteris, Cognomen eſt aſſignatum, quod alterum exile nimis, & tanto vate, (cum Diſcipulum ſignificet) indignum, judicarent. V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p. 223. 224.* & Joh. Chr. Becmanni *Notit. Dignitt. Diſſ. V. c. 2. p.* 121. E Belgis, in hunc Cenſum ſunt referendi Tres Poetæ Batavi NOBILISSIMI, uno eodemque Parente, NICOLAO Everhardo, JCto Celebri, & Præſide Hollandiæ Regio, geniti; 1. JOHANNES ſcil. SECUNDUS Hagienſis, *Baſiorum* Scriptor Venuſtiſſimus, *nemini*, J. Douſa, Judice, *Hippocrenia arte ſecundus*, Johannis initio Taveræ, Card. & Archiepiſc. Toletani, deinde autem Georgii Egmondani, Præſulis Vltrajectini, Secretarius, 8. Kal. Oct. A. 1536. (æt. 25.) morte immatura exſtinctus; 2. HADRIANUS MARIUS, Magnus Gelriæ Zutphaniæque Cancellarius, Bruxellis An. 1568. mortuus, qui, cum Prænomen eſſet ſortitus a D. Hadriano, cui dies ipſius natalis ſacer fuerat, a Maria Deipara, quæ eodem (VI. nempe Id. Sept.) colebatur, voluit cognominari, ne (uti ipſe, *in Epigrammate ad Guilh. Diemenum*, Conſilii ſui rationem explicat) *Divo uni, quam Divum Dominæ, plus tribuiſſe ferretur*; 3. NICOL. GRUDIUS (quod Lovanii, in Grudiorum Regione, primam aſpexiſſet lucem, ita dictus,) Caroli V., & Philippi II. R. Hiſp., Conſiliarius, Brabantiæ Quæſtor, & Ord. Equitum Velleris Aurei Graphiarius, Venetiis An.

1571. defunctus. V. Pet. Scriverii *Diss. de Johanne Secundo, & Gente, e qua is ortus est, Nicolai Poematis* illius, Lugd. Bat. A. 1619. editis, præfixam. E Gallis suis, Bailetus (*P. II. c.* 7. *p.* 156. *& seqq.*) his annumerat: 1. JOHANNEM AURATUM, Lemovicem (antea DISNEMANDII gavisum Cognomine, quo Jentaculorum Sectatores Dialecto Lemovicensium designantur,) L. Gr. Prof. Regium Parisiensem, Vatemque Eximium, An. 1588. denatum; 2. FRANC. JUNIUM (antea IVACUM,) Biturigem, Theologum Reformatum Acadd. Heidelbergensis & Lugduno-Batavæ, ad A. usque 1602. Emortualem, Celeberrimum; 3. ADR. TURNEBUM (antea TOURNEBEUF,) Philologum Summi Nominis, Linguarumque & Philos. Prof. Regium Parisiensem, Prid. Id. Jul. An. 1565. (æt. 53.) rebus Humanis exemptum; 4. FRANC. VATABLUM (antea OVATE-BLÈ sive Triticiperdam,) Gamachianum, L. Hebr. in Schola Parisiensi, ab A. 1530. Interpretem Decantatissimum, d. 16. Mart. An. 1547. testibus Thuano (*ad A.* 1547.) Scæv. Sammarthano Sen. (*L.* 1. *Elog.*) & P. Colomesio (*in Gall. Or. p.* 8. *& sqq.*) non vero 1540. (quem, ex Filiorum Sammarthani *T. I. Gall. Christ.* Joh. Gotfr. Olearius *in Abaco p.* 167. substituit) defunctum. Claudat hunc Numerum, ex Hispanis, MICHAEL SERVETUS (antea REVES vel RENES,) Tarraconensis, Medicus, Doctrina sua, in S. Trinitatem injuria, famam adeptus, sed, ob eandem, Genevæ d. 27. Oct. An. 1553. Joh. Calvini suasu, exustus, de quo

Digitized by Google

quo V. Chr. Sandii *Bibliothecam Anti-Trinitat. p.* 8. 15.

XI Adde istis alios, fere innumeros, qui Cognomine Gentilitio neglecto, aliud, a Circumstantiis Nativitatis suæ derivatum, huic prætulerunt. Sic a Patria, Veterum Exemplo, cognominari voluerunt, ex Italis: Leonhardus (*Brunus*) & Petrus Aretini, Andr. Alciatus, Domit. Calderinus, Ambros. Calepinus, Hieron. Cardanus, Angelus (*Bassus*) Politianus (sive de Monte Pulciano,) Ludov. (*Cœlius*) Rhodiginus, Raphael (*Regius*) Volaterranus, Baptista (*Saccus*) Platina, &, qui, tum horum nonnullos, tum alios complures (*Orat.* 10. *p.* 216. 222. 223.) recenset, Marcus Ant. Majoragius: E Germanis, Johannes (Thurmaier) Aventinus (ab Abusina, seu Abensperg/ Oppido Bavariæ, V. *Olearii Abacum p.* 237.) Andr. (*Badenstein*) Carolostadius, Alex. Hegius, Rect. Daventriensis (a Pago Monasteriensi Heck/) Helius Eobanus Hessus, Joh. (*Mullerus*) Regiomontanus, Beatus (*Bildius*) Rhenanus, Johannes Sleidanus, Joh. (*Heidenberg*) Trithemius, Georg. Spalatinus (ab Oppido Episcopatus Eichstadiensis Spelt. V. Casp. Sagittarii *Diss. de Vita illius*, & J. Gotfr. Olearii *Scrin. Antiqu. p.* 183.) Conr. Wimpina, Vitus (*Ortelius*) Winshemius, Pet. Mosellanus (a Fluvio Mosella, patriæ vicino, dictus. V. *Melch. Ad. Vit. Philos. Germ. p.* 57.) &c. E Belgis, Alardus Amstelredamus, Georg. Cassander (ab Insula Cadsand,) Gemma Frisius, Nicol. Grudius (de quo V. §.

 præ-

Digitized by Google

læ in Polonia Kiſſelinenſis, Seculo hoc, Rector, de quo plura *in Cimbria Literata* dicemus. Conf. Chr. Sandii *Biblioth. AntiTrinit. p.* 143.; 2. JUSTUS JONAS (antea JODOCUS KOCH dictus, ſicut, ex Erasmi ad eum *Epiſtolis*, Georg. Wicelii Scriptis, illi oppoſitis, *Indice* Clem. VIII. *Romano p.* 65. & Dav. Chytræi *Chronico Saxon. P. III. p.* 17. colligo,) Northuſanus, ex Doctore & Profeſſore Acad. Witteb. Theologo, Superintendens Halenſis, Eisfeldenſis, & tandem Coburgenſis, Verus Lutheri Achates, d. 9. Oct. A. 1555. (æt. 62.) defunctus; 3. PHILIPPUS AUREOLUS THEOPHRASTUS PARACELSUS BOMBASTUS ab HOHENHEIM (cujus Nomen Verum ac priſtinum ignoratur,) Einſidelia Helvetius, Chymicus & Novator in Medicina, quam Baſileæ aliquamdiu docuit, Sec. ſuperiore, famoſus, Salisburgi An. 1541. mortuus. V. de illo Melch. Adami *Vitas Med. Germ. p.* 28.-38. & H. Conringii *Lib.* 2. *de Medic. Hermetica*; 4. ADAMUS PASTORIS (antea RUDOLPHUS MARTINI,) Anabaptiſta Seculi Superioris, circa A. 1546. patria Weſtphalus, ob Hetorodoxiam Arianam, a Mennone Simonis & Theodoro Philippi, excommunicatus, de quo fuſe in *Cimbria* a nobis dictum eſt *Literata*. *Conf. Iſagogen ad Hiſt. Cimbr. P. II. c.* 5. §. 5. *p.* 105. 106. J. Henr. Ottii *Annal. Anabapt. ad An.* 1547. *p.* 108. 109. Joh. Hornbeckii *Summam Controverſ. L.* 5. *p.* 355. & Chr. Sandii *Biblioth. AntiTrin. p.* 38. 39. 40.; 5. PUBLIUS VI-

VIGILANTIUS, Argentinensis, Poeseos in Acad. ad Viadrum Francofurtana Professor, An. 1512. M. Julio, in Itinere Italico, a Vespillonibus, inter Urbem Wimpinam & Arcem Ravenspurgensem, telo trajectus. Scripta ejus, ac Epitaphium, V. in Anonymi *Centuria Scriptorum Insignium, qui in Acadd. Lips. Witeb. & Francofurtana floruerunt*, a J. J. Madero edita, *num.* 80.

VI. Ex Scotis, ALEXANDRUM ALESIUM, Edinburgensem, Theologum Seculi Superioris Lutheranum Francofurtanum atque Lipsiensem, d. 17. Mart. An. 1565. (æt. 65.) mortuum, & a Jac. Thomasio, 90. post annis, Oratione celebratum peculiari (4.) Ant. Varillasius, *T. VI. Operis de Revolutionibus Europæ ob Religionem Gallici*, *Lib.* 27. accusat, quod, e Patria profugus, vero Nomine dissimulato, istud, quod ALEXANDRO ab HALES, Minoritæ Anglo, Theologo Seculi XIII. Scholastico Parisiensi, Thomæque Aquinatis Præceptori, olim fuerat proprium, assumpserit. V. *Acta Erudd. Lips.*, *M. Jan. A.* 1691. *p.* 34. Cui, licet parum, ex Oratione Thomasiana, de Majoribus ac Familia ipsius silente, possit regeri, vereor tamen, ne Relatio hæc Fabulis, quarum larga apud Scriptorem hunc messis occurrit, sit annumeranda.

VII. E Judæis tandem, hisce sunt subjungendi: 1. AMATUS LUSITANUS (antea JOHANNES RODERICUS CASTELLI ALBI,

(4.) Occurrit ea, inter reliquas Thomasii *Orationes*, *num.* 14. *p.* 300.-323.

EI, ſub quo Nomine ejus *Exegemata in 2. priores Libros Dioſcoridis* Antwerpiæ An. 1536. prodierunt, Academiæ Salmanticenſis, circa An. 1550. Philoſophus atque Medicus Celeberrimus. V. Simleri *Biblioth. p.* 29. & Joh. Ant. Lindani *Tr. de Script. Med. p.* 22. 401.; 2. GABRIEL ACOSTA, Portua Luſitanus, Homo Judæa ſtirpe ortus, ſed in Religione educatus Pontificia, & Eccleſiæ Patriæ Theſaurarius, qui, ad Judaismum deinde Avitum Amſtelodami relapſus, in Circumciſione URIELIS Nomen, obtinuit, ſed, quod Sadducaismum profiteretur, bis excommunicatus, prima vice per Annos 14. ſecunda autem per ſeptennium, vixit ἀποσυνάγωγος, ac tandem, poſt Pœnitentiam ſimulatam, non ſine ritibus ignominioſis, pœnisque ſeveris, denuo receptus, M. Apr. An. 1640. ſoli inhærens Religioni Naturali, ἀυτοχειρία periit. V. ipſius *Exemplar Vitæ Humanæ*, in omnem Religionem Revelatam injurium, a Phil. Limburgio *Amicæ* ſuæ, *cum Judæo Erudito, de Verit. Relig. Chriſt. Collationi*, Goudæ, A. 1687. excuſæ, cum Refutatione, adjectum, *P. I.*

VIII. Prænomen ſolum cum alio, plane diverſo, commutarunt, præter URIELEM ACOSTAM, quem, §. *præced.* jam memoratum, ſed ad hanc potius referendum, a Gentili ſuo ſeparare noluimus, ex Italis: 1. ACTIUS SYNCERUS (antea JACOBUS) SANNAZARIUS, Eques Neapolitanus, Miniſterque Ferdinandi Junioris & Federici, Regum, Aulicus, A. 1530.

(æt.

Digitized by Google

(æt. 72.) in Villa sua Mergillina, defunctus, Poeta, in Latino pariter atque Hetrusco Idiomate, Nobilissimus, laudemque præcipuam celebri *de Partu Virginis* Poemate & *Eclogis Piscatoriis*, meritus, quem Nomen pristinum, Joh. Joviani Pontani, & hortatu amico, & exemplo, repudiasse, Paulus Jovius (*in Elogiis n.* 80.) testatur; 2. JOH. PIERIUS VALERIANUS (antea PETRUS VALERII) Bellunensis, Sacerdos, Poeta & Philologus Romanus πολυμαθέστατος, sed Eruditis Infelicibus, quorum *Libris II.* persecutus est Historiam, a Corn. Tollio, in illorum *Appendice* (*p.* 11. 12.) merito annumeratus, ac Patavii tandem A. 1550. Thuano teste, exstinctus. V. M. A. Majoragii *Orat. X. p.* 216. Ex Gallis hos imitatus est SCÆVOLA (antea GAUCHERIUS, in Honorem Avi atque Patrini sui, Francisci Primi, Galliæ Regis, Archiatri, hoc Nomine gavisi, dictus) SAMMARTHANUS Senior, Juliodunensis, *Sect. I. c.* 4. §. 11., jam a nobis celebratus. V. de Μετονομασίᾳ illius, Vitam ejus, a Gabr. Mich. Rupimalleto, Senatus Parisiensis Advocato, scriptam, in Sylloge Vitarum Londinensi Batesiana, *p.* 379. *ac seqq.* obviam. Qui JANI, quam JOHANNES, PETREJI, quam PETRI, dici maluerunt, aliave Nomina sua, simili ratione, Literis aliquot, Amore Antiquitatis, vel auxerunt, vel mutilarunt, brevitatis studio, a nobis *h. l.* prætereuntur; a Baileto *P. II. c.* 2. magnam jam partem enumerati.

IX. Prænomini, in Lavacro Mystico sibi impo-

Digitized by Google

posito, aliud adultiores adjunxerunt, ex Italis: 1. MARCUS ANTONIUS FLAMINIUS, de quo §. 4. *hujus Cap.* dictum; 2. MARCUS ANTONIUS MAJORAGIUS, de quo §. 4. *Cap. praeced.* relegatur; 3. JOHANNES JOVIANUS (antea JOHANNES solum vocatus) PONTANUS, Cereto Umber, Ferdinandi II., R. Neapolitani, Scriniorum Magister, Poeta, Historicus & Orator insignis, An. 1503. (æt. 77.) defunctus. V. Jovii *Elogia, num.* 80. *p.* 185. Bailetum *P. II. c.* 2. *p.* 105. E Gallis: 1. QVINTUS SEPTIMIUS FLORENS (antea FLORENTIS solum nomine gavisus) CHRISTIANUS, Aurelianensis, Ducum Vindocinorum Consiliarius, & Henrico IV. Navarræ solius adhuc Regi, a Studiis & Cura Bibliothecæ, A. 1596. (æt. 56.) exstinctus, Poeta, Thuano Judice, cum priscis ipsis comparandus, & a Scæv. Sammarthano (*L.* 4. *Elog. Gall. p.* 184. 185. ubi etiam μετονομασίαν ejus subindicat) invidendis mactatus laudibus. Jos. Scaliger (*in Scaligerianis Primis p.* 46.) ita de illo: *Christianus nostras Excellentissimus Poeta Græcus, Latinus, Gallicus, neque quenquam hactenus, in nostra Gallia, nosse contigit, qui illum, in triplici hac Poesi, superet, sed vita est parum probata.* Adjecit autem Prænomini *Florentis* Lustrico duo reliqua *Quinti* & *Septimii*, tum, ut Tertulliano, Scriptori Ecclesiastico, evaderet cognominis, tum, quod, Thuano (*ad A.* 1596.) teste, e Liberis Parentum suorum compluribus, esset quintus, & septimo mense in lucem editus; 2. ANTONIVS

NIUS DEMOCHARES (antea ſolum DEMOCHARES) RESSONÆUS, Theologus Seculi Superioris, & Miſſæ Hyperaſpiſtes. V. Bailetum *P. II. c. 2. p.* 97.; 3. JOH. PAPYRIUS MASSONUS, de quo V. *Cap. præced.* §. 1. Ex Hiſpanis: 1. LVCIVS CHRISTOPHORVS ESCOBAR Bæticus, Canonicus, circa A. 1541., Agrigentinus, & ProRegi Siciliæ a Sacris (de quo V. Nic. Antonii *T. II. Biblioth. Hiſp. p.* 286.) 2. ÆLIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS, Hiſtoriographus Regius, Rhetor Acad. Complutenſis Publicus, & Literaturæ Elegantioris in Hiſpania Inſtaurator, An. 1544. (æt. 77.) exſtinctus; 3. LVCIVS ANDREAS (LVCIVS ANGELVS ANDREAS vocatur a Joh. Secundo, *in Poematis p.* 137. 141. & ab aliis) RESENDIUS, Eborenſis Luſitanus, Eccleſiæ Patriæ Canonicus, Emanuelisque, Luſitaniæ Regis, Liberorum Præceptor, An. 1573. denatus. Qui nominibus ſuis Prænomina Lucii & Ælii Romana præfixerunt. V. Bailetum *P. II. c. 2. p.* 94. E Germanis denique HELIUS EOBANUS HESSUS, Prof. ad A. usque Emortualem 1540. Erfurtenſis ac Marpurgenſis, inter Cultiores Germaniæ Poetas merito referendus, cujus Patria, æque ac Homeri, ignoratur, Græco Solis nomine ſuum augere quod Die Solis, ſive Dominica primam vidiſſet lucem, haud veritus. V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p.* 107. & ipſius Carmen peculiare *Lib.* 1. *Sylvarum pag.* 373. *& ſeqq.*

Digitized by Google

X. Eruditorum, qui nova, rejectis pristinis, adsciverunt Cognomina, nobis Exempla sistent, ex Italis: 1. BARTHOLOMÆUS FERRINUS, Alphonso & Herculi, Ferrariæ Ducibus, ab Epistolis, ob Poemata, tam Latina, quam Hetrusca, a Gyraldo, in *Historia Poetarum*, commendatus, qui, cum loco natus esset obscurissimo, ac pauperrimus, Herculis Beneficio Uxorem obtinuit Filiam Mercatoris Ferrarii ditissimi unicam, & a Soceri Ferro *Ferrinum* se, suppresso Familiæ suæ nomine, appellavit. V. Majoragii *Orat. X. p.* 241.; 2. ALDUS MANUTIUS Senior, Typographus Venetus Doctissimus, An. 1516. mortuus, (de quo *Sect. I. c.* 3. §. 15. plura invenies.) Is enim, licet patria esset Bassianas, prima tamen mox ætate ALDUM ROMANUM, hinc, assumpto Familiæ Manutiorum nomine, ALDUM MANUTIUM Romanum, tandem autem, cum in Alberti Pii, Carporum Principis, se insinuasset Amicitiam, ALDUM PIUM MANUTIUM Romanum, sese cognominavit. V. Majoragium *l. c. p.* 239. E Germanis: 1. JUSTUS BARONIUS, de quo V. *Sect. II. c.* 7. §. 11., *& Sect. III. c.* 2. §. 14.; 2. OSWALDUS MYCONIUS (antea Germanice dictus Geißhäuser/) Lucernas Helvetius, Theologus Acad. Basileensis Lutheranus, A. 1552. exstinctus. V. Melch. Adami *Vitas Theoll. Germ. p.* 223. *& seqq.*; 3. GEORG. SABINUS (antea Schüler/) Brandenburgo Marchicus, Poeta illustris, Melanchtonis Gener, & Acadd. Francofurtanæ ac Regiomontanæ, ad A. usque Fatalem 1560, Profes-

fessor, cui, Juveni etiamnum, Wittebergæ, in Poetarum quorundam Congressu, Auli Sabini, Poetæ Veteris, Cognomen est assignatum, quod alterum exile nimis, & tanto vate, (cum Discipulum significet) indignum, judicarent. V. Melch. Adami *Vitas Philos. Germ. p.* 223. 224. & Joh. Chr. Becmanni *Notit. Dignitt. Diss. V. c.* 2. *p.* 121. E Belgis, in hunc Censum sunt referendi Tres Poetæ Batavi NOBILISSIMI, uno eodemque Parente, NICOLAO Everhardo, JCto Celebri, & Præside Hollandiæ Regio, geniti; 1. JOHANNES scil. SECUNDUS Hagiensis, *Basiorum* Scriptor Venustissimus, *nemini*, J. Dousa, Judice, *Hippocrenia arte secundus*, Johannis initio Taveræ, Card. & Archiepisc. Toletani, deinde autem Georgii Egmondani, Præsulis Vltrajectini, Secretarius, 8. Kal. Oct. A. 1536. (æt. 25.) morte immatura exstinctus; 2. HADRIANUS MARIUS, Magnus Gelriæ Zutphaniæque Cancellarius, Bruxellis An. 1568. mortuus, qui, cum Prænomen esset sortitus a D. Hadriano, cui dies ipsius natalis sacer fuerat, a Maria Deipara, quæ eodem (VI. nempe Id. Sept.) colebatur, voluit cognominari, ne (uti ipse, *in Epigrammate ad Guilh. Diemenum*, Consilii sui rationem explicat) *Divo uni, quam Divum Dominæ, plus tribuisse ferretur*; 3. NICOL. GRUDIUS (quod Lovanii, in Grudiorum Regione, primam aspexisset lucem, ita dictus,) Caroli V., & Philippi II. R. Hisp., Consiliarius, Brabantiæ Quæstor, & Ord. Equitum Velleris Aurei Graphiarius, Venetiis An.

 1571.

Digitized by Google

1571. defunctus. V. Pet. Scriverii *Diss. de Johanne Secundo, & Gente, e qua is ortus est, Nicolaia, Poematis* illius, Lugd. Bat. A. 1619. editis, praefixam. E Gallis suis, Bailetus (*P. II. c. 7. p. 156. & seqq.*) his annumerat: 1. JOHANNEM AURATUM, Lemovicem (antea DISNEMANDII gavisum Cognomine, quo Jentaculorum Sectatores Dialecto Lemovicensium designantur,) L. Gr. Prof. Regium Parisiensem, Vatemque Eximium, An. 1588. denatum; 2. FRANC. JUNIUM (antea IVACUM,) Biturigem, Theologum Reformatum Acadd. Heidelbergensis & Lugduno-Batavae, ad A. usque 1602. Emortualem, Celeberrimum; 3. ADR. TURNEBUM (antea TOURNEBEUF,) Philologum Summi Nominis, Linguarumque & Philos. Prof. Regium Parisiensem, Prid. Id. Jul. An. 1565. (aet. 53.) rebus Humanis exemptum; 4. FRANC. VATABLUM (antea OVATE-BLE' sive Triticiperdam,) Gamachianum, L. Hebr. in Schola Parisiensi, ab A. 1530. Interpretem Decantatissimum, d. 16. Mart. An. 1547. testibus Thuano (*ad A. 1547.*) Scaev. Sammarthano Sen. (*L. 1. Elog.*) & P. Colomesio (*in Gall. Or. p. 8. & sqq.*) non vero 1540. (quem, ex Filiorum Sammarthani *T. I. Gall. Christ.* Joh. Gotfr. Olearius *in Abaco p. 167.* substituit) defunctum. Claudat hunc Numerum, ex Hispanis, MICHAEL SERVETUS (antea REVES vel RENES,) Tarraconensis, Medicus, Doctrina sua, in S. Trinitatem injuria, famam adeptus, sed, ob eandem, Genevae d. 27. Oct. An. 1553. Joh. Calvini suasu, exustus, de

quo

Digitized by Google

quo V. Chr. Sandii *Bibliothecam Anti-Trinitat. p.* 6.-15.

XI Adde istis alios, fere innumeros, qui Cognomine Gentilitio neglecto, aliud, a Circumstantiis Nativitatis suæ derivatum, huic prætulerunt. Sic a Patria, Veterum Exemplo, cognominari voluerunt, ex Italis: Leonhardus (*Brunus*) & Petrus Aretini, Andr. Alciatus, Domit. Calderinus, Ambros. Calepinus, Hieron. Cardanus, Angelus (*Bassus*) Politianus (sive de Monte Pulciano,) Ludov. (*Cœlius*) Rhodiginus, Raphael (*Regius*) Volaterranus, Baptista (*Saccus*) Platina, &, qui, tum horum nonnullos, tum alios complures (*Orat.* 10. *p.* 216. 222. 223.) recenset, Marcus Ant. Majoragius: E Germanis, Johannes (Thurmaier) Aventinus (ab Abusina, seu Abensperg/ Oppido Bavariæ, V. *Olearii Abacum p.* 237.) Andr. (*Bodenstein*) Carolostadius, Alex. Hegius, Rect. Daventriensis (a Pago Monasteriensi Heck/) Helius Eobanus Hessus, Joh. (*Mullerus*) Regiomontanus, Beatus (*Bildius*) Rhenanus, Johannes Sleidanus, Joh. (*Heidenberg*) Trithemius, Georg. Spalatinus (ab Oppido Episcopatus Eichstadiensis Spelt. V. Casp. Sagittarii *Diss. de Vita illius*, & J. Gotfr. Olearii *Scrin. Antiqu. p.* 183.) Conr. Wimpina, Vitus (*Ortelius*) Winshemius, Pet. Mosellanus (a Fluvio Mosella, patriæ vicino, dictus. V. *Melch. Ad. Vit. Philos. Germ. p.* 57.) &c. E Belgis, Alardus Amstelredamus, Georg. Cassander (ab Insula Cadsand,) Gemma Frisius, Nicol. Grudius (de quo V. §.

præced.) Andr. Gerhardus Hyperius, Desid. Erasmus Roterodamus, Andr. Vesalius &c.; E Gallis, M. Ant. Muretus, Ægid. (*Persona*) Robervallius (a Pago natali, V. Bailetum *P. II. c. 6. p.* 146.) Math. PP. Paris., &c.: Ex Hispanis, Ælius Antonius Nebrissensis, &c.: E Danis, Christ. Longomontanus, Joh. Janus Alanus, Andr. Severini Vellejus, &c.; E Rhætis, Georg. Joachimus Rhæticus. Plura Exempla ubivis occurrunt, & a Baileto etiam (*P. III. c.* 1.) ac Majoragio (*l. c.*) sunt congesta.

XII. Cognomina Patronymica, a Parentum derivata Nominibus, nullibi frequentiora sunt, quam apud Danos, Svecos, Cimbros, Belgas ac Frisios, &, apud Autores, qui Gentium harum Scriptores, ac Viros Eruditos, celebrarunt, magno numero obvia. Nobis sufficiant tres Medici Frisii, Adolphus Occo, Corn. Gemma, & Rembertus Dodonæus, quorum Vitas Melch. Adamus enarravit, eosque a Patribus cognominatos esse, simul monuit. Adjici plerumque Prænominibus Cognomina ista, in Casu, solent, Genitivo, Voce *Filii* subintellecta. Nec desunt tamen, qui, Nominativo magis delectati, ut, in Casu hoc Recto, Cognomina sua possent efferri, varias iis Terminationes, Græcorum more, adjecerunt. Huc refer Adamios, Adamæos, Adamsonos, Ægidianos, Albertios, Albertinos, Albertanos, Alberteschios, Albertuccios, Andersonos, Andreasios, Andreolos, Antonellos, Antonianos, Antonidas, Antonilezios, Arnoldios,

dios, Arndios, Adrianidas, Barnabæos, Bartolos, Bartholinos, Beatillos, Bernhardinos, Boethios, Boethianos, Canutios, Knutsios, Carolinos, Carletonos, Christenios, Christinæos, Christophorsonos, Clementios, Clementinos, Conradinos, Ericios, Felizios, Fernandezios, Gabrielios, Gerardinos, Gulielmios, Gulielminos, Henningios, Henrichsonos, Henriquezios, Hermannidas, Arminios, Hugolinos, Vgonios, Jacobæos, Jacobatios, Jacobillos, Jacobonios, Jebsenios, Jessenios, Joannidas, Janos, Johannellos, Johannettos, Johannicios, Johanninos, Jansenios, Jansonios, Jensenios, Jonsios, Hansonios, Giovannazos, Giovanninos, Lagonios, Laurentinos, Laurentianos, Laurenzanas, Lorenzinos, Lorencowizios, Lassenios, Lassonios, marcellos, marcellios, marcellinos, martinios, martinellos, martinengos, martinezios, martinones, marianas, marietas, *M*atthæacios, *M*attheolos, *M*atthesios, *M*atthiolos, *M*atthisios, *M*auritianos, *M*ichaelios, michaloros, Nicolaidas, Nicolinos, Nicolosios, Clausenios, Olavios, Ottonellos, Paisenios, Paulinos, Paulaccios, Paulutios, Paulowskios, Petersonos, Petræos, Petrellas, Petricios, Petronios, Petrowskios, Petruccios, Philippæos, Philippinos, Filippazzios, Richardsonos, Richardotos, *S*igfridios, *S*iveros, Sivertos, *S*imeonios, *S*imonios, *S*imonidas, *S*imonescos, *S*imonetas, *S*ixtinos, *S*tephanios, *S*tephanidas, *S*tephanonios, *S*tephensonos, *S*tephanowskios, *S*venonios, Thomæos, Thomasios, Thomasinos, Thomsonos,

nos, Victorios, Victorinos, Victorellos, quorum larga messis, apud Scriptores variarum Gentium Bibliothecarios, & mihi se obtulit, & aliis offerret.

XIII. A Die Natali Cognomen est mutuatus, præter HADRIANUM MARINUM, §. 10. memoratum, ACTIUS SYNCERUS SANNAZARIUS, §. 8. jam celebratus, die S. Nazarii Martyris in lucem editus, V. *ejus Elegiam II. Libri IIdi, p. m.* 112. 113. Unde falli patet Paulum Jovium (*in ejus Elogio, num.* 80.) hujusque Asseclas, qui Cognomen hoc Familiæ ejus putant fuisse Gentilitium, a Sancto Nazario, Oppido Agri Laumellini, inter Padum & Ticinum, non ignobili, e quo Originem illam traxisse conjectant, impositum. CORDI (i. e. ὀψιγόνȣ, sive sero maturescentis) Cognomen EURICIUS CORDUS, Simesusius Hassus, Med. D. Acadd. Erfurtinæ atque Marpurgensis Professor, & Scholæ tandem Bremensis, ad An. usque Emortualem 1535. Rector, quod, inter VII. Fratres, ac V. Sorores, iisdem genitos Parentibus, natu esset Minimus adscivit. Ita enim Ipse *Lib. 2. Epigr.*:

Autumnale velut, sero sub tempore, Cordum,
Ultimus effœtæ sic ego Natus eram.
Conveniens igitur Cordi Cognomen habebo.
Dii faciant, isto, post mea fata, vocer!

V. Melch. Adami *Vitas Med. Germ. p.* 24. A Voto Parentum, S. Petro, Martyri Mediolanensi, quem Ariani occiderunt, facto, MARTYR cogno-

Digitized by Google

gnominatus est PETRUS VERMILIUS, Florentinus, Theologus Reformatus Argentinensis, Oxoniensis & tandem Tigurinus, A. 1562. defunctus. V. Ejusd. Adami *Vitas Theologorum Exterorum p.* 24.

XIV. PAULI MELISSI SCHEDII, Melrichstadio Franci, Com. Pal. Cæsarei, & Bibliothecæ Palatinæ Præfecti, Poetæ inter Germanos non ignobilis, A. 1602. exstincti, tantus fuit in Matrem affectus, ut, parem se Parenti utrique honorem debere arbitratus, Cognomini *Schedii* Gentilitio, quod cum Patre ipsi erat commune Balthasare, alterum *Melissi*, in Honorem Ottiliæ Melissæ, Genitricis, adjunxerit. V. Melch. Adami *Vitas Philos. Germ. p.* 446. Paterno tamen eum istud prætulisse, non ausim cum Baileto (*P. III. c.* 4. *p.* 273.) affirmare. Utroque enim, in Scriptis suis, perpetuo usum esse observo. Cognomina, quæ Eruditi, a Parentum Vitæ Generibus, ac Opificiis imprimis, vel ipsi, spretis Gentilitiis, adsciverunt, vel, a Vulgo invitis imposita, retinuerunt, notiora & frequentiora sunt, quam ut prolixa Exemplorum opus sit Inductione. Non raro autem solo ea Casu fortuito nonnullis obtingunt. Id quod JACOBO MICYLLO (antea MOLZERO,) Argentinensi, L. Gr. in Acad. Heidelbergensi, ad A. usque 1558. Fatalem, Interpreti, accidit, cui, ob Dexteritatem, in repræsentanda Micylli persona, cum Luciani Dialogus, qui *Gallus* inscribitur, Actione exhiberetur Scenica, ostensam, Nomen illius, in Juven-

nos, Victorios, Victorinos, Victorellos, quorum larga messis, apud Scriptores variarum Gentium Bibliothecarios, & mihi se obtulit, & aliis offerret.

XIII. A Die Natali Cognomen est mutuatus, præter HADRIANUM MARINUM, §. 10. memoratum, ACTIUS SYNCERUS SANNAZARIUS, §. 8. jam celebratus, die S. Nazarii Martyris in lucem editus, V. *ejus Elegiam II. Libri IIdi, p. m.* 112. 113. Unde falli patet Paulum Jovium (*in ejus Elogio, num.* 80.) hujusque Assèclas, qui Cognomen hoc Familiæ ejus putant fuisse Gentilitium, a Sancto Nazario, Oppido Agri Laumellini, inter Padum & Ticinum, non ignobili, e quo Originem illam traxisse conjectant, impositum. CORDI (i. e. ὀψιγόνȣ, sive sero maturescentis) Cognomen EURICIUS CORDUS, Simesusius Hassus, Med. D. Acadd. Erfurtinæ atque Marpurgensis Professor, & Scholæ tandem Bremensis, ad An. usque Emortualem 1535. Rector, quod, inter VII. Fratres, ac V. Sorores, iisdem genitos Parentibus, natu esset Minimus adscivit. Ita enim Ipse *Lib.* 2. *Epigr.*:

Autumnale velut, sero sub tempore, Cordum,
Ultimus effœtæ sic ego Natus eram.
Conveniens igitur Cordi Cognomen habebo.
Dii faciant, isto, post mea fata, vocer!

V. Melch. Adami *Vitas Med. Germ. p.* 24. A Voto Parentum, S. Petro, Martyri Mediolanensi, quem Ariani occiderunt, facto, MARTYR cogno-

gnominatus eſt PETRUS VERMILIUS, Florentinus, Theologus Reformatus Argentinenſis, Oxonienſis & tandem Tigurinus, A. 1562. defunctus. V. Ejusd. Adami *Vitas Theologorum Exterorum p.* 24.

XIV. PAULI MELISSI SCHEDII, Melrichſtadio Franci, Com. Pal. Cæſarei, & Bibliothecæ Palatinæ Præfecti, Poetæ inter Germanos non ignobilis, A. 1602. exſtincti, tantus fuit in Matrem affectus, ut, parem ſe Parenti utrique honorem debere arbitratus, Cognomini *Schedii* Gentilitio, quod cum Patre ipſi erat commune Balthaſare, alterum *Meliſſi*, in Honorem Ottiliæ Meliſſæ, Genitricis, adjunxerit. V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p.* 446. Paterno tamen eum iſtud prætuliſſe, non auſim cum Baileto (*P. III. c.* 4. *p.* 273.) affirmare. Utroque enim, in Scriptis ſuis, perpetuo uſum eſſe obſervo. Cognomina, quæ Eruditi, a Parentum Vitæ Generibus, ac Opificiis imprimis, vel ipſi, ſpretis Gentilitiis, adſciverunt, vel, a Vulgo invitis impoſita, retinuerunt, notiora & frequentiora ſunt, quam ut prolixa Exemplorum opus ſit Inductione. Non raro autem ſolo ea Caſu fortuito nonnullis obtingunt. Id quod JACOBO MICYLLO (antea MOLZERO,) Argentinenſi, L. Gr. in Acad. Heidelbergenſi, ad A. usque 1558. Fatalem, Interpreti, accidit, cui, ob Dexteritatem, in repræſentanda Micylli perſona, cum Luciani Dialogus, qui *Gallus* inſcribitur, Actione exhiberetur Scenica, oſtenſam, Nomen illius, in Juventu-

tute, a Spectatoribus est inditum, & per omnem deinde Vitam adhæsit. V. Melch. Adami *Vitas Philos. Germ. p.* 180.

XV. Invenias etiam, qui, Ἐυφημίας, & Fausti Ominis ergo, Cognomina sua, vel ipsi leviter immutarint, vel ab aliis immutata usurparint. De SEBASTIANO CASTALIONE Allobroge, L. Gr. Prof. Basileensi, d. 29. Dec. A. 1563. (æt. 48.) mortuo, tale quid Amicis Jos. Scaliger narrare est solitus, cujus Verba (ex *Primis Scaligerianis p.* 42.) adjicio: *Castalio vulgaris, tum in Theologia, tum in Linguis, un Pedante, &, qui, quicquid in buccam veniebat, effutiebat. Sebastianus Castillon, Allobrox, Lugduni cum ageret Adolescens, accidit, ut quidam, Errore Nominis, pro Castellione Castalionem vocaret, quod audiens a Musarum Fonte, qui Castalius dicitur, derivatum, adamavit, & amplexus est, seque, omisso deinceps Castellionis Nomine Patrio, Castalionem vocavit. Id dicit ipse, in Defensione quadam adversus Libellum Calvini.* Ita etiam PETRUS PALLADIUS, Ripensis Cimber, Th. D. & PP. Hafniensis, Seelandiæque Episcopus, d. 3. Jan. An. 1560. (æt. 57.) defunctus, cum, in Acad. Wittebergensi, Studiorum gratia, degeret, Cognomen PLADII Gentilitium, quo hactenus erat usus, suasu Phil. Melanchtonis, cum altero PALLADII commutavit, nec indignum se hoc fuisse, reipsa postmodum, Vir quippe Eruditissimus, ac Verus Palladis Alumnus, ostendit. V. *Cimbriam* nostram *Literatam*, & Er. Vindingii *Acad. Regiam Hafniensem*

ensem p. 63. 64. Simile credo fuisse Consilium SIMONIS MUSÆI (MEUSELII antea dicti,) Vetscha *M*archici, Theologi Seculi Superioris haud obscuri, & Acad. Salanæ, circa An. 1560., Professoris, deinde autem Urbium Germaniæ variarum Antistitis, in Decanatu tandem Ecclesiæ Mansfeldensis, d. 11. Jul. A. 1576. (æt. 55.) mortui, cum Cognomen istud *M*usæi, in Paterni ac Vernaculi locum, adoptaret, a Posteris etiam usurpatum. V. Adr. Beieri *Syllabum Professorum Jenensium p.* 455. 456. 457. Hos inter, nostra ætate, inclaruere duo ipsius Pronepotes, JOHANNES ac PETRUS MUSÆI, Theologi Cordatissimi ac Judiciosissimi, e quibus Posterior eleganti hoc Morhofii nostri, in Imaginem ejus Tetrasticho Onomastico est commendatus:

En tibi Musæum! satis est dixisse! sub ista
Fronte, quod in docto discitur Orbe, latet.
Musa in Musæo, Musæus spirat in istis:
Vel genitum Musis, vel genuisse, puta.

Theodorus Petrejus, Carthusianus Coloniensis, in suo *Hæreticorum Catalogo*, Μετονομασίαν, haud absimilem, MARTINO LUTHERO hisce verbis: *Celebris ille Hæresiarcha, Martinus Islebius, ex Cognomine suo LUDDER, quod est Nebulo* (Ein Lotterbube/) LUTHERUS, *quasi purus* (Lauter/) *dici voluit.* Sed resposum illi jamdudum est a Theologis, Lutheri Vindicibus, qui nobis hic otia fecerunt.

XVI. Εὐφωνίας Gratia, Cognomina sua, in Ser-

Sermone imprimis Latino, leviter immutare, vel Literis, Syllabis, Terminationibusque novis, augere, præ Gentibus aliis, Galli consueverunt, uti Exempla Johannis Calvini (*Cauvin*,) V. Hier. Bolseci *Vitam* ejus, mendaciis atque Calumniis oppletam, *c.* 5. *p.* 31.) Nicol. Coeffetelli (*Coeffeteau*,) Steph. Paschasii (*Pasquier*,) Fratrum Pithoeorum (*Pithou*) ac Puteanorum (*de Puy*,) Jac. Aug. Thuani (*de Thou*,) & aliorum ferme innumerorum, ostendunt. Non tamen a Solis Mos iste Gallis frequentatur, sed apud alios etiam Europæ Populos invaluit. Brevitatis studio, ex solis, laudabo, Germanis, Georgium Calixtum (Kallißon/) Theologum Helmstadiensem vere κάλλιστον, ejusque Patrem Johannem, Parochum in Cimbria nostra Medeleboensem, Poeseos amantissimum, Johannem Caselium (Cheßel.) V. Melch. Adami *Vit. Philos. p.* 514.) Johannem Coccejum (Koch/) Ortwinum Gratium, Joh. Reuchlini in Acad. Coloniensi Adversarium (*de Graes* V. *Epist.* ejus *Apologeticam, in Epp. Viror. Obscur. p.* 163.) Johan. Lotichium (Lütke/) JCtum Helmstadiensem (de quo V. Gebh. Theod. Meieri *Monumenta Julia*, *P. II. p.* 136.) Georg. Marium (Meier) Würtzburgensem, Archiatrum Palatinum, a Melch. Adamo (*in Vitis Medd. p.* 398. *ac seqq.*) celebratum, Fridericum Myconium (Mekum/) Superint. Gothanum, Paulum Speratum (Sprett/) Theologum ex Suevia Borussicum. Reliquos taceo, cum omnes enumerari nequeant.

CA-

CAPUT IV.

De Metonomaſia Eruditorum Metaphraſtica.

§. I.

ANtequam Digreſſioni de Μετονομασία Eruditorum Finem imponere liceat, dicendum adhuc de Μεταφράσει, ſive Translatione Nominum Vernaculorum, in Linguas, tum Exoticas, alias, tum tres imprimis Cardinales, Hebræam, Græcam & Latinam, ſola mutante Vocabula, non autem Significatum, quæ, a Viris Seculi præcipue Superioris Eruditis, fuit adamata & frequentata. Egit etiam de iſta Vir Doctiſſ. Adr. Bailetus, *Partis* Scripti ſui *des Auteurs Deguiſez* Gallici *Tertia Capitibus XI. XII. XIII. & XIV.* ſed Nominibus hujus generis Exoticis, quæ Eruditi, tanquam propria, ſpretis omnino & repudiatis Vernaculis, adſciverunt, ac per omnem deinde Vitam ſola uſurparunt, illa temere, & ſine ulla fere diſtinctione, immiſcuit, quæ Scriptores ψευδώνυμοι, ſive κρυπτώνυμοι, Μεταφράσει iſta itidem ſæpius, vel uſi, vel abuſi, ad tempus ſaltem perbreve, & plerumque in Libro tantum unico, e Gentium aliarum Linguis, mutuati potius ſunt, quam adoptarunt. Cujus generis quamplurima, Libris Eruditorum, diverſas ob cauſas, præfixa, ſub quibus Autores, ſimul & Rudes atque indoctos latent, & Doctis, atque Lingua-

rum

rum peritis, patent, Vinc. Placcius noster, aliique complures, *Sect. I., Cap. 2. §. 4.*. jam laudati, vel seorsim, vel una cum Scriptoribus Anonymis, rectius enumerarunt. Talia sunt, ut paucissima saltem allegemus Exempla, *Despotici Calathini, Firmiani Chlori, Cyriaci Thrasimachi*, sub quibus Dominicus Panarolus, Pet. Viretus, Hermannusque Conringius, delituerunt; *Daphnorini, Jani Nicii Erythrai, Aretii Felini, Amandi Flaviani, Thrasybuli Lepta*, quibus Joh. Laurembergius, Joh. Victorius de Rossis, Mart. Bucerus, Dav. Blondellus, & And. Dinnerus, aliquando sunt delectati; *Hippophili Melangei, Eytychii Myonis, Joh. Oinotomi, Jac. Pacidii, Regii Seleni*, sub quibus Phil. Melanchtonis, Wolf. Musculi, Joh. Schneidewini, Jac. Gothofredi, Basiliique Monneri, nonnulla circumferuntur; *Eubuli Theosdoti, Sarcmasii, Gustavi Seleni, & Rupicis Signatorii*, sub quibus Conr. Sam. Schurtzfleischius, Augustus, Dux Lüneburgicus, & Pet. Scriverius, sese occultarunt. Occurrunt etiam, haud raro, nomina istiusmodi Eruditorum μεταφραδέντα, in Epistolis Virorum Doctorum Argumenti Secretioris, imperitioribus, in Lectione illarum, sæpe remoram objectura, nisi Præsidiis subleventur extrinsecis, qualia in Scaligerianas & Casaubonianas Paulus Colomesius (*in κειμηλίοις Literariis*,) in Melanchtonianas autem Jac. Thomasius (cujus Laborem Filius ejus Consultissimus atque κριτικώτατος, *in Historia Sapientia & Stultitia Latina, Tomo*, ni fallor, *Primo*, nuper publicavit,) sub

ſub *Clavium* Titulis, concinnarunt. In Epiſtolis Hugonis Grotii & Gerh. Joh. Voſſii mutuis, legiſſe recordor, conveniſſe inter, illos, ut ſimili Nominum κρύψ{ Metaphraſtica, ille *Celſus*, hic autem *Deſiderius Alopecius*, nonnunquam vocaretur. Perquam eadem, ſub Seculi hujus initium, familiaris fuit Socinianis, clam in Germania ac Belgio degentibus, in Commercio ſuo Literario. Incidit, forte fortuna, ante Annos aliquot, in Manus meas, Nominum iſtiusmod. Fictitiorum, in Literarum permutatione ab iis uſurpatorum, Index, Explicationibus eorundem illuſtratus, quem duo Acad. Altorfinæ Studioſi Eruditi, Joach. Peuſchelius & Johan. Vogelius (Scholæ deinceps Sebaldinæ Noribergenſis Rector,) ab Ern. Sonero, aliisque Doctoribus Athenæi hujus Norici Crypto Socinianis, ut Doctrinæ Lutheranæ Nuncium mitterent, perſuaſi, ſed a Senatu deinceps Noribergenſi ad Palinodiam adacti, ſibi invicem transmiſerunt. Quem, licet, præter Nomina, de quibus agimus, Μεῖαπεφρασμένα, alias etiam κρύψεις, Anagrammaticas, Periphraſticas, ſimilesque non unius generis, exhibeat, dignum tamen, ob Uſum inſignem, quem Mart. Ruari Noſtratis, aliorumque iſtius Ævi Socinianorum, Epiſtolas lecturis, ex eo percipere licebit, putamus, qui, in Alphabeticum a nobis redactus Ordinem, & Monitis nonnunquam Exegeticis, Parentheſi incluſis interpolatus, cum Eruditis *h. l.* Typorum Beneficio, communicetur:

Altorfium, *Pancomium*; Anabaptistæ *Badenses*; Jac. Arminius, *Talaus*; Arminiani, *Protestantes.*

Batavi, *Hesperii*; Bentheimensis Comes, *Frutestini* (i. e. Steinfurti per ἀναγρ.) *Comes vel Dominus*; Belgium, *Glebium*; Pet. Bertius, *Pogonatus*, aut *Philosopho-Theologus.*

Calvinistæ, *Phalantii*; Cobus (*Joh. sc. Kobius, Hilpershusa Francus, J. U. D., ac Logices initio ac Metaph., deinde autem Instit. Prof. Altorfinus, An. 1661. defunctus,*) *Onesimus, Hilperhusanus, vel Bocius*; Communistæ, *Pythagorici*; Cornelius, *Lonicerus*; Cracovia, *Fragosia*; Crellius (*Joh. scil. Crellius, Helmezhemio Francus, Past. Socinianus Racoviensis, d. 11. Jun. An. 1633. denatus,*) *Solinus Leniancer, vel Helmetzheimensis.*

Dantiscum, *Orchestra*; Franc. Davidis (*Hungarus, Socinianorum in Transsylvania Superintendens, A. 1579. mortuus,*) *Liberius Erasmus*; Dumlerus, *Tyrbaus vel Mulderus.*

Georg. Enjedinus (*Hungarus, Socinianorum in Transsylvania, ad A. usque Fatalem 1597. Superintendens,*) *Monavius*; Engelbertus, *Angelus Bertitus*; Sim. Episcopius, *Horatius.*

Joh. Georg. Fabricius, *Schmidlinus, vel Philiatrus*; Franequera, *Eleutheria*; Franzius (*Wolfgangus haud dubie, Theol. Witteb.*) *Gallus*; Frauenburgus (*Joh. Gerhardus sc., J. U. D. & PP. Altorfinus, An. 1630. exstinctus,*) *Magdeburgus, vel Fœminarius noster*; Frater Coetus Unitarii recens natus, *Rivalis Noster*; Fuhrerus, *Pompejus.*

Gal-

Gallia, *Liberia*; Germania, *Andria*; Mich. Gittichius Venetianus (*Paſt. NeoGrodecenſis Socinianus in Lituania, A.* 1645. *denatus,*) *Clementinus*; Adamus Goslavius (*a Bebelno, Equ. Polonus Unitarius,*) *Diocles*; Alb. Grawerus (*Theol. PP. Jenenſis,*) *Canus*, it. *Theologus Diſputax.*

Haga, *Locus, in quo Sylvanus* (i.e. Conr. Vorſtius,) *auditur*; Hainlinus (*Joh. Jacobus forte, Calvenſis Wurtembergicus, Abbas in Ducatu Patrio Bebenhuſanus, & Chronologus Inſignis, A.* 1660., *at.* 72. *exſtinctus, Dominicus, vel Galliculus.*

Jena, *Oenome*; Jeſuitæ, *Nigri*; Erasmus Johannis, (*Neoarianus, ex Rectore Antvverpienſi, Paſtor in Transſylvania Claudiopolitanus,*) *Deſiderius Ulricus*; Iſanadius, Scholæ Claudiopolitanæ Rector, *Odontius*; Königius (*Georgius ſc. Th. D. & PP. Altorf.*) *Regius.*

Leuxnerus, *Lucejus, vel Xenulejus*; Leimerus, *Collectus, vel Meilerus*; Lituania, *Claſsivania*; Sibrandus Lubbertus (*Prof. S. Lit. Franequeranus,*) *Theologus inquietus*; Lucius (*Ludovicus forte, Philoſ. PP. Baſileenſis,*) *Lupus*; Lugdunum Batavorum, *Guldunum, vel Pathmus*; Lutherani, *Puritani.*

Cornelius Marci (*Paſtor Noribergenſis,*) *Carmus*; Jac. Martini (*Prof. Witteberg.*) *Philoſophus diſputax*; Mauritius, Naſſoviæ Princeps, *Dominus Bellicus peritisſimus*; Mauritius, Haſſiæ Landgravius, *Princeps cujus Patrocinio Antiboccius commiſſus*; Mennonitæ, *Docita*; Hier. Moſcorovius (*Equ. Polonus Socinianus, A.* 1925. *mortuus,*) *Euſebius, it. Medicus Nobilis*;

Noriberga, *Salmantica.*

Chriſtoph. Oſterodus, (*Goslarienſis, Paſtor Unitariorum Smiglenſis & Gedanenſis,*) *Paſchalius vel Paſchalodus.*

Papa Romanus, *Saturnus*; Papiſtæ, *Patricii*; Joach. Peuſchelius, *Strabo,* vel *Schrilepius*; *Photiniana Religio,* Felicitas; Photinianæ Religioni addicti, *Felicitatis Amatores, it. Lucenſes*; Mich. Piccartus (*Philoſ. PP. Altorfinus,*) *Niger Philoſophus*; Planerus, *Delius, vel Lapnerus*; Piſecius (*Thomas haud dubie, Equ. Sileſius Socinianus, circa A.* 1646. *etiamnum ſuperſtes,*) *Martius Piſo*; Polonia, *Campania, vel Nolopia*; Polonus, *Nolopus.*

Racovia, *Verona, vel Cavaria*; Valent. Radecius (*Gedanenſis, Paſtor & Superint. in Tranſſylvania Claudiopolitanus, circa A.* 1630. *mortuus,*) *Pancratius Eubulus*; Hermannus Ravenspergerus (*Sigena Naſſovius, Th. PP. Herbornenſis, Steinfurtenſis, & tandem Groninganus, A.* 1625. *defunctus,*) *Sylvani* (i. e. Conr. Vorſtii,) *Succeſſor*; Matthias Rhaw, *Carcharias*; Ambr. Reidenius (*Th. D. & PP. Jen. Primarius,*) *Facultatis Theol. Senior*; Richterus (*Georgius haud dubie, Reip. Noriberg. Conſiliarius,*) *Critius vel Prætorius*; Roſtochium, *Rhodus,* vel *Storochium*; Mart. Ruarus, (*Crempa Holſatus, Gymnaſii Racovienſis Rector, A.* 1657. *exſtinctus,*) *Aretius Criſpicus*, vel *Martinus noſter*; Joachimus Ruarus (*Martini Frater, Med. D. & Archiater Brandenburgicus,*) *Dominicus Anaſtaſius Criſpicus.*

Joh. Sartorius, *Hormius Hiſtaus*; Jac. Schoppe-

perus (*Th. D. & PP. Altorf.*) *Senex veſter*; Seidelius, *Heiminaus, vel Pomeranus noſter*; Sibrandus Lubbertus (*Th. PP. Franequ.*) *Titius*; Sigismundus III., Rex Poloniæ, *Victorius*; Valent. Smalcius (*Gothanus, Paſt. Racovienſis, An.* 1622. *mortuus,*) *Butyrius, vel Andr. Reuchlinus*; Smiglecius (*Martinus haud dubie, Leopoli Roxolanus, Jeſuita Polonus, Caliſſia An.* 1618. *mortuus, Photinianorum Antagoniſta,*) *Gelaſius*; Fauſtus Socinus, *Turpilio*, vel *Beatus Turpilio*; Joh. Sommerus, [*Pirnenſis Miſnicus, Rector circa An.* 1569. *Claudiopolitanus,*] *Therinus*; Ern. Sonerus [*Noribergenſis, Med. D. & PP. in Acad. Altorfina, Cryptoſocinianus, An.* 1612. *exſtinctus,*] *Philetus*; Steinfurtum, *Petra, vel Fruſtenium.*

Clem. Timplerus [*Philoſ. PP. Steinfurt.*] *Hiero*, vel *Sylvani* [i. e. C. Vorſtii] *Collega*; Transſylvani, Hylæi.

Joh. Vogelius [*Rector poſtea Noriberg.*] *Joh. Avitus*; Joh. Volkelius [*Grimma Miſnicus, Unitariorum Smiglenſium Paſtor,*] *Popilius, vel Populaus*; Conr. Vorſtius, *Sylvanus, vel Thraſybulus Sylvius*; Witeberga, *Arges.*

Plura de Scriptoribus Socinianis, quorum crebra in hoc Indice occurrit Mentio, Chriſtoph. Sandii *Bibliotheca Antitrinitariorum* ſuggeret. Prolixa ſingulorum Nominum Explanatione Etymologico-Grammatica ſuperſedemus, cum Hominibus, non rudibus, ſed Linguarum peritis, hæc a nobis ſcribantur.

II. Verum Nomina iſta Cryptica, &, in Libro

bro tantum uno vel altero, aut Commercio Epistolico Secretiori, perbrevi temporis spatio, usurpata, jam, uti ante dictum, non morabimur, sed illa potius Nomina, ejusdem cum Vernaculis ac Gentilitiis significatus, Exotica unice recensebimus, quæ Viri Eruditi, tum alias ob caussas, tum, ut ab ὁμωνύμοις se distinguerent, in Vernaculorum locum serio adoptarunt, &, per Vitam omnem, retinuerunt, iisdemque se ab aliis, tam coætaneis, quam posteris, compellari voluerunt. Vernacula, ab illis repudiata, rarius (nisi minus forte sint usitata, nec ubivis obvia, aut noviter adscitum Voce saltem affini, nec ex asse ei congrua, innuant potius, quam exprimant) his adjicientur, cum Viris Doctis, & Linguarum peritis, ista, vel sine nostro indicio, sese confestim sint oblatura.

III. Inter Antiquiores, pauci admodum ista Nominum Μεταφράσεις sunt delectati. Mihi certe, præter tria ista, quæ Bailetus etiam notavit, Exempla, nullum se aliud hactenus obtulit. Horum primum, e Sacra N. T., depromimus, Historia, quæ Apostolorum Principem, SIMONEM, novo CEPHÆ Nomine Syriaco, a Magistro suo, ὀνοματοθέτῃ Sapientissimo, donatum, istius loco, in Sacra sua Peregrinatione, Συνώνυμον PETRI, e Lingua Græca, Gentibus, quibus Evangelium annunciabat, Moratioribus universis, vel Familiari, vel gratissima, derivatum, perpetuo fere usurpasse, testatur. MALCHUM huic subjungo, Bataneoten Syrum, Philoso-

losophum Seculi III. Paganum, *Sect. II. c. 3. §. 58.* jam memoratum, qui Nomen suum Vernaculum, Regem significans (quod *Vita Pythagoræ*, ex ejus *Historia Philosophorum* reliqua, etiamnum præfert,) hortatu Dionysii Cassii Longini, Præceptoris, cum Græco PORPHYRII, a Purpura, Veste Regum propria, derivato, commutavit. Ita enim de illo Eunapius, in Vita ipsius: Μάλχος κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, ἐς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἐπιτρέψας. Plura, de utroque ejus Nomine, & Vernaculo Malchi, a Voce Hebræa מֶלֶךְ, Regnum Indice, deducto, & Græco Porphyrii, suggerent Gerh. Joh. Vossius, *L. 2. de Hist. Gr. c. 16. p. 243. 244.* & Lucas Holstenius, *in Tractatu de Vita & Scriptis ejus* peculiari, Scriptis ipsius *de Abstinentia ab Animatis, Antro Nympharum, & Vita Pythagoræ*, Romæ A. 1630. editis, adjecto, Basilii Nomine, quod Bailetus (*P. I. c. 3.*) illi etiam tribuit, usum eum esse haud recordor. Tertius Duumviris hisce diversissimæ Religionis accedat PELAGIUS, Hæresiarcha Seculi V. Britannus, quem Nomen suum Vernaculum MORGAN, Pelagus Veteri Britannorum Lingua significans, cum e Cœnobio Bannochorensi ad Exteros abiret, in *Græco*Latinum PELAGII mutasse, Georg. Carletonus, per Epistolam, A. 1627. Gerh. Johan. Vossium, Historiæ ejus Scriptorem, edocuit. V. Vossii *Institt. Oratorias, P. II.*

II. p. 311. &, ex illis, Pauli Colomesii Κειμήλια *Literaria, c.* 29.

IV. Ævo sequiori, & Seculo imprimis XI., ac sequentibus, frequentiora Cognomina, in aliam Linguam μεταφρασέντα, evaserunt, Monachis, aliis Hominibus pro Temporum istorum Genio Literatis, rerum Patriarum, & Idiomatis Vernaculi, in Sacris etiam publicis abrogati, turpi fastidio, & vana atque inani ambitione, Vernacula, cum Laicis ac Vulgo sibi communia, dedignantibus, Latina autem, & interdum etiam Græca, licet nulla propemodum Linguæ hujus, exigua autem illius, instructi essent peritia, in istorum locum substituentibus. Adsciverunt peregrina hujusmodi Cognomina, quinque Seculis ante παλιγγενεσίαν Literarum proximis, ut pauca in medium afferam exempla, ex Italis: 1. ARMANDUS de BELLO VISU, Boniensis, Ord. Præd. Palatii Apostolici, circa A. 1296. vel 1496. Magister. V. de illo Simleri *Biblioth. p.* 67. G. Cavii *Chartophyl. Eccl. p.* 305.; 2. HUGO de PATRO FLORIDO, prope Florentiam natus, Ecclesiastes Ord. Præd. facundus, An. 1322. mortuus. V. Siml. *p.* 306. Cavium *p.* 311. 312.; 3. PETRUS de VINEIS Capuanus (Falso enim Germanis a Trithemio & Simlero accensetur,) Friderici II. Imp. Cancellarius, ab eo tandem in Carcerem detrusus, & in hoc Αὐτοχειρία An. 1249. exstinctus. V. Joh. Gotfr. Olearii *Abacum p.* 377. G. Cavii *Chartoph. p.* 285.

V. E Germanis: 1. FELIX FABRI, Monachus

chus Dominicanus Ulmensis, circa An. 1483., qui sui in Terram S. Itineris reliquit Historiam. V. Vossii *L. 3. de Hist. Lat. c. 6. p.* 570. Simlerum *p.* 195.; 2. MATTHIAS FARINATOR, Viennensis, Carmelita, circa A. 1330. Austriacus, qui, in *Lumine Animæ Fidelis*, jussu Johannis XXII. Pont. Rom., scripto, Dogmata Platonis, Aristotelis, Dioscoridis ac Galeni, Philosophica & Medica, ἀλληγοριομανίᾳ ineptissima, de Christo explicavit. V. Siml. *p.* 494.; 3. JOH. de INDAGINE (German. HAGEN,) Thuringus, Prior Carthusianus Stettinensis atque Isenacensis πολύγραφος, An. 1475. defunctus. V. Vossium *L. 3. de H. L. c. 7. p.* 588. (ubi alium etiam Johannem de Indagine, Chiromantam Seculi XVI., memorat,) Simlerum *p.* 377-381. Joach. Felleri *Præfat. Cygnorum Quasimodogenitorum, lit. A. 1. a. b.*; 4. JOH. a LAPIDE, Monachus, circa A. 1494., Carthusianus Basileensis. V. Siml. *p.* 389.; 5. FELIX MALLEOLUS (Hemmerlin) Tigurinus, J. U. D. & Ecclesiæ Patriæ, circa An. 1454. Canonicus, Historiæ Helveticæ Scriptor. V. Siml. *p.* 195.; 6. THOMAS MALLEOLUS (Hemmerchen) a Kempis (Oppido Dioeceseos Coloniensis,) Canonicus Regularis Windshemiensis, prope Zwolam, Augustinianus, Scriptor Libelli *de Christi Imitatione* Aurei, A. 1471. denatus. V. Vossium *L. 3. de H. L. P. IV. c.* 10. *p.* 806. J. G. Olearii *Abacum p.* 456. G. Cavii *Chartoph. p.* 362., Siml. *Biblioth. p.* 662.; 7. CONRADUS MOLITOR, Notarius,

rius, & Scriptor, circa A. 1479. Historicus. V. Vossium *l. c. L. 3. c. 6. p. 572.*; 8. JAC. de PARADISO, Th. D. & Monachus, circa A. 1457. Carthusianus Erfurtensis. V. Siml. *p.* 321. Cavium *p.* 365.; 9. RADULPHUS de RIVO, Decanus Tungrensis, A. 1403. mortuus. V. Olear. *l. c. p.* 396. Cavium *p.* 335.

VI. E Belgis: 1. ÆGID. AURIFABER, Monachus Montis Zion, prope Zirizæam, Carthusianus, A. 1466. defunctus. V. Voss. *L. 3. de H. L. c.* 16. *p.* 563.; 2. HENRICUS GOEDHALS, qui Latine se BONICCOLLI, & Græce EUTRACHELUM, vocavit, a Patria etiam GANDAVENSIS agnominatus, Sorbonista & Archidiaconus Tornacensis, Doctorque Scholasticus haud incelebris, An. 1293. mortuus. V. Voss. *L. 2. de H. L. c.* 60. *p.* 489. Olear. *p.* 201., Cavium *p.* 299.; 3. PET. a RIVO, Alostanus Flander, Theol. D. & Past. Petrinus Lovaniensis, non circa A. 1549. (uti Simlerus *p.* 566. & Possevinus crediderunt,) sed circa A. (quo Acad. Rector fuit) 1477. superstes autem etiamnum A. 1492., quo, *de Tempore Passionis Dominicæ*, contra Paulum Middelburgensem, scripsit. V. Vossii *Lib. de Scient. Math. c.* 63. §. 25.

VII. Ex Hispanis: 1. ALPHONSUS BONIHOMINIS, Monachus, circa An. 1239. vel 1339. Dominicanus, *Epistolæ* R. Samuelis Marochiani, *de Messia, contra Judæos*, Arabicæ Interpres Latinus. V. Siml. *p.* 27.; 2. RAYMUNDUS de PENNA FORTI, Barcinonensis, Greg.

IX.

IX. Pœnitentiarius, Ord. Præd. Prior Generalis, & Decretalium Compilator, A. 1275. exſtinctus. V. Olear. *p.* 399. 400. Cavium *p.* 284.; 3. JOH. de TURRECREMATA (Hiſp. TORQUEMADA, quod eſt Oppidum Caſtellæ, ipſi Natale,) ex Monacho Ord. Præd. Card. ac Epiſc. Sabinenſis, An. 1468. denatus. V. Siml. *p.* 422.; Olear. *p.* 269. Cavium *p.* 356.

VIII. E Gallis: 1. PET. AUREOLUS, Verberia Picardus, ex Theol. Pariſienſi, Archiepiſc. ab A. 1321. Aquenſis, A. ſequ. 1322. mortuus. V. Olear. *p.* 365. Cavium *p.* 313.; 2. PETRUS de BELLA PERTICA, Burgundus, JCtus, circa A. 1300. celebris; V. Siml. *p.* 553.; 3. JORDANUS NEMORARIUS, Mathematicus, circa A. 1200. clarus. V. Voſſii *Lib. de Scient. Mathem. c.* 35. §. 26. *c.* 47. §. 3. *c.* 48. §. 29. *c.* 51. §. 5. *c.* 61. §. 2. Simlerum *p.* 431.; 4. PET. de PALUDE, Burgundus, Ord. Præd. Patriarcha Hieroſolymitanus, A. 1333. vel 1342. mortuus. V. Siml. *p.* 562. Olear. *p.* 375. Cavium *p.* 316.; 5. ALEXANDER de VILLA DEI, Dolenſis, Minorita, Matheſeos, & Carmina Leonina pangendi, peritia, circa A. 1240. inclytus. V. Siml. *p.* 25. Voſſ. *Lib. de Scient. Math. c.* 10. §. 8. Cavium *p.* 286.; 6. ARN. de VILLA NOVA, Provincialis, Chymiater, An. 1300. in mari defunctus. V. Siml. *p.* 68. Lindanum *de Scr. Med. p.* 56.

IX. E Britannis denique: 1. ROBERTUS de BELLO FOCO, Canonicus, circa A. 1190.

Saris-

Digitized by Google

Sarisberiensis. V. ex Balæo, Simlerum *p.* 605.; 2. HUGO CANDIDUS (WHYTE,) Monachus, circa A. 1216. Benedictinus Petroburgensis, Historiæ Cœnobii sui Scriptor. V. Voss. *L.* 2. *de H. L. c.* 56. *p.* 454. Siml. *p.* 307. (qui etiam, *p.* 306. alium memorat Hugonem Candidum, Italum, Cardinalitia, circa An. 1075. Purpura Illustrem;) 3. JOH. CAMPUSBELLUS, Nob. Scotus, Historiæ Patriæ, circa A. 1260. Scriptor. V. Siml. *p.* 351. Voss. *L.* 3. *de H. L., P. IV. c.* 8. *p.* 787.; 4. JOH. CASTORIUS, seu FIBERIUS (Angl. BEVER,) Monachus, circa A. 1306. Westmonasteriensis, Res Anglicanas Scripto persecutus. V. Siml. *p.* 366. Voss. *L.* 2. *de H. L. c.* 61. *p.* 495. 496.; 5. GALFREDUS seu GODFRIDUS de FONTIBUS, Minorita Anglus, & Guardianus Parisiensis, incertæ ætatis; 6. JOH. FRUMENTARIUS (Anglice WHETAMSTED a patria dictus,) Monachus, & tandem Abbas Benedictinus, vel S. Albani, vel Glocestriensis, circa An. 1440. mortuus. V. Siml. *p.* 369., Voss. *L.* 3. *de H. L. c.* 9. *p.* 632. Thomæ Popeblount *Censuram Autorum* p. 456. 457. 458; 7. RICH. de MEDIAVILLA (*Angl. Midleton,*) Minorita, & Doctor Scholasticus, circa A. 1300. defunctus. V. Siml. *p.* 603., Olear. *p.* 407., Cavium *p.* 303.; 8. GUILH. PARVUS (Angl. LITLE, Bridlingtonensis, Canonicus Monasterii Neubrigensis Augustinianus, Celebris Rerum Anglicarum Historicus, circa A. 1208. denatus. V. Siml. *p.* 260. Voss. *L.* 2. *de H. L. c.* 56. *p.* 452. 453.

Digitized by Google

453. Olear. *p.* 193. Cavium *p.* 276.; 9. JOH. de SACRO BOSCO (Angl. HOLYWOOD, quod est Oppidum ejus, in Diœcesi Eboracensi, Natale, & hodie HOLYFAX appellatur,) Mathematicus, & Illustrator Computi haud obscurus, Parisiis, A. 1256. exstinctus. V. Vossii *Lib. de Scient. Math. c.* 35. §. 29. & *c.* 67. §. 21., Simlerum (a quo, & aliis, male *Joh. de Sacro Busto* vocatur) *p.* 412. & Johan. And. Quenstedii *Dial. de Patr. Vir. Illustr. p.* 90.

X. Hactenus enumeratis Latina Cognominum suorum arrisit Metaphrasis, si solum excipias HENRICUM GOEDHALS, §. 6. laudatum, qui Græca etiam Voce EUTRACHELIUM se appellare est solitus. Ante hunc, Cognomine, ex eodem Grajorum Idiomate adscito, delectatus est ANDREAS LEUCANDER (Anglice WHYTEMANN,) Anglus, Regni Patrii Historicus, & Cœnobii Ramesiensis, circa A. 1020., Abbas. V. Voss. *L.* 2. *de H. L. c.* 42. *p.* 361. Utrique associandus videtur, ex Apellis Ævi sequioris, R. KALONYMUS, Metaphrastes Librorum complurium Arabicorum, sub initia Sec. XIV., Hebræus, cujus Nomen Græcam manifeste sapit Originem.

XI. Quo magis autem *παλλιγγενεσίας* Literarum Auspicatissimæ Tempus, circa Seculi XV. & XVI. confinia, appropinquabat, tanto magis absonis atque Barbaris hujus generis Cognominibus Vulgus Hominum nominetenus Literatorum, & Monachi, Barbariei suæ tenaces, dele-

Digitized by Google

delectabantur. In *Epistolis* certe *Virorum Obscurorum*, ad salse exagitandos Jac. Hogostratum & Ortwinum Gratium, Theologos Colonienses, Joh. Pfefferkornium, Ex Judæum impudentem, cœterosque illorum, in Collegiis Germaniæ Academicis & Monasticis, contra Joh. Reuchlinum, Libris Judaicis patrocinantem, Synathletas, ab Huldar. Hutteno, aliisque Reuchlini Amicis, stylo Barbaro, sub istorum Nominibus, exaratis, Portenta Nominum & Cognominum hujusmodi, in L. Gr. aut Lat. μεταφρασθέντων, occurrunt, neminem non, studiis excultum politioribus, ad risum invitatura effusissimum, Erasmo olim Roterodamo, cum, Ulcere periculoso laborans, istas perlegeret Epistolas, salutarem. Offerent se tibi illic, inter Epistolarum Scriptores, *Albertus Acuficis*, *Jac. de Alta Platea*, *Bartricus Animalius*, *Marcenus Aneretimus*, *Instantius Baccius*, *Mammotrectus Buntemantellus*, *Stephanus Calvastrus*, *Antus Cantus Hornantius*, *Joh. Cantrifusoris*, *Petrus Charitatis*, *Johannes Cochleariligneus*, *Joh. Cochlearius* (Löffler/) *Pultronius Cultrifex*, *Joh. Currificis Ambachensis*, *Corn. Fenestrificis*, *Lambonius Forestus*, *Pardormannus Fornacificis*, *Joh. Gerilambius*, *Johan. Jupiter* (Helferich/) *Achatius Lampirius*, *Gallus Linitextoris*, *Joh. Lucibularius*, *Joh. Luminatoris*, *Joh. Arnoldus Lyricen*, *Hiltbrandus Mammaceus*, *Matthaus Mellilambius*, *Cornelius Morosus* (Saurtopf/) *Durandus Muscerda*, *Wendelinus Pannitonsoris*, *Malleolus in Paradiso*, *Joh. Pellifex*, *Joh. Pileatoris*, *Bernh. Plumilegus*, *Simon Po-*

Pocoporius, *Gilbertus Porretonius*, *Comeſtor Pugnantius*, *Jodocus Sartoris*, *Phil. Sartoris*, *Phil. Sculptoris*, *Caſp. Stomabus* (Rindmaul/) *Joh. Textoris*, *Vullupius Timanoetus* &c. Non iverim inficias, complura horum Nominum plane eſſe fictitia, & a nemine forſan uſurpata. Sed efficta ſunt tamen, a Reuchlini Amicis, per Mimeſin Jocularem & Satyricam, ad genium nominum, quibus Scholaſtici & Cœnobitæ Ævi iſtius gaudebant. Nec omnia in Chimæricorum Claſſem ablegari merentur. Jacobum certe Hogoſtratum, a Pago Brabantiæ Natali Cognomen hoc adeptum, Ord. Dominicani Monachum, Doctoremque, Profeſſorem Theologum, & Inquiſitorem Pravitatis Hæreticæ Colonienſem, circa An. 1525. teſte Corn. Looſeo (*in Catal. Scriptt. Germ. lit. G.* 1.) defunctum, Latinum iſtud *de Alta Platea*, Vernaculi loco, ſæpe adhibuiſſe, Monumenta Seculi ſuperioris complura teſtantur. *Johannis Cantrifuſoris* Nomine proprio gaviſi ſunt duo Magiſtri, Patria Zwiccavienſes, Sec. XV., in Acad. Lipſienſi, Laurea ornati Philoſophica; Cognomen autem, cum his, & Oppidum Natale, communia habuit Wolfg. Cantrifuſorius, Magiſter ſub initium Seculi XVI. Witebergenſis. V. Joach. Felleri *Cygnos Quaſimodogenitos*, *c.* 4. *lit. F.* 1. *a. b.*, ubi etiam *Michaelem Balneatoris*, *Johannem Sartoris*, *Johannem Cuſtodis*, Magiſtros itidem Sec. XV. Lipſienſis, ejusdem Furfuris Cognominibus delectatos, memorat. *Johannes Currificis*, Landsberga Bavarus, Philoſ. & Med. D. Profes-

fessorque, circa A. 1514., Lipsiensis, ac Collegii Principum Majoris Collega, celebratur ab Autore Anonymo *Centuriæ Scriptorum, in Academiis Lips., Witteberg., & Francofordiana, insignium, num.* 58.

XII. Simillima sunt istis, quæ Epistolæ Virorum Obscurorum exhibent, plurima alia ejusdem Ævi Literatorum Cognomina, v. g.: 1. *Nicolai Aurifici*, Senensis, *Vitæ Elisæi, Carmelitarum Ducis Secundi*, Scriptoris, de quo V. Ant. Teiserii *Catal. Catall. p.* 244.; 2. *Hieronymi Cingulatoris*, Aurimontii, Med. D. Witebergæ A. 1511., teste Andr. Sennerto (*L.* 1. *Athen. Witeb. p.* 114.) creati, qui idem forte est cum *Hieronymo Cingulario, Libri Synonymorum* Autore, in *Biblioth. Simleriana p.* 292. memorato; 3. *Johannis Fœnisecæ, Quadrati Sapientiæ*, Augustæ A. 1515. editi, Autoris. V. Siml. *p.* 366.; 4. *Steph. Fortunii*, Friberga Misnici, Doctoris Theologi Lipsiensis. V. Joach. Felleri *Cygnos Quasimodogenitos, in Præf., lit. A.* 4. *a*; 5. *Petri Hoedi*, Sacerdotis Portusnaensis, *Anteroticorum*, Tarvisii A. 1492. excusorum, Scriptoris. V. Siml. *p.* 558.; 6. *Henrici Institoris*, Hæreseomastigis Seculi XV. exeuntis haud obscuri. V. Siml. *p.* 278.; 6. *Pauli Riparii, vel Amnicolæ* (non *Annicolæ*, uti a Simlero *p.* 543. vocatur,) sive *Bachmanni*, Roswinensis Misnici, Monachi ac Procuratoris, tandemque Abbatis Cœnobii Palæocellensis in Misnia, Luthero adversati, & A. 1533. (teste Simlero) defuncti. V. Siml. *l. c.*, Anonymi *Centuriam Scriptorum in Acadd.*

eadd. Lipſ., *Witeb.* & *Francofordiana*, *Inſignium*, *num.* 72. Joach. Fellerum *l. c. lit. A.* 3. *a.* J. C. Becmanni *Catal. Biblioth. Francof. p.* 16.; 7. *M. Ludovici Sartoris*, Th. Baccalaurei, Acad. Lipſienſis A. 1507. Rectoris. V. Joach. Fellerum, in *Præfat. modo laudata*, *lit. A.* 1. *a.*; 8. *Pauli Scriptoris*, Wylenſis Suevi, Minoritæ, Keyſersbergæ A. 1504. V. Siml. *p.* 548.; 9. *Petri Sutoris*, Carthuſiani, quem Deſ. Er. Roterodamus Antagoniſtam habuit. V. Siml. *p.* 567.; 10. *Joh. Tinctoris*, Colonienſis, Th. Licentiati, & Acad. Heidelberg. A. 1498. Rectoris. V. J. H. Hottingeri *Colleg. Sapient. Reſtit. pag.* 71. 72.; 11. Johannis Verſoris, Profeſſ. Colonienſis in Burſa Montis, circa An. 1490. Philoſophici. V. Siml. *p.* 424. Corn. a Beüghem *Incunab. Typogr. p.* 142.; 12. *M. Nicolai Viridimontani* (*Grunbergenſis*,) Theol. Profeſſoris Witeb. & Academiæ A. 1508. Rectoris. V. And. Sennerti *L.* 1. *Athen. Witeb. p.* 57. Plura deſideranti Exempla Annales Cœnobiorum, & Academiarum Germaniæ Antiquiorum, Bibliothecarum Vetuſtiorum Indices, & *Catalogi Scriptorum Eccleſiaſticorum ac Germanicorum* Trithemiani, ſunt evolvendi.

XIII. Longe plures tamen ſolum Æræ Chriſtianæ Seculum XVItum, Literarum, per Europam fere univerſam, παλιγγενεσία illuſtre, quam ſuperiora omnia, Metaphraſtas Cognominum ſuorum, & nonnunquam etiam Prænominum, Eruditos protulit. Tanto enim omnes Linguarum, quarum ſtudia nuper denuo efflореſcere

cœperant, Latinæ, Græcæ, & Hebrææ, Amore flagrabant, ut in has Nomina sua, præeuntibus Triumviris eximiis, & Doctrinæ omnis elegantioris Instauratoribus, Desid. Erasmo Roterodamo, Joh. Capnione & Phil. Melanchtone, certatim transfunderent, & isto etiam pacto, Literatos ab Illiteratis discerni oportere, sibi persuaderent. Procliviores tamen in hoc *μετονομασίας* Genus fuere Germani, Belgæ, Dani & Sueci, Religioni imprimis Protestantium addicti, quam Galli, Itali & Hispani, quorum Linguæ Latio Idiomati suos debent Natales, & Vocabula pleraque, leviter saltem mutata, cum eodem etiamnum habent communia, ac Britanni, Vernaculorum itidem Nominum tenaciores. Expiravit tamen, & in desuetudinem paulatim abiit, ista, in Nominibus Exoticis adoptandis, ἀλλοτριομανία, cum eodem Seculo XVI., etiam in Ipsa Germania, & Regnis Borealibus, ita tamen, ut, in nonnullis istorum, quæ Hæreditaria evaserunt, vestigia ejus sint reliqua, &, in Suecia, etiam hodienum, suis gaudeat Amasiis.

XIV. Non tamen omnium Seculi Superioris Eruditorum Μετονομασία hæc Μεταφραστικὴ impetravit Applausum, sed a nonnullis *παρρησιαστικῶς*, nec sine causis idoneis, est reprehensa. Id quod nec ipse Patronus illius Incomparabilis, Joachimus Camerarius, diffiteri potuit, cujus Verba, *e Vita Melanchtonis* (*p.* 9. 10.) adjicio: *Hunc conatum mutandi Nomina Familiarum memini audire Doctos & præstantes dignitate Viros, qui re-*

reprehenderent, quod iſto pacto Familiarum Notitia quaſi obteri videretur. Sed ſunt omnino quædam ita aſpera, & velut horrida, ut Lingua Græca Latinaque exprimi, neque poſſint, neque debeant, quæ, ſi Literis quibusdam, vel adjectis, vel detractis, quaſi dolare, ut leviora fiant, aliquis velit, quemadmodum de Barbaris omnibus fecerunt Veteres, nihilo ille minus appellationem obſcuram, & ſuis ignotam, hoc modo redditurus ſit, quod a mutatione illa Interpretationis nihil jam differet. Hæc ille, Metaphraſtis iſtis, & ſibimet ipſi ſimul, patrocinans. Majori παῤῥησίᾳ Cenſuram de iis tulit Joh. Ludov. Vives, Valentinus, *in Notis ad Auguſtini L. 18. de C. D. c. 35.* ubi, poſtquam, Nomina Propria, in Verſionibus, absque ulla mutatione, eſſe retinenda, nec ex Etymo in alias Linguas transferenda, recte inculcaſſet, hæc ſubjungit: *Quo magis miror eſſe, qui ſibi peregrina & Græca Nomina adſciſcunt, juxta Etymon ſuorum patria Lingua; qui, dum ſibi famam parare ſtudent, plus media illius parte ſe fraudant. Quanto ſimplicius & prudentius, addo etiam ad Rerum naturam accommodatius, Cæſar, qui Gallos omnes & Germanos ſuis ipſorum appellavit Nominibus, inflexis tantum finibus in formam Latinorum?* Nec certe negari poteſt, Familiarum ſeriem, & Genealogorum, Nomina Gentilitia Vernacula, tanquam normam, merito ſequentium, Circulos, Μεταφράσει hac arbitraria valde turbari, eamque idcirco fugiendam imprimis eſſe Hominibus Nobili ſtirpe prognatis, quibus in Gallia, ab Henrico II., Rege, d. 26.

Fff 2 Mart.

Mart. A. 1555., Nominis Mutatione, ne Litibus hæc turbisque occasionem præberet, esse interdictum, Bailetus (*P. I. c.* 6.) testatur. Inventi tamen, & inter hos, sunt, qui, Seculo superiori, morem Ætatis suæ secuti, Cognomina Græca aut Latina, Vernaculis atque Avitis *συνώνυμα*, in horum locum, cum *Eitelvvolfo a Lapide*, Familia *Steiniorum* Suevica Equestri orto, Aulæ & Urbis Moguntinæ, ad An. usque Fatalem 1515. Præside, Hominumque Eruditorum Mecænate, Melch. Adamum (*in Vitis JCtorum p.* 7. 8.) nacto Encomiasten, substituerent. Quorum *Φιλοκαινία* uti haud probanda, ita tolerabilior fore videtur, si, *Hermanni*, *Comitis Nuenarii*, sive a Neuenaar (*a Nova Aquila*,) Herois Seculo superiore insigniter Eruditi, exemplo, Cognomine utroque, Vernaculo & Metaphrastico, junctim aut promiscue utantur. Imitati sunt hunc, e Literatis etiam, Nobilitatis prærogativa haud gavisis, *Georg. Collimitius Tanstätterus*, Raynensis, Astronomiæ Prof. Viennensis, *Rob. Fluddius*, *sive a Fluctibus*, Anglus, *Joach. Pastorius ab Hirtenberg*, Glogovia Silesius, Sigism. *Betulius a Birken*, *Bohemus*, & *Franciscus de le Boe Sylvius*, Hanoviensis, Medicus Acad. Lugduno-Batavæ, ad A. usque Emortualem 1672. Celeberrimus, suis, paulo post, locis iterum laudandi. *Nicod. Frischlinus*, Balinga Würtembergicus, Poeta & Philologus Acad. Tubingensis, dexterrimus, sed sua ipsius culpa infelicior, adeo a *μεταφράσει* Cognominis Vernaculi abhorruit, ut, licet Æmulorum

lorum hoc maledicorum Sannis, in *Fröſchlinum*, ſive *Coaxatorem*, mutari, elegantiſſime autem, & appoſitiſſime, in Græcum pariter atque Latinum Idioma transferri poſſe, haud ignoraret, retinere tamen, per omnem Vitam, maluerit. Spectant huc Verſus ipſius, quos, ex Elegia adverſus Obtrectatores iſtos, & Marcum imprimis Wagnerum, Melch. Adamus (*in Vitis Philoſ. Germ. p.* 357.) recitat:

Eſt, qui Fröſchlinum ſtolido me nominat ore,
Ceu dederint Ranæ Nomen Ariſtophanis. - - -
Friſchlino mihi, non Fröſchlino, Nomen avitum eſt.
Hoc me Teutonici ſanguinis eſſe probat.
Cecropia dices Hygienum voce, Latina,
Si vis, me poteris dicere Vegetium.
Mens tamen eſt nobis nomen retinere paternum,
Ut me Germani Stemmatis eſſe probem.

XV. Sed Recenſum tandem Metaphraſtarum Seculi XVI., aliorumque paulo recentiorum, exordiamur; initio ab illis facto, qui prænomen pariter atque Cognomen in Linguam tranſtulere peregrinam. Agmen ducat Phœnix Ævi ſui Θεόσδοτος DESIDERIUS ERASMUS (antea GERHARDUS GERHARDI) ROTERODAMUS, de quo ita Melch. Adamus *in Vitis Philoſ. Germ. p.* 86.: *Puer vocatus eſt Gerardus Gerardi, more familiari apud Belgas, & olim etiam uſitato apud Græcos Latinosque. Sed, quia Nomen iſtud,* in *Belgico Idiomate, videtur habere cognatam ſignificationem cum Verbo Deſiderare, ad-*

stivit sibi, loco Prænominis, Titulum Desiderii: cui subjunxit Græcam Vocem ejusdem notionis, & Erasmus agnominari maluit. Conf. Fr. Sweertii *Athenas Belg. sub ejus Nomine*, Gerh. Joh. Vossii *L. 3. de Theol. Gent. c.* 85. Guilh. Crowæi *Elenchum Interpt. Scr. p.* 108. 109. & J. C. Becmanni *Notit. Dignitt. Diss. V., c. 2, p.* 121. Excipiat hunc ABDIAS PRÆTORIUS (antea GODESCHALCUS VOGT vel SCHULTZE,) Soltquella Marchicus, Professor Acad. in patria Francofurtanæ Philosophus, Wittebergæ A. 1573. exstinctus, qui Cognomen Vernaculum cum Latino, Prænomen autem, cum Hebræo ejusdem Significationis, commutavit. Prænominis Exotici adsciscendi occasionem ipsi præbuit Sacra, de Necessitate Bonorum Operum, cum Andrea Musculo, Collega Theologo, hanc negante, Controversia, in qua, cum Adversariorum Animus impotens, non Doctrinam solum ejus, sed & Nomen GODESCHALCI, e Vocibus duabus Germanicis *Gott* & *Schalck*, quarum prior *Dei* est Index, posterior autem *Servum* olim denotavit, hodie autem plerumque de Homine Nequam usurpatur, compositum, deformaret, Hebræa voce *συνωνύμω*, ac ambiguitati isti haud obnoxia, ABDIAS, (*i. e, Servus Dei*) appellari maluit. V. Melch. Adami *Vitas Theol. Germ. pag.* 464. 465. Idem sc. Fatum expertus est Prætorius, cum cognomine sibi GODESCHALCO, Doctrinæ Prædestinatianæ Seculo IX. Resuscitatore, Monacho & Presbytero Ord. Benedictini

ni Orbacenſi, Pontificiis inviſo, Janſeniſtis autem & Reformatis acceptiſſimo. De illius enim Nomine, Ludov. Cellotius, Jeſuita Pariſinus, in *Hiſtoria Godeſchalci, L. 1. c. 2.* ex ſequiori & moderna Vocis Schalck Significatione, judicans, *hanc*, ait, *Notationem, ſi Nomen ſpectes, caſu Puero inditum, Nutricis eſſe Naniam: ſi Vitam & Mores Hominis, Oraculum.* Gilbertus contra Maugvin Janſeniſta (*in Confut. Fab. Prædeſtinatianæ,*) præeunte Jac. Uſſerio (*in Hiſt. Godeſchalci c. 2.*) Antiquiorem ejusdem Significationem, jure potiori, arripit, &, ex hac, *Godeſchalcum, & notatione Nominis, & reipſa, Dei ſervum fuiſſe,* concludit. V. Georg. Greenii *Diſp. de Hæreſi Prædeſtinatiana c. 3. §. 1.* Erasmi, Sympatriotæ ſui, Veſtigia etiam preſſit PANCRATIUS CASTRICOMUS (antea VALERIUS GOUTHOAVIUS,) Alcmarianus, Syndicus Groningenſis, A. 1619. teſte Val. Andr. Deſſelio (*in Biblioth. Belg. p. 711.*) mortuus, *Nomenclatoris Scriptorum Hollandiæ, Zeelandiæ, & Tractus Ultrajectini, Latinorum*, Leidæ A. 1601. in 4to excuſi, ſed nuda tantum nomina exhibentis, Autor. Ex quo, duos Scriptores diverſos, ſed ejusdem Libelli Parentes, unum Belgico, alterum GræcoLatino Nomine, inſignem, Phil. Labbeus, *in Bibliotheca Bibliothecarum (p. m. 282. & 347.)* male eſt fabricatus.

XVI. Cognomina Hebræa, Vernaculorum loco, adſciverunt: 1. ANTONIUS de la ROCHE CHANDIEU, Nob. Gallus, Eccleſiaſtes & Theologus Reformatus Pariſienſis ac Gene-

Digitized by Google

venſis, A. 1591. defunctus, qui, per Metaphraſin, Cognominis Gallici *Chandieu* Hebræam, ZAMARIELEM initio, & deinde SADEELEM, ſe vocavit. V. Thuanum *ad A.* 1591. Melch. Adami *Vitas Theologorum Exterorum p.* 162. & Pauli Colomeſii *Opuſc. Literaria p.* 188. Prior ex his Vocibus Nomen Dei Hebraicum אל, cum Radice זמר (*Cantavit,*) poſterior autem cum Nomine שרה, Symphoniam deſignante, conjungit. Fallitur ergo Melch. Adamus *l. c.*, qui Sadeelis Cognomen a Voce שדה, Agrum ſignificante, derivare velle videtur, dum Noſtrum vocat *Sadeelem vere Sadeelem, Agrum ſc., ipſius Dei Manu ſatume xcultumque*; 2. IGNATIUS HANNIEL, JC. & Hiſt. PP. Roſtochienſis, An. 1608. teſte El. Reusnero (*in Append. Iſag. Hiſtor. p.* 648.) denatus, quem tamen, ſola fretus Conjectura, his Cognominum ſuorum Metaphraſtis accenſeo. De Prænomine *Abdia* Hebræo, quod Godeſchalcus Prætorius adſcivit, §. *præced.* diximus. Inſtituto plane contrario, BENEDICTUS a CASTRO, Roderici Fil., Med. D. & Practicus in Civitate Patria Hamburgenſi Judæus Celebris, Chriſtinæque, Suecorum Reginæ, Archiater, d. 7. Jan. A. 1684. (æt. 86.) vivis exemptus, BARUCHI Nomen Hebræum, quod in Circumciſione obtinuerat, in Scriptis, & Converſatione cum Chriſtianis, cum Latino BENEDICTI, ſignificatus ejusdem participe, commutavit. Quod tamen, an in Baptiſmo, quo tingi ſe An. 1615. cum Fratre Andrea, Proſelytus Religionis

nis Chriſtianæ, ſed inconſtans, & ad Avitam mox relapſurus ſuperſtitionem, voluit, ipſi ſit inditum, an ſponte ab illo, Linguæ Latinæ, cujus peritus admodum fuit, amore, adoptatum, dubius hæreo.

XVII. In Cognominum Vernaculorum Locum, Græca, Significatu eodem gaudentia, ſubſtituerunt, e Germanis quamplurimi, Alphabetico a nobis ordine enumerandi:

1. JOH. ACOLUTHUS, Cruciburgenſis Sileſius, Th. D., Eccleſiæ Eliſabethanæ Uratislav. Paſtor, & reliquarum Inſpector, d. 3. Maji A. 1689. (æt. 61.) defunctus, ejusque Filii, ANDREAS, Eccleſiaſtes Civitatis Patriæ, LL. Or. peritiſſimus, ac JOHANNES, M. D., ejusdem Poliater.
2. GEORG. ÆLURUS, Autor *Chronici* Vernaculi *Glacienſis*, A. 1625. editi.
3. JOH. ÆPINUS (Höck) Marchicus, Th. D., & primus Superintend. Hamburgenſis, d. 13. Mart. An. 1553. mortuus. Fuſius de illo in *Cimbria Literata* diſſeremus.
4. LUDOV. ALPHITANDER, Parochus Niſchwizenſis, qui An. 1637., cum Thoma Reineſio, de Deo Diſceptavit Endovellico.
5. GEORG. AMELIUS (Achtsnit/) Acad. Friburgenſis Anteceſſor, & Filius ejus MARTINUS, J. U. D., ac Cancellarius, circa A. 1556. Badenſis, de quo V. Melch. Adami *Vitas JCt. Germ. p.* 110. Potuiſſent hi, ſi ſtolide *ἀρχαΐζοντας* ipſis libuiſſet imitari, UCALEGON-

TIS etiam Trojani, a Virgilio (*L. 2. Æn.*) memorati, Nomen aſſumere, Genusque ſuum ab illo arceſſere.

6. Henr. Corn. ANCHINOANDER Winſtingenſis, Med. D., cujus exſtat *Grammatica Italica*, A. 1615. excuſa.

7. DANIEL ANGELOCRATOR (Engelhart/) Corbachienſis, Superintend. Marpurgenſis, Chronologus ambitioſus, qui Synodo Dordracenæ interfuit, & A. 1639. obiit. V. Caſp. Sagittarii *Introd. in H. E. c.* 12. §. 20. *p.* 170.

8. MATTHIAS ANOMÆUS Auſtriacus, Med. D., & Math. Profeſſor, ad An. usque 1609. Wittebergenſis. V. And. Sennerti *L.* 1. *Athen. Witeb. p.* 144.

9. SEBAST. ARCHIMAGIRUS (Küchenmeiſter/) Friberga Miſnicus, Th. Lic., & Philoſ. PP., circa A. 1516. Witeb. V. Sennert. *l. c. p.* 58. 120. 121.

10. MATTHÆUS ARGYLLANDER, Poeta Bucolicus. V. Siml. *Biblioth. p.* 49.

11. VALENT. ARITHMÆUS Lignicenſis, J. U. D. & Poeſ. PP. Francofurtanus, A. 1620. (*teſte Wittenio T. I. D. B.*) mortuus.

12. M. CASP. ARNURUS (Lämmerzahl vel Lämmerſchwantz/) Thuringus, Log. & Eth. PP. Jenenſis, qui Pallio ſuo, pellibus Vulpinis ſuffulto, primam Scommati *Vulpecula Scholaſtica* occaſionem præbuiſſe dicitur. Obiit A. 1586. V. Adr. Beieri *Syllab. Proff. Jen. p.* 990. 991.

13.

Digitized by Google

13. HENR. ARTOCOPHINUS (Brodkorb/) Scriptor Medicus Pomeranus, de quo V. Lindanum *p.* 235.

14. SEBAST. ARTOMEDES Francus, Past. Regiomont. in Boruss. A. 1602.

15. CHRISTOPH. AULÆUS, Poeta, de quo V. Siml. *p.* 120.

16. PAULUS AULÆANDER (Hofmann/) Nissensis Silesius, Theologus Acad. Witteb. Seculo superiore, CryptoCalvinianus.

17. DANIEL BUCRETIUS (Rindfleisch/) Uratislaviensis, Med. D. & Patriæ, sub Seculi hujus initium, Poliater.

18. M. ADAMUS BYSSANDER (Biedermann/) Variscus, Philos. Sec. Superiore, Prof. Jenensis. V. Adr. Beieri *Syllabum Profess. Jen. p.* 979.

19. JOH. CALOANDER, Parochus, Sec. Sup., Brunsuicensis Martinianus.

20. CORN. LOOSEUS CALLIDIUS (i. 1. Goudanus, a Gouda, Bataviæ Oppido, Civitate patria, ita dictus,) Theol. Moguntinus, & demum Vice-Pastor ad S. Mariam de Capella Bruxellensis, A. 1595. (teste *Desselio in Biblioth. Belg. p.* 158.) mortuus, Autor *Catalogi Scriptorum Germaniæ* (potissimum Inferioris) *Illustrium* Pontificiorum, Moguntiæ A. 1581. *in 8vo* excusi. Labbeus (*in B. B. p.* 68. 69.) Gandavensem patria fuisse falso perhibet. Falluntur etiam Val. Henr. Voglerus (*in Introd. ad Notit. Bon. Scr. c.* 23. *p.* 89.) & Vinc. Placcius, Voglerum incaute secutus (*in Tr. de Scr. Pseudon. p.* 172.

172. 173.) qui, in *Catalogo* hoc, eum ſe *Cornelium Callidium Chryſopolitanum*, tradunt, vocasſe, & Cognomen Vocabulo Latino, Nomen autem Urbis Patriæ græco, expreſſiſſe. Nam, & in Fronte Libri, & ſub finem *Epiſtolæ Dedicatoriæ*, *Cornelium Loos Callidium* ſe appellat, & *Callidii* Nomine, non Latino, ſed græco, Patriam, neutiquam autem Cognomen, μεταφράζει. Plura, de hoc Scriptore, *in Apparatu ad Notitiam Reip. Eccleſiaſtico-Geographica*, monebuntur.

21. JOH. CAPNIO (Reuchlin) Phorzenſis, JC. & Conſil. Würtembergicus, primus Literaturæ Hebrææ, in Germania, Stator, d. 30. Jun. A. 1521. (æt. 67.) exſtinctus, qui græcum iſtud Cognomen Hermolao Barbaro acceptum tulit, hujusque ſuaſu, in Legatione Italica, adſcivit. V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p.* 45. Joach. Camerarii Vitam Melanchtonis *p.* 9. 10., & Joh. Henr. Maji, Theol. Gieſſeni, *Comm. de Vita* ipſius *Reuchlini.*

22. M. ANT. CAPNIO (Reuchlin/) Pfortzenſis, Diaconus, & L. Hebr. PP. Argentinenſis, An. 1558. defunctus. V. Melch. Sebizii Jun. *Append. Chronol. ad D. Joh. Schmidii Conc. Jubilæas de Acad. Argentinenſi. p.* 291.

23. BENED. CHELIDONIUS muſophilus, de quo V. Siml. *p.* 94.

24. JOH. CHOREANDER, περὶ τῆς εὐθανασίας, Sec. ſup., commentatus. V. Siml. *p.* 354.

25. DAVID & NATHAN CHYTRÆI (Germ. Kochaſen/

ſen/ non Töpffer vel Hafner/ uti Bailetus credidit) Suevi, Acad. Roſtochienſis, Sec. ſup., Inſtauratores, germaniæque Lumina. V., de his Fratribus, melch. Adami *Vit. Theol. Germ. p.* 681.

26. Pet. Cnemiander, Laubanenſis Luſatus, m. d. A. 1565. VVitebergæ creatus. V. And. Sennerti *Athen. Witteb. L.* 1., *p.* 116.

27. Joh. Crato (Kraft) a Kraftheim, Uratislavienſis, med. d. & Archiater Cæſareus, An. 1585. defunctus. V. matth. dreſſeri, *Or. Fun.* ei habitam, & melch. Adami *Vit. Med. p.* 261. *& ſqq.*

28. m. paulus didymus, (Zwilling/) Torgenſis miſnicus, Poeſ. PP. Jen. A. 1581. exſtinctus. V. Beierum *l. c. p.* 992. 993.

29. dasypodii: *α.* Petrus, L. gr. PP. Argent. Lexicographus celebris, qui An. 1559. obiit. V. Sebizium *l. c. p.* 294.; β. Conradus, Petri F., Prof. Acad. Argent. mathematicus, A. 1601. defunctus. V. Sebiz. *l. c. pag.* 280. & melch. Adami *Vitas Philoſ. p.* 441. *& ſqq.*; γ. Fridericus, Walberga Colonienſis, Acad. Juliæ Anteceſſor, A. 1599. denatus. V. gebh. Theod. meieri *Monumenta Julia JCtorum p.* 99.

30. Joh. dryander, Wetteranus, med. PP. marpurg., A. 1560. mortuus. V. Joh. Juſti Piſtorii *Propylaum Athenai Haſſiaci p.* 12.

31. Christianus Emporius (Kaufmann/) Poeta Sacer. V. Siml. *p.* 120.

32.

32. Christoph. Eous, *Scriptor Socinianus.* V. Chr. Sandii *Biblioth. AntiTrin. p.* 97.

33. Ant. Evonymus, Carinthius, Log. & Metaph. PP. VVitteb., ſub finem Sec. ſuperioris.

34. Casp. Eurimachæra (Breitſchwerdt/) *Memorialis Biblico-Metrici* Scriptor. V. Siml. *p.* 217.

35. Joh. Geander (Erdmann/) primus Superint. Helmſtadienſis, teſte M. Joh. Ritmeiero, *in Conc. Jubilæa Acad. Helmſtadienſi.*

36. Joh. Gryphiander, Oldenburgenſis, ex Profeſſore Hiſtorico Jenenſi, Conſil. Oldenburgicus, An. 1652. mortuus. V. Beieri *Syllabum Profeſſ. Jen. p.* 1013. 1014.

37. Gregorius Haloander (Hofmann/) Cygnæus, JCtus Celebris, & Pandectarum atque Codicis Emendator, Venetiis A. 1532. exſtinctus. V. Melch. Adami *Vitas JCt. p.* 60., Tob. Schmidii *Chronicon Zvviccavienſe, P. I. p.* 478. *& ſqq.* Joach. Felleri *Cygnos Quaſimodogenitos, c.* 2., *lit. C.* 3. *a.*, Mart. Hanckii *L.* 1. *de Scr. R. Rom. P. I.*, *p.* 210.

38. Pet. Hegemon (Führer/) Francus, Th. D., a Luthero A. 1545. VVittebergæ creatus. V. And. Sennerti *Athen. Witteb. L.* 1. *p.* 88. 100.

39. Bartholom. Hierovius, Scriptor Sec. Sup. Medicus. V. Lindan. *p.* 89.

40. Christoph. Irenæus, Theol. Sec. Super. Flacianus.

41. Matthæus Irenæus (Friederich/) Herbipo-

li

li Francus, Advocatus Spirensis, Phil. Melanchtoni & Joach. Camerario (qui Græcum ei nomen imposuerunt) amicissimus, lapsu e Fenestra infausto A. 1551. exstinctus. *Fuse celebratura Camerario, in Vita Melanchtonis p.* 178. 179. Sub JOHANNIS IRENÆI Nomine *Dialogum suum pro Sexu Fœmineo* Vernaculum, Seb. Franckio oppositum, Rostochii A. 1543. excusum, & Lipsiæ A. 1568. recusum, edidit JOH. FREDREVS Senior, Cöslino Pomeranus, Superint. Wismariensis, d. 31. Decemb. A. 1562. (æt. 53.) exstinctus.

42. FRANC. IRENICUS, Ettelingiacensis, Scriptor *Exegeseos Germanicæ*, Volumm. XII. Hagenoæ A. 1518. excusæ, Historicus.

43. WILH. KYRIANDER, Syndicus Trevirensis, *Annalium Civitatis Trevirensis* Autor.

44. LAGI (die Hasen): α CONRADUS, JC. Sec. Sup. Wittebergensis, V. Siml. *p.* 143.; β. DANIEL, Prof. Acad. Gryphiswald. non ita pridem Theologus; γ JOSUA, Prof. Heidelberg. V. J. Henr. Hottingeri *Colleg. Sapientiæ Restitutum p.* 18.; 4. PAULUS, patria Cygnæus, JCtus, sub finem Sec. XV., Lipsiensis V. Joach. Felleri *Cygnos Quasimodogenitos, c. 2., lit. c. 3. a.*

45. LAMPADII (die Lampen): 1. HENRICUS, primus Ecclesiastes Brunsvicensis Lutheranus, de cujus Vita Joh. Gasmeri, Past. Catharinæi, exstat *Or. Funebris*; 2. JOHANNES, Brunsvicensis, Henrici Fil., Gymn. Brem. Prof.

Prof. Calvinianus; 3. JACOBUS, ex Acad. Juliæ Antetessore, *D*ucum Brunsvic. hoc seculo Cancellarius, de quo V. Gebh. Theod. Meieri *Monumenta Julia JCtorum p.* 145. *& sq.*

46. LIMNÆI (Wirn): 1. GEORGIUS, Jenensis, Math. in Acad. patria PP., A. 1611. mortuus; 2. JOHANNES, Georg. Fil. Consiliarius Onolsbaco-Brandeburgicus, Scriptor Juris Publici Classicus. V. Adv. Beieri *Syllabum Profess. Jen. p.* 1002. 1003.

47. LEONH. LYCIUS (Wolf), Physices Prof. Lipsiensis, & *Characterum* Theophrasti Editor, A. 1570. denatus. V. Siml. *p.* 451. Jac. Thomasii *Diss. de Nominibus & Insignibus Lupinis*, §. 22., & Salom. Stepneri (æquo male, in Epitaphio, *Lucius* vocatur) *Inscriptt. Lipsienses p.* 17.

48. CONR. LYCOSTHENES (Wolfhart), Rubeaco Alsatus, Diac. Leonhardinus, & Philos. PP. Basileensis, A. 1561. mortuus. V. Melch. Adami *Vit. Theol. Germ. p.* 362.; BONIFACIUS item LYCOSTHENES, Ecclesiastes Lutheranus, de Patientia, aliisque Argumentis sacris, Germanice commentatus.

49. M. JOH. MACHÆROPEVS (Messerschmidt), ad A. usque Emort. 1588. Gothanus. V. Casp. Sagittarii *Memorabilia Hist. Gothanæ p.* 50.

50. STEPH. MACROPVS, Andreæmontanus, Metaphrastes *Vandaliæ* Alb. Krantzii, sub finem *Sec.* Sup., Germanicus.

51.

51. MEGABACCHI: *α. Johannes*, Spangenberga Hassus, Philippi, Hassorum Landgravii, Archiater,& Med.PP.Marpurg.,A.1555. defunctus. V. Melch. Adami *Vitas Med. Germ. p.*77. Joh. Justi Pistorii *Propylaum Athenai Hassiaci p.* 12.; 2. GEORG. RUDOLPHUS, Grünbergensis, e Consil. Hassiaco, Cancellarius, ad A. usque Fatalem 1603., Saxo-Coburgensis, & Magdeburgicus. V. Joh. Gotfr. Olearii *Coemiterium Saxo-Halense p.* 161.

52. PHILIPPVS MELANCHTON (Schwartzerd), a Joh. Capnione ita appellatus, Bretta Palatinus, Acad. *W*itteb. Instaurator, & Communis Germaniæ Præceptor, d. 19. Apr. A. 1560. (æt.63.) denatus. V. Joach. Camerarii *Vitam illius p.* 9. 10. Melch. Adami *Vitas Theol. Germ. p.* 327. 328., *& Vitas Philos. p.*184.

53. EBERH. MESOMYLIUS, Theol., in Gymn. *S*tadhagensi, circa A. 1607., & deinde in Acad. Rintel., PP. aliique plures ejusdem Cognominis, Claris Civibus Wetteranis annumerati, in Melch. Adami *Vitis Philos. p.*416.

54. MILICHII (die Feigen): 1. JACOBVS, Friburgensis, *M*ed. D. & PP., Sec. Sup., Wittebergensis; 2. HENRICVS, Jac. Fil., *M*ed. D. & PP. Jen. V. Adr. Beieri *Syllabum Proff. Jen. p.* 872. 873., &, quem is allegat, Mart. Mylii *Hortum Philosoph. p.* 76.

55. THOMAS NAOGEORGUS (Kirchmaier) Straubingensis, Poeta Germanus. V. Sml. p. 663. 664., *Crovvai Elenchum Interpp. Scr. p.* 334.

56. JOH. NAVCLERVS (Germanice Verge/ non Schiffmann / sicut a Baileto traditur), Nob. Svevus, Præfectus, Præpositus, ac primus Rector Academicus Tubingensis, sub finem Sec. XVti, *Chronici Universalis* Autor. V. Joach. Camerarii *Vitam Melanchtonis p.* 16., Melch. Adami *Vitas Philos. Germ. p.* 27., Vossii *Lib.* 3. *de Hist. Lat. c.* 10., *p.* 646., Joh. Gotfr. Olearii *Abacum Patrol. p.* 260.

57. NICANDRI: α PAVLVS, Kittingensis Francus, Past. Vlricianus Saxo-Halensis, A. 1603. mortuus; 2. JOH. GOTFRIDVS, Th. Lic. & Superint. Mansfeldensis, A. 1681. defunctus. V. Wittenii *Diar. Biogr.*

58. ODONTII: α CASPARVS, Scholæ Altorfinæ Moderator; β. JOH. CASPARVS, ejus Filius, Math. PP. Altorfinus, A. 1626. denatus. V. Magni Dan. Omeisii *Gloriam Acad. Altorf. p.* 110. 175.; γ. PAVLVS, Werthavia Misnicus, Parochus Lutheranus, initio in Stiria, & dein Oederanus in Misnia. V. Joach. Felleri *Cygnos Quasimodog., in præfat., lit. A.* 3. *b.*

59. JOH. OECOLAMPADIUS (Haußschein), Winsperga Svevus, Theol. Basileensis Reformatus, A. 1531. mortuus. V. Melch. Adami *Vitas Theol. Germ. p.* 45.

60. JAC. OMPHALIUS, Andernacensis, Consil. Clivensis, & Acad. Colon. Antecessor, A. 1570. defunctus. V. Melch. Adami *Vitas JCtor. German. p.* 188.

61.

61. JOH. OPORINUS (Herbst), Basileensis, Typographus, & L. Gr. PP. in Patria Celeberrimus, A. 1568. denatus. Occasionem Μετονομασίας ipsi dedit Martialis Epigramma in Earinum *L.* 9., *n.* 13.

Si daret Autumnus mihi nomen, Ὀπωρινὸς essem,
Horrida si Brumæ sidera, Χειμερινὸς:
Dictus ab æstivo Θερινὸς mihi mense vocarer:
Tempora cui Nomen verna dedere, quis est?

Habuit vero idem Socium Negotiationis Typographicæ Robertum VVinterum, qui se CHIMERINUM postea vocavit. V. Melch. Adami *Vitas Philos. Germ. p.* 242.

62. OPSOPOEI (die Köche:) *α.* & β. JOH. & SIMON, Brettani, Fratres, Medicinæ Professores Heidelbergenses, A. 1596. & 1619. mortui. V. Melch. Adami *Vitas Med. Germ. p.* 325. 326. 327.; γ. VINCENTIUS, de *Anthologia*, aliisque Autoribus Græcis, bene meritus. V. Siml. *p.* 679.; δ. JOHANNES, Hamburgensis, Parochus, circa A. 1632., Geesthachedensis, Poeta Sacer.

63. ANDR. ORNITHOPARCHUS, Scriptor, circa A. 1535., Musicus. V. Siml. *p.* 39.

64. ANDR. OSIANDER (Hoßmann vel Hosenenderle) Bavarus, Theol. Norib. & Regiomontanus Schismaticus, A. 1552. defunctus, ejusque Posteri, Ducatus Würtembergici Theologi. V. Melch. Adami *Vitas Theol. Germ. p.* 226.

65. HIERON. OSIUS, (Ehrlich,) Schlotthemio

Thuringus, Poeta Celebris, & Professor, ab A. 1556., Jenensis. V. Adr. Beieri *Syllabum p.* 982.

66. ANDR. PALÆOSPHYRA, cui Joh. Arnoldus Bergellanus Wesseli Gansforti *Farraginem Rerum Theologicarum*, VVitebergæ A. 1522. editam, inscripsit.

67. PAULUS PALIURUS, Tisnovia Moravus, Ecclesiarum VValdensium in Polonia Majori Senior, & Versionis Bibliorum Polonicæ Editor, Ostrorogi An. 1632. defunctus. V. And. VVengerscii *Slavoniam Reformatam, L. 3. p.* 391.

68. M. ANDR. PANCRATIUS, VVunsideliensis, Superint. in Voitlandia Curiensis, An. 1576. exstinctus, teste Val. Beiero *in Calend. Histor.*

69. JOH. PANDOCHEUS, Th. D. & Superint. ad A. usque Emort. 1622. Sangerhusanus.

70. DAVID PAREUS (Wängler/) Francostenio Silesius, Theol. Reform. Heidelb. A. 1622. mortuus, & ejus Posteri.

71. PELARGI (die Storchen:) *α.* AMBROSIUS, Nidda Hassus, Ord. Præd., Scriptor Sec. Super. Polemicus. V. Siml. *p.* 31.; *β.* NICOLAUS, Zwiccavia Misnicus, Anabaptista Famosus, Luthero συγχρονος; *γ.* CHRISTOPHORUS, Suidnicio Silesius, Prof. Acad. Francofurt. Theologus, initio Lutheranus, deinde Reformatus, A. 1633. mortuus.

72. JOH. PELECYUS Ulmensis, Jesuita Monachiensis,

ensis, An. 1623. denatus. V. Nath. Sothwelli *Biblioth. Jesuit. p.* 486.

73. PERISTERI (die Tauben:) α. VVOLFGANGUS, Borussus, Th. D. Lutheranus; β. M. HIERONYMUS, Ecclesiastes Flacianus. Uterque Sec. Sup. vixit. V. J.C. Becm. *Catal. Bibl. Francof. p.* 347.

74. M. ACHATIUS PHILOSTORGUS (Wolfreund/) Elbingensis, Phil. Prof. Francofurtanus, & A. 1512. Academiæ rector, A. 1519. defunctus. V. J.C. Becmanni *Memoranda Francofurtana p.* 71.

75. PAULUS CONSTANTINUS PHRYGIO (Seidensticker/) Selestadiensis Alsatus, Theol. Basileensis & Tubingensis. ☉. A. 1543. V. Melch. Adami *Vitas Theoll. p.* 97. *& sqq.*

76. CHRISTOPH. PITHOPOEUS, Medicus Germanus. V. Lindanum *p.* 114.

77. JOH. PLACOTOMUS, Murstadius, primus medicinæ, in Acad. regiomontana, ab A. 1544., Professor. V. Lindanum *p.* 393. 394. Adrian. Beieri *Syllabum Prof. Jen. p.* 860. 889.

78. GEORG. PYLANDER (Thormann/) Cygnæus, medicus, circa An. 1542., eximius, mediolani exstinctus. V. Melch. Adami *Vitas Med. Germ. p.* 38., J. A. Quenstedii *Dial. de Patr. Vir. Illustr. p.* 223. Joach. Felleri *Cygnos Quasimodog., c. ult. lit. F. 1. b.*

79. SAM. SIDEROCRATES (Eisenmenger/) Brettannus, ex Prof. Tubingensi, Archiepiscopi

Digitized by Google

Colonienſis archiater, A. 1585. mortuus. V. melch. Adami *Vitas Med. Germ.* *p.* 257.

80. *R*EINERUS SOLENANDER, Budericenſis, archiater Sec. ſup. Juliacenſis. V. melch. Adam. *l. c. p.* 84.

81. *S*OTERES (Heil:) *α.* CHRISTOPHORUS, Wisbadenſis, med. circa A. 1534. PP. Lipſienſis. V. Lind. *p.* 113. 115.; β. JOHANNES, *in Indice Libb. Prohibb. Romano, lit. I., Cl. II.* memoratus.

82. PET. STRATAGEUS, vel STRATEGUS, med. D. ac PP. *R*oſtoch., & A. 1545. acad. *R*ector. V. *S*iml. *p.* 567. & Nicol. Gryſii *Catal. Rectorum Acad. Roſtoch.*

83. GEORG. TECTANDER, *Itinerarii Moſcovitico-Perſici*, Lipſiæ An. 1608. L. Germ. editi, *S*criptor. V. J. C. Becm. *Catal. Biblioth. Francof. p.* 441.

84. GEORG. THEANDER, acad. Ingolſtadienſis A. 1565., quo Friderico *S*taphylo parentavit, Procancellarius. V. Ant. Teiſerii *C. C. p.* 106. 107.

85. HIERON. TOXITES, *S*criptor, ſub initium *S*ec. hujus, antiCalvinianus, V. Becm. *l. c. p.* 349.

86. HIERON. TRAGUS (Bock/) Palatinus, Botanicus Celebris, A. 1554. mortuus. V. melch. Adami *Vitas Medd. p.* 67. *& ſeqq.* Lind. *p.* 261.

87. LAUR. TRIBANDER (Stegmann/) marchicus, *S*cholæ *R*acovienſis *R*ector *S*ocinianus, A. 1637. proſcriptus. V. Chr. *S*andii *Biblioth. AntiTrinit. p.* 134. ipſiusque ad martin. *R*uarum

rum Epiſtolam, *Centur. II. Epp. Ruari, num.* 44.

88. TRYGOPHORI: *α.* CALEBUS, Corbachio Hasſus, Log. Prof. Francofurtanus, A. 1613. mortuus; *β.* JOHANNES, Hiſt. & Poeſ. PP. Gryphisw., A. 1626. denatus. V. Henn. VVittenii *T. I. Diar. Biogr. ad A.* 1613. *&* 1626.

89. GUILH. XYLANDER (Holtzmann) Auguſtanus, L. Gr. ad An. usque Emortualem 1576., Prof. Heidelberg. V. Melch. Adami *Vit. Philoſ. p.* 289. *& ſqq.*

XVIII. Germanis, qui diutius Juſto nos detinuere, ex aliis itidem gentibus, Metaphraſtas Cognominum ſuorum Vernaculorum Græcos Celebriores ſubjungemus, ſed longe pauciores, & numerum iſtorum haud æquaturos. Prodeant ergo, ex vicina Germaniæ Helvetia: 1. WOLFG. AMPELANDER, qui *de Victoria Chriſti, & ejus Fidelium, contra Satanam ac Antichriſtum, Glorioſa, Libros IV.* Baſileæ A. 1585. edidit; 2. BEND. ARETIUS Bernenſis, Scholæ Patriæ, ad A. usque Fatalem 1574., Theologus. V. Melch. Adami *Vitas Theol. Germ. p.* 467.; 3. THEOD. BIBLIANDER, Theol. Tigurinus πολύγλωττος, A. 1564. denatus. V. Melch. Ad. *l. c. p.* 402. 403.; 4. JAC. CEPORINUS Tigurinus, Gymn. Patrii, Sec. Sup., Prof. Philologus (Germ. Gärtner) V. Siml. *p.* 313.; 5. JOH. BEATUS HELIUS, Lit. Human. PP. Baſileenſis; 6. CASP. MEGANDER, Tigurinus, Civit. Patriæ, Sec. Sup. Theologus. V. Siml. *p.* 218.;

Digitized by Google

7. JOH. OPORINUS (Herbst), de quo, §. *praeced.*, *num.* 61., jam dictum; 8. HENR. PANTALEON, Basileensis, Acad. Patriae, ad A. usque Emort. 1595., Theologus, Medicus & Philosophus. V. Melch. Adami *Vitas Philos. Germ.* *p.* 396. *& seqq.*; 9. JOH. SPHYRACTES Basileensis, J. U. Lic. & PP. A. 1578. (aet. 70.) exstinctus. V. Joh. Grossii *Inscriptt. Basil.* *p.* 108. A quo an diversus sit Joh. Sphyractes, Scholae Basileensis Petrinae, ab A. 1529., Rector, a Melch. Adamo (*l. c. p.* 396.) laudatus, mihi non est exploratum.

XIV. Succedant his Belgae: 1. JAC. CERATINUS, Horna (cujus Nomen ille Vernaculum Graeco suo Cognomine expressit) Batavus, Acad. Lovaniensis Philologus, A. 1530. exstinctus, & ab Erasmo, atque Hadr. Junio (*Cent. V. Adag. n.* 40.), commendatus; 2. SEVERINUS EUGALENUS Doccumanus, Medicus *de Scorbuto* commentatus. V. Lindanum *p.* 569; 3. GVILH. GNAPHEUS, Hagiensis, Comoediographus. V. Simlerum *pag.* 255.; 4. CORN. GRAPHEUS, seu SCRIBONIUS, (Schriver), Philologus. V. Siml. *p.* 148.; 5. JOH. MACARIUS (L'HEUREUX), Grevelinganus, Canonicus in Artesia Aeriensis, Antiquarius Nobilis, A. 1604. denatus. V. *Ant.* Teiserii *C. C.* *p.* 522., & *H.* Wittenii *T. I. Diar. Biogr.*, *lit. D.* 1. *a.*; 6. GEORG. MACROPEDIVS, Sylvaeducensis, Gymnasiarcha, ad *A.* usque Emort. 1558. Ultrajectinus. V. Melch. *Adami Vitas Philos.*

Germ.

Digitized by Google

Germ. p. 182., & Corn. Loosei *Catal. Scriptt. Germ.*, *lit. F.* 2. Vernaculum ei Cognomen fuit, non *Langbeinii*, uti Bailetus conjectat, sed *Langeveltii*; 7. JOH. PALÆONYDORVS, seu VETERAQVINAS (quod ille Cognomen ab oppido Natali *Oudevvater* adscivit), Carmelita Mechliniensis, *A.* 1507. defunctus, *Fasciculi Temporum* Autor. V. Voss. *L.* 3. *de Hist. Lat.*, *c.* 6., *p.* 573., J. G. Olearii *Abacum p.* 269. 270.; 8. LAMB. LUDOLPHUS HELMIUS PITHOPOEUS (ab Abavi Opificio Cognomen hoc Gentilitium adeptus) Daventriensis, Lit. Human. PP. Heidelbergensis, *A.* 1596. defunctus. V. Melch. Adami *Vitas Philos. p.* 411. *& sqq.*

XX. Inter Danos sese nobis offerunt: 1. NICOL. LAUR. ARCTANDER (Normann), Episc. Wiburgensis; 2. CLAUDIUS & JOHANNES LYSCHANDRI, Historiæ Patriæ Scriptores haud obscuri; 3. ANDR. TOXOTIUS, Med. D., & Sophiæ, Friderici II., Regis, Viduæ, Archiater. Inter Cimbros: 1. Duo MART. CORONÆI (Krene), Parochi Holsatici; 2. PAULUS CYPRÆUS, Slesvicensis, JC. illustris, ac Consil. Holsato Gottorpiensis, A. 1609. defunctus, ejusque Agnatus HIERONYMUS Senior, Canonicus Slesvic., & Filii Tres, HIERONYMUS Junior, JOH. ADOLPHUS ac PHILIPPUS, de Chersonesi Patriæ Historia præclare omnes meriti, ac Germanice die Kupferschmiede cognominati; 3. JOD. METHODIUS, Hamburgensis, cujus exstat *Or. de Vita Joach. Westphali*, Theologi atque Ephori Ecclesiæ

Digitized by Google

Patriæ, *Parentalis*; 4. Duo JOHANNES NEOCORI, de quibus, uti & cœteris, *in Cimbria Literata* plura dicentur. Inter Suecos, Bringandri, Chesnecophori, Colliandri, Cronandri, Drosſandri, Emporagrii, Floriandri, Hedræi, Iſogæi, Kylandri, Levandri, Micrandri, Miltopoei, Megalini, Myliandri, Nicandri, Opſopoei, Rezandri, Rolandri, Tiliandri, Tunandri, magnam partem Hybridis delectati Cognominibus, de quibus Joh. Schefferus, *in Suecia Literata*, & Henn. Wittenius, *in Tomis Diarii Biographici Duobus*, conſulendi. Inter Polonos, JOSEPHUS TECTANDER, Cracovienſis, Medicus circa An. 1550. celebris, de quo V. Simlerum *p.* 432. & Lindanum *p.* 422.

XXI. E Gallis ſolum laudabo LEODEGARIUM AGATHOCHRONIUM (BONTEMPS,) monachum Benedictinum Divionenſem, Lingg. Gr. & Hebr. peritiſſimum, a Paulo Colomeſio, *in Gallia Orientali p.* 25. 26. &, quem is allegat, Ant. Verdierio, *in Biblioth. Gallica*, celebratum. Ex Hiſpanis, FRANCISCUM DRYANDRUM (ENZINA,) Argentinæ d. 21. Dec. A. 1552. teſte El. Reusnero (*in Append. Iſag. Hiſtor. p.* 645.) mortuum. E Rhætis, MICHAELEM TOXITEN, Poliatrum circa An. 1567. Hagenoenſem (de quo V. Melch. Adami *Vitas Med. p.* 195., Melch. Sebizii *Hiſt. Chronol. Profeſſ. Acad. Argent. p.* 106., & Lindanum *p.* 486. Ex Italis denique JANUM NICIUM ERYTHRÆUM (ſive JOH. VICTORIUM ROSSUM,)

No-

Nobilem *Romanum*, miniſtrumque Card. Perretti Aulicum, Id. Nov. A. 1647. (æt. 71.) exſtinctum, de quo, & Tribus ejus *Pinacothecis*, *Virorum Doctrinæ vel Ingenii laude Illuſtrium*, Venuſtiſſima exhibentibus Elogia, plura, *in Apparatu ad Notitiam Reip. Eccleſiaſtico-Literariæ Geographicam*, aliquando afferemus. Cui an SCIPIO CARTEROMACHUS Piſtorienſis, Philologus circa A. 1517. celebris (de quo Siml. *p.* 618., & Joh. Pierius *L.* 2. *de Infel. Literat. p.* 140. 141.) MARCELLUS PALINGENIUS, Stellatus, *Zodiaci Vitæ Humanæ* Autor, OCTAVIUS PANTAGATHUS, JOH. ANTONIUS PANTHEVS Veronenſis, Hiſtoriæ Patriæ, Sec. XV., Scriptor (de quo Voſſius *L.* 3. *de Hiſt. Lat.*, *c.* 8. *p.* 623.) & JOH. AVGVSTINVS PANTHEVS, Chymicus Venetus (de quo Simlerus & Lindanus conſulendi,) Comites poſſint adjungi, dubius etiamnum hæreo. Licet enim Cognomina illorum Græca ſint, incertum tamen eſt, an per metaphraſin, an vero per MOTONOMAſIAM Arbitrariam, illa adoptaverint.

XXI. Poſſent metaphraſtis Cognominum ſuorum Græcis, hactenus enumeratis, alii complures adjungi, *Acontii* ſc., *Artopoei*, (die Becker/) *Comandri*, *Cephali*, *Cratandri*, *Critandri*, *Epiſcopii*, *Eraſti*, *Erythræi*, *Erytrophili*, *Evandri*, *Hellopoei*, *Krunandri*, *Latomi* (die Steinmetzen/) *Lithocomi*, *Lithotomi*, *Lochandri*, *Magiri* (die Köche/) *Melandri* (die Schwartzmänner/) *Meliſſandri*, *Megandri*, *Myloei*, *Mylandri*, *Mylii*, *Neandri*, *Parthenii*,

Peri-

Periandri, Petroselini, Philadelphi, Polyandri, Polyglepsii, Rhodii (die Rosen/) *Schylandri, Staphyli, Stathmiones, Syringii, Trochi, Uranii, Zephyrii, Zazomeni, &c.* E quibus MYlæorum, MYlandrorum & MYliorum Recensum *Molæ Musarum Castaliæ* reservamus. Cœteri, vel ob MULtitudinem, jam à nobis, brevitatis studiosis, enumerari nequeunt, vel, propter obscuritatem suam, silentio involvuntur.

XXII. E METaphrastis Cognominum suorum Latinis Recentioribus, illos, quorum major occurrit Numerus, una cum nonnullis obscurioribus, obiter itidem, Indicis Alphabetici ope, tantum enumerabimus. Sunt autem tales *Agricolæ, Albini* (die Weißen/) *Angeli, Aquilæ, Arcularii, Avenarii* (die Habermänner/) *Aurifabri, Autumni, Barbarossæ, Barbati, Bohemi, Bovilli, Cæsares, Canisii* (die Hunde/) *Carbonarii, Carpentarii, Cellarii, Clamorini, Coci, Columbi, Corvini, Crispini, Crucigeri, Crucii, Curiones* (die Hofmänner/) *Dracones, Fabri, Fabricii, Fabrotti, Feri* (die Wilden/) *Ferrarii, Ferrerii, Ferreti, Figuli, Flori, Florini, Fontani* (die Börne/) *Formicarii, Galli, Gemmæ, Gigantes, Gryphii, Helvetii, Hortensii, Lapidei sive a Lapide, Leporini, Longi, Longini, Longolii, Lorisecæ, Lucii, Lupi, Magni, Majores, Mercatores, Molani, Molitores, Monachi, Monetarii, Montani, Musculi, Myricæ, Nigri, Nigrini, Olearii, Olivarii, Olorini, Orphani, Paludani, Pastorii, Pharetrati, Pictorii, Piscatores, Pisones, Pistorii, Pomarii, Pontani, Portæ, Prætorii, Probi, de Puteo, Puteani, Regii, Ri-*

vii

Digitized by Google

vii, Romani, Rorarii, Rosa, Rosai, Rubel, Rufi, Sagittarii, Saliceti, Sartorii, Saxonii, Scribanii, Scribonii, Serarii, Silvii, Silvani, Silvatici, Stella, Suevi, Textores, Tinctorii, Vallii, Venatores, Venatorii, Victores, Vitriarii, Unicornii, Ursini, alii item quamplurimi ubivis obvii.

XXIII. Cœteros, ordine Gentium, quibus Natales suos debuerunt, Europæarum, hactenus observato, subjungemus. Prodeant ergo initio, e Germania, numero illorum cœteras Europæ Regiones superante:

1. APIANI (die Benewitzen:) α. PETRVS, Leisnicensis Misnicus, Math. PP. Ingolstadiensis, A. 1552. mortuus. V. Melch. Adami *Vitas Philos. p.* 141.; β. PHILIPPVS, Petri Fil., Mathematicus Ingolstadiensis & Tubingensis. V. Melch. Ad. *l. c. p.* 347. *& seqq.*; γ. PHILIPPVS Junior, Præpositus hoc Seculo Wurzensis. V. Joach. Felleri *Cygnos Quasimodogenitos, in Præfat.*
2. MATTHÆVS AVROGALLVS, L. Hebr. PP. Witteb. Luthero coævus.
3. NICOL. ASCLEPIVS BARBATVS, Cassellanus, J. *U.* D., primus Log., Eth. & Poeseos, in Acad. Marpurg., ab A. 1527., Professor. V. Johan. Justi Pistorii *Propylaeum Athenæi Hassiaci p.* 15.
4. JOH. BEATVS (Saliger/) Ecclesiastes Lutheranus Antwerpiensis, Lubecensis & Rostochiensis, Sec. Superiore, Schismaticus.

5. GE-

5. GEORG. BEATUS, JCtus; V. J. C. Becmanni *Catal. Bibl. Franoof. p.* 47.

6. XYSTUS BETULEJUS (Birck/) Scholæ Augustanæ, ad A. usque Emortualem 1554., Rector. V. Melch. Adami *Vitas Philos. p.* 160. *& seqq.*

7. SIGISM. BETULIUS (a Birken), Wildenstena Bohemus, Com. Pal. Cæs., Poeta Germanicus, & Societatis Florigeræ Pegnicensis Fundator, Noribergæ A. 1681. defunctus. V. Wittenii *T. I. D. B., ad hunc Annum.*

8. BRASSICANI, JOH. Scil. ALEXANDER, Professor Sec. Sup. Viennensis, ejusque Filii, de quibus V. *Sect. II., c.* 7. §. 17.

9. GEORG. CALAMINUS (Röhrich), Silberberga Silesius, Gymnasiii Linciensis Præceptor. V. Melch. Adami *Vitas Philos. p.* 407. *& seqq.* Obiit A. 1595.

8. JOH. CALVINUS (Kahl), JCtus Heidelberg., de quo V. *Sect. I., c.* 3., §. 8.; JUSTUS item CALVINUS, a Reformatis ad Pontificios transgressus, de quo V. *Sect. II., c.* 7. §. 11. *& Sect. III., c.* 2. §. 14.

9. JOACH. CAMERARIUS (Kammermeister), Papæberga Francus, Prof. Acad. Lips. Inclytus. V. Melch. Adami *Vitas Philos. p.* 258., Filii item ejus & Posteri, quorum nonullos, ipsi ὁμωνύμȣς, *Sect. II. c.* 7. §. 24. laudavimus. De HENRICO CAMERARIO, Acad. Rostoch. Antecessore, A. 1601. mortuo, V. Henn. Wittenii *Dec. I. Memor. JCtorum Renov. p.* 6-11.

10.

10. NICOL. CANCERINUS, Ecclesiastes Lutheranus. V. Siml. *p.* 517., & *Indicem Libb. Prohibb., Romanum.*

11. PANTALEON CANDIDUS, Austriacus, Past. & Superintend. Bipontinus, A. 1608. mortuus. V. Melch. Adami *Vitas Theol. p.* 778. & *sqq.*

12. CLADIUS CANTIUNCULA Metensis, non tantum (quod solum de illo Melch. Adamus, *in Vitis JCtorum p.* 59. 60., narrat) Judicii Regii Ensishemiensis Cancellarius, sed Academiarum etiam Basileensis (juxta Lucam Gernlerum *in Or. Seculari p.* 35.) & Viennensis (juxta Jonæ Litteri *Catalogum Rectorum illius*) Antecessor, circa A. 1530. celebris. HILARIUS item CANTIUNCULA, Poeta, circa A. 1555. Hendecasyllabicus, Rheni Undis suffocatus. V. J. Pet. Lotichii *P. III. Biblioth. Poetica, num.* 26.

13. JOH. CAPITIUS Hoxariensis, Physicus, Erfurtensis. V. Joh. Letzneri *Chronicon Corbejense Vernaculum c.* 17.

14. JOH. CARBONIROSA (Kohlrose), Kirchoviensis, Poeta, circa A. 1548., Comicus. V. Simlerum *p.* 552.

15. JOH. CINCINNUS Lippiensis, Presb. & Prof. Coloniensis in Gymnasio Montis, circa A. 1515., *Vita S. Ludgeri* Scriptor. V. Vossii *L.* 3. *de Hist. Lat., c.* 10. *p.* 652.

16. AMBROS. CLAVIGER, Elect. Saxonici Eccle-

Ecclesiastes Aulicus, A. 1567. mortuus. V. El. Reusneri *Append. Isag. Histor. p.* 641.

17. JOH. COCHLÆUS, in Pago Noribergensi *Wendelstein* (cujus Nomen Latino suo cognomine expressit), non autem Noribergæ (Sicut a Corn. Looseo, *in Catal. Scriptt. Germ. lit. G. 4. a.*, J. A. Quenstedio, *in Dial. de Patr. Vir. Illustr. p.* 177., & J. G. Oleario, *in Abaco Patrol. p.* 247., traditur) natus, ex Canonico Moguntino & Wormatiensi, Decanus tandem Ædis Marianæ Francofurtensis, Lutheri Adversarius.

18. GEORG. COLLIMITIUS TANSTÄTTER, Raynensis, Astronomiæ, sub initium Sec. Sup., Professor Viennensis. V. Siml. p. 225., Vossii *Lib. de Scient. Mathem.*, *c.* 65., §. 8. Jonæ Litteri *Catal. Rectorum Acad. Viennensis.*

19. CONR. CORDATUS, Th. D. Lutheranus, Past. initio, circa A. 1526., Budensis in Hungaria, & deinde, cum hinc esset pulsus, Stendaliensis in Marchia.

20. JANUS CORNARIUS, Cygnæus, Med. D. & PracticusNorthusanus, Francofurtensis ac Cygnæus, Prof. autem Marpurg., Rostochiensis, & prim⁹ omniū in Acad. Salana, A. 1558. ibidem mortuus, Veteris græcorum Medicinæ Vindex Acerrimus. Cognomen ejus Vernaculum fuit Haynpol vel Haynbott / quod Præceptor ejus, vel Socer, Laur. *Ursisalius*, Consul. Zwiccaviensis, ignarus, istud Cynos-

nosbati Fructum, non autem Corna, Germanis ſignificare, Latino CORNARII exprimi poſſe falſo putavit. V. *Melch. Adami Vitas Med. p.* 85. Ob Errorem hunc Metaphraſticum, *Mart. Mylio* (*in Horto Philoſ. p.* 304.) vapulat ipſe Cornarius, ſed immerito, cum is a Præceptore ſit commiſſus, ab ipſo vero juſto ſerius agnitus, emendari, quod ſub hoc Nomine jam inclaruiſſet, non potuerit. V. Mich. Barthii *Dedic. Bucolicorum Virgilii*, &, ex illa Joach. Felleri *Cygnos Quaſimodogenitos*, *c.* 3., *lit. D.* 1., *D.* 2., & Adr. Beieri *Syllabum Proff. Jen. p.* 862. 863. Parentis Exemplo, idem retinuerunt Filii, ACHATES, Med. D. ac Poliater Crucenacenſis, & DIOMEDES, Med. D. ac PP. Viennenſis, ſimulque Maximiliani II. Imp. Archiater, de quibus V. Fellerum *l. c.*, *lit. D.* 3., *D.* 4.

21. JOH. CUSPINIANUS, Svinfurtenſis, Maximiliani I. Imp. Conſiliarius, Hiſtoricus celebris, de quo V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p.* 71. *& ſqq.*

22. HENR. DECIMATOR Giffhornenſis, P. L. C., & Lexicographus.

23. JOH. DRACO vel DRACONITES (Drache, a Ruſtico quodam Haſſo aliquando Doctor Lindwurm vocatus, uti in Ott. Melandri *Jocoſeriis* legiſſe memini), Caroloſtadio Francus, Th. D. & PP. Marpurg. ac Roſtoch., tandemque Epiſc. Pomezanienſis in Boruſſia, Witebergæ A. 1566. denatus, de quo *in*

Hhh *Cimbr.*

Cimbr. Lit. fuse sumus commentati. JOH. item DRACONITES, Poliater, circa A. 1558. Glogoviensis, a Melch. Adamo, *in Vitis Med. Germ. p.* 208., memoratus.

24. JOH. JAC. DRACO, Lohra Francus, J. U. D. & Cancell. Saxo-Coburgicus, A. 1648. mortuus, de quo V. Henn. Wittenii *T. I. D. B.*

25. PAULUS FAGIUS (Büchlein), Tabernis Rhenanis Palatinus, Theologus Isnensis, Argentinensis & Cantabrigiensis, A. 1550. defunctus. V. Melch. Adami *Vitas Theol. p.* 204. *& seqq.*

26. M. JOH. FERINARIUS Silesius, Eth. PP. Witteb., & dein Historiarum, ad A. usque Fatalem 1602., Marpurgensis. V. Joh. Justi Pistorii *Propylaeum Athenaei Hassiaci p.* 17., & And. Sennerti *L.* 1. *Athen. Witeb. p.* 141.

27. JOH. FICINUS (Feige), Lichtenavia Hassus, Philippi, Hassiae Landgravii, circa A. 1527. Cancellarius. V. Melch. Adami *Vitas JCt. p.* 40.

28. JOH. FRAXINEUS Gothanus, Theol. & Poeta, Flaciani de P. O. Erroris Assecla.

29. THEOD. GRAMINEUS, *M*ath., circa A. 1583., PP. Coloniensis.

30. ANDR. JOCISCUS Silesius, Eth. & Polit. PP., circa A. 1568., Argentinensis. V. *M*elch. Sebizii *Hist. Chronol. Profess. Arg. p.* 284.

31. M. JAC. JOCISCUS Lignicensis, Philos. PP. Francofurtanus, A. 1561. mortuus. V. J. C. Becmanni *Memoranda Francof. p.* 73.

32. M. MATTHÆUS JUDEX, Dippoldiswalda

da Misnicus, ex Pastore & Centuriatore Magdeburgensi, Prof. Theologus Jenenus, Rostochii A. 1564. defunctus, Filiusque ejus ὁμώνυμος, Med. D. eximius. V. Adr. Beieri *Syllabum Profess. Jen. p. 459. 460.*

33. ITELWOLFUS a LAPIDE, Nob. Svevus, de quo V. §. 14. *hujus Cap.*

24. CYRIACUS LENTULUS, Borussus, Eth., L. Gr. & Poes. Professor, hoc Seculo, Marpurgensis.

35. PET. LUPINUS Radheimensis, Th. *D.* & PP. VVitteb., Kal. Maji A. 1521. exstinctus.

36. SIGISM. LVPVLVS, Rotenburgensis, Grammaticus Sec. Superioris. V. Siml. *p.* 627.

37. OTTOMARVS LVSCINIVS, Argentinensis, Philologus & Poeta, circa A. 1535. non indoctus. V. Siml. *p.* 537. Eum, *U*lr. Hutteno, Leoni *M*ortuo, proterve insultantem, hoc Disticho objurgavit Phil. *M*elanchton, *Lib. 2. Epigramm.*

Cum laceres miseros crudeli Carmine Manes,
Nomen erit Vultur, non Philomela, tibi.

38. SAM. *M*ACRINVS, *M*ed. D., & Facult. Philos. *W*itteb. A. 1586. Decanus. V. And. Sennerti *L.* 1. *Athen. Witteb. p.* 125.

39. MATTHÆVS MACVLA (FLACCVS), Cygnæus, *M*ed. D. (A. 1557. Lipsiæ creatus) & Practicus Berolinensis. V. *J*oach. Felleri *Cygn. Quasimodogen., c. 3., lit. D. 4. b.*

40. *M*ALLEOLI: *a. M*ARTINVS *M*ALLEOLVS (Hemmerlin), Argentinensis,

Scholæ Patriæ, ad A. usque Fatalem 1587., Præceptor. V. Sebizium *l. c. p.* 310. 311.; β. ISAACUS, Mart. Fil., Matheseos in Acad. Patria, circa A. 1641., PP. V. Sebiz. *p.* 282.

41. FRID. NAUSEA, Blancicampianus Francus, Ecclesiastes initio Metropolit. Moguntinus, dein Ferd. I. Imp. Conc. Aulicus, & tandem Episc. Viennensis, A. 1550. defunctus. V. Corn. Loosei *Catal. Scriptt. Germ.*, *lit. E.* 3. *E.* 4., & Simlerum *p.* 210.

42. M. GELMERUS NEMORIMONTIUS, Past. Sec. Superiore Rostochiensis Petrinus, teste Nic. Grysio, *in Biogr. Joach. Sluteri Vernacula.*

43. NIGIDII: *α.* PETRUS, Allendorfiensis Hassus, Hist. & Phys. PP. Marpurg., A. 1583. denatus; 2. PET. HERM. NIGIDIUS, ejus Fil., Marpurgensis, J. U. D., Rhetor Acad. Giessenæ, ad A. usque Fatalem 1616., Publicus. V. Joh. Justi Pistorii *Propyl. Athen. Hass. p.* 17. 19.

44. SEBAST. NOVIMOLA, Duisburgensis, Scriptor, circa A. 1539., Grammaticus. V. Siml. *p.* 622.

45. AD. OLITORIUS, Med. D. & PP. Viennensis, A. 1624., teste Jona Littero, Acad. Rectoratu functus

46. BALTH. HUBMEIER, alias etiam a Patria PACIMONTANUS (i. e. FRIDBERGENSIS) cognominatus, ex Parocho Waldshutensi Anabaptistarum Primicerius, Viennæ

d. 10.

Digitized by Google

d. 10. Mart. A. 1527. exuſtus. Uxor ejus, triduo poſt, in Amnem eſt demerſa. V. Frid. Spanhemii *Diſſ. de Orig. & Progr. Anabaptiſmi, Th.* 11. 12. 17., Jonæ Litteri *Catal. Rectorum Acad. Vienn., ad A.* 1527., Siml. *p.* 83., J. H. Ottii *Annales Anabaptiſticos.*

47. PET. PAGANUS, Wanfrida Haſſus, Hiſt. & Poeſ. PP. Marpurg., A. 1576. mortuus. V. J. J. Piſtorium *l. c. p.* 17., J. Pet. Lotichii *Biblioth. Poet., P. III., n.* 21.

48. M. GEORG. PARSIMONIUS (Karg/ uti ſe, A. 1551., in Subſcriptione Confeſſionis Saxonicæ, Concilio Tridentino exhibendæ, vocavit), Georg. Friderici, Marchionis Onoldini, Theologus, & Paſtor, circa A. 1570., Svabacenſis, qui Obedientiam Chriſti Activam a Satisfactione ejus excluſit, ac a Joh. Brentio eſt refutatus. V. Hier. Kromayeri *Theol. Poſitivo-Polemicam p.* 639.

49. JOH. PARSIMONIUS (Karg), Abbas in Ducatu Würtemb. Hirſaugienſis, A. 1588. mortuus, & a Reformatis *U*biquitiſmi Craſſioris, ob Sermonem Vernaculum, Corporis Chriſti in Pomis etiam atque Pyris præſentiam aſſerentem, inſimulatus. V. Melch. Adami *Vitas Theol. p.* 623. 624., Becmanni *Catal. Bibl. Francof. p.* 341.

50. JOACH. PASTORIUS ab HIRTENBERG, Glogovia Sileſius, Med. D., Prof. Elbing. & Dantiſcanus, ac, poſt Apoſtaſiam ad Pontificios, officialis Gedanenſis, Regis-

que Poloniæ Historiographus, A. 1681. denatus. V. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr.*

51. PET. PATIENS (gedultig), Th. D. Lutheranus, & Palatinatus, Sec. Sup. Superintendens, Concordantiarum in S. Scr. Germanicarum Autor.

52. CONR. PELLICANUS (Kürßner), Rubeacensis Alsatus, Theol. Tigurinus, A. 1556. exstinctus. V. Melch. Adami *Vit. Theol. p. 262. & sqq.*

53. URB. PIERIUS (Birnfeld/ juxta J. C. Becmannum, *in Memorandis Francof. p. 50.*, Birnbaum autem juxta Quenstedium *in Dial. de Patr. Vir. Illustr. p. 197.*), Svetomarchicus, Th. D. ac PP. Francof. & *W*iteb. Reformatus, Antistes autem Brandeburg., Custrin., Amberg., & tandem Bremensis, A. 1616. defunctus. V. Melch. Ad. *l. c. p. 856. & seqq.*

54. THEOD. PLATEANUS, Cygnæus, Medicus Witteb. ⊖. A. 1608. V. Melch. Ad. *Vit. Med. p. 405. ac seqq.*

55. JOH. POLLICARIUS Cygnæus, ex Pastore Rochlicensi, Superintend. Weissenfelsensis, & tandem Curlandiæ Theologus. V. Joach. Felleri *Cygn. Quasimodog. c. 1., lit C. 2. a.* & Siml. *p. 407.*

56. ANDR. PROLES, Lipsiensis, Augustinianorum in Patria Prior, & Ord. sui, circa An. 1510. Provincialis, V. Matth. Flacii *Catal. Testium Verit.*, & Melch. Adam. *Vit. Theol. p. 5. 6.*

57.

57. ANDR. PROLÆUS, Theol. in Pomerania, hoc Sec. Lutheranus.

58. ANDR. PRUDENTIUS (Weise/) Silesius, Consil. Eccl. Cæsareus, & Acad. Vienn. circa A. 1599. teste Littero, *Rector*.

59. LUDOV. RESTIO, Wordinganus, Prof. circa A. 1518. Viennensis, V. Siml. *p*. 463.

60. ANDR. RIVINUS (Bachmann/) Halensis, Med. D., & Poes. in Acad. Lips., ad An. usque Emort. 1656., Professor, qui Th. *Reine*sio, in Eristicis contra illum, passim RHYAKINUS audit.

61. M. ÆGID. SALIUS (Springer/) Gorcka Bohemus, Phys. & Math. PP. Jen., A. 1580. exstinctus. V. Adr. Beieri *Syllabum Proff. Jen. p*. 974. 975.

62. JOH. SAPIDUS (Witz/) Selestadiensis Alsatus, ex Scholæ Patriæ Rectore, Poes. PP. Argent. ☉. An. 1561. V. Melch. Adami *Vit. Philos. p*. 205. 206., Sebizium *l. c. p*. 297. 289.

63. SINAPII: *α*. JOHANNES, Suinfurtensis, Archiater Wurtzburgicus, An. 1561. mortuus. V. Melch. Adami *Vitas Med. pag*. 118. 119.; *β*. SIMON, Cygnæus, Th. D., Past. Sec. Sup. Lubenensis, & Lusatiæ Infer. Superintendens. V. Siml. *pag*. 631. Joach. Felleri *Cygn. Quasimodog*., *c*. 1., *lit*. *C*. 2. *a*.

64. GREG. STANNARIUS, Marpurgensis, Th. D., &, in Acad. Patria, ab A. 1660., Professor. V. J. J. Pistorii *Propyl. Athen. Hass. p*. 8.

65. ERASMUS STELLA (Stüler/) Misnicus, Med. &

Digitized by Google

& Consul Sec. sup. Cygnæus. V. Melch. Ad. *Vit. Med. p.* 12.

66. JOH. SYLVIUS (Wildenauer/) Egra Bohemus, Ecclesiastes Cygnæus, circa A. 1520. Pontificius non indoctus. V. Siml. *p.* 419., J. Fellerum *l. c., c.* 1., *lit. C.* 4. *D.* 1.

67. JOH. HENR. TONSOR, Ickstadio *Rhe*nanus, Th. D. & PP. Marpurg. Lutheranus, A. 1649. mortuus. V. J. J. Pistorium *l. c. p.* 7.

68. ANT. VARUS (Krummfuß/) Vinaria Thuringus, Med. D. & PP., ad A. usque Fatalem 1637. Jenensis. V. Beierum. *l. c. p.* 877. 878.

69. LEONH. VILLINUS (Höfler/) Styrus, Th. D. & PP. ac Canon. Viennensis, A. 1567. mortuus, V. Litterum, ad A. 1549. 1551. 1567.

70. ANDR. VIRGINIUS, Nob. Pomeranus, Theol. Acad. Dorpatensis primus ac Primarius, & tandem Esthoniæ Episc., A. 1664. defunctus. V. Wittenii *T. I. D. B., ad hunc A.*, & J. Schefferi *Suec. Lit. p.* 288.

71. JOH. CHRISTOPH. *UPILIO*, JC., *Nuclei Damhouderiani Criminalis*, Herbipoli A. 1653. editi, AUTOR. V. Corn. a Beüghem *Bibliogr. Jurid. p.* 246.

72. TAUR. *URSISALIUS* Cygnæus, JC. & Consul Patriæ, Sec. sup., Eruditus. V. Fellerum *l. c., cap.* 2., *lit. C.* 3. *a. b.* (Beersprung.)

XXIV. Ex Helvetiis, METAPHRASI Cognominum Latina sunt delectati: 1. SEBAST. LEPUSCULUS, Basileensis, Patriæ Ecclesiastes, ac L. Hebr. PP. ACADEMICUS, AN. 1576. denatus. V. Siml.

Digitized by Google

Siml. *p.* 621. Joh. Groſſii *Inſcriptt. Baſil. p.* 58.; 2. HENR. LUPULUS, Canonicus Bernenſis, *Annalium Helveticorum* Ineditorum Scriptor. V. Joh. Henr. Hottingeri *Methodum Hiſtoriæ Helvet. legendæ, in Pentade Diſſertt. p.* 221.; 3. JOACH. VADIANUS (von Watt/) Sangallenſis, Lit. initio Human., in ACAD. Viennenſi, PP., deinde Patriæ, ad AN. usque Emort. 1551., MEDICUS & Conſul. V. Melch. Adami *Vitas Med. p.* 55. *& ſeqq.*, J. AND. Quenſtedii *Dial. de Patriis Vir. Illuſtr. p.* 136.

XXV. E Belgis: CORN. AURELIUS (i. e. GOUDANUS, a Patria ſic dictus,) Canonicus Auguſtinianus Hemdonckenſis, Er. Roterodami Præceptor, cujus extſtant *Libri II. de Situ & Laudibus Bataviæ.* V. Voſſii *L.* 3. *de Hiſt. Lat. P. IV. c.* 10., *p.* 815.; 2. JOH. JUVENIS, Interpres Libelli Galeni *de Theriaca*, V. Lindanum *de Scr. Med. p.* 375.; 3. PET. LIGNEUS, Grevelinganus *Inſtitutionum* Juſtiniani Exegetes. V. Siml. *p.* 559.; 4. JOH. WIERUS, ſeu PISCINARIUS, Exteris ſub hoc, quam iſto Nomine, notior, Gravienſis, Med. D., & Archiater, circa A. 1570., Clivenſis. V. Melch. Adami *Vitas Medd. p.* 186. *& ſeqq.*; 5. GUILH. PISCIS, Atrebas, Encomiaſtes Er. Roterodami, circa A. 1557., poſthumus. V. Ant. Teiſerii *C. C. p.* 119.; 6. M. PET. PLATEANUS, Brabantinus, ex Rhetore Acad. Marpurgenſis, Scholæ in Miſnia Zwiccavienſis Rector, A. 1551. mortuus. V. J. J. Piſtorii *Propylæum Athen. Haſſ. p.* 18., J. C. Becman. *Catal. Bibl. Francof. p.* 359.; PET. TALPA, Friſius, *Empiri-*

Digitized by Google

ci, seu Dialogi in Medicos indoctos Satyrici, An. 1579. editi, Autor. V. Siml. *p.* 567. Lindanum *p.* 535.; 8. TORRENTII duo, HERMANNUS sc., *Elucidarii Poetici* Autor, & LEVINUS, patria Gandavensis, Episc., ad An. usque Emortualem 1595., Antwerpiensis, Poeta Lyricus plane eximius, & Horatii *S*uetoniique Illustrator, in cujus laudes late digreditur Jesuitarum Antwerpiensium *Fama Posthuma Præsulum Antvverpiensium*, *p.* 34-81.

XXVI. E Danis: 1. MART. ÆDITUUS (Küster/) Med. D. & Christ. IVti, *R*egis, Archiater. V. Thomæ Bartholini *Cistam Med. Hafn.*, *Loc.* 1.; 2. CHRIST. LONGOMONTANUS, (a Pago Jutiæ Natali Cognomen sortitus, Math. PP. Hafniensis, Astronomus Celeberrimus, An. 1637. defunctus. V. Er. Vindingii *Acad. Regiam Hafn. p.* 212. *& seqq.*; 3. M. PET. PARVUS, Rosæfontanus (i. e. Rœskildensis,) Rhetorices PP. Hafniensis, & *R*egni Patrii, contra Joh. Magnum, Sueciæ Historicum, Hyperaspistes, circa An. 1561. mortuus. V. Vindingium *l. c. p.* 69.; 4. ERICVS ERICI PONTOPPIDANVS, Biergergardensis Fionus, Th. D., & ex Parocho Coagiensi, Episcopus, ad An. usque Fatalem 1678., Nidrosiensis. V. Henn. Wittenii *T. I. D. B. ad A.* 1678., & Alb. Bartholini *Lib. de Scr. Dan. p.* 42. E Cimbris: 1. DIET. AQVARIVS, Med. D. & Poliater *S*ec. Sup. Lubecensis; 2. Duo JOHANNES, & MATTHIAS CARNARII, Archiatri Holsato Gottorpienses, de quibus V. *S St.*

II.

II. c. 7. §. 27.; alii item complures, *in Cimbria Literata* enumerandi. E Suecis, PET. AGRIVILLIVS, CHRISTOPH., ERICVS, OLAVS & PET. AVRIVILLII, LAVR. CYGNÆVS, &c. de quibus Joh. Schefferus, Scriptorum Regni hujus Nomenclator, poteſt conſuli.

XXVII. E Polonis: 1. JOH. CERVUS, Tucholienſis, JCtus & Gymnaſii Leopolienſis Præfectus, de quo V. Sim. Staravolſcii *Centuriam Script. Polon. p.* 76.; 2. LAUR. CERVINUS, Philologus, V. Staravolſcium *p.* 11.; 3. MATTHIAS (Scholæ Claudiopolit. rector) & JOHANNES GLIRII, Scriptores Sec. Sup. Sociniani. V. Sandii *Biblioth. AntiTrin. p.* 60.; 4. ALBERTI NOVOCAMPIANI duo, alter Th. D. ac PP. Cracov. A. 1558. mortuus, alter Med. D. V. Staravolſcium *l. c., num.* 29. *& p.* 51., & de ultimo Siml. *p.* 18. Lindanumque *p.* 13.; 5. BERN. PAXILLUS, Ord. Præd. Scriptor Antiſocinianus. V. Staravolſc., *num.* 75.; 6. STATORII tres, Polonice dicti STOINSKII, PETRUS ſc. Senior, natione Gallus, Rector ab A. 1559. Pinczovianus, PETRUS Junior, Paſtor, ad A. usque Fatalem 1605., *Racovienſis*, & JOHANNES, hujus Filius & Succeſſor, poſtremus Eccleſiæ Racovienſis Antiſtes, A. 1654. defunctus; omnes Sociniani. V. Sandii *Biblioth. AntiTrin. p.* 47. 48. 92. 93. 121. 122. Ex Hungaris JOH. SAMBUCUS, Tyrnavienſis, Medicus & Hiſtoriographus Cæſareus, Viennæ d. 13. Junii An. 1584. (æt. 53.) exſtinctus.

ctus. V. Siml. *p.* 412., El. Reusneri *Append. Isag. Histor. p.* 662.

XXVIII. E Britannis: 1. JOH. AQUAPONTANUS (Bridgewater/) Cambrus, Jesuita circa A. 1584. Rhemensis. V. Nath. Sothwelli *Bibl. Jesuit. p.* 402.; 2. JOH. FIDELIS, Scotus, Th. D. ac PP. Francofurto-Viadrinus, A. 1562. denatus. V. J. C. Becmanni *Memoranda Francofurtana p.* 74.; 3. ROB. de FLUCTIBUS (FLUDD) Cantianus, Med. D. & Philosophus Fanaticus, qui A. 1637. vivis excessit. V. Wittenii *T. I. D. B.*; 4. LUCAS OPILIO, Colcestriensis, Poeta circa A. 1554. V. ex Balæo, Simlerum *p.* 456.; 5. FRANC. de SACRA QVERCV (HOLYOKE,) *Dictionarii* Scriptor, A. 1653. mortuus. V. *Notitiam Academ. Oxoniensis p.* 64.; 6. CHRISTOPH. a SACRO BOSCO (HOLIWOOD,) Dublino Hybernus, Jesuitarum Patrii Regni Superior, A. 1626. exstinctus. V. Sothwellum *l. c. p.* 144.

XXIX. E Gallis: 1. JOH. ARBOREUS, Laudunensis, Theologus Sec. Sup. Parisiensis. V. Siml. *p.* 338.; 2. REMIGIUS BELLAQUA, Nogentinus, Poeta Vernaculus Nobilissimus, in Renati Lotharingi, Ducis Elboviani, Aula versatus. V. Scæv. Sammarthani *Elogia Gallorum, Lib.* 2. *p.* 104. 105.; 3. LAUR. CAMPESTER, de quo V. Siml. *p.* 445.; 4. JAC. GRANDAMICUS (GRANDAMY) Nannetensis, Jesuita Μαθηματικώτατος, Parisiis An. 1672. mortuus. V. Sothwellum *p.* 368.; 5. PAULUS JUVENIS (LE JEUNE,) Catalaunen-

nenſis Campanus, Jeſuitarum Canadenſium Superior, Pariſiis A. 1664. exſtinctus. V. Sothwellum *p.* 649. 650.; 6. Pet. Lætus Juliodunenſis, Medicus & Poeta Eximius, Gallis Joyeux dictus, V. Sammarthani *L.* 4. *Elogiorum pag.* 196. 197. Cujus Locum niſi Vidua illius Judicibus oſtendiſſet, Controverſiæ Forenſi, cum Hæredibus Comitis de Laval implicita, verum iſtud Mariti ſui eſſe Cognomen Judicibus ægre perſuaſiſſet. V. Bailetum *P. IV. c.* 4. *p.* 514.; 7. Pet. Montaureus Pariſienſis, Senator Regius Aurelianenſis, Poeta & Mathematicus. V. Sammarthanum *L.* 2. *p.* 68. 69.; 8. Jac. Operarius (Ouvrier,) Conſtantienſis, Presbyter, qui Plautum, in uſum Delphini illuſtratum, A. 1679. edidit; 9. Joh. Passeratius, Tricaſſinus, Eloqu. PP., ad A. usque Emortualem 1602., Pariſienſis. V. Joh. Papyrii Maſſoni *Elogium illius*; 10. Bartholom. Perdulcis Pariſienſis, Medicus. V. Lind. *p.* 91.; 11. david de planiscampi, Regis Galliæ Conſil. & Chirurgus Ordinarius, cujus *Opera Chymica* Gallice Pariſiis A. 1646. in fol. prodierunt; 12. Pet. Plateanus (de la Place), Vectigalium Regiorum in Curia Pariſienſi, Præſes, *Ethicæ Chriſtianæ* Scriptor; 13. Guilh. a Quercu, Theologus circa A. 1524. Pariſienſis; 14. Leodegarius a Quercu, Seculi Super. Poeta & Philologus. V. Siml. *p.* 449.; 15. Andr. du Chesne, ſive Quercetanus, Turonenſis, Genealogus & Geographus Regius, Hiſtoricorum Galliæ Editor, A. 1640. mortuus; 16. Josephus

Quer-

Digitized by Google

QUERCETANUS, Armeniacus, Chymiater Nobilis. V. Lindanum *p.* 421. 422.; 17. LUDOV. QUERCULUS, Turnonensis, Advocatus & Gymnasiarcha Patriæ, & dein L. Hebr. Professor, circa A. 1572., Vindocinensis. V. Pauli Colomesii *Galliam Orient. p.* 38. 39. 40.; 18. JOH. QUINQUARBOREUS, Aurilacensis Arvernus, L. Hebr. Interpres Parisiensis, & Collegii Professorum Decanus, A. 1587. mortuus. V. *Siml. p.* 408., Colomesium *l. c. p.* 65. 66. 67.; 19. *RÆMUNDUS RUFFUS* (le *Roux*), Advocatus Parisiensis, Pontificis *Romani*, & Ordinis *Sacri*, adversus Car. Molinæum, Libro peculiari, A. 1553. edito, Hyperaspistes, a Franc. Hotomanno, JCto, *in Tr. de Statu Ecclesiæ Primitivæ*, eod. A., refutatus, V. Siml. *p.* 600., & Ant. Teiserii *C.C. p.* 281.; 20. JOH. SPINÆUS (L'ESPINE), Theol. Reformatus; 21. NICOL. SUDORIUS, Parisiensis, Præses Regius, Metaphrastes Pindari Gallicus. V. Sammarthanum *L.* 4. *Elog. p.* 186. 187.; 22. JOH. TEMPORARIUS, JC. Blæsensis, qui *Libros III. Demonstrationum Chronologicarum* A. 1600. edidit. V. Vossii *Lib. de Scient. Math.*, *c.* 68. §. 12.; 23. JOH. VISORIUS, Cenomanus, Scriptor Seculi Superioris Dialecticus. V. Siml. *p.* 424.

XXX. Ex Italis tandem: 1. PET. CRINITUS (antea RICCI Hetrusce, a crispa Patris Coma, cognominatus), Florentinus, Philol. & Poeta, sub finem Sec. XVti, haud ignobilis. V. Pauli Jovii *Elogia num.* 55., *p. m.* 130.; 2. CATHARINUS DULCIS, Lingg. Exoticarum Pro-

Profeſſor Marpurgenſis, A. 1626. mortuus. V. J. J. Piſtorii *Propylæum Athen. Haſſ. p.* 20., 3. JOH. JUVENIS, Tarentinus, cujus *Libri VIII. de Tarentinorum Antiquitate, & varia Fortuna*, in *Italia Illuſtrata*, A. 1600. ſunt recuſi; 4. BERNHARDINUS RUTILIUS, Colonia (Agri Vicentini Oppido) Italus, Car. Ridolphi Card. Familiaris, JCtorum Veterum, ſub Seculi Superioris initium, Encomiaſtes. V. Siml. *p.* 97., Jovii Elogia *p. m.* 226. 227.; 5. BERNHARDUS SEMPERVIVUS, Veronenſis, Jeſuita Parmanſis, Poeta inſignis, A. 1617. mortuus. V. Sothwelli *Bibl. Jeſ. p.* 117.; 6. LAZARUS SUPERANTIUS (SORANZO), Patritius Venetus, Hiſtoriæ Turcicæ Scriptor haud obſcurus, A. 1602., Thuano teſte, exſtinctus.

XXXI. Fuere etiam tandem, inter Metaphraſtas hoſce, qui Cognomina, ex Linguarum Diverſarum vocibus coagmentata (Græco-Latina ſc., Græco-Germanica, Latino-Germanica, &c.), in Vernaculorum Locum, Subſtituerent, quales, è Svecis, haud paucos §. 20., è Britannis autem, JOHANNEM & CHRISTOPHORUM a SACROBOSCO, §. 9. & 28., jam memoravimus. Addantur his, è Belgis, ABEL CURIANDER, Encomiaſtes Joh. Druſii Poſthumus, è Germanis autem: 1. M. MATTHÆUS LEUCOMANNUS (Weißmann), Cygnæus, *Libri de Arte Memoriæ*, Lipſiæ A. 1517. excuſi, Autor. V. Joach. Felleri *Cygnos Quaſimodog.*, *c.* 4., *lit. E. b.*; 2. MELCH. NEOFANIUS (Neukirchen), Brun-

Brunſvicenſis, Parochus, in Civitate Patria, Seculo hoc ineunte, Petrinus, Poetis Germaniæ Latinis accenſendus; 3. M. MATTHÆUS PHILOCAPELLA Haſſus, Eth. PP. Marpurgenſis, A. 1564. mortuus. V. Joh. Juſti Piſtorii *Propylaum Athenæi Haſſiaci* p.16; 4. ZACHARIAS & PETRUS RIVANDRI (Bachmánner) Theologi Seculi Superioris Lutherani; & 5. tandem HENR. AQVILONIPOLENSIS, Witteberga *Saxo*, Lit. Human., in Acad. Patria, circa A. 1514., Profeſſor, de quo plura ſuggerent Autoris Anonymi *Centuria Scriptorum in Acadd. Lipſienſi, Witteberg. & Francofordiana Inſignium, num.* 88., & *Iſagoge* noſtra *ad Hiſt. Cimbr., P.I., c.* 6., §. 18., *p.* 92. 93. 94. Sed iſti quidem Applauſum, a Literarum Elegantiorum Cultoribus, retulerunt exiguum, & Grammaticis merito vapulant.

CAPUT V.

De Modo Diſtinctionis Homonymorum Quinto, per Agnomina, ipſam etiam Agnominum, Eruditis impoſitorum, Hiſtoriam breviter, Ordine Temporum, perſequens.

§. I.

A*Gnominis* Vocem, a Franc. Robortello & Car. Sigonio, in Scriptis ſuis *de Nominibus Roma-*

no-

torum Eristicis, aliisque, hos secutis minus credi Latinam, & Loca, in quibus ista occurrit, Ciceronis (*L. 2. Rhetor.*) ac Justiniani (*L. 2. Institt. Tit. de Leg.*) Critica sollicitari audacia, haud ignoro. Verum, cum temere id fiat, horum freti Autoritate, & Vulgari, quæ dudum istam Civitate Latina donavit, loquendi consuetudine, & in Titulo illam Capitis hujus jam usurpavimus, & porro sæpius repetere non dubitabimus.

II. Agnomina potiora, in Vetustate Sacra pariter atque profana obvia, &, tum Literatis, tum Illiteratis, imposita, promiscue, Ordine Personarum Alphabetico, Diligentia mediocri, collegit TOB. MAGIRUS, Acad. Francofurtino-Viadrinæ Professor, *in Eponymologio Critico*, quod, Francofurti ad MŒNUM initio A. 1644. excusum, ante Lustra aliquot, cum Augmento Christ. Wilh. Eybenii, denuo prodiit. Quo tamen in Libro id desideres, quod haud satis accurate, ab Elogiis & Censuris, ea distinguat, sed omnia hæc in unum quasi Acervum ἀτάκτως congerat. De *Principum* Veteris pariter atque Recentioris Ævi Agnominibus, sive, uti ipse vocare mavult, *Cognominibus*, *Dissertationem* prolixam, Eruditam, & Ordine digestam pulcherrimo, Francofurti ad Viadrum A. 1683. excusam, JOH. CHRISTOPHORO BECMANNO debemus, Theologo & Polyhistori Acad. Viadrinæ ejusdem plane eximio. Cujus *Caput Imum*, Principes, a Virtutibus Intellectus Agnomina adeptos, recensens, Nostræ huic de Agnominibus Eruditorum Digressioni

 affi-

Digitized by Google

affinius est, quam quatuor posteriora, quæ circa Agnomina, a Virtutibus & Vitiis Moralibus, Corpore item, & Rebus Externis, derivata, occupantur. Ante illum, Regum ac Principum Ægypti, Persiæ, Syriæ & Græciæ, Alexander ab Alexandro (*L. 2. Dierum Genialium c. 11.*) & Ludov. Cœlius Rhodiginus (*L. 24. Lectt. Antiqu. c. 5. & 6.*) Imperatorum autem Ævi Æræ Christianæ medii vel Sequioris, Thomas Reinesius (*L. 2. Var. Lectt., c. 16., p. 263-267.*,) seorsim, nec indiligenter, collegerunt Agnomina, digni, qui cum ejus Dissertatione conferantur.

III. Inter Viros S. Codicis Illustres, haud pauci Agnomina, vel a Deo, vel ab Hominibus, imposita, reportarunt. De *Gideone Jerubbaal* (i. e. *Is cum quo Baal contendet*) a suis dicto, Sal. Glassius *L. 4. Philol. S., Tr. III. Observ. 14., p. 987.*; De *Salomone*, *Jedidia* (i. e. *Dilecti Domino*) Agnomen Divinitus, per Nathanem, adepto (2. Sam. XII. 24. 25.) Glassius *ibidem, p. 983. 984.*, De altero autem *Mortalium Sapientissimi*, communi Posterorum Consensu, superaddito, Becmannus *l. c., c. 1. §. 1.* possunt consuli. Inter Apostolos, *Jacobus Major & Johannes*, a Magistro suo Θεανθρώπῳ, BOANEPΓΕS (i. e. *Filii Tonitru*,) *Marc. III. 17.* (V. Glass. *l. c. p. 985. 986.*) a Collegis autem, vel Auditoribus, *Johannes* solus *Theologus* (V. Becmannum *l. c., c. 1. §. 5. pag. 12.*) *Jacobus Minor*, *Justus* & *Oblias* (i. e. *Munitio vel Murus Populi*, V. Glass. *l. c. p. 964.*) *Judas* alter, ab Iscariote diversus, Thaddæus (i. e. *Confessor*,) & Lebbæus

beus (i. e. *Cordatus,*) juxta Fr. Junium, *Leo* autem, juxta Mart. Chemnitium,) Matth. X. 3. (V. Glass. *l. c. p.* 963. 964. 974.) *Thomas*, Δίδυμος (Johan. XX. 24.) *Simon* denique *Canæus*, *Zelotes* (uterque Græca Nominis Cognominisve Hebræi metaphrasi) sunt appellati. Plura Philologi & Lexicographi Sacri suppeditabunt.

IV. De Agnominibus *R*omanorum, quæ tum Familiæ integræ, tum Homines singuli, habuere propria, quibusque nihil apud illos fuit frequentius, evolvi merentur, e Veteribus, Plutarchus *in Vita Coriolani*, Macrobius *L.* 1. *Saturn. c.* 6. *&* 7., Plinius *L.* 18. *Hist. Nat. c.* 3. Juliusque Paris, *in Epitome de Nominibus Romanorum*, Valerio maximo, *Libri X.* instar, adjecta. Inter recentiores, de iisdem possunt consuli Onuphr. Panvinius & Fulvius *U*rsinus, in Scriptis suis *de Nominibus Romanorum*, Alex. ab Alexandro *L.* 1. *Dier. Gen. c.* 9., & And. Tiraquellus *in Notis ad Caput istud*, Ludov. Cœlius *R*hodiginus *L.* 24. *Lect. Ant. c.* 5. *&* 6., Franc. *R*obortellus, *in Tr. de Nominibus Romanorum* (*T. I. Thes. Critici Gruteriani, p.* 1403-1412.) Car. *S*igonius, *in Libro II. Emendationum*, Tractatui *R*obortelli opposito (*T. II. Thes. Crit. p.* 251-301.) Lil. Greg. Gyraldus, *in Dial. IV. Philol.* (*ibid. T. II., p.* 386-392.) Justus Lipsius, *in Tr. de Nom. Rom.* (*in Joh. Mich. Dilherri Apparatu Philol. p.* 232-240.) ac Tob. magirus, *in Appendice Eponymologii Critici*, e diversis congesta autoribus. *De* agnominibus, quæ duces Civitatis *R*omanæ, Libertate sua adhuc gau-

dentis, Bellici, &, post ejus Jacturam, Imperatores etiam, sive Cæsares *Romani*, a Gentibus, *Regionibus* atque Urbibus devictis, crebro adsciverunt, adeundi sunt Alex. ab Alexandro, *Lib.* 2. *Dier. Genial. c.* 11., & Joh. Chr. Becmannus *in Notitia Dignitt.*, *Diss. II.*, *c.* 1. *p.* 44. A nobis & hæc, & alia ejusdem generis Agnomina, Illiteratis communia, prætereuntur, cum de solis iis, quæ Eruditis imponi consueverunt, nonnulla breviter monere in animum induxerimus.

V. Horum scilicet ope, omnium commodissime nobis distingui, a se Invicem, *Scriptores* Homonymi posse videntur, & longe quidem minori cum Invidia & molestia, quam, per *Scripta* de singulis prolixiora, laboris indiga Herculei, & plane immensi, Numeros, Privatis, postquam Imperantes eos sibi vindicare cœperunt, minus congruos, & accuratissimum Ætatis singulorum, sæpius obscuræ, fundamenti instar, sibi substernentes *Scrutinium*, Additamenta Nominum Patronymica, pluribus interdum Homonymis communia, aut Metonomasiam, quæ & invisa est nonnullis, & non nisi ab ipsorum *Scriptorum* Cognominum, etiamnum superstitum, dependet Arbitrio. Agnomina contra Eruditis, innumeras ob causas, possunt imponi, &, hac ipsa Varietate, occasionem Homonymos a se invicem secernendi suggerunt longe commodissimam, si vel maxime incredibilis sit eorum multitudo. Omnia enim Corporis, Animi, ac Morum, Vitia ac Virtutes, Omnia Fortunæ Dona

na

Digitized by Google

na atque nocumenta, omnes Vitæ Singulorum Eventus ac Circumſtantiæ, totque, & tam diverſorum generum Caſus Fortuiti, a quibus derivari utplurimum illa ſolent, ne quidem duobus, multo minus pluribus, communes unquam evadent, & proinde Turbæ etiam innumeræ cognominum diſtinguendæ ſufficient. Præclare certe, hoc pacto, Veteres plerique jam ſunt diſtincti; nec video, quid obſtet, quo minus, circa Recentiores, jam defunctos (Vivis enim, ut nunc ſunt tempora, ἀπαθῶς ea & ἀπροσωπολήπτως, ſine juſto offenſæ metu, imponi nequeunt,) eidem Methodo ac Viæ, Antiquorum jam tritæ veſtigiis, a Scriptoribus Bibliothecariis inſiſtatur.

VI. Sed præſtat Exemplis Agnominum iſtiusmodi, varias ob cauſas, Eruditis, & olim, & nuper, decretorum, modo dicta illuſtrare, verum paucis tantum, ac Selectioribus. Omnia enim ſollicite corradere haud vacat. Et ſunt, in iis, nonnulla, imprimis quæ a Locis Natlvitatis, Officiorum, Commorationis, ac Obitus, ipſis item Muneribus Publicis, ac Vitæ Generibus, Honoribusque Scholaſticis, derivantur, adeo frequentia, pervulgata, & nemini non, in quodcunque ævum Oculi convertantur, obvia, ut otio abuti, ſi iſtis immorari velimus, Hominibus Cordatis haud immerito videri queamus. Miſſis igitur iis, cœtera paucis perſequemur.

VII. Inter Græcos Vetuſtiores ac Paganos, Agnomina obtinuerunt: 1. Ab Eruditione, Sa-

pientia, aliisque *Animi* Dotibus, *ALEXANDER CORNELIUS* ὁ πολυΐστωρ, *Anaxagoras* ὁ Νοῦς, Democritus πανλοδαπὴς πένταθλος (quod in quinque Artium generibus excelleret) & σοφία, Eratosthenes Cyrenæus Βῆτα (quod in Disciplinis omnibus secundas teneret, & summis esset proximus), Protagoras Σοφία, Thales, sexque alii, ei σύγχρονοι, Σοφοὶ appellati; 2. a Celebritate Literaria, *Apion* Grammaticus, qui *Cymbalum Mundi*, Hermes, qui Τρισμέγιστος, & Hippocrates Cous, qui *Magnus*, a Posteris, salutari meruit; 3. A Laboriositate in studiis indefessa, *Apion* Grammaticus Μόχθος, *Archimedes* Syracusanus, Mathematicus, *Centimanus*, Cleanthes Stoicus *Hercules alter*, *Didymus* Alexandrinus, Grammaticus, ὁ χαλκέντερος, vocati; 4. *Ab* Eloquentia, Stylique aut Orationis Præstantia, Claud. Ælianus Μελίγλωσσος, vel Μελίφθογγος, Alcman, Pœta Lyricus, γλυκὺς, Antiphon, Orator Atheniensis, *Nestor*, Antiphon Junior Λογομάγειρος, Arrianus Nicomediensis Νέος Ξενοφῶν, Dio Prusæensis, Sophista, χρυσόστομος, Hegesias πεισιθάνατος (quod multis αὐτοχειρίαν suis in Mortis Laudem Orationibus persvasisset), Lycon Peripateticus *Glycon*, Pericles, Orator Athen., *Olympius*, Protagoras, Λόγος, Themistius Philosophus Εὐφραδὴς, Theodorus Byzantinus, Sophista, Λογοδαίδαλος, Xenophon denique *Musa & Apis Attica*, nuncupati; 5. A παῤῥησίᾳ, & Dicacitate Satyrica, Aristophanes Comi-

micus, qui βωμόλοχος, καὶ γελοῖος, Demochares, qui παρρησιαστής, Democritus, qui Γελάσινος, & Socrates, qui Εἴρων Coævis audiit; 6. A Maledicentia, & Contendendi cum aliis Libidine, Alexinus Eleus ἐλεγξῖνος, Antipater Sidonius χαλαμοβόας, Timæus Siculus Ἐπιτίμαιος, Zoilusque Amphipolitanus Ὁμηρομάστιξ, & Κύων ῥητορικὸς, argute appellati; 7. Ab aliis Orationis aut ſtyli, Vitiis, Heraclitus Epheſius Σκοτεινὸς, Herodes Atticus *Orator Saginatus* (ob Splendorem Orationis), Lycophron Chalcidenſis, Tragicus, *Vates* (propter obſcuritatem, Tatianus Orator *Simia* (ob Imitationem aliorum), Theognis Tragicus, a Poeta Siculo diverſus, χιών, ſive *Nix* (ob Frigiditatem), dicti; 8. Ab Animo circa Divina Irreligioſo, Diagoras Melius, Lucianus Samoſatenſis (*Blaſphemus* etiam dictus), & Theodorus Cyrenaicus, Ἀθέων, Julianus autem Imperator παραβάτης, ſive *Apoſtata* (V. Becm. *c.* 3. §. 9. *p.* 100. 101.), Titulos conſecuti probroſos; 9. A Scriptis ſuis, Aſpaſius *Byblus* (quod de Byblo, ſive Papyro, eſſet commentatus), Dionyſius Alexandrinus, *Periegetes*, Theocritus Syracuſanus Βουκόλος, Timon Σιλλόγραφος, Timæus Siculus Γραοσυλλέκτρια (ob Anilem illorum Futilitatem), Andreas Medicus Βιβλαίγιαθος (ob Plagium, ſive Furtum Literarium), appellati; 10. A Virtutibus, Ariſtides *Juſti*, Phocion *Boni*, Cognomina Promeriti; 11. A Vitiis Demoſthenes *Battalus*, Heraclides Ponticus *Pompicus*, Neocles E-

Digitized by Google

picuræus *Nepos*, vocati; 12. Ab Ingenii Morositate ac Severitate, *A*pollonius, Grammaticus Alexandrinus, Δύσκολ☉, Euripides Tragicus Μισογύνης, Timon Μισάνθρωπ☉, cognominati; 13. A Vitæ Sordibus, Antisthenes, Sectæ Cynicæ Autor, Ἁπλοκύων, Crates Thebanus Θυρεπανοίκτης, Diogenes Cynicus Κύων, Heraclides *Lembus* (quod Mensarum esset Assecla, uti Scapha Navium Onerariarum) nuncupati; 14. A Corporis habitu, Chærephon Tragicus, qui, sicut, ob Lucubrationes, *Noctua* & *Vespertilio*, ita, ob Colorem Pallidum & Nigricantem, πύξιν☉, sive *Buxeus*, *D*emestrius Phalereus, qui, ob Formæ Venustatem, *Lampeto*, & Χαριτοβλέφαρ☉ & Zeno, Sectæ Stoicæ Princeps, qui, ob Gracilitatem Corporis *A*triproceram, *Palmes Ægyptius*, vulgo dicebatur; 15. A Casu Fortuito, Ammonius Philosophus, *Saccus* (quod Saccis, in quibus *F*rumenta gestarat, relictis, Philosophiæ Studium esset amplexus) Apollodorus Gadarensis, Epicurens, Κηποτύραννὸ (quod in Horto degeret ac Philosopharetur,) Aristippus Junior, Cyrenaici è Filia *N*epos, Μητροδίδακτ☉ (quod a Matre Areta esset informatus), Callias, Comicus Atheniensis, Χοινίων (quod Patrem haberet Restionem) Callimedon Rhetor *Carabus* (quod hujus Piscium generis esu delectaretur), Cinesias, Poeta Dithyrambicus, *Tiliaceus* (quod, ob Corporis proceri gracilitatem, ne illud inflecteretur, Tiliaceis se cingeret Corticibus) Cleanthes Stoicus Φρεάντλης

(quod

(quod Nocturno Puteos exhauriendi Labore Victum sibi parasset), Dionysius, Poeta ac Orator, *Æreus* (quod Atheniensibus, ut Nummis uterentur æreis, consuluisset), Plato φιλόσυκος (ob Ficuum amorem) a Coævis nominati. Taceo Agnomina alia Ludicra, Jocularia & Probrosa, v. g. πηλοπλάτωνος, Alexandro Cilici, Rhetori Seleuciensi, ψεκάδος Antimacho Lyrico (quod frequentius expueret,) Μυὸς Apollonio Medico, τέλλιγος Archilogo, Σακεσφόρος Epicrati, Oratori Atheniensi, (ob Barbæ, scutum mentientis, prolixitatem,) similiaque istius generis complura, aliis imposita, quæ, in Magiri *Eponymologio*, passim, sed Ordine minus congruo digesta, occurrunt. Quibusnam Literarum Græcarum potiorum Nomina, Agnominum loco, olim sint attributa, Joh. Jonsius te docebit *L. 2. de Scriptt. Hist. Philos. c. 7., p.* 147. 148.

VIII. Inter Scriptores, ac Viros Romæ Veteris Eruditos, partim Coætaneis olim audiverunt, partim vero Posteris etiamnum audiunt: 1. Ob Eruditionem, & Dotes Animi, C. Lælius, Attilius item & Sempronius, JCti, *Sapientes* (V. Becm. *c.* 1. §. 2. *p.* 8.) Attejus, patria Atheniensis, Libertus, *Philologus*, M. Terentius Varro, *Togatorum Doctissimus*; 2. Ob Philosophiæ & L. Græcæ studium, T. Pomponius, Ciceronis Æqualis & Amicus, *Atticus*, Hadrianus Imp. *Græculus*, M. Antonius Imp., *Philosophus* (V. Becm. *c.* 1., §. 7., *p.* 14. 15.;) 3. Ob Scriptorum Argumentum, Jun. Juvenalis, *Ethicus*, T. Lucre-

tius Carus *Physicus*, M. Valer. Martialis *Cocus*, A. Persius *Severus*, L. Ann. Seneca *Philosophus*, M. Ann. Seneca *Rhetor*, Tragœdiarum, Senecæ nomen præferentium, Autor, *Tragicus*; 4. Ob Scriptorum Stylum ac Genium, P. Virgilius Maro, *Parthenias*, P. Papinius Statius, *Aquilinus*, T. Quintius, Togatarum Scriptor, *Atta* (i. e. Terram potius attingens, quam ambulans;) 5. Ob Gestus, Q. Hortensius Orator, *Histrio*; 6. Ob Severitatem ac Morositatem, M. Porcius Cato, *Censorius*, Domitius Grammaticus *Inanus*; 7. Ob Casum aliquem Fortuitum, Junius, JCtus, *Gracchanus* (quod C. Graccho uteretur Amico V. Joh. Bertrandi *L. 2. de Jurisperitis p.* 190. 191.) P. Ovidius Naso *Geta* (quod in Getarum Regione exulasset,) T. Petronius, Equ. Rom. Satyrici Scriptor, *Arbiter*, (quod Nero eum Elegantiarum omnium adscivisset Arbitrum.) V., de horum plerisque, & aliis compluribus, Tob. Magiri *Eponymologium*.

IX. Inter Patres, sive primos Ecclesiæ Christianæ Doctores, & Scriptores Ævi Medii Ecclesiasticos, partim a semetipsis sunt vocati, partim vero a Posteris salutantur: 1. Ob Eruditionem, Dotesque Animi eximias, Gregorius Nazianzenus *Theologus*, (V. Becm. *c.* 1. §. 5. *pag.* 12.) Leo, Cibyræotarum Sec. X. Præfectus, *Chronographiæ* Autor, Nicolaus, Patriarcha Sec. XI. (ab A. 1084. ad 1090.) Constantinopolitanus, & Saxo Sialandicus, Historiæ Danicæ Scriptor, *Grammatici*, Johannes Cyparissiota (qui

Sec.

Sec. XI. *Decem Expositionum de Deo* scripsit *Decadas,*) *Sapiens*, Landulphus, Seculi IX. Historicus, *Sagax*, Pierius, Presb. sub Diocletiano Alexandrinus, *Origenes Junior* ; 2. Ob Dotium, & Famæ, Magnitudinem plusquam vulgarem, Athanasius, Archiep. Alexandrinus, Basilius, Præsul in Cappadocia Cæsariensis, Gregorius item I., & Leo I., Romani Pontifices, *Magni*, (Conf. Becm. *c.* 2. §. 26. *p.* 77. 81.;) 3. Ob Philosophiæ Studium, Leo, Imp. ab A. 885. ad A. 911. Constantinopolitanus, & Leo, Episc. Thessalonicensis, *Philosophi* (V. Becm. *c.* 1. §. 9. *p.* 18.;) 4. Ob Eloquentiam, ac Styli gratiam, Johannes, Archiep. Constantinopol. Celeberrimus, *Chrysostomus*, Petrus, Ravennatium Sec. V. Episcopus, *Chrysologus*, Radulphus, Guilhelmi IV., Aquitaniæ Ducis, Concionator, circa A. 1130. Aulicus, *Ardens*, Bernhardus, Abbas Sec. XII. Claraevallensis, *Mellifluus*, Aur. Prudentius (de quo Conf. *Sect. II.*, *c.* 6., §. 82.) *Amœnus*, Johannes II., Pont. Rom., *Mercurius* (V. Becm. *c.* 1. §. 4.; *p.* 11.;) 5. Ob Tolerantiam Laborum indefessam, Origenes, Presb. Sec. III. Alexandrinus, *Adamantius* (V. J. G. Olearii *Abacum p.* 348.,) Συνταχτικὸς (V. Magiri *Eponymol. p.* 142.) & Χαλκέντερος (V. Joh. Meursii *Not. ad Hesych. p.* 142.) Johannes, Grammaticus Alexandrinus, & Tritheitarum, circa An. 609., Primicerius, *Philoponus* ; 6. Ob Scripta sua, ex Titulis atque Argumentis illorum, Hermas, Scriptor Sec. I., *Pastor*, Gregor. II., Pont. Rom. *Dialogus* (V. *Sect. II.*, *c.*

6., §. 44.

6., §. 44., V. Becm. *c.* 1. §. *ult. p.* 23. 24.) Antonius, Sec. VIII. Monachus, *Melissa*, Simeon, Hagiologus Ætatis controversæ Græcus, *Metaphrastes*, Johannes, Abbas, circa A. 580., Sinaiticus, *Climacus*, Johannes quidam Ἀνεπώνυμος, qui *Micrologum*, seu *Lib. de Observationibus Ecclesiasticis*, Seculo XI. congessit, *Micrologus*, Güntherus, Sec. II. Poeta, de Friderici Barbarossæ Rebus in Liguria gestis, in *Ligurino*, commentatus, *Ligurinus*, (V. Voss. *L.* 2. *de Hist. Lat. c.* 53. *p.* 431. 432.) Matthæus Westmonasteriensis *Florilegus*, Joh. Saresberiensis *Policraticus*, Thomas Cantipratensis *Apiarius*, &c.; 7. Ob Miracula, Gregorius, Episc. Sec. III. Neocæsariensis, *Thaumaturgus*; 8. Ob Constantiam in Fidei Professione, Justinus, Philosophus Sec. IIdi Christianus, *Martyr*, Theophanes, Monachus Sec. VIII. Græcus, Iconolatriæ patrocinatus, *Confessor*; 9. Ob Exercitia, quæ *Ascetica* vocant, Αὐθαίρετα, Johannes Cappadox, Patriarcha Sec. VI. Constantinop., Νηστευτὴς seu *Jejunator*, Johannes, Monachus Regionis Palæstinæ, *Silentiarius* (quod nullum Verbum, aliis audientibus, proferret,) Philippus, Scriptor *Dioptræ* Sec. XII. Græcus, *Solitarius*, Simeones, Tres, Cœnobitæ Religiosi, vel potius superstitiosi, *Stylitæ* (quod Columnis, per Annos complures insedissent, V. Olearii *Abacum p.* 433. 434.;) 10. Ob Virtutes, Fulco, Comes Sec. X. Andegavensis, *Bonus*, Johannes, Patriarcha, sub initium Sec. VII., Alexandrinus, *Eleemosynarius*; 11. Ob Humile sui ipsius Vilipen-

pendium, Dionysius, Abbas Sec. VI. Romanus, *Exiguus*, Raymundus Jordanus, Canonicus & Abbas, circa A. 1481., in Gallia, Uticensis Augustinianus, *Idiota*; 12. Ob Vitia Corporis, Hermannus, Comes Veringensis, Augiæ Divitis Monachus, Historicus Celebris, A. 1054. mortuus, *Contractus*, Joh. Moschus, *Prati Spiritualis*, Seculo VII. Scriptor, *Eviratus*; 13. Ob Affectum in Amicos, Cæcilius Cyprianus, Episc. Sec. III. Carthaginensis, *Cæcilius* dictus in memoriam Cæcilii, Presb. Carthag., a quo ad fidem Christianam erat conversus (V. Magiri *Eponymol. pag.* 63., Olearii *Abacum pag.* 123. Frid. Spanhem. Jun. *T. I. Introd. in Hist. S.*, *pag.* 332. nisi malis, novum hunc Prænomen adscivisse,) Eusebius, Cæsareæ in Palæstina Sec. IV. Episcopus, *Pamphili*, a Pamphilo, Presb. Cæsariensi, & Martyre, sibi Amicissimo, cognominatus; 14. Ob Casum Fortuitum, Ignatius, Episc. & Martyr. Sec. II. Antiochenus, Θεόφορος, quod Manibus Salvatoris, in Infantia, gestatus esse vulgo credatur. V. plura, de plerisque, hactenus recensitis, tum apud Patrologos, tum apud Hagiologos. De Agnomine VENERABILIS, Bedæ, Presbytero Sec. VIII. Anglo Benedictino, ob Doctrinæ haud dubie præstantiam, Morumque Sanctitatem, tributo, piget referre Fabulas, Originem ejus, vel ad Literas in Porta Ferrea Romana Mysticas (P. P. P., S. S. S., R. R. R., F. F. F.,) cum Populi Admiratione, explicatas, vel ad Supplementum Versus, quem Monachus

nachus imperfectum reliquerat, Epitaphii Angelicum, vel ad Acclamationem Lapidum, sub finem Concionis, ab ipso, sub dio, habitæ miraculosam, vel ad Coætaneorum denique (Venerabilem salutantium, quem Sanctum nondum vocare poterant) Judicium de superstite Honorificum, referentes. Recensuerunt eas, & simul exploserunt, Johan. Mabillonius, *in Actis Sanctorum Ord. Benedictini, in Elogio Bedæ*, J. Gotfr. Olearius *in Abaco Patrol. p.* 74. 75. W. E. Tenzelius, *in Dial. Menstr. Vernac., M. Aug. A.* 1691. *p.* 654. & novissime Joh. Andr. Schmidius, Theologus Acad. Juliæ Doctissimus, *in Diss. de Nummis Bracteatis Numburgo-Cizensibus*, A. 1695. edita, *p.* 46. 47. 48.

X. Patres, aliosque Ævi Medii Scriptores Ecclesiasticos, excipiant Doctores Seculi XII., & trium sequentium, Scholastici, qui, una cum Agnominibus suis ὑπερβολικοῖς, a Venerabunda Discipulorum atque Asseclarum profectis gratitudine, Ordine a nobis Alphabetico, e *Notitia Acad. Oxoniensis*, J. C. Becmanni *Diss. de Cognominibus Principum* (*c.* 1. §. 9. *p.* 18. 19. Ad. Tribbechovii *Tr. de Doctoribus Scholasticis* (*c.* 6. *p.* 152.) J. G. Oleario, Guilh. Cavio, aliisque Autoribus, de Ætate illorum ac Vita, circa quam nobis μακρολογεῖν haud vacat, consulendis, enumerabuntur:

Ægidius Romanus, *Fundatissimus*.
Alanus de Insulis, *Universalis*.
Albertus, Episc. Ratisbonensis, *Magnus*.

Alcui-

Alcuinus, *Magiſter Delicioſus.* V. Tribbech. *p.* 152. (Rectius ad Sec. Octavum, Scholaſticæ Philoſophiæ ac Theologiæ Æra ſuperius, is refertur.)

Alexander ab Ales, *Irrefragabilis* (V. Tribbech. *l, c.*) *Fons Vitæ* (V. Olear. *p.* 18.) it. *Doctor Doctorum, & Monarcha Theologorum* (teſte Joach. Fellero, *in Poemata quodam Lipſienſi de Scholaſticis Panegyrico.*)

Ant. Andreæ, *Dulcifluus.* V. Olearii *Abacum Patrol. p.* 41.

Pet. Aureolus, *Facundus.* V. Olear. *p.* 365.

Rogerus Baconus, *Mirabilis* V. *Notit. Acad. Oxon. p.* 104., Becm. *p.* 18.

Joh. Baconthorp, *Reſolutus.* V. *Notit. Acad. Oxon. p.* 105. Olear. *p.* 238.

Joh. de Baſſolis, *Ordinatiſſimus.* V. Tribbech. *l. c.*, & Olear. *p.* 238.

Bonaventura, *Seraphicus.*

Thom. Bradwardinus, *Profundus.* V. G. Cavii *Chartoph. p.* 323., Becm. *p.* 18.

Gvaltherus Burleus, *Planus.* V. Becm. *p.* 18.

Joh. Capreolus, *Animoſus.*

Dionyſius Carthuſianus, *Ecſtaticus.* V. Olear. *p.* 138.

Durandus a S. Portiano, *Reſolutiſſimus.* V. Olear. *p.* 144.

Gotfridus de Fontibus, *Reverendus.*

Henr. de Gandavo, *Solennis* (V. Olear. *p.* 261.), it. *Egregius.*

Joh. Gerſon, *Chriſtianiſſimus & Conſolatorius.* V. Fellerum *l. c.*

Got-

Gotfridus Cornubiensis, *Solennis*. V. *Notit. Acad. Oxon. p.* 104.
Gregorius Ariminensis, *Authenticus*.
Pet. Lombardus, *Magister Sententiarum*, *it. Lumen Omnium*.
Nicol. de Lyra, *Planus & utilis*. V. Olear. *p.* 330.
Ad. de Marisco, *Illustratus*. V. *Notit. Acad. Oxon. p.* 103.
Franc. Mayronis, *Illuminatus & Acutus*. V. Tribbech., Cavium, Fellerum
Rich. de Mediavilla, *Solidus*, *Copiosus*, *Autoratus*, *& Fundatissimus*. V. Tribbech., *l. c.*, Olear. *p.* 407., *Notit. Acad. Oxon. p.* 104.
Guilh. Occam, *Singularis*, *Inceptor Venerabilis*, *it. Lima Ingeniorum*.
Nicol. de Orbelis, *Eximius*.
Pet. Cluniacensis, *Venerabilis*. V. Olear. *p.* 369.

Petrus, Canonicus, Sec. XII., Ecclesiæ initio Patriæ Trecensis, & deinde S. Victoris Parisiensis, *Historiæ S.* Codicis *Scholasticæ* Autor, *Comestor* sive *Manducator*, (Gallice *le Mangeur*) dictus, judice J. Trithemio (*in Lib. de Scr. Eccl.*) quod, *Scripturarum Auctoritates, in suis Sermonibus & Opusculis, crebrius allegando, quasi in Ventrem Memoriæ manducarit*. Conf. Olear. *p.* 370. & Becm. *c.* 1. *p.* 24. Haud invenuste ad hoc ejus Agnomen alluditur, in sequenti Monumento ipsius Epitaphio, in Æde Parisiensi S. Victoris obvio (V. Fr. Swertii *Delicias Orbis Christ. p.* 789.):

Petrus

Digitized by Google

Petrus eram, quem Petra tegit; dictusque COMESTOR
Nunc comedor: Vivus docui, nec cesso docere
Mortuus, ut dicat, qui me Videt incineratum:
Quod sumus, iste fuit; erimus quandoque, quod hic est.

Raymundus Lullius, *Philosophus*. V. Olear. *pag.* 397.

Rogerius, Monachus circa An. 1360. Anglus, *Computista* V. Balæum & Siml. *p.* 611.

Joh. Rusbroch, *Divinus*. V. Cavii *Chartoph. p.* 329. Fellerum *l. c.*

Joh. Duns Scotus, *Subtilis*. V. Becm. *l. c. p.* 18.

Joh. Suisser Scotus, Logistices Scriptor, *Calculator*. V. Voss. *de Scient. Mathem. c.* 18. §. 6.

Thomas Aquinas, *Angelicus & Cherubicus*.

Alph. Tostatus, *Stupor Mundi, qui Scibile discutit omne*.

Hugo de S. Victore, *Lingua Augustini*. V. J. J. Maderi *Diss. de S. Laurentio Martyre p.* 41.

Guilh. de Ware, Joh. Scoti circa A. 1270. Præceptor, *Fundatus*. V. *Notit. Acad. Oxon. p.* 104. & Becm. *p.* 18.

Wesselus Gansfortus, *Lux Mundi* (V. Olear. *p.* 270. & Magyri *Eponymol. p.* 204.) it. *Magister Contradictionis* (V. Becm. *p.* 19.)

XI. Theologorum ac Philosophorum Ævi hujus Sequioris Scholasticorum exempla secuti JCti, iisdem σύγχρονοι, invidenda itidem Præceptoribus ac Antecessoribus suis, sibique invicem, tacito consensu, attribuerunt Agnomina,

a Val. Forstero, *L. 3. Historiæ Juris Civilis, c.* 10. *ac seqq.* & Joh. Chr. Becmanno, *in Diss. de Cognom. Principum, c.* 1. §. 9., *p.* 19., magnam partem recensita.

Ita Joh. Andreæ vocabatur *Juris Canonici Fons ac Tuba, & Rabbi Doctorum.*

Antoninus, Archiep. Florentinus, *Jurisprudentum Vertex.*

Azo Bononiensis, *JCtorum Numen, Fons Legum, & Vas Electionis.*

Baldus de Ubaldis Perusinus, *Omniscius, & Lucerna Juris.*

Bartolus de Saxoferrato, *Dux & Auriga Juris, Lucerna & Speculum Juris, Pater Juris Civilis.* V. Magiri *Eponymol. p.* 36. Joach. Wibelii *Tr. de Contractibus Mulierum* p. 67.

Pet. de Bellapertica, *Subtilis.*

Guilh. Durantus, Episc. Mimatensis, *Speculator* (a suo *Juris Speculo,*) it. *Pater Practicæ.*

Joh. Fabri, *Fundamentalis.*

Guido Grossus (postea Clemens IV., Pont. Rom.) *Lumen Juris.* V. Olear. *p.* 112.

Henricus de Segusia, Episc. Ostiensis, & Cardinalis, *Fons utriusque Juris.* V. Olearium *p.* 204.

Irnerius, JCtus Bononiensis primus, *Lucerna Juris.*

Rich. Malumbra, *Vas Juris.*

Nicol. de Tudesco, Archiep. Panormitanus, *Lucerna Juris.* V. Olear. *p.* 322.

Joh. Semeca, *Lux Decretorum, Dux Doctorum, Via Morum.*

Ma-

Digitized by Google

Marianus Socinus, *Doctor Immortalis*.
Inter Medicos istius ævi, nemo jam memoriæ obversatur, agnomine istiusmodi honorifico donatus, præter Petrum de Apono, Patavinum, Sec. XIV., sub Johanne XXII. Pontifice, celebrem, qui a *Conciliatore* suo *Differentiarum CCIX. Philosophorum, & præcipue Medicorum*, sæpius excuso, *Conciliator* est appellatus. V. Siml. *p.* 552. & Lindanum *p.* 515. Nemo item, inter Literarum Seculo XV. Instauratores, præter Joh. Picum, Mirandulæ Principem, quem, Eruditorum Hominum Consensu, *Phœnicis* Nomen, ob Dona Corporis atque Animi omnia, vel rarissima, divinitus ipsi collata, esse adeptum, Paulus Jovius, *Lib.* 2. *Historiarum*, testatur. V. Magiri *Eponymol. p.* 153. Numisma, in una parte duos Phœnices, in altera autem totidem Imagines Laureatas Johan. Pici hujus, & Virginii Cæsarini, Nob. Romani, (qui Urbani VIII. fuit Cubicularius,) ostentans, in Cæsarini honorem cusum, Augustinus Favoritus, *in Vita illius* (ab Henn. Wittenio *Decadi II. Memor. Philos. Renov.* inserta,) affabre æri insculptum, exhibet.

XII. Ambitiosiora justo esse Agnomina Scholasticorum & JCtorum Ævi sequioris, modo enumerata, & Meritis illorum in Literas Sacras & profanas, Bonasque Artes ac Scientias, satis exilibus, parum congruere, non inficior, excusari tamen puto quadamtenus posse cum Joh. Chr. Becmanno (*l. c.*, *c.* 1. §. 9. *p.* 19.) cujus digna sunt Verba, quæ adjiciantur: *In his si quis*

Excessus est, is moribus istorum temporum transscribendus, quæ, in tantis tenebris, dum Virum Doctrina insignem viderunt, tanquam cœlitus demissum, insolitis acclamationibus exceperunt. Relinquenda & Privatis sua Crepundia, quibus suaviter certent, & sine Injuria cujusquam se oblectent, meliora sane moribus, qui, simul cum renascentibus Literis, inter Doctos surrexerunt, mutuis Injuriis se lacessendi, turpi fœtu impotentis Animi, nec leve Literis Ludibrium attrahente. Et, ut paucis dicamus, Secula media si excessu peccarunt, nostra defectu peccant; Illa excesserunt laudibus, nostra, quod longe deterius est, conviciis, & Contemptu aliorum, se felicia fore, male judicant. Conf. Grotii Prolegomena ad Libb. de J. B. & P., §. 52.

XIII. Seculis duobus, quæ, post Literarum παλιγγενεσίαν, sive Instaurationem, effluxere, proximis, pauca offendes Exempla Agnominum, sive a singulis Viris Eruditis suopte adscitorum Arbitrio, sive a Discipulis & Sectatoribus, vel vivis, vel defunctis, impositorum. Solæ Hominum Doctorum Academiæ, sive Societates Liberiores, Mori huic inhæsere, & Collegis suis, Agnominum Loco, vel Epitheta quædam Vernacula, Honorifica, vel Heroum Ævi Veteris, aut Virorum, qui Meritis in Literas alios olim antecelluerunt, Insignium, aut Fictitia, Pastorum, Nomina, attribuerunt. Factum id est ab Italis, & superiori, & hoc Seculo, quos Germanorum etiam Collegia Erudita, Medico-Physica, & Poetico-Philologica, imitari non ita pridem

dem cœperunt. Societas Germanorum Fructifera, ad excolendam Linguam & Poësin Vernaculam, a Ludovico Anhaltino, aliisque Principibus, ac Magnatibus illorum Aulicis, Hornsteinii, Arce Thuringiæ, Oppido Vinariensi Vicina, A. 1617. fundata, Epithetis, quoad floruit, delectata est Vernaculis. Director ejus Primus, Ludovicus Anhaltinus, *Nutrientis*, (des Nehrenden/) Secundus (ab An. 1651.) Wilhelmus, Dux Saxo-Vinariensis, *Sapidi* (des Schmackhaften/) Tertius, Augustus Saxo, Archiepiscopatus Magdeburgensis Administrator, des Wohlgerahtenen/ gavisi sunt Agnominibus. Inter Socios Illustriores, Carolus Gustavus, Rex Sueciæ, vocabatur der Erhabene / Joh. Georgius II., Elect. Saxoniæ, der Preißwürdige/ Georg. Wilhelmus, Elector Brandenburgicus, der Aufrichtende/ Frid. Wilhelmus, Elect. Brandenb., der Untadelhafte/ Augustus, Dux Brunsvic. Eruditissimus, der Befreiende/ Fridericus, Dux Holsato-Gottorpiensis, der Hochgeachtete / Johannes, hujus Frater, Episc. Lubecensis, der Nützliche/ Otto Wilhelmus, Comes a Königsmark, der Hochgeneigte/ Joh. Wilhelmus, Baro a Stubenberg; der Unglückselige. Inter Collegas Nobiles ac Eruditos, Dietericus a Werder, Chiliarcha, der Vielgekörnte/ Casp. ab Ortzen, Regis Daniæ Consil. Holsaticus, & Præfectus Pinnebergensis, der Verständige/ Georg. Frantzkius, Cancellarius Saxo-Gothanus, der Gleichende/ Justus Georg. Schottelius, Consil. Brunsuico-

Guelpherbytanus, der Suchende/ Georg. Phil. Harsdörferus, Senator Noribergensis, der Spielende/ Joh. Mich. Moscherosch, Consil. Moguntinus, der Träumende/ Ad. Olearius, Aulæ Holsaticæ Mathematicus & Bibliothecarius, der Vielbemühte/ Joh. Ristius, Parochus in Holsatia Wedelensis, der Rüstige/ audiebant. Reliquorum Agnomina Διακριτικὰ tibi suggerent, una cum singulorum Emblematis, tum duo de Societate hac, & Membris ejus, Scripta Metrico-germanica anonyma, Cothenis A. 1641. & Francofurti, A. 1646. *in 4to* edita, Figurisq; emblematum æneis illustrata (quorum posterius, Prioris Telam pertexens, Georg. Phil. Harsdörfero deberi creditur,) tum Caroli Gustavi ab Hillen, Aulæ Guelphicæ Ministri (des Unverdrossenen) Teutscher Palmbaum/ & Georg. Neumarckii, Mülhusini, Secretarii Saxo-Vinariensis (des Sprossenden/) Neusprossender Teutscher Palmbaum / oder Historische Beschreibung des Anfangs und Fortgangs der Fruchtbringenden Gesellschafft/ quæ Noribergæ A. 1668. *in 8vo* prodiit.

XIV. Carpophororum Collegii Institutum hoc imitatæ sunt IV. Societt. Poeticæ Zesianæ, Rosigera, Liligera Caryophylligera & Rutigera, a Phil. Zesio, Priravia Saxone, Com. Pal. Cæs., A. 1643. 1669. & 167. - - .. fundatæ, & ab ipso, Scriptis compluribus Vernaculis, in *Isagoge ad Hist. Cimbr.* (*P. II.*, *c.* 8., §. 2., *p.* 204. 205.) jam enumeratis, celebratæ, sed quæ, sicut ibidem est monitum, ob Fundatoris Arrogantiam

ac

ac Novaturiendi Libidinem, promiſcuumque Rythmopoeorum quorumvis, ac Poetaſtrorum, ad eas confluxum, in Linguæ ac Poeſeos Germanicæ Peſtes ac Corruptrices degenerarunt. Exempla allegabo, e Sola Societate Roſigera, Kal. Maji A. 1643. Hamburgi erecta, cujus Fundator, Zeſius ipſe, der Fertige voluit dici, e Sociis autem Dav. Plocium den Verharrenden/ Gotfr. Hegenitium den Ernſtſittigen/ Georg. Conr. Oſthoſium den Sammlenden / Georg. Phil. Harsdörferum den Kunſtſpielenden/ Jac. Schwiegerum den Flüchtigen / Joh. Krügerum/ den Schenckenden / Conradum ab Höveln den Höflichen / appellavit. Coeteros, Homines maximam partem obſcuros, Sileo.

XV. JOH. RISTIUS, Poeta Cimbriæ noſtræ Vernaculus non incelebris, & Parochus in Comitatu Pinnebergico Wedelenſis, Ordinis itidem, circa A. 1660., Autor exſtitit Poetici, a Zeſianis parum diverſi, quem *Cygnæum*, ſeque, illius Præſidem, *Palatinum* (quod Comitiva Palatii Cæſarei Lateranenſis gauderet), appellavit. Collegas, absque juſto itidem Selectu in eum receptos, fictitiis Paſtorum inſignivit Nominibus. Quos inter, ut nonnullos, reliquis Paulo notiores, enumerem, Balth. Kindermannus *Kurandor*, Gotfr. Wilh. Sacer *Hierophilus*, Conſt. Chriſt. Dedekindus *Concord*, Gothilfius Treuer *Fidelio*, Georg. Greflingerus *Celadon*, Matthæus Merian *Poetiſander*, Mart. Kempius *Kleodor*, Dan. Bährholtzius *Philoclytus*, Frid. Hofmannus *Epi-*

grammatocles, Gotfr. Zamelius *Almesius*, ab ipso sunt vocati. Reliquorum Notitiam hauries e *Candorini*, Socii Ordinis istius, mire in Scriptura & Stylo Vernaculo ineptientis, sive Conradi ab Höveln, Libellis duobus Vernaculis, Lubecæ A. 1665. & 1669. (sub Titulis des Zimberschwans/& des Thränfliessenden Zimberschwans) excusis, de quibus, in *Isagoge*, *l. c.*, plura diximus. Gemina his Nomina Pastoralia Sodales etiam Societatis Florigeræ Pegnicensis Poeticæ, quæ Sigismundum a Birken, Wildensteina Bohemum, Com. Pal. Cæs., & Poetam, in Civitate Noribergensi, Vernaculum haud ignobilem, Autorem, ac primum ad A. usque Emortualem 1681., Præsidem, sub *Floridani* Nomine, est venerata, adsciverunt.

XVI. Academiæ Naturæ Curiosorum Leopoldinæ, quæ Joh. Laur. Bauschii, Schwinfurtensis, Med. D., & Reip. in Franconia Patriæ Poliatri, hortatu & Auspiciis A. 1652. coaluit, Socii Nominibus delectantur Heroum, Medicorum & Philosophorum Veterum, tum in Poetarum Fabulis, tum in Historicorum Scriptis, celebratorum. Præsidum Primus, Joh. Laur. Bauschius, *Jasonis*, Secundus, Joh. Mich. Fehrius, Kittinga Francus, Medicus itidem Svinfurtensis, *Argonautæ*, Tertius, Joh. Georg. Volcammerus, Noribergensis, Reip. Patriæ Poliater, *Helianthi*, Quartus autem, qui jam illi præest, Lucas Schröckius Junior, Physicus Augustanus, *Celsi*, Agnomina adoptarunt. Ex Collegis

legis reliquis, *ἐξοχωτέρυς* saltem quosdam memorabo, Georg. sc. Balth. Mezgerum, Med. Prof. Tubingensem, *Americi*, Val. Andr. Mollenbroccium, Prof. Erfurtensem, *Pegasi*, Joh. Dan. Horstium, Aulæ Hassiacæ Archiatrum, *Phoenicis*, Phil. Jac. Sachsium, Poliatrum Uratislaviensem, *Phosphori*, Joh. Dan. Majorem, Prof. Kiloniensem, *Hesperi*, Leonh. Ursinum Noribergensem, Prof. Lips., *Zephyri*, Georg. Christoph. Petri, Prof. Erfurtensem, *Achillis*, El. Rud. Camerarium, Prof. Tübing., *Hectoris*, Joh. Ferd. Hertodium, Poliatrum Olomucensem, *Orphei*, Georg. Seb. Jungium, Archiatrum Cæsareum, *Podalirii*, Paulum de Sorbait, hujus Collegam, *Machaonis*, Georg. Wolfg. Wedelium, *Herculis*, Georg. Francum, Archiatrum Danicum, *Argi*, Christ. Ad. Balduinum, *Hermetis*, Salom. Reiselium, *Amphionis*, Christ. Menzelium, *Apollinis*, Georg. Hier. Welschium, *Nestoris*, Titulos Honorarios, sive suo ipsorum, sive Præsidum, Arbitratu adeptos. Reliquos, post A. 1675. receptos, brevitatis Amere, prætereo. Exstant Scripta Joh. Mich. Fehrii, Lucæ Schrökii Jun., Georg. Wolfg. *W*edelii, Mich. Frid. Lochneri, Mich. Bernh. Valentini, & Anonymorum aliquot, de Collegio hoc Germaniæ Physico-Medico, peculiaria, alibi commodius recensenda, in quibus omnes illius Socii, cum Agnominibus suis, fuse enumerantur.

XVII. De Academiis Eruditorum Italicis, & Sociorum, quibus illæ constant, singulorum A-

gnominibus, prolixe egisse Johannem Ferrum, in *Parte Theatri Emblematum Italici*, mihi nondum visi, *Prima*, Morhofius ὁ μακαρίτης (*P. I. Polyhist. Liter.*, *c.* 14., *p.* 147.) testatur, sed illa pariter, atque Emblemata Academicorum, *nugas sibi*, addit, *videri difficiles, quæ Sapientioribus in risum cesserint*, *& Joh. Vinc. Pinellum, ab ostentatione & pompa Literaria inani alienissimum, ne cuiquam Nomen Academiæ daret, absterruerint.* Ὁμόψηφος ei est Rolandus Maresius, Scriptor inter Gallos Cordatissimus, ibidem allegatus, qui, *Lib.* 2. *Epistolarum Philol.*, *Ep.* 43. *ad Joh. Capellanum* (*p. m.* 469.), *nihil sibi*, ait, *in Academiis Italicis displicere, præter Cognomina plane absurda & ridicula, quæ cur assumantur, prorsus ignoret.* Nec desunt, inter Viros Germaniæ Eruditos, in ipsis etiam Societatibus ejus Literariis locum adeptos, qui simile istarum Cacoethes, ex intempestiva Italorum ortum æmulatione, serio improbant, &, ut hæ, vel Agnominibus istis, Illustris Academiæ Francicæ Parisiensis, & Societatis Regiæ Anglicanæ, Exemplo laudabili, omnino abstineant, vel Nomina saltem Virorum Ævi Veteris Illustrium, & Epitheta justo splendidiora, indignis haud imponant, in votis sibi esse fatentur. Verendum certe, ne quis aliquando Parrhesiastes Homines istiusmodi obscuros, & Collegiis suis indecoros, solisque Nominibus Veterum præclaris superbientes, Versibus *Satyræ* Juvenalis *Octavæ* omnibus deridendos propinet aculeatis, quos, una cum Monito A. Gellii

lii ὁμοψήφω, *Sect. I. c.* 4., jam recitatos, hic, crambes his coctæ instar, repetere nolumus.

XVIIII. Agnomina, quæ nos §. 5. Scriptoribus Homonymis, jam defunctis, imprimis Recentioribus, distinctionis ergo, imponi optavimus, neutiquam sunto Ambitiosa hujusmodi, pompæ soli inservientia, cum *Autoris* autem, cui ea destinantur, Vita, Genio & Scriptis nihil habentia commune. Eligantur potius talia, quæ a cujusvis sive Patria, sive Vitæ genere, sive Monumentis Literariis, sive Doctrina & Religione, sive Virtutibus Vitiisque, derivata, Indolem ejus, Dotes Ingenii, Mores, ac in Literas merita, accurate, absque Adulatione & Exaggeratione indecora, & Extenuatione injusta atque superciliosa, exprimant, solique illi propria, ab aliis Cognominibus dextre eundem secernere, Lectores quoslibet doceant.

SCHE-

SCHEDIASMATIS HISTORICO-PHILOLOGICI DE SCRIPTORIBUS HOMONYMIS

SECTIO IV.

Bibliothecæ illorum concinnandæ Consilia suggerens, Subsidiaque varia simul recensens.

CAPUT I.

De Bibliothecæ Scriptorum Homonymorum Necessitate, Methodo illius concinnandæ, ac Cautelis, Laborem istum aggressuro probe observandis.

§. I.

DIversæ, quas hactenus *Sect. III.* enumeravimus, Distinctionis Scriptorum Homonymorum Methodi ac Rationes, eo fine a nobis sunt propositæ, atque Exemplis illustratæ, ut Bibliothecam illorum, in gratiam Orbis Literati, concinnaturo, vel omnes, vel, quæ reliquis vi-

videntur commodiores (Tertia sc. ac Quinta,) inserviant. Quanta Bibliothecæ istius, ad præcavendos Lapsus, in Re ac Historia Literaria, innumeros, non leviores solum, sed & graviores, sit Necessitas, quanta ex eadem non in hujus solum, sed & Polymathiæ Universæ, ac singularum ejus Partium, Studiosos redundatura sit utilitas, quot Disceptationes Eruditorum intricatissimæ ac Vehementissimæ, sola illius ope, tolli possint, aut componi, quantam denique Homines Curiosi ex eadem merito sibi polliceantur Oblectationem, omnes, qui Literas has vel leviter saltêm degustarunt, abunde habent perspectum, nec a nobis demum sunt edocendi. Tyronibus, & Studiorum horum Elegantiorum imperitis, sufficient, quæ, *Sectione I. & II*, singulis Capitibus, imo per singulas pene Paragraphos, huc facientia, monuimus aut congessimus, labore superfluo ac inutili jam non iteranda. Merito certe Bibliothecam hanc Autorum Homonymorum, inter Rei Literariæ Desiderata, in eleganti de istis *παρεκβάσει*, *Tomo I. Scripti de Satyris Personalibus* Gallici (*p.* 277-298.) obvia, retulit Vir Doctissimus, Adr. Bailetus, præclare de Orbe Literato meriturus, si hujus desideriis ipse satisfaciat, Laboremque istum exantlare non gravetur.

II. Tanta enim est Operis hujus Utilissimi, & adeo necessarii, difficultas, ut nemo ei dextre concinnando, & feliciter absolvendo, par videatur futurus, nisi qui iisdem, cum Baileto, & Ingenii,

genii, Judicii atque Memoriæ Dotibus gaudeat, & Adminiculis ac Præsidiis Externis, Otii sc. Abundantia, Copia Librorum omnis generis Uberrima, Assiduaque Hominum aliorum πολυμαθεστάτων Consuetudine, a Fortuna Benigniore sit instructus. Scriptorem utique hujus Bibliothecæ, in Universa Historia Literaria, Sacra & Profana, Antiqua & Recentiore, oportet esse versatissimum, & plerosque omnis Ævi, omniumque Gentium & Scientiarum, Autores, paulo celebriores, eorumque Ætates, Patrias, ac Scripta potiora, habere in numerato, ac memoriter ferme tenere, cœteros autem famæ minoris, nec tamen omnino obscuros, aut rejiculos, ex Analectis suis, Memoriæ labili suppetias laturis, nunquam non posse depromere. Ne autem Analecta hæc manca sint & mutila, materia illorum uberrima ipsi, antequam Operi se accingat, undecunque, labore indefesso ac pertinaci, tempore haud exiguo, est coacervanda, Autoresque ferme omnes Bibliothecarii, Universales pariter atque Particulares, Biographi item, ac alii, de Variis Historiæ Literariæ, Polymathiæque Elegantioris, Capitibus, seorsim, & ex professo, commentati, hunc in finem sedulo pervolvendi, ac in ista, ordine commodo, per nudas allegationes, aut alia, quæ Artis Excerpendi Scriptores indicabunt, subsidia, assidue digerendi. Id quod, non nisi ab Homine, Dotibus Animi plusquam Vulgaribus a Natura donato, otioso, nec curis aut Negotiis implicito He-

Heterogeneis, & in Urbe Celebri, quæ & Viris Eruditis, & Bibliothecis instructissimis, abundet, commorante, præstari, aut expectari posse, nemo non perspicit. Quibus Prærogativis, & Subsidiis Fortunæ Externis, cum destitui me cernerem, malui (uti *in Præfat.* est monitum) Telam hujus Argumenti, jam cœptam, mature abrumpere, quam minus accurate pertexere, ac mancam tandem atque imperfectam luci exponere publicæ.

III. Si, congestis hoc pacto in Analecta plerisque Scriptoribus ὁμωνύμοις, Scrupuli subnascantur, utrum nonnulli illorum iidem sint, an diversi, vel Libri se offerant rariores, sub solo Autoris Nomine, omissa accuratiori illius descriptione, editi aut allegati, ac incertus proinde hæreas, cuinam, inter plures Cognomines, hi sint tribuendi, Memoria & Analectis Auxilii nihil suggerentibus, Ingenii te solertia, & Judicii Acrimonia, è Labyrintho hoc expedias, oportet. Accurate scilicet tunc est attendendum ad scriptorum singulorum Patrias, Loca, in quibus vixerunt, Ætates, Vitæ Genera, Religiones & studia, e quibus, vel seorsim, vel junctim, consideratis, facile, an pro uno eodemque sint habendi, an vero a se invicem distinguendi, perspicies. Quorum si Notitia, aliunde jam olim parata, destitueris, Librum ipsum controversum, aut dubium, sub Examen voca accurratius, ejus Stylum, Argumentum, Dogmata, Editionis Locum Tempusve,

ſve, Autores & Hiſtorias in eo allegatas, Ætatem item iſtorum, a quibus ille laudatur, ſimilesque Circumſtantias alias, diligenter conſidera. Id ſi feceris, ſi non coetera omnia, Gens ſaltem, Ætas & Religio ſcriptoris, probabili plerumque Conjectura, tibi innoteſcent, & exinde, de ejusdem ab Homonymis aliis Diſtinctione, judicium ferre haud erit difficile. Subſidio tibi, dum in hoc ſcrutinio occuparis, eſſe poterunt κριτήρια, quibus Scripta Veterum Spuria a genuinis diſcernere. Philologi olim Græci atque Romani Antiquiores ſunt ſoliti, e Monumentis illorum a Joh. Wouwerio, *Capite XVI. Tractationis de Polymathia* (*p.* 166-170.), ſollicite collecta, & Canones, de Patrum Eccleſiaſticorum Foetibus Germanis & Adulterinis dignoſcendis, a Patrologis modernis, Criticisque ſacris, ſæpius inculcati. Offendes illos, apud Andr. Hyperium, *L.* 4. *de Rat. ſtud. Theol., c.* 9., *Obſerv.* 3., *p.* 688--699., And. Rivetum, Hyperii veſtigia, ne verbis quidem mutatis, legentem, *in Tr. de Autoritate Patrum, Specimini Critici Sacri præfixo, cap.* 14., *p.* 88-96., Frid. Spanhemium Jun., *T. I. Introd. ad Hiſt. Sacr. pag.* 117-143., & Guilh. Cavium, *in Prolegomenis Hiſtoriæ Scriptorum Eccleſiaſticorum Literariæ.*. Si vero, quod circa Vetuſtiores non raro contingit, omni hoc conatu tuo nihil proficias, imo, poſt operoſam in unum alterumve Autorem, aut Librum, Inquiſitionem, incertior, quam ante, nonnunquam evadas, ne dubita ignorantiam hanc tuam,

Digitized by Google

am, atque ἀποϱίαν, publice, Virorum Summorum, quos imperfectionem Eruditionis & πολυϊστοϱίας suæ agnoscere haud puduit, exemplo, profiteri.

IV. Qua Circumspectione, in Disquisitione, de Scriptoribus S. Codicis, & Vet. Ecclesiæ, ὁμωνύμοις, sit versandum, quantaque sollicitudine cavendum, ne novaturiendi prurigine *Sceptiscismo* Sacro alimenta suggeramus, Contentionibusque haud necessariis Ansam præbeamus, *Sect. I., c.* 1. §. 11., jam est monitum. Præstat, si, de Veris Librorum Sacrorum omnium, Monumentorumque Ecclesiæ Primitivæ potiorum, Autoribus, Argumenta nonnunquam Apodictica incassum vestiges, & in diversam a vulgo recepta prolabaris Opinionem, hanc tibi servare, & Ignorantiam Eruditam publice profiteri, quam, temere istam propalando, Litibus novis Ecclesiam, copia istarum immensa jam ante laborantem, turbare. Nolumus etiam hic denuo inculcare, quæ ibidem, adversus Criticos Audaciores, circa Scriptorum Ævi Veteris Profanorum Monumenta, quorum γνησιότητα omnes agnoscunt, Consensui Orbis Eruditi temere se opponentes, & Conjecturis suis lubricis ac fallacibus plus justo tribuentes, disseruimus. Familiam, inter illos, hodie ducit Joh. Harduinus, Jesuita Parisiensis, qui, *in Defensione Epistolæ Chrysostomi ad Cæsarium*, Justino Martyri *Apologias* suas, Facundo item Hermianensi, Liberato, Mario Mercatori, Victori Tununensi,

Isidoro Hispalensi, & Cassiodoro, Scripta sua, vel omnia, vel potiora, de quibus nemo hactenus dubitavit, abjudicare haud est veritus. In *Diss.* autem *de Nummis Herodiadum*, A. 1693. edita, quæ *p.* 61. 68. 80., & alibi, leguntur, *παράδοξα* vere *ἄδοξα*, sub larva aliena in medium allata, Argumento sunt *τὰ πολλὰ γράμματα εἰς μανίαν αὐτὸν περιτετροπέναι*, quod Festus olim de Paulo (Act. XXVI. 24.) immerito tulit judicium. Quis enim sanæ mentis Homo persuaderi sibi ab illo patietur, ex omni Antiquitate Latina, nulla hodie superesse Monumenta Genuina, præter Ciceronis Scripta, Plinii *Historiam Naturalem*, Virgilii *Georgica*, Horatii *Sermones & Epistolas*, Fastos nonnullos, paucasque admodum Inscriptiones, cœtera autem omnia, imprimis Historica, ante Secula aliquot, a Cœtu quodam Impostorum Literariorum clandestino, esse conficta. Obelo hæc Somnia ejus merito notarunt Lud. Elias du Pin, *in Præf. Tomi V. Biblioth. Autorum Ecclesiasticorum*, &, qui hunc laudant, Lipsienses, *in Actis Erudd. T. II. Supplementorum, Sect. VIII. p.* 390. 391., *& Sect. IX., p.* 424. 425. 426.

V. In ipsa Homonymorum Bibliotheca, ex Apparatu hoc concinnanda Ordine Alphabetico (ob causas, *Sect. II., c.* 1., §. 1. indicatas, aliis præferendo,) enumerentur Scriptores iisdem gavisi Nominibus, immistis ubique illis, qui, loco Vernaculorum, per *μετονομασίαν μεταφραστικὴν*, peregrina ejusdem significatus, e Linguis

Exo-

Digitized by Google

Exoticis, adoptarunt. Si major eorum, qui Nomen aliquod commune habuerunt, forte ſit numerus, ordine hi temporum, quibus inclaruerunt, aut vivis exceſſerunt, ſibi invicem ſubjungantur, & ſingulis, Diſtinctionis commodioris gratia, Agnomina, qualia *Sect. III., c. 5., §. 18.* deſcripſimus, Parentheſi incluſa, diverſo, & a Nominibus, & a reliqua Vitæ Hiſtoria, Typorum genere, adjiciantur. Non opus eſt autem, ut Bibliothecæ hujus Autor nimiam imitetur Joh. Meurſii, ac Joh. Jonſii, in Homonymorum Veterum Recenſu, Diligentiam, qua neminem, in Antiquorum Libris, quacunque ratione, memoratum, excludendum hoc eſſe putarunt, & Scriptoribus proinde, non ſolum Homines quoslibet, vel leviter doctos, nullisque Ingenii Monumentis Famam conſecutos, ſed Opifices etiam, aliosque Illiteratos, quos inter nonnulli mentione digni vix videntur, admiſcuerunt. Sufficit, ſi tum Celebriores, & ἄλλων ἔξοχοι, tum Famam mediocrem Scriptis, vel adepti, vel promeriti, recenſeantur. Scriptores enim Proletarii & Obſcuriores, una cum Illiteratis omnibus, tum, ne in amplam nimis molem Opus excreſcat, tum, quod, propter obſcuritatem ſuam, & Vitæ genus diverſum, raro cum Hominibus, ob Eruditionem ſolidam, Fœtibus Literariis luculenter demonſtratam, Inclytis, confundi ſoleant, rectius omittentur. Ex Hominibus tamen vere Eruditis, Famamque perennem Dotibus Animi plusquam vulgaribus meritis, ſed

ejus Librorum ope ambeundæ incuriosis, si quis Ἐξοχωτέρους Scriptoribus velit adjungere, huic ejus Instituto nolim refragari.

VI. Præterea, cum Labor hic eo solum fine suscipiatur, ut Scriptorem unum ab altero recte doceat distinguere, neutiquam vero, ut Notitiam uniuscujusque plenam, accuratam, & numeris omnibus absolutam, subministret, de singulorum Vita & Scriptis, non prolixe & operose, sed, quam fieri potest, brevissime est agendum. Si enim, circa singulos, quæcunque dici possunt, coacervare quis velit, Universalem propemodum Gentium & Seculorum omnium molietur Bibliothecam, omnibus quidem, hactenus publicatis, palmam facile erepturam, sed talem, cui absolvendæ, non ipse solum erit impar, sed ne integra quidem Hominum Eruditorum Collegia sufficient. Præclare satis suo fungetur Homonymorum Nomenclator officio si Scriptoris cujuslibet Nomini, Agnomen ejus Διακριτικόν, Patriam item, Ætatem, sive Diem ac Annum Emortuales, Vitæ Genus, Officia præcipua, & Monumenta Ingenii, non omnia, sed potiora saltem, absque Operoso Editionum Recensu, subjungat, Confusiones illius cum aliis Cognominibus, sive Vulgares & Frequentiores, sive rarius factas, notet ac corrigat, Autoresque tandem, prolixius & accuratius de eodem commentatos, indicet, ac ad istos Lectores suos ableget. Specimen Recensus hujusmodi Compendiarii sistet Catalogus Scriptorum, mihi ipsi

co-

cognominum, Sectioni huic, Appendicis instar, attexendus.

CAPUT II.

De Scriptoribus hujus Argumenti Antiquioribus deperditis.

§. I.

ANtequam Recensum *Scriptorum* Subsidiariorum, Bibliothecam Homonymorum concinnaturo subinde consulendorum, & usui futurorum haud exiguo, auspicemur, Antiquiores nonnullos, quorum in eodem Argumento olim versata est industria, Libri autem Injuria temporum dudum perierunt, ne laude illi sua defraudentur, enumerabimus.

II. Hos inter, Antiquissimus pariter atque Celeberrimus est DEMETRIUS MAGNES, qui *Simlero* audit MAGNESIUS, in Dionysii autem Halicarnassei *Vita Dinarchi Rhetoris*, culpa Librariorum, qui *Scripturæ* studuerunt Compendiis, Δῆμος, pro Δημήτριος, uti, post If. Casaubonum, Joh. Wouwerius (*in Tr. de Polymathia, c.* 16., *n.* 9., *p.* 165.) & Gerh. Joh. Vossius (*Lib.* 1. *de Hist. Gr. c.* 23. *p.* 149. 150.) recte monuerunt, perperam appellatur. Coævus is fuit Ciceroni, imo ejus in Rhetoricis Præceptor, ac, tum Scriptis aliis, tum Opere imprimis περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων (quam ejus fu-

iſſe Inſcriptionem, e Laertii *Ariſtotele & Epimenide,* diſcimus) inclaruit. In *Thalete* Laertii, & Plutarchi *Demoſthene,* ſub Titulo Libri περὶ Συνωνύμων, illud allegatur, invitis Caſaubono, ac Jonſio, mox laudando, qui, duo hæc loca mendoſa eſſe, credunt, & Vocem ὁμωνύμων jubent ſubſtitui. Vulgatam contra Lectionem tuetur Voſſius (*l. c.*) & Demetrium, de Synonymis etiam ſive Nominibus ejusdem ſignificationis, in hoc ipſo opere, egiſſe, juſto confidentius affirmat. Diverſum autem illud eſt a Libro ejusdem Demetrii περὶ ὁμονοίας, ad T. Pomponium Atticum miſſo, & a Cicerone, *Lib. VIII. Epp. ad Atticum, Ep. XI.*, memorato, uti, contra Phil. Jac. Mausſacum, *in Notis ad Harpocrationem,* vocem ὁμονοίας expungendam eſſe, alteramque ὁμωνύμων reſtituendam, perſuaſum, Voſſius (*l. c.*) fuſe & ſolide demonſtravit. Cœtera, quæ, de Commentario hoc Demetrii amiſſo, e Veterum Scriptis & Allegationibus, nobis innotuerunt, Verbis Joh. Jonſii (*L. 2. de Scriptt. Hiſt. Philoſ. c. 17. p. 207.*) lubet exponere: *Demetrius Magnes, uti appellatur Ciceroni, Lib. IV. Epiſt. ad Atticum X., & Bruto, ubi eum inter Præceptores ſuos in Rhetoricis numerat: Scripſit de Urbibus ejusdem Nominis, teſte Stephano* Ἀγβάτανα, Ἀκτὴ, Ἀλαβὼν, *& hoc Harpocrationis Loco in* Μεθώνη: Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν ταῖς συνωνύμοις πόλεσι τέσσαρας εἶναι φησὶ Μεθώνας. *Simili modo, de Scriptoribus ejusdem Nominis,* περὶ ὁμωνύμων Συγγραφέων, *egit ita, ut & ejusdem Nominis diſtingueret, & ſingulorum Vitam,*

præ-

præsertim tamen Celebriorum, breviter exponeret, eorumque Libros recenseret, deque iis judicaret. Pars ejus Operis erat περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν, *apud Harpocrationem in* Ἰσαῖος. *Frequenter sane hunc* περὶ ὁμωνύμων *Librum citant Dionys. Halicarnassens in Dinarcho, Plutarchus L. de X. Rhet., in Demosthene, & alter Plutarchus, in Parall. Maj., in Vita Demosthenis; ter, (ubi, in primo Loco, pro* ἐν τοῖς συνωνύμοις, *legendum* ἐν τοῖς ὁμωνύμοις, *) Athenæus, L. 13., c. 9., Laertius L. I., in Thalete & Epimenide, L. 2., in Xenophonte ter, L. 5., in Aristot., Demetr., Heracl., L. 6. in Diog. & Ones. L. 7., in Zenone, Cleanthe, Chrysippo, L. 8., in Hippaso & Philolao, L. 9., in Heracl. Democr. Zen. L. 10., in Epicuro, Varinus ille Camers, in* Ἰσαῖος. *Ex hoc Opere, Historia Philosophica, in Homonymis Scriptoribus distinguendis, mire illustrari potuisset: cujus tamen Operis jacturam æquius propterea ferimus, quod non aspernanda ex eo Fragmenta servet Diogenes Laertius.* Conf. ejusd. Jonsii *Lib. 1. c. 2. p. 12.* (ubi *Utilissimum* illud appellat *Laborem, quo Diogenes Laertius egregie est usus,*) Jos. Simleri *Biblioth. p. 159.* Johan. Wouwerium & Gerh. Joh. Vossium, *locis sub initium hujus Paragraphi allegatis,* ac Dan. Georg. Morhofii *Polyhist. Literarium, P. I., L. 1., c. 9., p. 79.*

III. Aulus Gellius, *Libro XIV. Noct. Att. c. 6., Hominem sibi Familiarem, in Literarum Cultu non ignobilem, magnamque Ætatis Partem in Libris versatum,* cujus Nomen supprimit, *grande* refert *Volumen* conscripsisse, sibique, ut *Noctes* ex illo suas

pletaret, legendum dedisse, in quo, cum alia Problemata Grammatica, Philologica, Poetica, Mythica, Historica, Geographica, plus justo interdum curiosa, fuerint discussa, tum etiam, *quot fuerint Pythagoræ Nobiles, & quot Hippocrates*, sollicite inquisitum. Exagitat ipse, atque Ironice irridet, nimiam Scriptoris istius περιεργίαν, circa Quæstiones exigui ponderis, & ad Doctrinam Moralem, ac Veram Animi culturam, haud pertinentes, unice occupatam. Sed objici ei haud immerito Juvenalis potest Dicterium:

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Ipse enim, in *Noctibus* suis, plurimas istiusmodi Minutias, haud majoris, quam Problemata illa, momenti, Disquisitione accurata est dignatus, Consuetudinis scil. Veterum Grammaticorum tenacissimus, qui, in Quæstionibus variorum generum frivolis ac nugacibus, ex Homeri, aliorumque Poetarum, Monumentis plerumque depromptis, in utramque partem ventilandis, ac dissolvendis, Ætatem universam, labore inani atque inutili, consumebant, a Seneca, *Ep.* 88., & *in Lib. de Brevitate Vitæ c.* 13. ac Juvenali, *Sat. VII.* merito reprehensi. Numerum illarum haud exiguum, e Veterum Scriptis, congessit Johan. Wouwerius, *in Tr. de Polymathia, c.* 10. de Curiositate hac istorum inani & supervacua fusius commentatus. Male autem in hunc censum a Gellio referri Operam, quæ Scriptoribus Homonymis colligendis, ac recte distinguendis, ab Amico suo, est impensa, & Schediasma hoc nostrum,

strum, pluribus in locis, evicit, &, Jonsius, *L.* 4. *de Scriptt. Hist. Philos. p.* 341., recte monuit.

IV. DIONYSII SINOPENSIS, Poetæ Comici, Scriptum περὶ ὁμωνύμων, ab Athenæo, *L.* 14. *c.* 1., & Demosthenis Scholiaste, laudatum, Operibus hujus Argumenti Historicis Is. Casaubonus (*in Notis ad Laertium*,) & Johan. Wouwerius (*in Tr. de Polymathia*, *c.* 16., *p.* 165.) itidem accensent. Sed falli eos, ac Fabulis illud Poetæ hujus Comicis potius esse annumerandum, Joh. Jonsius (*l. c.*, *l.* 3. *c.* 8. *p.* 250., & *L.* 4. *p.* 347.) docuit, Autoremque circa Olymp. C., vixisse simul conjectavit.

V. Pari errore, a Casaubono (*in Notis ad Laertii Thaletem*,) in eundem censum refertur SIMARISTI Liber περὶ συνωνύμων, mere Grammaticus, quo de Synonymis egit Grammaticis, & Voces Appellativas affines exposuit. V. Jonsium *l. c. p.* 347. 348.

CAPUT III.

Scriptores enumerans Subsidiarios, in suis, quibus Historiam illustrarunt Literariam, Monumentis, circa Homonymos etiam recensendos & distinguendos, frequenter, licet haud ex professo, occupatos.

§. I.

INter Scriptores Subsidiarios, etiamnum superstites, Locum merito Principem decernimus DIOGENI LAERTIO, Cilici, qui, juxta Vossium, Antonino Pio, juxta Jonsium autem, Septimio Severo & Antonino Caracallæ, fuit coævus, deque Historia Antiquiori Philosophica, cujus Notitiam pleniorem atque accuratiorem ei propemodum soli nostra debent Tempora, præclare admodum est meritus Libris X. περὶ Βίων, Δογμάτων καὶ Ἀποφθεγμάτων τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, de quibus; *in Apparatu ad Notitiam Reip. Ecclesiastico-Literariæ Geographicam*, fuse aliquando disseremus. In illis Vitæ Philosophi cujuslibet, a se celebrati, Indicem Scriptorum, Virorumque Illustrium, ei Cognominum, e Demetrii plerumque Magnetis περὶ τῶν Συγγραφέων ὁμωνύμων Opere, *Cap. præced.* memorato, Instituto laudabili, attexit, & ab his illum Lectores suos jubet distinguere. Nomina Philosophorum, quorum Biographiis Catalogos hujusmodi subjunxit, *Sect. I., c.* 3. §. 3. jam recensuimus.

II. Succedat huic SUIDAS, Grammaticus Seculi XI., uti vulgo creditur, Byzantinus, Homonymos, in *Lexico* suo (de quo V. *Sect. II. c.* 5. §. 69.) satis copiose & diligenter quidem enumerans, sed & frequentissime, tum confundens, tum multiplicans, & caute proinde legendus, uti *Sect. I., cap. I.*, §. 6., jam est monitum. Ubi &, idem ferendum esse Judicium de Conr.

Ges-

Gesneri, Jos. Simleri & Joh. Jac. Frisii, *Bibliotheca Universali*, Opere cœtera eximio, multumque adjumenti Homonymorum Nomenclatori allaturo, simul indicatur.

III. Accurrationem etiam majorem merito desideres, in RAPHAELIS VOLATERRANI, Cognomine REGII, Juxta Vossium (*L.* 3. *de Hist. Lat. c.* 12., *p.* 672. 673. (1.), MAPHÆI autem, juxta Labbeum (*in B. B. p.* 310. 311.), gavisi, *XI. Libris Anthropologiæ, in quibus Clari Homines omnium Temporum, Linguarum & Gentium, Nominum Serie, recensentur.* Absolvunt illi Partem IIdam Ingentis *Commentariorum Urbanorum* Operis, quod in Urbe Romana, Sec. XVI. ineunte, esset scriptum, Titulo hoc ab Autore suo ornati, & in Partes III. (Geographicam, Anthropologicam & Philologicam, sive Technologicam), Librosque XXXVIII, divisi, quod, Julio II., Pontifici, dedicatum, Parisis A. 1526., Basileæ A. 1530. 1544. & 1559., ac Lugduni Gallorum A. 1552., prodiit. Ex mille amplius utriusque Linguæ Autoribus, ipso teste, est congestum, sed minus tamen benigna Eruditiorum Judicia expertum. V. Pauli Jovii *Elogia*, num. 118., & G. J. Vossium *l. c.* IV. Longe majori haud dubie Luce Argumentum hoc, imprimis autem Homonymorum Antiquiorum Historiam, perfudisset, si lucem vidisset publicam, CASP. BARTHII, Equ. Marchici, in Vete-

rum

(1.) Jos. Simlerus, *in Biblioth. p.* 596. cum a Raph. Regio distinguit.

Digitized by Google

rum Monumentis versatissimi, *de Scriptoribus Dubiis* (Ethnicis pariter atque Ecclesiasticis) *Commentarius*, ad umbilicum jam deductus, & in *Adversariorum* opere sæpius allegatus. Verum disparuit ille, una cum MStis aliis, statim ab Excessu Autoris sui, A. 1658. rebus humanis erepti, uti Christ. Daumius, Amicorum ipsius Princeps, in *Præfat. Animadversionum ejus in Statium*, *testatur*, &, ex ista, Val. Henr. Voglerus (*in Introd. ad Notit. Bon. Scriptt. c. 5. p. 25.*) Joh. And. Bosius (*in Schediasm. de comparanda Notitia Scr. Eccl., c. 5. p. 51.*), Theoph. Spizelius (*in Templo Honoris Reserato p. 387.*), Vinc. Placcius (*in Præf. Tr. de Scr. Anon. ac Pseudon.*), & W. E. Tenzelius (*in Dial. Menstr. Vernac., M. Jul. A. 1692. p. 611.*), non sine indignatione, referunt.

V. Simile, cum Opere Barthiano, fatum esse expertus, & in Manus itidem, vel furaces, vel invidas, incidisse, videtur LEONIS ALLATII, Chii, Bibliothecæ Vaticanæ Custodis, de Homonymorum Historia Scriptis aliis præclare meriti, *de Libris Apocryphis* Commentarius, ab Argumento hoc non admodum alienus, cujus, publice aliquoties promissi, Fragmenta tantum nonnulla, *Animadversionibus in Antiquitates Hetruscas*, aliisque Monumentis Literariis, adjecta, supersunt. V. Tenzelium *l. c.*, *M. Oct. A.* 1693., *p.* 820. 821.

VI. Scriptores Græciæ Homonymos nemo facile alius, & colligere, & distinguere, felicius potuisset JOH. MEURSIO Seniore, Viro, qui, &

& Literaturæ ac Polymathiæ Argolicæ peritia nulli hoc seculo fuit secundus, &, post Literarum παλιγγενεσίαν, primus, justa diligentia studium circa Homonymos Philologicum, uti Joh. Jonsius (*L. 1. de Scr. Hist. Philos., c. 2., p. 12.*) vere judicat, excoluit & resuscitavit. Quam idoneus, præ aliis, huic labori fuerit, luculenter ostendunt, tum Opuscula varia de Græcis certorum aliquot Nominum Scriptoribus Specialia, *cap. sequ.* enumeranda, tum Observationes ejusdem Argumenti Miscellæ ac Σποραδικαὶ, Notis ad Hesychii Milesii *Opuscula*, Helladii *Chrestomathiam*, Apollonii Dyscoli *Historiam Mirandam*, Nicomachum, Philostratum, Chalcidium, aliosque Autores Antiquos, ab illo editos, manu haud parca, crebro inspersæ. Quo magis dolendum, lucem nondum vidisse *Bibliothecam* ejus *Græcam, de Antiquis Scriptoribus Græcis, eorumque Operibus* (etiam deperditis), *Alphabeticam*, sæpius (*Lib. 2. Athen. Batav. p. 197. 198. in Lib. de Fort. Attica c. 3., & in Lectt. Theophrasteis c. 1.*) promissam, Libris IX. totidem Musarum Nominibus, ad exemplum Historiæ Herodoti, insignitis, absolutam, totiesque & tam avide, a Viris Doctis, Andrea imprimis Schotto & Luca Holstenio (in Epistolis ad Autorem ἀνεκδότοις), Phil. Labbeo (*in Biblioth. Bibliothecarum p. 205.*), Joh. Jonsio (*L. 3. de Scr. Hist. Philos., c. 20. p. 313.*), aliisque, expetitam. Superesse eam etiamnum inter Ἀνέκδοτα Meursiana, quæ Sam. Pufendorfius Viro summo, Joh. Georg. Grävio, ut ipso curante

rante edantur, e Biblioth. sua, transmisit, verum imperfectam, nec ultra Literam H. productam, Christ. Thomasii *Cogitata de Libris Recentioribus Jocoseria* Vernacula (*M. Nov. A.* 1688. *p.* 585. 586.) me edocuerunt. Sed, absolutam ego illam esse ab Autore, non dubito, cum edendæ ejus potestatem Guilh. Noomsio, Arlanderveniæ Domino, jam A. 1634. fecerit, in Epist. ad Gerh. Joh. Vossium d. 12. Jul. Scripta, & in *Appendice* Vossianarum (*num.* 200., *p.* 127.) obvia. Pollicitus est idem (*L.* 2. *Athen. Batav. p.* 197. 198., *in Præfat. Græcia Ludibunda*, *& in Lib. de Fortuna Attica*, *c.* 8.), imo prælo paratam habuit, ac Gerh. Joh. Vossio A. 1633. Amstelodamum, ut illic, *in Tomo Operum suorum Historico-Philologicorum Primo*, excuderetur, transmisit (2.), *Bibliothecam Atticam*, *de Antiquis Scriptoribus Atticis*, *eorumque operibus*, a Labbeo & Jonsio (*locis citatis*) honorifice itidem allegatam. Sed nec illa hactenus, etsi integrum jampridem, ab Autoris, in Dania A. 1639. defuncti, Excessu, Semiseculum sit elapsum, è Carcere suo, sive βιβλιοτάφῳ, emersit.

VII. Post Meursium, LEO ALLATIUS, Æmulus ipsius, in studio Homonymos Veteris ac Medii Ævi, imprimis Græcos, colligendi, felicissimus, in Librorum à se editorum ac edendorum Catalogo, Bibliothecas itidem duas Scriptorum Græcorum, alteram sc. Profanorum;

(2.) V. *Epist. ejus ad Vossium, d.* 20. *Aug. A.* 1633. *exaratam*, *in Appendice Vossianarum*, *num.* 175., *p.* 113.

rum, alteram Ecclesiasticorum, plurimum haud dubie Argumento huic lucis allaturas, promisit quidem, sed. affectas saltem, uti suspicor, reliquit, cum nondum hactenus in lucem prodierint. V. de iis Autorem *della Glorie de gli Incogniti p.* 307., Hier. Ghilini *Theatrum Hominum Literatorum Italicum*, *P. II.*, *p.* 175., Joh. Jonsii *L.* 3. *de Scr. Hist. Philos. c.* 20. *p.* 315., & Ant. Teiserii *Append. Catalogi Catalogorum p.* 20.

VIII. Duplicem istam jacturam animo feremus æquiori, ubi Duumviri nostræ Ætatis Eruditi, HENR. CHRISTOPH. HENNINIUS, Francus, Medicus in Batavia ἑλληνικώτατος, & HUMPHREDUS HODY, Th. Baccal., ac Collegii Wadhamensis Oxoniæ Socius, promissis steterint, suosque ejusdem *Argumenti* Labores juris fecerint publici. Ab illo enim (*Heninio*) expectatur *Bibliotheca Græca Quadripartita* 1. Scriptorum Philologicorum seu Grammaticorum, 2. Literatorum, qui Antiquitates Græcas illustrarunt, 3. Autorum Græcorum, qui ab Homero, ad captam usque Urbem Constantinopolitanam, scripserunt; 4. MSStorum Græcorum ἀνεκδότων, hinc inde in Bibliothecis latentium, quam a se asservari ineditam, sed bono tamen publico destinari, ipse *in Diss. de Linguæ Græcæ Pronunciatione Paradoxa*, Trajecti A. 1685. edita, testatur. Ab hoc autem (*in Præf. Historiæ Chronicæ Johannis Malelæ*, A. 1691. excusæ) promissa est *Diatriba de Scriptoribus Græcis variis, profanis & Ecclesiasticis*, e *Codd. MStis*, singulorum Nomi-

Nominum Scriptores singulis enumeratura Capitibus, cujus Editio Literarum Elegantiorum Studiosis erit gratissima.

IX. Sparsim varios Homonymorum Græciæ Indices, Joh. Meursii Exemplo, exhibuerunt *Gerh. Joh. Vossius*, in suis; quibus *Historicos*, Poetasque Græcos, Mathematicos item ac Rhetoras, fuse pariter atque accurate, recensuit, Commentariis, ac *Joh. Jonsius* nostras, Rendesburgo Holsatus, Gymnasii Francofurtensis Prorector, Historiæ Literariæ Antiquioris peritia nulli modernorum secundus, cujus *Libri de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ Quatuor*, Francofurti A. 1659. impressi, singulis, quos memorant, Autoribus coeteros, ejusdem Nominis participes, plerumque adjungunt, & Æg. Menagio uberem suas in Diogenem Laertium Commentationes, Observationibus, hujus generis Eruditis, exornandi atque locupletandi suppeditarunt Materiam.

X. Latinos quod attinet Scriptores Homonymos Vetustiores, multa de his passim suggerunt Gerh. Joh. Vossius in suis Historicorum, Rhetorum & Mathematicorum Catalogis, modo laudatis, Christoph. Sandius, in *Eruditis ad Vossii de Historicis Latinis Libros Animadversionibus*, Joh. Bertrandus, Ægid. *Menagius* (cujus hanc in rem consulendæ *Amoenitates Juris Civilis*) & Guilh. Grotius, JCtorum Biographi, Pet Crinitus, Lil. Greg. Gyraldus, & utroque accuratior, Gerh. Joh. Vossius, Poetarum Nomenclato-

elatores, aliique hujus generis Autores, quorum prolixiori Recenſu, ne *Bibliothecarum*, aut *Introductionem ad Hiſtoriam Literarum*, poſt Phil. Labbeum ac Val. Henr. Voglerum, ſcribere videamur, ſuperſedemus.

XI. Scriptores utriusque Linguæ Eccleſiaſticos, aliis accuratius atque diligentius, ab Homonymis diſtingvunt Phil. Labbeus, Jeſuita Pariſienſis, in *Diſſ.* de illis Bipartita, Pariſiis A. 1660. excuſa, &, qui hujus veſtigiis ſedulo inſiſtit, Joh. Gotfr. Olearius, *in Abaco Patrologico*, Jenæ An. 1673. edito; Caſimirus item Oudinus, in *Supplemento* Libri de iisdem Bellarminiani, quod, ante ſuam ad Reformatos Apoſtaſiam, cum Ordinis adhuc Præmonſtratenſis in Galliis eſſet Presbyter, Pariſiis A. 1686. evulgavit. Magno, præ cœteris, erunt uſui GUILH. CAVII, Angli, Th. D. & Canonici Windſorienſis, Monumenta varia Patrologica, non minus accurata, quam Erudita, *Chartophylax* imprimis *Eccleſiaſticus*, Londini. A. 1685., & *Hiſtoria Scriptorũ Eccleſiaſticorum Literaria*, ab Henr. Whartono, Appendice (quæ Sec. XIV. XV. & XVI. exhibet) peculiari aucta, ibidem A. 1689. edita, & Genevæ, aliquot poſt Annis, recuſa. Conſuli etiam poteſt JOH. HüLSEMANNI, Theologi Lipſienſis, *Patrologia*, *Vindiciis* ejus *Locorum Scripturæ Claſſicorum*, & *Prælectionibus in Lib. Concordiæ*, Lipſiæ A. 1679. a Diſcipulo atque Succeſſore illius, Joh. Ad. Scherzero, editis, adjecta, in qua ſubinde ad Digreſſiones de Homonymis breviores evagatur.

XII. Homonymos Recentiores, nemo, inter Scriptores Bibliothecarios modernos, mihi visos, diligentius a se invicem secrevit, quam JOH. CHRISTOPH. BECMANNUS, Francofurtanæ ad Viadrum Academiæ Polyhistor, in *Catalogo Librorum Bibliothecæ illius Publicæ*, satis & locuplete, & accurato, *Memorandorum* ejus *Francofurtanorum*, quæ An. 1676. prodierunt, Partem constituente Secundam, meritoque, hanc ob causam, Historiæ Literariæ Tyronibus commendando. Pauca utique sunt, si cum aliorum Lapsibus frequentissimis conferas, in quibus ille impegit, *Sectione II.* modeste passim a nobis notata.

CAPUT IV.

Scriptores enumerans Historiæ Homonymorum Literariæ magis Speciales, quorum Industria, circa Prænomina saltem singula, vel pauciora, fuit occupata.

§. I.

SCribendi hoc Genus immerito nonnullis est invisum, Danieli imprimis Georgio Morhofio, qui (*in Polyhist. Liter., P. I., L.* 1., *c.* 18., *p.* 209.) *nescio quam minutam*, in illo, notat, *Diligentiam*, & Domino de Sallo, Curiæ Parisiensis Consiliario, qui, *Ephem. Erudd. A.* 1665. *Tertia* (*p. m.* 20.) Leo-

Leonis Allatii de *Simeonibus Diatribam* recenſens, *id Scripturæ Genus ad Allatii eſſe genium, ſed aliquid novi ſapere, neque quicquam ejusmodi, in Operibus Veterum, eſſe relictum,* Demetrii Magnetis, Diog. Laertii, aliorumque, quos *Cap.* 2. *&* 3. commemoravimus, vel ignarus, vel incurioſus, judicat. Verum, cum Diſtinctioni illud Homonymorum accuratiori, cujus Neceſſitatem pariter atque Utilitatem tota hac Commentatione oſtendimus, famuletur, ac facem præferat, inſigne iſtud Eruditis emolumentum afferre, ac, inter Delicias atque Amœnitates Hiſtoriæ Literariæ, locum mereri haud infimum, neutiquam, me judice, poteſt negari.

II. Inter illos autem, qui, de Prænominum ſingulorum Scriptoribus, Virisque Celebribus, ſunt commentati, & *Capite* hoc enumerabuntur, recenſendos ſibi delegerunt:

1. ADRIANOS, M. Adrianus Beierus, Archidiac. Jenenſis, *in Millenario Adrianorum* Inedito, quem, in *Syllabo Profeſſorum Jenenſium p.* 861. ipſe allegat.
2. ALYPIOS, Joh. Meurſius Senior, *in Notis ad Ariſtoxenum, Nicomachum & Alypium,* Scriptores Antiquos Muſicos, a ſe Lugd. Bat. A. 1616. *in 4to* editos.
3. ANDREAS, Andreas de Sauſſay, Pariſinus, ex Paſtore & Officiali Civitatis Patriæ, Epiſcopus & Princeps in Lotharingia Tullenſis, *in Volumine de S. Andreæ, Apoſtoli, Laudibus & Gloria,* Pariſiis A. 1656. in fol., Typis excuſo

Cramoyſianis, Scriptores etiam alios, ac Viros Illuſtres, hoc Nomine gaviſos, recenſente. V. Ph. Labbei *Biblioth. Bibliothecarum. p.* 14. Anton. Teiſerii *Catalogum Catalogorum, p.* 14. Corn. a Beüghem *Bibliogr. Hiſtor. p.* 221.

4. ANTIGONOS, Joh. Meurſius, *in Notis ad Antigoni Caryſtii Hiſtoriam Mirabilem*, a ſe Leidæ A. 1619. editam.

5. ANTONIOS, Ant. Sanderus, Gandavenſis, Canonicus Tornacenſis, *in Libris III. de Claris Antoniis, quorum Imus Vitæ Sanctitate notos, IIdus Præſules & Magnates, IIIius Literis & Eruditione præſtantes, complectitur.* Prodiere illi Lovanii An. 1627. in 4to (juxta *Catal. Fresneanum*, & Labbei *B. B. p.* 29.) & Duaci An. 1637. in 4to (teſte Ant. Teiſerio *in C. C. p.* 27.

6. APOLLODOROS, Scipio Tettus, Neapolitanus, *Vir*, Simlero Judice, *Doctus*, in *Tractatu* de iis peculiari, præfixo Apollodori Athenienſis *Bibliothecæ Deorum*, cum Verſione Bened. Ægii Spoletini, Romæ A. 1555. *in 8vo*, ex Officina Commeliniana An. 1599. *in 8vo*, &, cum Notis Tanaqu. Fabri, Salmurii A. 1661. in 8vo, editæ. V. Joſ. Simleri *Biblioth. p.* 57., & Ph. Labbei *B. B. p.* 32. 319.

7. APOLLONIOS: *a.* Joh. Meurſius Senior, in *Notis* ad Apollonii Alexandrini, ſive Dyſcoli, *Hiſtoriam Mirandam*, vel (uti ipſe, Suidæ Exemplo, eam inſcripſit) *Commentitiam*, An. 1619. a ſe publicatam. Gerh. Joh. Voſſius, *Lib.* 1. *de Hiſt. Gr. c.* 23. *p.* 149. expectari ab eo-

eodem jussit *Syntagma de Apolloniis* peculiare, diversum haud dubio a *Notis* his, quadriennio jam integro ante Opus Vossianum, An. 1623. demum excusum, editis; β. Johannes Jonsius, *L. 3. de Scriptt. Histor. Philos.*, *c. 5. p.* 230., *& c.* 9. *p.* 258. 259. ubi XXII. enumerat; γ. Rich. Bentlejus, Anglus, *in Diss. de Apolloniis & Philostratis*, quam *Operibus* Philostratorum, ab illo edendis, adjectum iri, *Catal. Nund. Vern. Lips. An.* 1694. *p.* 12. promisit.

8. ARISTOTELES XXI. Joh. Jonsius nostras *in Dissert. I. Historia Peripatetica*, ab Incomparabili ejus Discipulo, Marqu. Gudio, Hamburgi An. 1652. *in 4to* edita. XI. alios istis An. 1659. adjecit, novasque simul de prioribus Observationes exhibuit, *Lib.* 1. *de Scr. Hist. Philos.*, *c.* 12. *p.* 60-68.

9. ARISTOXENOS, Joh. Meursius, *in Notis ad Aristoxenum* Musicum, *num.* 2. jam laudatis.

10. BERNHARDOS varios, Poetas omnes Ævi Sequioris Latinos, Christoph. Daumius, Scholæ in Misnia Cygnææ Rector, sub initium *Notarum* ad Bernhardi Geystensis *Palponistam*, quas suæ illius Editioni, Cygnææ A. 1660. in 8vo excusæ, adjecit, *p.* 41-45.

11. CLEMENTES VII., Pontifices Romanos, Jac. Heerbrandus, Professor Acad. Tubingensis Theologus, in *Orat.* peculiari, quam, in Steph. Gerlachii, & Georg. Mylii Promotio-

nis Doctoralis Panegyri recitavit, cum reliquis istius *Actis*, edita Tubingæ An. 1580. *in 4to.*

12. CONSTANTINOS, Leo Allatius Chius, in Diss. Inedita, cujus in *Epistola*, Συμμίκτοις suis, Coloniæ A. 1653. excusis, præfixa, injicit mentionem.

13. DIONYSIOS Veteris Ecclesiæ, Joh. Georg. Dorscheus, Theol. Rostoch., *in Sermone Finali*, cum d. 30. Oct. An. 1656. Rectoratum Academiæ deponeret, dicto, ac *Sylloge Semestri Miscellaneorum Historico-Theologicorum*, Rostochii An. 1669. *in 4to* excusæ, *p.* 19-77. inserto. Dionysios Paganos autem Joh. Meursius, *in Notis ad Helladii Chrestomathiam*, & Joh. Jonsius *L.* 3. *de Scr. Hist. Philos. c.* 8.

14. ERYCIOS, Erycius Puteanus, Prof. Lovaniensis, *in Syntagmate de Nomine Erycii*, quod Francofurti An. 1606. in 8vo edidit, teste Henn. Wittenio, *Dec. IV. Memor. Philos. Renov. p.* 568.

15. FRANCISCOS, Franciscus Stillerus, Pragensis, Jesuita, in *Anno Franciscorum, sive Binis Ephemeridis illorum Historicæ Semestribus*, Pragæ A. 1680. in 4to impressis, in quibus, ad dies propemodum singulos, Francisci alicujus, sive Clerici, sive Laici, Gesta, modo brevius, modo prolixius, enarrantur. V. Christ. Junckeri *Tr. de Ephemeridibus, sive Diariis Eruditorum p.* 6.7.8.

16. FRIDERICOS, e Familia Ducum atque Electo-

lectorum Saxoniæ Witekindea, Illustres, M. Adr. Beierus, Archidiac. Jen., *in Friderico Witekindeo*, sive Catalogo illorum Novemplici, Metrico-Prosaico, Rectoratui Academico Jenensi Friderici Senioris, Ducis Saxoniæ, An. 1654. consecrato. Occurrit is, in ipsius *Syllabo Rectorum & Professorum Jenensium*, Jenæ A. 1659. in 120. edito (*p*. 373-412.) sed ad nostrum haud spectat Institutum, cum Principes celebret, non Homines Eruditos.

17. GEORGIOS, Leo Allatius, *in Dissert. de Georgiis, & eorum Scriptis, in qua de Georgiis omnibus agitur, qui Græce aliquid scripserunt, eorumque Monumenta indicantur, &, in quibus Bibliothecis lateant, aperitur*, Georgii Acropolitæ *Chronico Constantinopolitano*, Parisiis A. 1651. in fol., GræcoLatine a se edito, adjecta. Edmundo ea Albertino, Theologo Galliæ Reformato, Typothetæ incuria, in *Indice Autorum*, Guilh. Cavii *Historia Scriptorum Ecclesiasticorum Literaria præfixo*, tribuitur. *Multa illam memorabilia, de Libris, a Georgiis conscriptis, continere, nec pauca habere, ad Notitiam Historiæ Ecclesiasticæ, præcipue Orientalis, pertinentia*, censet Dan. Georg. Morhofius, *in Polyhist. Liter., Lib*. 1. *c*. 18. *p*. 209. 210.

18. GREGORIOS, Gregorius Polydorus, Pistoriensis Hetruscus, Ord. S. Aug. Theologus, *in Libro Gregoriano, de XIV. Gregoriis, Summis Pontificibus, de XIII. Gregoriis Episcopis, & Uno Gregorio Presbytero, eorumque Vitis, Moribus*

Gestis, Florentiæ A. 1598. edito. V. Joh. Hallervordii *Biblioth. Curiosam p.* 112. Ant. Teiſerii *C. C. p.* 113. Caſp. Sagittarii *Introd. in Histor. Eccl. c.* 26., §. 668.

19. HENRICOS, Johannes Capgrave, Cantianus Anglus, Th. D., Monachus Auguſtinianus Cantuarienſis, tandemque Ord. Provincialis, Lynnæ d. 12. Aug. A. 1264. defunctus, in *Historia de omnibus Inclytis Henricis*, in tres diviſa Partes (quarum Ima de Henricis, Imperatoribus Germaniæ, IIda de Henricis, Regibus Angliæ, IIIia de aliis Scriptoribus ac Viris Illuſtribus, agit), & Henrico VI., Regi Angliæ, inſcripta. Ἀνέκδοτος ſupereſt in Bibliothecis Cantabrigienſi & Cottoniana. V. Gerh. Joh. Voſſii *Lib.* 3. *de Hist. Lat.*, *c.* 9., *p.* 633., Henr. Whartoni *Append. ad Guilh. Cavii Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 89., *ac Tomum II. Anglia Sacra*, *Acta* item, in quibus hic allegatur, *Eruditorum Lipsiensia*, *T. II. Supplem.*, *Sect. IV.*, *p.* 158.

20. JACOBOS, Ludov. Jacob. a S. Carolo, Cabilonenſis Burgundus, Carmelita hujus ſeculi Pariſienſis, in Tr. Inedito *de Claris Jacobis*, de quo V. Labbei *B. B. p.* 254. & Teiſerii *C. C. p.* 224.

21. JOHANNES, Johannes Nadaſi, Tyrnavia Hungarus, Jeſuita Vindobonenſis, qui Eleonoræ, Ferdinandi III. Imp. Viduæ fuit a Confeſſionibus, *in Anno Johannis*, *ſive de Sanctis*, *Johannis nomine appellatis*, Pragæ An. 1664.

1664. edito. V. Nathan. Sothwelli *Biblioth. Jesuiticam p.* 482.

22. METHODIOS, Leo Allatius, *in Diatriba de his, & illorum Scriptis*, peculiari, Methodii, Episc. Tyrii, *Symposio X. Virginum*, a se, Romæ A. 1656. in 8vo, GræcoLatine edito, adjecta. In *Indice* Caviano, *num.* 17. allegato, perperam Edm. Albertino adscribitur.

23. NICETAS, Idem Allatius, in *Dissert.* peculiari, allegata a Joh. Andr. Bosio, *in Diss. de Notit. Scr. Eccles. c.* 4. §. 15. *p.* 43. & Hedouvillio, *Ephem. III. Erudd. A.* 1665. *p. m.* 20.

24. NICOMACHOS, Joh. Meursius, *in Notis ad Aristoxenum, Nicomachum, & Alypium*, Scriptores Musicos Antiquos, Lugd. Bat. An. 1616. a se editos.

25. NILOS, Leo Allatius, *in Diatriba de his, & Scriptis illorum*, Nili Ascetæ *Libris IV. Epistolarum*, Romæ A. 1668. in fol., GræcoLatine a se publicatis, adjuncta. V. Corn. a Beughem *Bibliogr. Histor. p.* 6., & Chr. Junckeri *Tr. de Diariis Erudd. p.* 8.

26. PAULOS V., Pontifices Romanos, Thomas Wegelinus, Th. D. & PP. Argentinensis, *in Orat. de Quinque Paulis Romanis*, Argentinæ A. 1609. *in 4to* excusa.

27. PETROS, M. Adr. Beierus, Archidiac. Jen. *in Duobus Millenariis Petrorum ἀνεκδότοις*, in gratiam Pet. Winstrupii Junioris, Episcopi in Scania Londinensis, cum Jenæ is studiis in-

cumberet, collectis, ac *in Syllabo Profess. Jenensium p.* 752. 753. memoratis.

28. PHILIPPOS, Phil. Labbeus Jesuita Parisiensis, si fidem meretur Ant. Teiserii *Index VItus Scriptorum de Homonymis*, *Catalogo Catalogorum* (*p.* 355.) adjectus. In ipso enim *Catalogo Catalogorum*, Labbei *Bibliotheca Bibliothecarum*, & Sothwelli *Biblioth. Jesuitica pag.* 710. 711. nulla, in Scriptorum Autoris hujus Indiculis, Commentationis Argumenti istius, vel editæ, vel promissæ, occurrit Mentio.

29. PHILONES, Leo Allatius, in *Diatriba* peculiari, cujus, sub initium *Notarum*, Philonis Byzantii *Libro de VII. Orbis Miraculis*, Romæ A. 1640. a se edito, subjunctarum, meminit, teste Gerh. Joh. Vossio (*L.* 4. *de Hist. Gr. p.* 522.) an prodierit, dubio. Memoratur etiam ab Hedouvillio, *Ephem. III. Erudd. An.* 1665. *p. m.* 20. & Ant. Teiserio, in *Indice VI. Catalogi Catalogorum*, (nullam tamen ejus facientis mentionem,) *p.* 355.

30. PHILOSTRATOS: *α.* Joh. Meursius, in *Dissertatiuncula* de illis peculiari, Philostrati Lemnii, Sophistæ, *Epistolis*, a se primum Lugd. Bat. 1616. *in 4to* editis, adjecta; *β.* Phil. Labbeus *in Examine* suo *Dissertatiunculæ* istius Meursianæ, quod, *in B. B. p. m.* 306., allegat, hactenus forte Inedito; *γ.* Rich. Bentlejus, Anglus, in *Diss.* promissa de *Apolloniis & Philostratis*, Operibus Philostratorum præfigenda. Conf. *Num.* 7.

31. PRO-

Digitized by Google

31. PROSPEROS, Prosper Mandosius, Equ. Rom., & *Bibliotheca Romana* Scriptor, quem *Librum de Claris Prosperis* editurum esse, Ant. Teiserius, *in C. C. p.* 279. testatur.

32. PTOLOMÆOS, Joh. Meursius, teste Ant. Teiserio *in Indice VI. Scriptorum de Homonymis* quem *Catalogo Catalogorum* (de hoc Labore silenti) adjecit, *p.* 355.

33. PYTHAGORAS XX., *in Not. ad Lib. II. Elementorum Harmonicorum Aristoxeni*, Lugd. Bat. An. 1616. editorum. V. Labbei *B. B. p.* 204. & Teiserii *C. C. p.* 191.

34. 35. 36. 37. SIMEONES, SIMONES, SIMONIDAS & SIMONACTIDAS, Leo Allatius, *in Diatriba de Scriptis Simeonum*, quæ, una cum Simeonis Metaphrastæ *Planctu S. Mariæ ob Mortem Christi*, & *Epistolis* aliquot, GræcoLatine ab eo editis, Parisiis A. 1664. *in 4to* prodiit, tum seorsim, tum in Franc. Combefisii *Originum Rerumque Constantinopolitanarum Manipulo*. V. Hedouvillii (obliqua eam Censura notantis) *Ephem. Erudd. III. An.* 1665. *p. m.* 20. & Cornelii a Beüghem *Bibliograph. Histor. p.* 6. *ac* 70.

38. STEPHANOS, Stephanus Bonafaccia, Romanus, in Opere grandi, Inedito, *de X. Stephanis Pontificibus, ac omnibus simul, qui Stephani Nomen habuere, Viris Illustribus*, cujus (e Prosp. Mandosii *Vol. II. Biblioth. Romana*,) Mentio occurrit *in Actis Erudd. Lips.*, *M. Jul. A.* 1693., *p.* 309.

39. THE-

39. THEODOROS, Leo Allatius, in *Diss. Inedita*, quam ipse allegat in *Epistola, Symmictis* suis A. 1653. præfixa.

40. THEOPHILOS, Theophilus Raynaudus, Cespitellensis Sabaudus, Jesuita in Galliis Lugdunensis, in *S. Johanne Theophilo*, de Theophilis etiam pluribus agente, Editioni *Operum* ejus, *Tomis XX.* Lugduni Gallorum An. 1665. in fol. publicatæ, inserto. V. Labbei *B. B. p.* 335. & Teiserii *C. C. p.* 302. Sothwellus (*in Biblioth. Jes. p.* 758. 759.) Scripta Raynaudi enumerans, de isto silet.

41. THOMAS, Thom. Stapletonus, Anglus, Th. PP. Lovaniensis ac Duacenus, cujus exstant *Tres Thomæ, seu Tr. de S. Thoma Apostoli Rebus gestis, de S. Thoma, Archiepisc. Cantuariensi & Martyre, & de Thoma Mori, Angliæ Cancellarii, Vita*, Duaci A. 1588. in 8vo excusus. V. Teiserii *C. C. p.* 308., & alios.

42. TYBURTIOS Ecclesiæ Veteris, Johan. Georg. Dorscheus, *in Sermone Inaugurali*, d. 24. Apr. An. 1656., cum Rectoratum Acad. Rostoch., die Tyburtii antecedente sibi decretum, capesseret, dicto. Exstat is, *in Sylloge Semestri Miscellaneorum Historico-Theologicorum*, Rostochii An. 1669. *in 4to* excusa, *p.* 1-19.

43. VICTORINOS V. Veteris Ecclesiæ, Joh. de Launoy, Theol. Parisiensis, *in Appendice Dissertationis de Victorino, Episc. Pitabionensi & Martyre*, Argentinæ A. 1659. *in 8vo* editæ.

44. UR-

Digitized by Google

44. URBANOS VIII., Pontifices Romanos, Elias Ehingerus, Gymnasiarcha Augustanus & Ratisbonensis, in *Or.* de illis peculiari, quam ejus *Historia Sec. XV. Ecclesiastica*, Francof. An. 1659. impressa, *p.* 651-660., exhibet.

45. WOLFGANGOS, Wolfg. Lazius, Med. PP. Vindobonensis, & Ferdinandi I. Imp. Consil. atque Historicus, quem *de Doctis Wolfgangis* scripsisse, solus Ant. Teiserius (*in C. C. p.* 315.) incertum quo Autore, testatur.

III. Hactenus enumerati Scriptores, Virosque Illustres, ejusdem Prænominis, ex professo, & Lucubrationibus utplurimum integris atque peculiaribus, celebrarunt vel recensuerunt. Cœteros, qui, variis in Scriptis, sparsim atque obiter, similes eorundem exhibuerunt Catalogos, ob multitudinem, subjungere illis jam non vacat. Quorundam *Sect. I. cap. III.* facta est mentio, unde, si lubet, eorum tibi notitiam parabis.

CAPUT V.

Scriptores enumerans Historiæ Homonymorum Subsidiarios Speciales, circa Cognominia certa ac singula occupatos.

§. I.

HOs inter celebrarunt:

1. BOR-

1. BORROMÆOS Mediolanenses, Basilius de Serenis, cujus *Elogia in Clarissimam Borromæorum Familiam*, sub Titulo *Stylobatæ Ethici*, Mediolani A. 1618. in 4to prodiere testibus *Catalogo Fresneano*, & Joh. Hallervordio *in Bibl. Cur. p.* 31. An de solis agant Literatis, dubito.

2. CAPELLOS Galliæ, Ludov. Capellus Jun. Theol. & L. Hebr. Professor, ad An. usque Emortualem 1658., Salmuriensis, *in Commentario de Capellorum Gente*, quem ipsius, Fratrisque Jacobi, Scriptis in V. T. Exegeticis, Amstelodami a se A. 1689. in fol. junctim editis, præfixit Filius ejus atque Successor, Jac. Capellus Jun. L. Hebr. itidem in Acad. Salmuriensi Interpres. V. *Acta Erud. Lips. M. Aug. An.* 1689. *p.* 411. 412. & Conf. quæ *Sect. I. c.* 4., §. 11. de eodem diximus.

3. CONTARENOS Venetos, Balth. Bonifacius Rhodiginus, *in Elogiis Contarenis*, Venetiis A. 1623. in 4to, teste *Catal. Fresneano*, excusis. Commendat illa Gerh. Joh. Vossius, *Lib.* 3. *de Hist. Lat. c.* 7. *p.* 583.

4. FISCHEROS X., Joach. Meierus, PP. Göttingensis, in *Diss.* peculiari ad Christoph. Fischerum, Superint. Göttingensem, *Epistolica*, cujus Notitiam Literis Ulrici Winckelii, JCti in Civitate Hamburgensi Eximii, amicis debeo.

5. JUSTINIANOS Genuenses, Mich. Justinianus, Patricius Genuensis & Abbas, in *Bibliothe-*

Digitized by Google

theca Justiniana Inedita, laudata ab Ant. Teiserio *in C. C. p.* 240.

6. LUPOS, WOLFIOS, aliosque λυκωνύμυς, sive a Lupis Nomina & Cognomina adeptos; *α.* Jac. Thomasius, Acad. Lipsiensis Polyhistor, *in Disp. de Nominibus atque Insignibus Lupinis*, Lipsiæ A. 1667. Resp. Justiniano Wolfio Numburgensi. habita, & *in 4to* edita; *β.* Christ. Franc. Paulinus, Poliater Isenacensis, in *Lycographia*, Francof. An. 1694. excusa, *P. II.*, *c.* 1. *p.* 74.-104.
7. MUTIOS, ICtos Veteris Romæ Celeberrimos, Franc. Balduinus Atrebas, IC. Parsiensis, in peculiari *de Gente Mutia Commentario*, quem *Doctissimum* vocat Frid. Jac. Leikherus *in Notis ad Vitas Clariss. JCtorum p.* 129.
8. PHILADELPHOS VIII., Joh. Jonsius, *L.* 2. *de Scr. Hist. Philos. c.* 1., *p.* 113. 114.
9. PSELLOS Græciæ, Leo Allatius, *in Diatriba de Psellis, & eorum Scriptis*, ad Jac. Gaffarellum. Prodiit illa Parisiis A. 1630. in 4to, Romæ A. 1634. in 8vo, & (si Labbeo *in B. B. p.* 242., ac Teiserio *in C. C. p.* 217., tuto credi potest) ibidem jam ante A. 1605. in 8vo Cavius, *in Chartophyl. Eccl. p.* 222., ob *Diligentiam miram* illam commendat.
10. SAGITTARIOS Familiæ suæ, Casp. Sagittarius, Lüneburgensis, Th. D. ac Hist. PP. Jenensis, in *Diss. Epistolica* peculiari, A. 1694. edita, de qua, *Sect. II.*, *c.* 7., §. 114., jam dictum.

SPI-

11. SPINOLAS Genuenses, Aubertus Miræus, Bruxellensis, Decanus Antwerpiensis, in *Elogiis Illustrium Gentis Spinolæ*, quorum Editio II. Coloniæ A. 1641. in 4to, teste *Catal. Fresneano*, est excusa. Dubito tamen, an Homines illa Eruditos celebrent.

12. STEPHANOS, Typographos Galliæ Inclytos atque Eruditos, Theod. Jansonius ab Almeloveen, Med. D. & Practicus in Batavia Goudanus, nobis amicissimus, *in Dissert. Epistolica, ad Joh. Georg. Grævium, de Vitis Stephanorum, Celebrium Typographorum, in qua de Stephanorum Stirpe, Indefessis Laboribus, varia Fortuna, atque Libris, quos Orbi Erudito eorundem Officina impressos unquam exhibuerunt, subjecto illorum Indice, accuratius agitur, atque obiter multa scitu jucunda asperguntur*; Amstelodami A. 1883. *in 8vo* edita. Recensum ejus Compendiarium invenies, *in Actis Eruditorum Lipsiensibus, M. Majo A.* 1684., *p.* 202-206.

13. TERENTIOS Ævi Prisci, Joh. Lomeierus, Gymnasii Patrii Zutphaniensis Professor, *in Diss. Vita Decadis Prima Dierum Genialium*, Daventriæ A. 1694. in 8vo publicatæ.

II. Scriptorum hujus Generis Subsidiariorum numerum aliquando augebit MOLA nostra MUSARUM CASTALIA, *Molleros, Molitores, Mylios, Mylæos, Mylonios, Malderos, Monerios, Molinaros Molnaros, Brandmulleros, Ettmulleros,* Hegenmulleros, *Schragmulleros, Werdmulleros,*

mülleros, *Meulenios*, *Millios*, *Molaos*, *Molanos*, *Moletios*, *Molinaeos*, *Molinas*, *Molinettos*, *Molineuxios*, *Molinerios*, *Molinos*, *Molinosios*, *Mollios*, *Mollenbeckios*, *Mollenbrocios*, *Molrados*, *Muhlios*, *Muhlbachios*, *Myhlbergios*, *Mulenios*, *Mulhusinos*, *Mulingios*, *Mulmannos*, *Mulneros*, *Muhlphortios*, *Mylandros*, *Vandermylios*, *Kimchios*, Scriptoresque alios, Cognomina, vel a Molis, & Re Molari, derivata, vel eidem affinia, adeptos, Numerum jam excedentes Quingentesimum, modo fusius celebratura, modo brevius enumeratura. Titulum *Molæ Musarum Castaliæ, Scholæ Eruditorum Panepistemonicæ*, Operi huic affecto tribuendi ansam nobis suggesserunt Incredibilis Scriptorum μυλωνύμων, Musarum Castra secutorum, Multitudo, & Ingentia horum in omne Literarum genus Merita, quæ Hebræi etiam, in sequenti de Kimchiis suis *Dicterio Proverbiali*, deprædicarunt:
אם אין קמח אין תורה אם אין תורה אין קמח:
Nec ipsas Molas a Musarum Consortio omnino esse alienas, ᾠδαὶ Pittaci, aliorumque Veterum, ostendunt Ἐπιμύλιοι, de quibus Ælianus *L.* 7. *c.* 4., Athenæus, Jul. Pollux, aliique, consulendi. Imo Diis omnibus, eodem, quo a nobis, Sensu Allegorico, Molas olim esse attributas, e Versu patet, sive Sibyllino, sive Proverbiali, notissimo:

ὀψὲ θεῶν ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτά.

Quem alii h. m. efferunt:

ὀψὲ θεοῦ μύλοι ἀλέουσι τὸ λεπτὸν ἄλευρον.

Nnn Ta-

Gestis, Florentiæ A. 1598. edito. V. Joh. Hallervordii *Biblioth. Curiosam p.* 112. Ant. Teiſerii *C. C. p.* 113. Caſp. Sagittarii *Introd. in Histor. Eccl. c.* 26., §. 668.

19. HENRICOS, Johannes Capgrave, Cantianus Anglus, Th. D., Monachus Auguſtinianus Cantuarienſis, tandemque Ord. Provincialis, Lynnæ d. 12. Aug. A. 1264. defunctus, in *Historia de omnibus Inclytis Henricis*, in tres diviſa Partes (quarum Ima de Henricis, Imperatoribus Germaniæ, IIda de Henricis, Regibus Angliæ, IIIia de aliis Scriptoribus ac Viris Illuſtribus, agit), & Henrico VI., Regi Angliæ, inſcripta. Ἀνέκδοτος ſupereſt in Bibliothecis Cantabrigienſi & Cottoniana. V. Gerh. Joh. Voſſii *Lib.* 3. *de Hist. Lat.*, *c.* 9., *p.* 633., Henr. Whartoni *Append. ad Guilh. Cavii Hist. Lit. Scr. Eccl. p.* 89., *ac Tomum II. Anglia Sacra*, *Acta* item, in quibus hic allegatur, *Eruditorum Lipſienſia*, *T. II. Supplem.*, *Sect. IV.*, *p.* 158.

20. JACOBOS, Ludov. Jacob. a S. Carolo, Cabilonenſis Burgundus, Carmelita hujus ſeculi Pariſienſis, in Tr. Inedito *de Claris Jacobis*, de quo V. Labbei *B. B. p.* 254. & Teiſerii *C. C. p.* 224.

21. JOHANNES, Johannes Nadaſi, Tyrnavia Hungarus, Jeſuita Vindobonenſis, qui Eleonoræ, Ferdinandi III. Imp. Viduæ fuit a Confeſſionibus, *in Anno Johannis*, *ſive de Sanctis*, *Johannis nomine appellatis*, Pragæ An.

1664.

Digitized by Google

1664. edito. V. Nathan. Sothwelli *Biblioth. Jesuiticam p.* 482.

22. METHODIOS, Leo Allatius, *in Diatriba de his, & illorum Scriptis*, peculiari, Methodii, Episc. Tyrii, *Symposio X. Virginum*, a se, Romæ A. 1656. in 8vo, GræcoLatine edito, adjecta. In *Indice* Caviano, *num.* 17. allegato, perperam Edm. Albertino adscribitur.

23. NICETAS, Idem Allatius, in *Dissert.* peculiari, allegata a Joh. Andr. Bosio, *in Diss. de Notit. Scr. Eccles. c.* 4. §. 15. *p.* 43. & Hedouvillio, *Ephem. III. Erudd. A.* 1665. *p. m.* 20.

24. NICOMACHOS, Joh. Meursius, *in Notis ad Aristoxenum, Nicomachum, & Alypium*, Scriptores Musicos Antiquos, Lugd. Bat. An. 1616. a se editos.

25. NILOS, Leo Allatius, *in Diatriba de his, & Scriptis illorum*, Nili Ascetæ *Libris IV. Epistolarum*, Romæ A. 1668. in fol., GræcoLatine a se publicatis, adjuncta. V. Corn. a Beughem *Bibliogr. Histor. p.* 6., & Chr. Junckeri *Tr. de Diariis Erudd. p.* 8.

26. PAULOS V., Pontifices Romanos, Thomas Wegelinus, Th. D. & PP. Argentinensis, *in Orat. de Quinque Paulis Romanis*, Argentinæ A. 1609. *in 4to* excusa.

27. PETROS, M. Adr. Beierus, Archidiac. Jen. *in Duobus Millenariis Petrorum ἀνεκδότοις*, in gratiam Pet. Winstrupii Junioris, Episcopi in Scania Londinensis, cum Jenæ is studiis in-

Digitized by Google

cumberet, collectis, ac *in Syllabo Profess. Jenensium* p. 752. 753. memoratis.

28. PHILIPPOS, Phil. Labbeus Jesuita Parisiensis, si fidem meretur Ant. Teiserii *Index VItus Scriptorum de Homonymis*, *Catalogo Catalogorum* (*p.* 355.) adjectus. In ipso enim *Catalogo Catalogorum*, Labbei *Bibliotheca Bibliothecarum*, & Sothwelli *Biblioth. Jesuitica pag.* 710. 711. nulla, in Scriptorum Autoris hujus Indiculis, Commentationis Argumenti istius, vel editæ, vel promissæ, occurrit Mentio.

29. PHILONES, Leo Allatius, in *Diatriba* peculiari, cujus, sub initium *Notarum*, Philonis Byzantii *Libro de VII. Orbis Miraculis*, Romæ A. 1640. a se edito, subjunctarum, meminit, teste Gerh. Joh. Vossio (*L.* 4. *de Hist. Gr. p.* 522.) an prodierit, dubio. Memoratur etiam ab Hedouvillio, *Ephem. III. Erudd. An.* 1665. *p. m.* 20. & Ant. Teiserio, in *Indice VI. Catalogi Catalogorum*, (nullam tamen ejus facientis mentionem,) *p.* 355.

30. PHILOSTRATOS: α. Joh. Meursius, in *Dissertatiuncula* de illis peculiari, Philostrati Lemnii, Sophistæ, *Epistolis*, a se primum Lugd. Bat. 1616. *in 4to* editis, adjecta; β. Phil. Labbeus *in Examine* suo *Dissertatiunculæ* istius Meursianæ, quod, *in B. B. p. m.* 306., allegat, hactenus forte Inedito; γ. Rich. Bentlejus, Anglus, in *Diss.* promissa de *Apolloniis & Philostratis*, Operibus Philostratorum præfigenda. Conf. *Num.* 7.

31. PRO-

31. PROSPEROS, Prosper Mandosius, Equ. Rom., & *Bibliotheca Romana* Scriptor, quem *Librum de Claris Prosperis* editurum esse, Ant. Teiserius, *in C. C. p.* 279. testatur.

32. PTOLOMÆOS, Joh. Meursius, teste Ant. Teiserio *in Indice VI. Scriptorum de Homonymis* quem *Catalogo Catalogorum* (de hoc Labore silenti) adjecit, *p.* 355.

33. PYTHAGORAS XX., *in Not. ad Lib. II. Elementorum Harmonicorum Aristoxeni*, Lugd. Bat. An. 1616. editorum. V. Labbei *B. B. p.* 204. & Teiserii *C. C. p.* 191.

34. 35. 36. 37. SIMEONES, SIMONES, SIMONIDAS & SIMONACTIDAS, Leo Allatius, *in Diatriba de Scriptis Simeonum*, quæ, una cum Simeonis Metaphrastæ *Planctu S. Mariæ ob Mortem Christi*, & *Epistolis* aliquot, GræcoLatine ab eo editis, Parisiis A. 1664. *in 4to* prodiit, tum seorsim, tum in Franc. Combefisii *Originum Rerumque Constantinopolitanarum Manipulo.* V. Hedouvillii (obliqua eam Censura notantis) *Ephem. Erudd. III. An.* 1665. *p. m.* 20. & Cornelii a Beughem *Bibliograph. Histor. p.* 6. *ac* 70.

38. STEPHANOS, Stephanus Bonafaccia, Romanus, in Opere grandi Inedito, *de X. Stephanis Pontificibus, ac omnibus simul, qui Stephani Nomen habuere, Viris Illustribus*, cujus (e Prosp. Mandosii *Vol. II. Biblioth. Romana*,) Mentio occurrit *in Actis Erudd. Lips.*, *M. Jul. A.* 1693., *p.* 309.

39. THEODOROS, Leo Allatius, in *Diss.* Inedita, quam ipse allegat in *Epistola, Symmictis* suis A. 1653. præfixa.

40. THEOPHILOS, Theophilus Raynaudus, Cespitellensis Sabaudus, Jesuita in Galliis Lugdunensis, in *S. Johanne Theophilo*, de Theophilis etiam pluribus agente, Editioni *Operum* ejus, *Tomis XX.* Lugduni Gallorum An. 1665. in fol. publicatæ, inserto. V. Labbei *B. B. p.* 335. & Teiserii *C. C. p.* 302. Sothwellus (*in Biblioth. Jes. p.* 758. 759.) Scripta Raynaudi enumerans, de isto silet.

41. THOMAS, Thom. Stapletonus, Anglus, Th. PP. Lovaniensis ac Duacenus, cujus exstant *Tres Thomæ, seu Tr. de S. Thoma Apostoli Rebus gestis, de S. Thoma, Archiepisc. Cantuariensi & Martyre, & de Thomæ Mori, Angliæ Cancellarii, Vita*, Duaci A. 1588. in 8vo excusus. V. Teiserii *C. C. p.* 308., & alios.

42. TYBURTIOS Ecclesiæ Veteris, Johan. Georg. Dorscheus, *in Sermone Inaugurali*, d. 24. Apr. An. 1656., cum Rectoratum Acad. Rostoch., die Tyburtii antecedente sibi decretum, capesseret, dicto. Exstat is, *in Sylloge Semestri Miscellaneorum Historico-Theologicorum*, Rostochii An. 1669. *in 4to* excusa, *p.* 1-19.

43. VICTORINOS V. Veteris Ecclesiæ, Joh. de Launoy, Theol. Parisiensis, *in Appendice Dissertationis de Victorino, Episc. Pitabionensi & Martyre*, Argentinæ A. 1659. *in 8vo* editæ.

44. UR-

Digitized by Google

44. URBANOS VIII., Pontifices Romanos, Elias Ehingerus, Gymnasiarcha Augustanus & Ratisbonensis, in *Or.* de illis peculiari, quam ejus *Historia Sec. XV. Ecclesiastica*, Francof. An. 1659. impressa, *p.* 651-660., exhibet.

45. WOLFGANGOS, Wolfg. Lazius, Med. PP. Vindobonensis, & Ferdinandi I. Imp. Consil. atque Historicus, quem *de Doctis Wolfgangis* scripsisse, solus Ant. Teiserius (*in* C. C. *p.* 315.) incertum quo Autore, testatur.

III. Hactenus enumerati Scriptores, Virosque Illustres, ejusdem Prænominis, ex professo, & Lucubrationibus utplurimum integris atque peculiaribus, celebrarunt vel recensuerunt. Cœteros, qui, variis in Scriptis, sparsim atque obiter, similes eorundem exhibuerunt Catalogos, ob multitudinem, subjungere illis jam non vacat. Quorundam *Sect. I. cap. III.* facta est mentio, unde, si lubet, eorum tibi notitiam parabis.

CAPUT V.

Scriptores enumerans Historiæ Homonymorum Subsidiarios Speciales, circa Cognominia certa ac singula occupatos.

§. I.

HOs inter celebrarunt:

1. BOR-

1. BORROMÆOS Mediolanenses, Basilius de Serenis, cujus *Elogia in Clarissimam Borromæorum Familiam*, sub Titulo *Stylobatæ Ethici*, Mediolani A. 1618. in 4to prodiere testibus *Catalogo Fresneano*, & Joh. Hallervordio *in Bibl. Cur. p.* 31. An de solis agant Literatis, dubito.

2. CAPELLOS Galliæ, Ludov. Capellus Jun. Theol. & L. Hebr. Professor, ad An. usque Emortualem 1658., Salmuriensis, *in Commentario de Capellorum Gente*, quem ipsius, Fratrisque Jacobi, Scriptis in V. T. Exegeticis, Amstelodami a se A. 1689. in fol. junctim editis, præfixit Filius ejus atque Successor, Jac. Capellus Jun. L. Hebr. itidem in Acad. Salmuriensi Interpres. V. *Acta Erud. Lips. M. Aug. An.* 1689. *p.* 411. 412. & Conf. quæ *Sect. I. c.* 4., §. 11. de eodem diximus.

3. CONTARENOS Venetos, Balth. Bonifacius Rhodiginus, *in Elogiis Contarenis*, Venetiis A. 1623. in 4to, teste *Catal. Fresneano*, excusis. Commendat illa Gerh. Joh. Vossius, *Lib.* 3. *de Hist. Lat. c.* 7. *p.* 583.

4. FISCHEROS X., Joach. Meierus, PP. Göttingensis, in *Diss.* peculiari ad Christoph. Fischerum, Superint. Göttingensem, *Epistolica*, cujus Notitiam Literis Ulrici Winckelii, JCti in Civitate Hamburgensi Eximii, amicis debeo.

5. JUSTINIANOS Genuenses, Mich. Justinianus, Patricius Genuensis & Abbas, in *Biblio-*

the-

Digitized by Google

theca Juſtiniana Inedita, laudata ab Ant. Teiſerio *in C. C. p.* 240.

6. LUPOS, WOLFIOS, aliosque Λυκωνύμȣς, ſive a Lupis Nomina & Cognomina adeptos; *α*. Jac. Thomaſius, Acad. Lipſienſis Polyhiſtor, *in Diſp. de Nominibus atque Inſignibus Lupinis*, Lipſiæ A. 1667. Reſp. Juſtiniano Wolfio Numburgenſi. habita, & *in 4to* edita; *β*. Chriſt. Franc. Paulinus, Poliater Iſenacenſis, in *Lycographia*, Francof. An. 1694. excuſa, *P. II., c.* 1. *p.* 74.-104.

7. MUTIOS, ICtos Veteris Romæ Celeberrimos, Franc. Balduinus Atrebas, IC. Parſienſis, in peculiari *de Gente Mutia Commentario*, quem *Doctiſſimum* vocat Frid. Jac. Leikherus *in Notis ad Vitas Clariſſ. JCtorum p.* 129.

8. PHILADELPHOS VIII., Joh. Jonſius, *L.* 2. *de Scr. Hiſt. Philoſ. c.* 1., *p.* 113. 114.

9. PSELLOS Græciæ, Leo Allatius, *in Diatriba de Pſellis, & eorum Scriptis*, ad Jac. Gaffarellum. Prodiit illa Pariſiis A. 1630. in 4to, Romæ A. 1634. in 8vo, & (ſi Labbeo *in B. B. p.* 242., ac Teiſerio *in C. C. p.* 217., tuto credi poteſt) ibidem jam ante A. 1605. in 8vo Cavius, *in Chartophyl. Eccl. p.* 222., ob *Diligentiam miram* illam commendat.

10. SAGITTARIOS Familiæ ſuæ, Caſp. Sagittarius, Lüneburgenſis, Th. D. ac Hiſt. PP. Jenenſis, in *Diſſ. Epiſtolica* peculiari, A. 1694. edita, de qua, *Sect. II., c.* 7., §. 114., jam dictum.

mülleros, Meulenios, Millios, Molaos, Molanos, Moletios, Molinaos, Molinas, Molinettos, Molineuxios, Molinerios, Molinos, Molinosios, Mollios, Mollenbeckios, Mollenbrocios, Molrados, Muhlios, Muhlbachios, Myhlbergios, Mulenios, Mulhusinos, Mulingios, Mulmannos, Mulneros, Muhlphortios, Mylandros, Vandermylios, Kimchios, Scriptoresque alios, Cognomina, vel a Molis, & Re Molari, derivata, vel eidem affinia, adeptos, Numerum jam excedentes Quingentesimum, modo fusius celebratura, modo brevius enumeratura. Titulum *Mola Musarum Castalia, Schola Eruditorum Panepistemonica,* Operi huic affecto tribuendi ansam nobis suggesserunt Incredibilis Scriptorum *μυλωνύμων*, Musarum Castra secutorum, Multitudo, & Ingentia horum in omne Literarum genus Merita, quæ Hebræi etiam, in sequenti de Kimchiis suis *Dicterio Proverbiali*, deprædicarunt:

אם אין קמח אין תורה אם אין תורה אין קמח:

Nec ipsas Molas a Musarum Consortio omnino esse alienas, *ᾠδαὶ* Pittaci, aliorumque Veterum, ostendunt *Ἐπιμύλιοι*, de quibus Ælianus *L.* 7. *c.* 4., Athenæus, Jul. Pollux, aliique, consulendi. Imo Diis omnibus, eodem, quo a nobis, Sensu Allegorico, Molas olim esse attributas, e Versu patet, sive Sibyllino, sive Proverbiali, notissimo:

Ὀψὲ Θεῶν ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτά.

Quem alii h. m. efferunt:

Ὀψὲ Θεοῦ μύλοι ἀλέουσι τὸ λεπτὸν ἄλευρον.

Nnn Ta-

Taceo Latinorum, de Sera Numinis Vindicta, Adagium, e Græco hoc derivatum: *Sero molunt Deorum Molæ.* Sed hæc alibi rectius monebuntur. Nunc, antequam univerſo huic de Homonymis Schediasmati finem imponam, promiſſi, *Sect. I.*, *c.* 3., §. 22. facti, & *Sect. IV. c.* 1. §. 6. iterati, memor, Apoſpaſmation illius, ſive Catalogum Scriptorum, Virorumque Celebrium, mihi Cognominum Breviorem, Specimen Lectori exhibiturum, & ipſius *Molæ Caſtaliæ* (in qua tamen longe fuſius de plerisque disſeretur, & Bibliothecæ, qualem ab aliis conſcribi opto, Homonymorum Compendiariæ, adjiciam.

APPENDIX,
ſive
SEMICENTURIA Scriptorum Autori Schediasmatis hujus ὁμωνύμων.

(NB. Centuria illorum facile exhiberi potuiſſet integra. Sed, Brevitatis Amore, aliasque ob Cauſas, Obſcuriores plerique ſunt omiſſi, in *Mola* forte aliquando *Caſtalia* cœteris, per Lancem Saturam, ſubjungendi.)

ℵ. MOLLERI & MüLLERI.

1. JOHANNES MüLLERUS (*Aſtronomus*,) qui REGIOMONTANUS, aut de REGIOMON-

MONTE, vel MONTE REGIO, uti & (in Versionibus Scriptorum Vernaculis) Kö-NIGSBERGER/ a patria vulgo appellatur, natus est, d. 6. Jun. A. 1436., Regiomonti, Franconiæ Oppido, non autem in Metropoli Borussiæ Electoralis, ejusdem Nominis participe, sicut antehac Sim. Staravolscius, aliique, a Pet. Gassendo, *in Vita Nostri* (*p.* 345.) recte confutati, & nuper Corn. a Beughem (*in Incunabulis Typographiæ p.* 117.) falso tradiderunt. Duodecennis a Parentibus Lipsiam missus, Philosophiæ, imprimis autem Mathesi & Astronomiæ, quibus, vehementiori obsecutus Naturæ Instinctui, mire delectabatur, sedulam impendit operam, &, ut majores in his faceret progressus, in Academiam Austriæ Vindobonensem, ad Georg. Purbachium, istius Professorem, Mathematicum Europæ universæ Ævo isto Principem, Anno circiter 1451., commigravit. Hujus (quem non Præceptorem tantum, sed & Parentem alterum, est expertus) Institutione Fideli, suaque ipsius Φιλομαθεία & Industria, non Calcarium, sed Fræni potius indiga, adjutus, brevi ita in studiis istis profecit, ut a Præceptore moribundo, cui per integrum adhæserat Decennium, A. 1461. M. Apr. *Epitomen Almagesti Ptolemaici*, Bessarionis, Cardinalis, Legati ad Frid. III. Imp. Pontificii, hortatu, concinnari cœptam, pertexere jussus, magna cum laude hunc illius Laborem absolverit, & Bessarioni, Patrono communi, inscripserit. Defuncti ejus-

dem, in Professione Matheseos Academica, designatus Successor, hac Conditione suam Athenæo Vindobonensi addixit Operam, ut Bessarionem sibi, quandocunque is in Italiam regrederetur, eo comitari, & Linguam Græcam, ad intelligendos rectius Mathematicos ac Philosophos Veteres, addiscere liceret. Hac potestate impetrata, Romam cum illo, Autumno Anni ejusdem 1461. ingruente, discessit, &, Georg. Trapezuntii, aliorumque Hominum Græciæ Eruditorum, ductu, Hellenismi Adyta brevi penetravit, Codicesque Autorum Linguæ illius Antiquiorum præstantissimos quamplurimos, vel præsenti pecunia coemit, vel manu perita ipse descripsit, pristinaque simul sedulitate Observationes continuavit Astronomicas. Pari mentis Ardore, in gemino hoc Studiorum Curriculo, Viterbii An. 1462. & Ferrariæ (ubi Joh. Blanchino, in Mathesi, Theodoro autem Gaza & Guarino, in Literatura Græca, Doctoribus usus, Versus jam Argolicos perelegantes scribere cœpit) A. 1463. perrexit, hyemeque ingruente Patavium delatus, ac in Sociorum Academicorum Numerum allectus, Publicas, Professorum rogatu, in Alphraganum habuit Prælectiones, & Oratione solenni, quæ etiamnum exstat, est auspicatus. Annum 1464. partim Venetiis, partim Romæ, transegit, & in Fatalem sibi cum Georg. Trapezuntio incidit simultatem, quod ejus in Versionibus Ptolomæi, ac Commentatoris hujus, Theonis,

Theonis, Errores detexisset. A. 1465., magno Codd. Græcorum Apparatu instructus, Vindobonam, ad Munus Professorium, rediit, sed non multo post in Hungariam à Matthia Corvino, ejus Rege, pertrahi se passus, hunc, atque Archiepiscopum Strigoniensem (cui *Tabulas Directionum & Sinuum* inscripsit), summos Studiorum suorum, per Lustrum integrum, habuit Mecoenates. A. 1471., ob Turbas Bellicas, Noribergam inde digressus, Animum ad Astronomiæ Instaurationem serio appulit, cujus inchoatæ gloria ipsi debetur. Quo minus autem perficeret, præmatura obstitit Fatorum Violentia, quæ Nicol. Copernico & Tychoni Braheo hanc laudem destinarant, & cum illo communem esse volebant. Organa necessaria Bernh. Waltherus, Civis Noribergensis Eruditus, quem perpetuum deinceps, in observationibus Astronomicis, habuit συνεργον, suis ipsi sumptibus, una cum Officina Typographica peculiari, paravit. E qua, plurimos, & Scriptores Mathematicos Antiquos, & Libros proprios, Orbi Erudito voluit impertiri, Indice a se peculiari, in eadem impresso, & a Pet. Gassendo *Vita* ipsius (*p.* 362-365.) inserto, enumeratos. Artem etiam ad perfectionem perducere Typographicam in animo habuit, cujus Inventio, a Pet. Ramo (*Lib.* 2. *Schol. Mathem.*) & Theodoro Zwingero (*in Theatro Vitæ Humanæ*) ei vindicatur, ab And. Rivino autem (*in Epigr. V. Declamationi de Typographia* A. 1640. præmisso) cum Joh. Guttenbergio,

Pet. Schöffero, Joh. Faustio, Ulr. Hahnio, & Nicol. Jensono, communis fuisse creditur. Pet. Gassendus (*in Vita ejus p. 365.*) ἐποχήν, circa Εὕρημα hoc, profitetur, sed in Johannem tamen Mentelium, Argentinensem, cum Abnepote illius, Jac. Mentelio, Medico Parisiensi, est pronior. Bernh. autem a Mallincrot, *in Diss. de Ortu & Progr. Artis Typogr.* (*c. 11. p. 75.*), Nostro illud omnino eripit, & Patronos ejus deceptos esse monet Loco *Tabularum* Purbachianarum, male intellecto, *in quo non dicitur, ab ipso Regiomontano, sed tempore ejus, Novam imprimendi Artem fuisse tentatam.* Quantopere, in Mechanica Curiosiori, excelluerit, præter *Astrarium* Avtomatum, perpetuo mobile (quod, in officina sua Fabrili, cum omnium Admiratione, spectari, ipse in Librorum Indice retulit), demonstrant Musca Ferrea Volatilis, in Convivio exhibita, & Aquila Lignea, Maximiliano I. Imp., Noribergam adventanti, ad quintum ab Urbe Lapidem, obviam missa, eundemque, ad Portas usque ejusdem, motu Tonico, in Aere, comitata. De quibus Gassendus *l. c. p.* 365. 366., &, quem is allegat, Pet. Ramus, *L. 2. Schol.* Mathem., Gerh. item Joh. Vossius in *Lib. de Scient.* Math. *c. 22.* §. 8., Joh. Jonstonus *in Lib. de Nat. Constantia p.* 86., & Sam. Reyherus, *in Diss. de Aere c. 1. p. 5.*, sunt consulendi. Reyherus, ad Caroli V. tempora, Miracula hæc Technica perperam refert, & Harsdörferi (*in Delic.* Mathem., *T. II.*, *P. XII.*, *Probl.* 10.) Simul memorat Conjecturam, Aquilæ

læ iſti Falconem Edoctum ſuppoſitum fuiſſe perſuaſi. Aſtrologiæ etiam Genethliacæ fuit Studioſior, ſed *pluſculum*, *in ea*, judice Joh. Ahaſv. Ampſingio, Prof. Medico Roſtochienſi (*in Diſſ. Iatro*-Mathematica *p.* 119.), *Superſtitionibus indulſit Chaldaicis*. De Vaticinio ejus, quo Orbi, Anno Æræ Chriſtianæ 1588., vel Interitum, vel Inſignem Rerum atque Imperiorum omnium Viciſſitudinem, inſtare prædixit, Gaſſendus quidem, & Biographi cœteri, ſilent, ſed Mich. Neander (*in Erotematis L. Hebr. p.* 226.) Joh. Manlius (*in LLCC. Collectaneis p.* 221.), Henr. Ranzovias (*in Exemplis Aſtrologicis*), Pet. Lindebergius (*in Hiſtorica Rerum, ab A.* 1586. *ad A.* 1591. *geſtarum*, *Enarratione*), Conr. Dietericus (*T. II. Homiliarum in Lib. Sapient. p.* 707.), aliique, multa, ſed parum fortaſſis certa, commemorant. Sed ad Vitæ ipſius Hiſtoriam revertamur. Noriberga, a Sixto IV. Pontifice, ad Kalendarii evocatus emendationem, & abſens Epiſcopatu Ratisbonenſi donatus, Romam, A. 1475., M. Julio exeunte, conceſſit, ſed Annum antequam illic integrum exegiſſet, vel veneno, a Georgii Trapezuntii Filiis, quod Parentis ſui detexiſſet Errores, clam, uti plerique tradunt, propinato, vel Peſte, uti Jovius perhibet, exſtinctus, Prid. Non. Jul. A. 1476. (æt. 40.) teſte Gaſſendo, morte immatura occubuit. Falluntur enim, qui, cum Voſſio (*in Lib. de Scient. Math. c.* 35. §. 45.) ad A. 1469., cum Er. Reinholdo, Melch. Adamo, & Cornelio a Beughem (*in Incunab. Ty-*

pogr. p. 117.) ad 1470., cum Michaele ab Isselt (*in Mercurio Gallo Belgico Anni* 1588.) ad 1475., cum Abr. Bucholzero & El. Reusnero, Chronologis, ad 1477., vel cum Alb. denique Krantzio, ad 1489., illam referunt. Bibliothecam ejus, ac MSta, Bernh. Waltherus, qui Noribergæ, ab ejus discessu, Observationes continuaverat Astronomicas, ære suo redemit. Hoc defuncto, pleraque illorum perierunt; reliqua autem, jussu Senatus asservata, Joh. Schonero, Carolstadio, & Andrea, ejus Filio, Mathematicis ejusdem Civitatis, curantibus, lucem Sec. XVI. viderunt publicam. Quinam Autores, Laboresque Proprii, ab illo promissi, jam desiderentur, ex Indice eorum, quem Gassendus exhibet, supra allegato, perspicies. Inter Monumenta ejus edita, eminent *Libri V. de Triangulis Sphoericis*, a Joh. Schonero, e Bilib. Birkheimeri Musæo, publicati, *Opus Genethliacum*, *& Observationes* ipsius, atque Bernh. Waltheri, *Astronomicæ*, quæ eidem Schonero debentur, *Tabula Directionum & Sinuum, Liber de Cometa*, *A.* 1472. *visi, magnitudine, Longitudine, Locoque vero, Demonstratio de Quadratura Circuli, contra Nicol. Cusanum, Ephemerides* (quas primus ipse edidit) *Annorum* 32., *ab A.* 1475. *ad A.* 1506. *perducta*, ac A.1474. jam excusæ, *Calendarium Novum, & Oratio, Prælectionibus in Alphraganum Patavinis præmissa.* De quibus, aliisque haud paucis, Gassendus, passim in *Vita* ejus, multa scitu digna suggeret. Editiones singulorum *Molæ Musarum Castaliæ* reservamus

vamus. Conferri interea poſſunt Joſ. Simlerus *in Biblioth. p.* 397., aliisque in locis, & Corn. a Beughem *in Incunabulis Typographiæ p.* 117.-121. Ephemeridas tanti fecit Matthias Corvinus, Rex Pannoniæ, ut, ob Inſcriptionem illarum, Autorem 800. Aureis Hungaricis donaverit. Lucem etiam, ipſius beneficio, aſpexerunt Aliena quædam, M*anilii Sc. Aſtronomica*, & Georg. Purbachii, Præceptoris, *Theoricæ Novæ Planetarum, Tabulæ Ecclipſium*, ac *Epitome* (quam pertexuiſſe eum ſupra narravimus) *Almageſti Ptolomaici*. De quibus Gaſſendus, coeterique Autores, modo allegati, itidem ſunt conſulendi. Inter Biographos ejus, Familiam ducit Pet. Gaſſendus, Præpoſitus in Gallia Dinienſis, & Regius Matheſeos, in Acad. Pariſienſi, Profeſſor, cujus *Libris VI. de Vita Tychonis Brahei*, Pariſiis A. 1640. & 1654., ac Hagæ Comitum, eodem A. 1654., *in 4to* excuſis, *Vitæ* etiam Nicol. Copernici, Georg. Purbachii & Joh. Regiomontani, Aſtronomorum Celebrium, Braheana quidem longe breviores, ſed accuratiſſimæ tamen & elegantiſſimæ, acceſſerunt. Quas inter, poſtremam nos, in præcedenti Narratione, præcipue ſumus ſecuti. Ante Gaſſendum, celebrare Noſtrum ſunt aggreſſi Eraſmus Reinholdus, Salveldenſis, Math. PP. Witteb., *in Orat. de Vita ejus, Tomo III. Declamationum Melanchtonianarum, p.* 252-269., obvia, & qui huic ſua omnia debet, ipſaque ejusdem Verba retinuit, Melch. Adamus, *in Vitis Philoſ. German. p.* 5-12. Breviores de ipſo Narrationes oc-

currunt, in Pauli Jovii *Elogiis, num.* 144., *p.* 287. 288., Greg. Richteri *Judiciis Scholæ Melanchtonianæ p.* 467-471., & Gerh. Joh. Vossii *Lib. de Scient. Math.*, *c.* 17. §. 11., *c.* 35. §. 45., *&* *c.* 70. §. 11. Alios taceo. Elogia, quibus, ob Merita in Mathesin & Astronomiam ingentia, a Paulo Jovio, Joh. Schonero, Dan. Santbechio, Brun. Seilere, Joh. Latomo, Pet. Ramo, Joach. Camerario & Tych. Braheo, est ornatus, Gassendus tibi exhibebit. Gemina his Joh. Trithemii, Jac. Wimphelingii, Phil. Melanchtonis, Er. Reinholdi, Georg. Joach. Rhetici, Joh. Stigelii, Mich. Neandri, Greg. Bersmanni, Pauli Melissi, Joh. Kepleri, Melch. Adami, Jer. Drexelii, Thomæ Lansii, Gerh. Joh. Vossii, Pet. Gassendi, Bernh. Mallincrotii, Herm. Conringii, & aliorum, *Molæ Musarum Castaliæ* reservamus. Unicum istud h. l. monendum adhuc videtur, probe distinguendum esse nostrum a Cive suo, Joh. Marcello, Professore Acad. Witteb. *Mathematico*, d. 25. Dec. A. 1555. defuncto, qui, omisso Cognomine, *Johannes Regiomontanus* itidem vocatur, in Inscriptione *Orationis* suæ *de Alfragano*, *&* *Disciplinis Mathematicis*, *Tomo III. Declamationum* Melanchtonianarum, *p.* 270-295., obviæ.

2. JOH. MOLLERUS *Hamburgensis*, J. U. D., & Ædis D. Mariæ Magdalenæ Guardianus, quem Senatus Patriæ *Disputationis* inter Pastores Lutheranos atque Pontificios Solennis,

nis, A. 1527., Arbitrum elegit Honorarium. V. Steph. Kempii *Historiam Reformationis Ecclesiæ Hamburg.* Saxonicam. Frater fuit Bartholdi Molleri, Th. D., & Cathedralis in Patria Basilicæ Lectoris, deinde autem Professoris S. Lit., in Acad. Rostoch. Pontificii, & Ecclesiæ ibidem Jacobææ, ad A. usque Fatalem 1530., Decani. Nulla ejus Scripta mihi innotuerunt.

3. JOHANNES MOLLERUS (*Martisburgicus*), Med. D., & Oppidi in Misnia Martisburgensis Poliater, *Tractatus de Peste*, Islebiæ A. 1585. *in 4to* excusi, Autor; haud diversus, uti credo, a JOH. MYLIO, Sondershusa Thuringo, Medico Martisburgensi, quem Discipulis suis Ἐξοχωτέροις accenset Mich. Neander, Rect. Ilfeldensis, *in Descriptione Orbis Terrarum p.* 185. Præter *Tr. de Peste*, Joh. Ant. Lindanus (*in Lib. de Scr. Med. p.* 386.) illi etiam tribuit *Historiam Plantarum Generalem, in Libros XVIII., per Classes certas, artificiose digestam*, quæ Lugduni Gallorum, apud Rovillium, A. 1586. in fol., ἀνωνύμως prodiit. Sed rectius illa fortassis vindicabitur JOHANNI MOLINÆO, Medico Gallo, ipsi coævo, Alex. Tralliani Exegetæ, a Lindano immediate ante Nostrum memorato.

4. JOH. MüLLERUS, *Helmstadiensis*, Ecclesiastes Lutheranus, cujus exstat Opusculum, *de statibus Controversis, inter Dan. Hofmannum, & IV. Philosophos, Helmstadii agitatis, e Scripto*

Corn.

Corn. Martini contra D. Joh. Olearium exceptis, A. 1600. *in 4to* impressum.

5. JOH. MOLLERUS (*Astrophilus*), Elect. Brandeburgici Mathematicus, A. 1602. etiamnum superstes, Amicus Tych. Brahei singularis, quem in Huena initio Insula, & deinde Exulem, Wandesburgi in Holsatia, invisit, Laboribusque Studiosorum, quos ille sustentabat, aliquamdiu præfuit. A. seqv. 1599. Tycho, ut hunc, sicut inter utrumque convenerat, observationum, in Aula Cæsarea Pragensi, haberet σύνεργον, Literas a Rudolpho II. Imp., ad Joach. Fridericum, Elect. Brandeb. impetravit, quibus, ut Pragæ aliquamdiu commorandi potestatem ipsi concederet, petebatur. V. Pet. Gassendi *Lib. 5. de Vita Tychonis, p.* 153. 154. 165. Ubi *p.* 153. 154. ita de illo scribit. *Fuit ipsi, ut Mathematicum Ingenium, sic Manus ad Mechanicen, huc facientem, industria*; locumque simul e Dav. Origani allegat *Ephemeridibus*, in quo *Vir Doctissimus, & Mathematicus Præstantissimus*, salutatur. An monumentis Ingenii inclaruerit, ignoro.

6. JOH. MOLLERUS, *Musicus* Germanus, cujus exstant. *α.* Neu Quodlibet mit 4. Stimmen Franckfurt 1610. in 4to; *β.* teutsche Moteten, mit fünff/ sechs und 8. Stimmen/ Darmstadt 1611. in 4to. *γ.* Neue Paduanen, und darauf gehörige Galliarden, mit 5. Stimmen/ in 2. Theilen. Franckf. 1610./ und Darmstadt 1611. in 4to. V. Pauli Bolduani *Biblioth. Philos. p.* 231. 252.

7. JOH.

7. JOH. MOLLERUS, Hamburgensis, *Eberhardi* Consulis *Fil.*, J. U. D., & Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, d. 28. Jun. A. 1613. mortuus. V. Epigraphen Epitaphii ejus Nicolaitani Hamburgensis, in Theod. Anckelmanni *Inscriptt. Hamb. num* 71. Vocatur in illa *JCtus Praestantissimus, & Historicus Eximius. Or.* ejus *de Bello Hermocratis Syracusani, ad Thucyd. L.* 4., occurrit *Tomo II. Oratt. Argentinensium, ductu* MELCH. *Junii habitarum, p. m.* 4-7. Superest etiam, in Biblioth. Patriae, ejus Continuatio ἀνέκδοτος Vernacula *Catalogi Senatorum Hamburgensium* Herm. Röveri, ab A. 1534. ad 1610. perducta; de qua V. *Isag.* nostram *ad Hist. Cimbr. P. IV. c.* 8. §. 12. *p.* 547.

8. JOH. MÜLLERUS (*Antexorcistes*,) Scriptor Calvinianus, cujus exstat: Teufelsbannen Johannis Behmii; oder kurtzer Bericht/ obs Schrifftmäßig sey/ den Teufel bey der H. Tauffe zu beschweren. A. 1619. in 4to. J. C. Becm. *Catal. Biblioth. Francof. p.* 319.

9. JOH. MOLLERUS, *Grosvverthera Thuringus*, cujus exstant: *Praecognita Jurisprudentiae, sive ad Nomologisticam ejus triplicem Praeconia, & Prima Juris Principia*, Erfurti 1620. in 4to.

10. JOH. MÜLLERUS, *Quedlinburgensis*, J. U. D. (Witebergae An. 1589. creatus,) Reip. Patriae, circa An. 1621., Consil. & Syndicus. V. And. Sennerti *Lib.* 1. *Athen. Witteb. pag.* 106. 109., Jac. Hermsdorfii *Dedic. Orat. de Re Scho-*

lasti-

Corn. Martini contra D. Joh. Olearium excerptis, 7
A. 1600. *in 4to* impressum.

5. JOH. MOLLERUS (*Astrophilus*), Elect. Brandeburgici Mathematicus, A. 1602. etiamnum superstes, Amicus Tych. Brahei singularis, quem in Huena initio Insula, & deinde Exulem, Wandesburgi in Holsatia, invisit, Laboribusque Studiosorum, quos ille sustentabat, aliquamdiu præfuit. A. seqv. 1599. Tycho, ut hunc, sicut inter utrumque convenerat, observationum, in Aula Cæsarea Pragensi, haberet συνεργον, Literas a Rudolpho II. Imp., ad Joach. Fridericum, Elect. Brandeb. impetravit, quibus, ut Pragæ aliquamdiu commorandi potestatem ipsi concederet, petebatur. V. Pet. Gassendi *Lib. 5. de Vita Tychonis*, *p.* 153. 154. 165. Ubi *p.* 153. 154. ita de illo scribit. *Fuit ipsi, ut Mathematicum Ingenium, sic Manus ad Mechanicen, huc facientem, industria*; locumque simul e Dav. Origani allegat *Ephemeridibus*, in quo *Vir Doctissimus*, & *Mathematicus Præstantissimus*, salutatur. An monumentis Ingenii inclaruerit, ignoro.

6. JOH. MOLLERUS, *Musicus* Germanus, cujus exstant. α. Neu Quodlibet mit 4. Stimmen Franckfurt 1610. in 4to; β. teutsche Moteten, mit fünff/ sechs und 8. Stimmen/ Darmstadt 1611. in 4to. γ. Neue Paduanen, und darauf gehörige Galliarden, mit 5. Stimmen/ in 2. Theilen. Franckf. 1610./ und Darmstadt 1611. in 4to. V. Pauli Bolduani *Biblioth. Philos. p.* 231. 252.

7. JOH.

7. JOH. MOLLERUS, Hamburgensis, *Eberhardi* Consulis *Fil.*, J. U. D., & Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, d. 28. Jun. A. 1613. mortuus. V. Epigraphen Epitaphii ejus Nicolaitani Hamburgensis, in Theod. Anckelmanni *Inscriptt. Hamb. num* 71. Vocatur in illa *JCtus Praestantissimus, & Historicus Eximius. Or.* ejus *de Bello Hermocratis Syracusani, ad Thucyd. L.* 4., occurrit *Tomo II. Oratt. Argentinensium, ductu* Melch. *Junii habitarum, p. m.* 4-7. Superest etiam, in Biblioth. Patriae, ejus Continuatio Ἀνέκδοτος Vernacula *Catalogi Senatorum Hamburgensium* Herm. Röveri, ab A. 1534. ad 1610. perducta; de qua V. *Isag.* nostram *ad Hist. Cimbr. P. IV. c.* 8. §. 12. *p.* 547.

8. JOH. MÜLLERUS (*Antexorcistes*,) Scriptor Calvinianus, cujus exstat: Teufelsbannen Johannis Behmii; oder kurtzer Bericht/ obs Schrifftmäßig sey/ den Teufel bey der H. Tauffe zu beschweren. A. 1619. in 4to. J. C. Becm. *Catal. Biblioth. Francof. p.* 319.

9. JOH. MOLLERUS, *Grosvverthera Thuringus*, cujus exstant: *Praecognita Jurisprudentiae, sive ad Nomologisticam ejus triplicem Praeconia, & Prima Juris Principia*, Erfurti 1620. in 4to.

10. JOH. MÜLLERUS, *Quedlinburgensis*, J. U. D. (Witebergae An. 1589. creatus,) Reip. Patriae, circa An. 1621., Consil. & Syndicus. V. And. Sennerti *Lib.* 1. *Athen. Witteb. pag.* 106. 109., Jac. Hermsdorfii *Dedic. Orat. de Re Scho-*

lasti-

lastica, An diversus ab hoc sit JOH. MÜLLER, Quedlinburg., J. U. D., Syndicus Quedlinb., & Halberstad., quem J. And. Quenstedius, in *Dial. de Patriis Vir. Illustr. p.* 241., commendat, & Affinem suum vocat, ignoro.

11. M. JOH. MÜLLERUS (*Eberophilus*,) Germanus, qui Pauli Eberi, Theologi Witeb., *Descriptionem Historicam Rerum Populi Judaici, a Tempore Captivitatis Babylonicæ, ad Excidium usque Hierosolymitanum*, Germanice a se translatam, Noribergæ A. 1623. *in 4to* edidisse perhibetur, *in Catal. Anni illius Nundinali.*

12. M. JOH. MÜLLERUS (*Dialecticus*,) Organi Aristotelici, in Acad. Lipsiensi, post M. J. Rhenium, ab A. 1618., Professor A. 1625. etiamnum superstes. Tribuuntur ei, *in Catalogis* quibusdam, tum *Exercitationes Logicæ*, Lipsiæ A. 1620. *in 8vo* excusæ, tum *Organi* Aristotelis Editio.

13. M. JOH. MÜLLERUS, *Havelbergensis* Marchicus, Ædis, D. Cosmæ & Damiano Sacræ, in Civitate Stadensi, Pastor, Dom. II. Adv. An. 1626. defunctus. V. Nicol. Crögeri *Threnodiam Samuelis*, sive Conc. Fun. Germanicam, in Exequiis ejus, ex 1. Sam. XXV., habitam, & Hamburgi A. 1627. *in 4to* excusam. Edidit Adam. Francisci *Margaritam Theologicam*, Germanice a se translatam, cum Præfat. D. Phil. Nicolai. Hamb. 1602. *in 8vo*, it. *Homilias IX.* Germanicas *in Symbolum Athanasii*, Lipsiæ A. 1616. *in 4to* impressas, de quibus, D. Johan. Müllero, Theologo Hamburgensi, per-

d by Google

perperam tributis, dictum jam est *Sect. II. c. 7.*, §. 87.

14. JOH. MOLLERUS, *Lubenensis* Silesius, P. L. C., Med. D., & in Baronatu Dracomontano Practicus, An. 1627. exstinctus, quem Scriptoribus Medicis Silesiis annumerat Mart. Hankius, *in Orationibus p. 222. Historiam Ducum Lignicensium & Bregensium* Metricam, (quam Martinus etiam Zeilerus, *P. II. Tractatus de Historicis p.* 211. & Henn. Wittenius, *T. I. D. B.*, *lit. Z. 3. a.* laudant,) & Poema de Pertiæ, Fluvii Silesiaci, Piscibus, ei tribuit Jac. Schickfusius, in *Præf. Chronici Silesiaci* Conf. Mich. Hertzii *Biblioth. Germ.*, *P. IV. lit. T. 3. a. Tractatum de Peste* addit Wittenius *l. c.*

15. M. JOHAN. MüLLER, Archidiaconus in Thuringia Jenensis, quem Autorem esse *Scholiorum in Libb. Paralipomenon* Germanicorum, in Bibliis Glossatis Ernestinis, sive Saxo-Vinarienfibus, obviorum, refert D. J. Frid. Mayerus, *in Diss. de Farragine Anonymorum, ad Vinc. Placcium.* V. *Dissertt.* ejus *Selectas p.* 429. Verum, cum nullus Johannes Müllerus, in Ecclesiastarum Jenensium Recensu, M. Adrian. Beieri *Syllabo Rectorum & Professorum Jenensium* inserto, occurrat, adscribenda illa potius videntur M. Christophoro Müllero, Capellendorfio Thuringo, Oppidi istius, ab A. 1621. Diacono, & ab A. 1626. Archidiacono, d. 30. Jul. An. 1635. denato, de quo Beierus *l. c. p.* 525. consulendus.

16. JO-

16. JOHANNES (HANS) MüLLER, *Magenheimensis*, Anabaptistarum Ditionis Tigurinæ Helvetiorum, hoc seculo, Primicerius & Ecclesiastes, *Contra Manifesti* Vernaculi, Magistratus Tigurini *Manifesto* AntiAnabaptistico oppositi, Autor, sæpius in Vincula conjectus, & tandem A. 1649. e patria, in Alsatiam, (in qua An. 1659. adhuc fuit superstes,) digressus. V. de illo, Joh. Henr. Ottii *Annales Anabaptisticos p.* 260. 261. 274. 275. 276. 279. 285. 316. 317. 318. 321. 355. *&c.*

17. JOHANNES MOLLERUS, *Greiffenbergensis*, J. U. C., cujus exstat Erneurte Verleumbdung / Poema Vernaculum, in quo Pictura Calumniæ Apellæa illustratur, Stettini An. 1648. in 8vo excusum, & a Chr. Franc. Paulino, *in Lib. de Asino, c.* 5., *p.* 133. 134. commendatum.

18. JOH. MOLLERUS, *Leorinus*, Silesius, Parochus in Borussia, circa A. 1652. Dirichaviensis, qui, in usum Studiosorum Oratoriæ Ecclesiasticæ, Latine edidit *Numerum Sacrum, seu Alvearium Rerum Sacrarum, certum numerum continentium*, Regiom. 1646. & 1654. ac Lipsiæ A. 1669. in 8vo.; Germanice autem: *Formulas Concionatorias*, Dant. 1640. Regiom. 1646. & Jenæ 1659. in 8vo; *LLCC. Cantionum Ecclesiasticarum*, Regiom. 1644. in 8vo; *Allegoriarum Profano-Sacrarum Partes II.* Regiom. 1647. Jenæ 1650. Lips. 1655. 1675. 1679. &c. in 4to; *Similitudines Physico-Theologicas*, Lubecæ

cæ 1652. & 1665. Uratislav. 1664. in 4to; Conciones Sacras diversas.

19. JOH. MOLLERUS, *Erfurtensis* Thuringus, Patriæ Civitatis initio Syndicus, deinde Juris in eadem Professor Academicus, & tandem Prætor, A. 1657. (æt. 47.) defunctus, Autor *Disputationum de Pace, de Fictione Juris, & de Sequestratione, Juridicarum*. V. Henn. Wittenii *T. I. D. B., lit. Lll. 3. a.*

20. JOH. MOLLERUS (*Gedanensis*,) Med. D. & Practicus, circa A. 1666., Dantiscanus, cujus *Epistola*, de Experimentis suis, circa Chirurgiam Infusoriam, Dantiscanis, in Joh. Dan. Majoris *Deliciis* ejusdem Argumenti *Hybernis*, A. 1667. editis, *p.* 24. occurrit Fragmentum.

21. JOH. MÜLLERUS, *Sangerhusanus* Thuringus, Samuelis, Superint. Sangerhusani, Filius, & Philippi, Prof. Theologi Jenensis, Frater, J. U. D., & Ephoriæ Comitatus Mansfeldici Electoralis Substitutus, qui A. 1672. non erat in vivis. Exstat ejus *Disp. Inaug. de Pecunia Executionis*, Præside Johan. Hermanno a Soden, JCto Erfurtino, habita, & Erfurti A. 1665. in 4to excusa.

22. JOHANNES MÜLLERUS (*Tigurinus*,) Ecclesiastes, in Civitate Helvetiæ Tigurina Petrinus, & Hist. Eccl. Professor, An. 1668. superstes. *Vir Doctissimus* audit Joh. Henr. Heideggero, *in Historia Vitæ & Obitus Joh. Henr. Hottingeri, lit. e. 5. a.*, ubi Narratio occurrit Controversiæ, de Transsubstantiatione, quæ, cum Theo-

Digitized by Google

logis Helvetiæ Pontificiis, & Legato Gallico, ipsi primum, ac deinde Hottingero, a Senatu ei subrogato, intercessit, Scriptisque variis est ventilata. Edidit præterea, Latine: *Disp. de Sacra Scriptura Sacris Scriptoribus, & Primario ejus Autore in specie*, Tig. 1659. in 4to *Disp. de Scriptis Matthæi, Disp. de Historia Magorum, ex Matth.* II. a J. Henr. Hottingero, *L.* 3. *Biblioth. Quadrip. c.* I., *p.* 354. 357. 358. commendatas; Germanice autem: *Decadem Concionum Miscellanearum, in Loca Scripturæ Varia*, Tiguri 1662. in 4to, *Horologium Pœnitentiæ*, sive Conciones XII. Pœnitentiales, Cometæ habitas occasione, Ibid. 1662. *Tubam Joelis*, sive LXXVIII. Conciones in hujus Prophetiæ *Caput II.* Ibid. 1666. in 4to; *Conciones Inaugurales*, Ibid. 1668. in 4to, *Conciones Valedictorias*, Ibid. 1670. in 4to.

23. JOH. MÜLLERUS (*Mathematicus*,) Hamburgensis, Georgii, Senatoris, Filius, J. U. D., & Matheseos, in Gymnasio Patriæ, ab A. 1660., ad Emortualem 1671. Professor. Edidit Leidæ *Disp. de Luna, ejusque Maculis*; Heidelbergæ *Theses Mathematico-Physicas A.* 1656.; Hamburgi autem *Dispp. III. Astronomicas* A. 1661. 1664. & 1666., *Epistolam contra Bertrandi de la Coste, Colonelli Brandenburgici, Schedam* de Quadratura Circuli, a se inventa, An. 1663., *Epistolas* item alias, *de Cometis Annorum* 1664. *&* 1665. ad Stanisl. Lubienicium, in hujus *Theatro Cometico*, Amstelodami A. 1668. excuso,

ſo, (*T. I. p.* 843-855.) obvias. Promiſit *Comm. in Leges Ægyptiorum, Æthiopum, aliorumque Populorum Orientalium*, it. *Comm. in Loca S. Scripturæ Mathematica.* Plura de illo *Cimbria* noſtra *Literata* ſuggeret.

24. JOHANNES MÜLLERUS, *Roſtochienſis*, A. 1605. natus, Advocatus initio in Cimbria Flensburgenſis, dein, ab A. 1645. Joh. Chriſtiani, Ducis Holſato-Synderburgici, Conſiliarius, ab A. 1650. J. U. D., & in Acad. Regia Hafnienſi, Profeſſor, ac tandem, ab An. 1661. Urbis Flensburgenſis, Patriæ meæ, Conſul, d. 22. Jan. An. 1672. (æt. 67.) exſtinctus. Edidit *Diſpp. VI. Feudales*, Hafniæ ab A. 1651. ad A. 1657. habitas, *Diſp. Inaug. de Operis Novi Nunciatione*, Roſt. 1649. alias item *Diſpp. de Injuriis, de Emptione & Venditione, de Actionibus, Rerum, in Navem, vel Diverſorium, receptarum, nomine competentibus, de Sponſalibus.* Vitæ ejus Hiſtoriam prolixiorem exhibent Er. Vindingii *Acad. Regia Hafnienſis p.* 389-392. Pauli Freheri, Vindingium ſecuti, *Theatrum Eruditorum p.* 1169. 1170., & *Cimbria* mea *Literata*. Conf. Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p.* 83. & Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biograph. p.* 103.

25. JOH. MOLLERUS, Hamburgenſis, Vincentii III., J. U. D. & Syndici, Filius, Bartholdi autem, J. U. Lic. & Conſulis, Frater, ipſe etiam J. U. D. Conſil. Megapolitanus, & Reip. Patriæ initio Advocatus, deinde autem, ab An.

 1654.

Digitized by Google

1654., ejusdem, & Civitatum Hanseaticarum, Syndicus, An. 1672. mortuus. Exstat *Disp.* ejus *Inaug. de Legitima*, Basileæ excusa. V. *Cimbr. Literatam.*

26. JOHANNES MÜLLERUS, *Uratislaviensis* Silesius, d. 16. Jun. (st. n.) A. 1598. in lucem editus, Philos. Pract., in Acad. Witeb. ab An. 1623. Professor, ab A. 1625. Th. Lic., & Ædis Michaelitanæ Lüneburgensis Pastor, ab A. 1626. Ecclesiæ Hamburgensis Petrinæ Antistes, ab A. 1641. Theol. Doctor, ab A. 1648. Ordinis Ecclesiastici Hamburgensis Senior, &, ab An. 1650. tandem, Scholarum ibidem Inspector, morte subita, d. 29. Sept. (F. MICH.) A. 1672. (æt. 75.) exstinctus. Famam ei ingentem conciliarunt plurima imprimis, tum contra Allophylos (Atheos sc., Judæos, Pontificios, Reformatos, Anabaptistas, Quakeros, Fanaticos & Separatistas suæ ætatis,) tum contra Moderatiores etiam Ecclesiæ Lutheranæ Theologos (Johan. Balth. Schuppium, Henr. Müllerum, Georg. Haccium, Matth. Bugæum, &c.) Scripta & Certamina, alibi accuratius recensenda. Inter Monumenta Ingenii ejus Latina Στοιχειολογία, sive *Contemplatio Elementorum A.* 1622., Ευδαιμονολογία, seu X. *de Summo Bono Practico Disputationes*, A. 1624. *Admonitio de Nicol. Jansenii, Ord. Præd. Missionarii, Ruditate & Maledicentia*, An. 1632., *Anti Jansenius*, ejusdem *Defensioni Fidei Catholicæ* repositus, An. 1634. prodierunt. Inter

Ger-

Germanica potiora, *Conciones VII. in Ps. XXIII.* A. 1627. *Conciones VIII. in Ps. VIII.* A. 1628., *Explicatio & Vindicatio Confessionis Augustanæ*, A. 1630. *Admonitio, de Erroribus Pontificiis, ad Ecclesiam Hamburgensem, contra Domin. Jansenium*, An. 1630. *Refutatio Solida Exceptionum atque Objectionum, contra Ecclesiam Lutheranam, Pontificiarum*, A. 1631. *Prodromus Anti Jansenii* Vernaculus, An. 1632. *Lutherus adversus Pontificios Defensus*, A. 1635., *Vindiciæ Scripti de Novis Prophetis Tripolitani, contra Nicol. Tetingium*, A. 1636. *Anabaptismus*, A. 1644. *Judaismus* (Liber Autoris hujus ἐξοχώτατος,) An. 1644., *Invectiva in Eliæ Pratorii Speculum Abusuum Presbyterii Evangelici*, A. 1645. *Lib. contra Decretum Reformatorum Absolutum*, An. 1649. *VI. Conciones Scholasticæ*, A. 1651. *Examen Spiritus Eliæ Pratorii, sive Refutatio Apologiæ ejus*, An. 1656. *Defensio Lutheri Defensi, contra Carolum a Kreutzen, Jesuitam*, A. 1659. *Abominatio Quakerorum*, An. 1661. *Confessio de S. Cœna AntiBugaana*, A. 1666. *Homiliæ XVII. in Ps. LI., A.* 1666., & *Atheismus* tandem *Devictus*, A. 1672., lucem primum viderunt, pleraque postmodum aliquoties recusa. Cœtera, quæ ad Vitæ, Certaminum atque Scriptorum ejus, Historiam pertinent, prolixiori de illo, *in Cimbria Literata*, Commentationi reservamus. Consuli interim, donec ista prodeat, poterunt Sam. Bened. Carpzovii, Protecclesiastæ Elect. Saxonici, *Or. Funebris*,

Memoria ejus dicta, & Witeb. A. 1673. in 4to excusa, Mich. Kirstenii Λόγ☉ Ἐπιτάφι☉, in Henn. Wittenii *Centuria Memor. Theol. Renov.* (*Dec. XIV.*, *p.* 1769-1779.) cum Scriptorum Indice, recusus, Pauli Freheri, Carpzovium secuti, *Theatrum Eruditorum p.* 707. 708. Adr. Baileti *Tr. Gall. des Satyres Personelles, T. I. p.* 188. 189. Henn. Wittenii *Diar. Biogr. T. I. ad A.* 1672. & *Isagoge* mea *ad Hist. Cimbr. P. II. cap.* 5. *&* 6. *& P. IV. c.* 10., *passim.*

27. JOH. MOLLERUS, *Frauenstadiensis*, Parochus in Silesia Zedlizensis, cujus exstat *Fasciculus Sermonum Funeralium Nobilium*, oder Leichpredigten über Adeliche Personen. Lipſ. 1670. in 4to.

28. JOH. MÜLLERUS, *Jesuita*, qui *Tractatum de Monte Auxiliari Erfurtensi*, in quo Cœnobibium Carthusianorum est exstructum, Duderstadii A. 1671. edidit, teste Joh. MAUR. Gudeno, *in Historia Erfurtensi p.* 115.

29. JOH. MOLLERUS (*Böhmiomastix*,) Parochus in Thuringia Nothlebiensis, cujus exstat Fanatischer Atheiste / aus des Ertz-Enthusiasten, Jacob Böhmens, Gottlosen Büchern / allen / etwan hiedurch gefährten / Evangelischen Christen zur heilsamen Warnung / vermittelst XII. besonderer Grundschlüsse / klärlich entdecket. Erfurt 1679. in 8vo. In Præfat. Opus AntiBöhmianum plenius promittit, laudatum a Casp. Sagittario, *in Introd. in Hist. Eccl. c.* 33. *Sect.* 19. *p.* 903. 904. Oppositum ei esse, a quodam Böh-

Böhmii Assecla, Libellum contrarium, testatur Er. Francisci, in den gebrochenen Spott- und Lästerpfeilen M. Joh. Matthæi p. 7.

30. M. Joh. MÜLLERUS, *Hauvvalda Lusatus*, Facult. Philosophicæ Witeb. Adjunctus, cujus plurimæ Disputationes Witebergæ, ab An. 1670. ad A. 1679. prodierunt, v. g.: *De Fœderibus*, A. 1670.; *Utrum ex Medulla Spinali, in Homine Mortuo, Serpens nascatur?* A. 1674.; *De Conventu Sagarum in Monte Bructerorum*, A. 1675.; *De Vespertilionibus*, A. 1675. *De Principii & Principiati respectu in Personis Trinitatis*, A. 1676; *De Meteoris Igneis & Aqueis*, A. 1676.; *De Sapientia Natura*, A. 1676.; *Utrum, ex Facie Hominis, de Animi Inclinatione, Judicium ferre liceat?* A. 1676.; *De Magis, Tempestates cientibus*, A. 1676.; *De Tarantula*, A. 1676.; *De Alcibiade*, A. 1676.; *De Juris Naturæ Quidditate*, A. 1677; *De Notis & Figuris Infantum, ab Imaginatione Matrum ortis*, A. 1677.; *De Compositione Pacis*, A. 1679.; *De Qu. gemina: An aliqua Species Corporum Naturalium de novo orta sit, & an aliqua perierit?* A. 1679.

31. M. JOHANNES MüLLERUS, Superintendens in Saxonia *Jessensis*, qui, an a præcedenti sit diversus, ambigo. Edidit *Novam Acerram Biblicam*, oder Auserlesene Historien der H. Schrift/ erkläret und ausgeführet. Cujus Scripti *Centuria* I. Lipsiæ A. 1692., IIda autem ibidem A. 1695. in 8vo prodiit.

32. JOH. MüLLERUS, *Stargardiensis* Pomera-

ranus, Med. D. cujus exstat *Disp. Inaug. de Febre Amatoria*, Præside D. Aug. Henr. Faschio habita, & Jenæ A. 1689. in 4to excusa.

33. JOH. MüLLERUS, Hamburgensis, Caspari, Ecclesiastæ Petrini, Filius, Med. D., & Archiater antehac Saxo-Isenacensis, nunc autem in Patria Practicus, qui, ob Venam Poeticam perelegantem, ac Carminum Præceptoris sui, Mich. Kirstenii, præstantissimorum æmulam (cujus tamen pauca se hactenus mihi obtulerunt Specimina), celebratur.

ב MALDERUS Unicus BELGA.

(Molitor a Belgis vocatur Een Maelder.)

34. JOHANNES MALDERUS, Leeuwis S. Petri, Municipio Agri Bruxellensis, altero ab Urbe Lapide, A. 1563. natus, Theol. D. & Professor initio Lovaniensis Regius, deinde autem, ab A. 1611., Johannis Miræi, in Episcopatu Antwerpiensi, Successor, d. 23. Oct. A. 1633. (æt. 70.) mortuus; Scriptor Pontificius Eruditus, Cordatus ac Celeberrimus. De Vita, Scriptis ac Laudibus illius, consuli merentur Joh. Hemelarius, Canonicus Antwerpiensis, *in Or. Funebri*, illi habita, Valer. Andr. Desselius *in Biblioth. Belgica p.* 531., Collegii Jesuitici Antwerpiensis Rhetores, *in Fama Posthuma Præsulum Antvverpiensium*, A. 1611. edita, ac ipsi inscripta, *p.* 106-110., Henn. Wittenius *T. I. Diar. Biogr., ad* A. 1633., *lit. FF.* 4. *a.*, & Guilh. Crowæus *in Elencho Interpretum Scripturæ p.* 223. Inter scripta ejus

La-

Latina eminent. 1. *Opus de Virtutibus Theologicis, Justitia & Jure*, Antw. 1616. in fol.; 2. *Comm. in Summæ D. Thomæ Aquinatis Partem Primam, & Primam Secundæ*, aliquoties ibidem in fol. excusus; 3. *Anti-Synodalia, sive Animadversiones in Decreta Conventus Dordraceni*, Antw. 1620. in 8vo; 4. *Tr. de Restrictionum Mentalium Abusu*, Antw. 1625. in 8vo; 5. *Tr. de Sigillo Confessionis Sacramentalis*, Antw. 1626. in 8vo; 6. *Comm. in Canticum Canticorum*, Antw. 1628. in 8vo; 7. *Meditationes Theologicæ, Universæ Theologiæ summam complectentes*, Antwerpiæ A. 1630. in 8vo editæ, &, ob Pietatem, a Joh. Hülsemanno (*in Methodo Stud. Theol. p. 246.*) commendatæ. Belgice edidit *Instructionem Catecheticam*.

3. MOSNERII vel MONERII GALLIÆ.

(Molitor Gallis audit un *Mosnier* vel *Mounier.*)

35. JOH. MOSNERIUS, JCtus, cujus, & Petri Fons, *Legum Selectarum Librum*, Argentinæ in 8vo excusum, in *Catalogo* quodam memorari video.

36. JOH. MUNIER, Advocatus apud Heduos Regius, cujus exstant *Memoires servants a l' Histoire de l' Ancienne Ville & Cité d' Autun, reveües, & données au Public, par Claude de Thieroux*; a Dyon 1660. in 4to. Elogia Virorum Illustrium Civitatis Augustodunensis, Commentariis hisce subjuncta, commendat Phil. Labbeus in *Bibliotheca Bibliothecarum, p. m.* 207. 613.

37. JOH. MONERIUS, medicus, in Gallia, Lugdunensis, A. 1662. adhuc superstes, a Georg. Segero, in *Epist.* ad Thom. Bartholinum (*Centuria IV. Epistolarum* hujus *Medicarum*, *n.* 5., *p.* 21. 22. 23., inserta), prolixe laudatus. Exstat ejus *Observatio Fluxus Dysenterici, Lugduni Gallorum populariter grassati*, A. 1626. in 8vo, teste Lindano (*in Tr. de Script. Med. p.* 386.), edita. Thom. Bartholinus, in Responsoria ad Segerum (*l. c., num.* 6., *p.* 25.), ita de illo: *Vir est in Medicis Observationibus diligens, sicut ex Libello ejus edito, de Fluxu Dysenterico, perspexi.*

ך. MOLITORES & MOLANI, Methaphrasi Cognominis Latina delectati.

38. JOH. MOLITOR, (*Pinacographus*), Scriptor Seculi XV., cujus *Tabula super totam summam Historialem Antonini Florentini* A. 1484. & 1490. est excusa, testibus Joh. Sauberto Sen., *in Append. Hist. Biblioth. Norib.*, J. C. Becmanno *in Catal. Bibl. Francof. p.* 314., & Corn. a Beughem *in Incunab. Typogr. p.* 95.

39. JOH. MOLITOR (*Poeta*), cujus Hexastichon in Lusciniam, inter cantandum mortuam, exhibet Casp. Dornavius; *in Amphitheatro Sapientiæ Jocoseriæ*, *T. I.*, *p.* 398.

40. JOH. MOLANUS, *Lovaniensis*, A. 1533. in lucem editus, Th. D. & in Acad. Patria Professor, Ædis Petrinæ Canonicus. Censorque Librorum ordinarius, Apostolicus & Regius,

d. 18.

Digitized by Google

d. 18. Sept. A. 1585. (æt. 52.) defunctus. *Vir* (judice Vossio, *L. 2. de Hist. Lat. c. 37., p. 330*) *Doctissimus*, & Antiqq. imprimis Ecclesiasticarum, quas Labore indefesso, ex omnibus fere Belgii sui Bibliothecis, eruit, peritissimus, cui haud pauca, & Cæs. Baronius, in *Annalibus Ecclesiasticis*, & Laur. Surius, in *Opere de Vitis Sanctorum*, debuerunt. Merito certe a Gisb. Voetio (*in Præf. Biblioth. Stud. Theol.*) Scriptoribus Pontificiis ἐξοχωτέροις & πολυμαθεστέροις accensetur. Scripta ejus potiora hæc sunt: 1. *Liber de Picturis & Imaginibus Sacris, cum Responsione Quodlibetica ad 3. Qq. 1. de Imaginum usu in Ecclesiis, 2. de Precibus pro Martyrio affectus, 3. de Communione Supplicio extremo afficiendorum Eucharistica*; Lovanii A. 1570. in 8vo; 2. *De Historia Sacrarum Imaginum & Picturarum, pro vero earum usu, contra Abusus, Libri IV.* Lov. 1595. in 8vo, Antw. 1617. in 8vo, 1619. in 8vo, Antw. 1626. in 8vo; 3. *Annales Urbis Lovaniensis, ac Obsidionis illius Historia.* Lov. 1572.; 4. *De de Fide Hæreticis servanda Libri III., Quartus item de Fide Rebellibus servanda, & Quintus de Fide ac Juramento, quæ a Tyrannis exiguntur.* Col. 1584. in 8vo; 5. *Liber de Piis Testamentis, & quacunque alia pia Ultima Voluntatis Dispositione*, Col. 1584. in 8vo, Ibid. 1661. in 8vo, 6. *Theologiæ Practicæ Compendium, per Conclusiones, in quinque Tractatus digestum* Col. A. 1585. & 1590., ac Antw. A. 1626., in 8vo editum, quod, e Reformatis

tis Gisb. Voetius (*L. 2. Bibl. Stud. Theol., c. 3., p. 637.*), e Luheranis autem Abr. Calovius (*L. 2. Isag. Theol. p. 331.*), commendat; 7. *De Canonicis Libri III.*, Col. 1587. in 8vo; 8. *Militia Sacra Ducum & Principum Brabantiæ, cum Annotationibus Petri Louvvii*, Antw. 1592. in 8vo; 9. *Diarium Medicorum Ecclesiasticum*, Lov. 1595. in 8vo; 10. *Natales Sanctorum Belgii, & eorum Chronica Recapitulatio*, edita a Pet. Louwio Lovanii A. 1595. in 8vo, denuo autem, cum Notis suis, recensita a Theologis Duacensibus, Duaci 1616. in 8vo. Arn. Raissii, Duacensi, *Auctarium ad hos Natales* prodiit Duaci A. 1626. in 8vo; 11. *Antvverpias, in qua, præter Antiquitatem & veram Historiam Urbis Antvverpiæ, Narratio ultima Obsidionis continetur*, Leidæ A. 1605. in 8vo edita, ac in *Catal. Fresneano* memorata; 12. *Bibliotheca Materiarum Theologica, quæ a quibus Auctoribus, cum Antiquis, tum Recentioribus, sint pertractatæ*, una cum Andr. Schotti, Jesuitæ, *Indice Catholicorum S. Scripturæ Interpretum*, & Ludov. Carbonis *Indice Theologorum Scholasticorum in D. Thomæ Aquinatis Summam*, edita Coloniæ A. 1618. in 4to; 13. *Bibliotheca Patrum, & Scriptorum Ecclesiasticorum, Theologica* ἀνέκδοτος, quæ ab ipso, *in Notis ad Usuardum*, Aub. Miræo, *in Biblioth. Ecclesiastica*, Pet. Wastelio, *in Vindiciis Joh. Hierosolymitani p. 13.*, alisque, frequenter allegatur, ac in Biblioth. Publica Antwerpiensi asservatur. V. Labbei

bei *B. B. p. m.* 207., & Tenzelii *Dial. Menstr. Vernac. M. Jul. A.* 1692. *p.* 602. Edidit præterea Usuardi, Monachi Galliæ Benedictini, Martyrologium, *jussu Caroli* M. *conscriptum, cum suis Additionibus, ex Ecclesia Romanæ, atque aliorum, potissimum Belgicarum,* Martyrologiis, (Typorum diversitate distinctis), *Tractatu* item *de Martyrologiis, & Indiculo Sanctorum Belgii.* Prodiit illud primum Lovanii A. 1568. in 8vo, & recusum deinde est Ibidem A. 1573. & 1578., ac Antwerpiæ A. 1583. in 8vo. Ex Editionibus ejus Posterioribus, Ipse, Laboris proprii Censor, nolens volens coactus est expungere, quæ, in Notis, primæ adjectis, de suppostitiis quibusdam Patrum Scriptis, & Fabulosis Sanctorum Historiis, *παῤῥησίᾳ* laudabili monuerat. V. Joh. Rainoldi *Colloquium cum Joh. Harto p.* 27., &, ex isto, Casp. Löscheri *Diss. de Latrociniis Hæreticorum in Scriptores Publicos,* §. 74. *p.* 83. 84. Fulgentii Ruspensis Operibus, Joh. Vlimmerii studio Antwerpiæ A. 1574. publicatis, Prolegomena præfixit, & Editionem Operum Augustini Plantinianam, ibidem A. 1577. excusam, cum aliis Theologis Lovaniensibus, recognovit ac emendavit. Plura, de Autoris hujus Vita ac Scriptis, suggerent Henr. Cuyckius, Culenburgensis, Theol. Lovaniensis, in *Vita* ejus, *Diario Medicorum Ecclesiastico* A. 1595. præfixa, Corn. Looseus *in Catalogo Scriptorum Germaniæ, lit. I.* 6., *I.* 7., Jos. Simlerus *in Biblioth.* *p.* 396.

p. 396. 683., Aub. Miræus *in Elogiis Belgicis p.* 32. 33., Valer. Andr. Desselius *in Biblioth. Belg. p.* 540., Franc. Sweertius *in Athenis Belgicis*, Otto Aicherus (Epitaphium ejus Lovaniense exhibens) *in Theatro Funebri*, sub *Dodonis Richeæ* nomine edito, *p.* 201., & Ant. Teiserius *in Additionibus ad Elogia Thuana, P. II., p.* 22. 23.

41. JOHANNES MOLANUS, *Neuenkerkanus* Flander, ex Acad. Lovaniensi ad Scholæ Diesthemiensis (cui per decennium præfuit) Gubernationem avocatus, hinc BREMÆ, cum, ob Religionem Reformatam, e Patria, illuc A. 1553. aufugisset, per Sexennium, Exul, & Linguæ Græcæ, in Ludo Publico, Doctor Extraordinarius, inde Scholæ Duisburgensis, in quartum Annum, Collega, tandem vero BREMENSIS, ab A. 1563., per IV. Lustra, Rector longe dexterrimus, & de Juventute studiosa meritissimus, XVI. Kal. Aug. A. 1583. defunctus. MYLIUM se etiam interdum, Græca Cognominis METAPHRASI, appellavit, Generque fuit Gerh. MERCATORIS, Geographi Celeberrimi. Edidit *Opuscula de Rudimentis Christianæ Pietatis, & Institutione ac Disciplina Scholæ Bremensis*, BREMÆ A. 1563. excusa, Epistolasque præterea plurimas, tersissime scriptas, reliquit, Nicol. MULERIO, Prof. Groningano, in *Elogio Ubb. Emmii*, ejus Discipuli, audit *Magnus ille Grammaticus, e cujus exacta Disciplina multi præclari & eximie Docti Viri* pro-

prodiere. Plura, de ejus Vita, Eruditione ac Laudibus, V. in Gerh. MEIERI, Th. Lic. ac Gymnasiarchæ BREMENSIS, *Orat. Inaug. de Schola Bremensis Natalitiis, Progressu & Incremento, p.* 40. 43-50, &, quæ is allegat, Johannis ac Theodori Esychiorum, Patriorum BREMENSIUM, *Justis ei factis*, ac Lugduni BATAVORUM excusis.

42. JOHANNES MOLANUS, *Medicus*, cujus *Tabula Isagogica, Ossium Corporis Humani connexionem complectens*, A. 1597. in 8vo prodiit, teste Henn. Grossii *Elencho Librorum Latinorum, ab A. 1593. ad A. 1600. excusorum, lit. Gg. 3. a.*

ח. MYLÆI & MYLII,
Græca Cognominis sui METAPHRASI delectati.

43. JOHANNES MYLIUS, *Francus*, JCtus Noribergensis, M. Mart. A. 1540. teste Anonymo Collectore *Epitaphiorum Noribergensium* (der Freydhöfe der Norischen Christen) *pag.* 1. defunctus. De Sodalitio Hominum Doctorum, Helii Eob. Hessi, Joach. Camerarii, Mich. Rotingi, atque aliorum, in Ædibus ejus sæpius congregato, V. Joach. Camerarii *Narrationem de Vita Helii Eob. Hessi*, &, ex hac, Melch. Adami *Vitas Philos. German. p.* 117. Hortatu ejus, Camerarius aggressus est Translationem *Historiæ Ecclesiasticæ* Theodoreti, in cujus *Epistola ad Justum Jonam Dedicatoria*, Ergodiocten hunc suum *Mirificum* vocat *Amatorem Pietatis, & Divinarum Rerum cupidissimum*, Elo-

Digitized by Google

logioque ornat ſequenti: *Nihil illo Viro blandius erga Amicos, in dicendo nemo gravior, naturæ vero ſingularis quædam & Comitas, ac Manſuetudo.* In *Narratione* paulo ante laudata, & hoc ipſo A. 1696. una cum *Vita Phil. Melanchtonis*, Lipſiæ recuſa, §. 24., p. 51. eidem audit *Vir Juſtitia & Prudentia nemini ſecundus, Doctrina, & Virtute, cultuque Religionis, multis prior.*

44. JOH. MYLÆUS, *Niederulmenſis* Moguntinus, Scholæ initio Spirenſis Rector, deinde vero, ab An. 1550. (quo Doctor Ferrariæ eſt creatus) Jurisprudentiæ in Acad. Heidelbergenſi Profeſſor, d. 15. Aug. A. 1554. denatus. V. Vitam illius, in Melch. Adami *Vitis JCtorum German.* p. 102. 103. 104. obviam, Jacobi etiam Mycilli Carmen Propempticum, in Italiam ituro, & Epitaphium, defuncto, ſcripta, exhibentem.

45. JOH. MYLIUS, *Liebenrodenſis* Thuringus, Mich. Neandri (qui, *in Deſcript. Orbis Terræ, P. I., p.* 184. Auditoribus ſuis ἐξοχωτέρους eum annumerat, & Celbram Patriam habuiſſe perhibet,) in Schola Ilfeldenſi, Diſcipulus, Philoſ. & J. U. D., Linguæ Græcæ, in Acad. Jenenſi, Profeſſor, ab A. 1568. Extraordinarius, & ab A. 1573. Ordinarius. d. 3. Jul. A. 1575. exſtinctus. V. M. Adr. Beieri *Syllabum Rectorum & Profeſſorum Jenenſium* p. 989. 990. Edidit: 1. *Poemata Græco-Latina*, Lipſiæ A. 1568. in 8vo; 2. *Catonem Græco-Latinum*,

&

& Præcipua Christianæ Pietatis Capita, Lipſ. 1568. in 8vo. Verſio ejus *Diſtichorum* Catonis *Moralium* Græco-Metrica (a Joſ. Simlero etiam, *in Biblioth. p.* 396., memorata) recuſa eſt, in Chriſt. Daumii Editione eorundem *πολυγλώττῳ*, Cygneæ A. 1662. *in 8vo* publicata.

46. JOH. MYLIUS, *Gerenrodenſis* Thuringus, Mich. Neandri itidem Diſcipulus, Cœnobii, in Comitatu Hoenſteinico, Walterodenſis, circa A. 1580., Eccleſiaſtes, & Ludi ejusdem Literarii Rector, a Præceptore ſuo, *l. c. p.* 188. commendatus. Ejus Verſio Græca Catecheſeos Lutheri, a Mich. Neandro emendata, cum Interpretatione Latina, & Præfatione Neandri ad Diſcipulos prolixa, aliquoties, hoc curante, ſeorſim Baſileæ prodiit. Adjecta deinde eſt ab eodem *Patrum Græcorum Sententiis, & Narrationibus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Apocryphis*, Baſileæ A. 1568. in 8vo editis. Locum etiam obtinuit in Joh. Claji *Catechiſmo Lutheri Quadrilingui*, Witteb. An. 1572. in 8vo, M. Conr. Neandri, Bergenſis, *Catecheſi Lutheri τετραγλώσσῳ*, Ibid. A. 1599. in 8vo, & Joh. Rhenii *Catechiſmo Lutheri Græco Quadruplici, Etymologice reſoluto*, Lipſiæ An. 1630. in 8vo, excuſis. *Locos* ejus *Formularum Græcarum, ex Iſocrate, Communes*, Baſileæ ab Oporino aliquoties excuſos, Mich. Neander (*l. c. p.* 188.) Juventuti commendat.

47. JOH. MYLIUS, *Helvetius*, qui Andreæ Gerhardi Hyperii, Theologi Marpurgenſis, *Comm.*

Digitized by Google

in Epistolas Pauli ad Timoth., Titum, Philemonem, & Epistolam Judæ, A. 1582. *Comm. in Epistolas ad Romanos & Corinthios*, An. 1583. & *Comm. in Ep. ad Hebræos*, A. 1585. Tiguri *in fol.* edidit. Guilh. Crowæus, *in Elencho Interpretum S. Script. p.* 226. eum An. 1567. esse natum, & M. D. (i. e. Med. Doctorem) fuisse, perhibet, *Commentariumque in Ep. ad Rom.* ipsi, tanquam Autori, vindicat. Verum, uti circa Scriptum hoc fallitur, ita in cœteris etiam fidem non meretur. Vix enim credibile est, Juvenem quindecennem Commentarios hosce edendos suscepisse.

48. JOH. MYLIUS (*Hymnographus*,) Parochus Thungensis, cujus Geistreiche Lebendige Hertz-Funcken/ und kräftige Stücke des Besten Kirchenweyrauchs/ oder 500. Andächtige Gebete auf die Sontags- und Fest-Evangelien/ in Lateinischen und deutschen Versen verfasset/ Francofurti A. 1596., & Lipsiæ A. 1603. ac 1620. *in* 120. prodierunt.

49. JOH. MYLIUS, *Iglaviensis* Moravus, Phil. Magister, Rector initio, in Moravia, Mezericiensis, deinde Leutschoviensis, Cæsaromarcensis, & tandem, in Borussia, Elbingensis, A. 1630. (æt. 72.) defunctus, & a Joach. Pastorio, *in Memoria duorum Gymnasii Elbingensis Rectorum, Johannis & Michaelis Myliorum, Posthuma*; celebratus. Edidit *Orat. de Discrimine Scholarum Ethnicarum & Christianarum*, it. aliam *Orat. de Nova Schola Elbingensi*, *A.* 1599. habi-

habitam. V. Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. p.* 38. & 126.

50. M. JOH. MYLIUS, cujus exstat Gründl. Warhafter Bericht/ ob/ was/ woher/ und wie fern/ der Chur-Sächsische Ober-Hofprediger/ D. Matthias Hoe, mit der Böhmischen Sache/ und sonderlich der fürgegangenen Wahl eines Neuen Königes/ zu thun gehabt: Samt Wiederlegung des Ehrenrührigen Pasquills eines Calvinischen Tockmäusers/ Erasmi Treulichs/ wider D. Hoen. Hoc Scriptum, cum Præfatione ipsius Hoei prolixa, Lipsiæ A. 1620. in 4to excusum, Henn. Wittenius (*l. c. p.* 38.) Johanni Mylio, Iglaviensi, modo memorato, adscribit, sed cum alio illum Cognomine, uti, diversas ob causas, suspicor, haud dubie confundit.

ADDENDA atque EMENDANDA.

P. I. Cap. I., §. 5. Similis ἀβλεψίας, a J. G. Dorscheo (*P. II. Vindd. ad Exod. Diss. IX.* §. 20. *p.* 179.) meritò reus agitur Mich. ab Isselt, Theol. Colon., qui, *in Præfat. ad Ludov. Granatensis Ducem Peccatorum*, Coranum (Muhammedis Abortum Infelicem) *Insignem* vocavit *Mahomedanorum Legislatorem.*

P. II., Cap. 5., §. 26. Quæ de EUGIPPIIS, Scriptoribus Latinis, h. l., in Recensu Græcorum, per incuriam, sunt dicta, rectius ad *Cap. sequ. VI.* §. 36. referentur.

FINIS.

INDEX

Sphalmatum Typographicorum Potiorum, ab Autore, ex Pagellis excusis, Hamburgo Flensburgum transmissis, collectus.

(*Leviora, Commatum sc., Punctorum, aliorumque Distinctionis & Parentheseos Signorum, Literarum item Initialium ac Finalium, & Accentuum atque Spirituum Græcorum, Crebras Omissiones, Additiones, Translocationes, Promutationes ac Depravationes, Lectores ipsi, si commodum fuerit, emendabunt. Sectionum Scripti hujus Posteriorum Octerniones excusos Autor nondum vidit, ac Sphalmata proinde illorum designare nulla potuit.*)

Pag. 2. lin. 23. pro *qui* Lege *taceam, qui*. lin. 26. l. *atque*. p. 6. l. 23. l. *Errori*. p. 11. l. 2. & 3. l. *Chimaricum*. lin. 8. lege *effingendis*. p. 12. l. ult. pro 459. l. 456. p. 13. l. 23. lege *Cognomines*. p. 14. l. 3. l. *Incuria*. p. 15. l. 25. l. Ὁμωνύμων. p. 16. l. 13. l. *Existimationis*. p. 18. l. 27. l. *Disceptationibus*. p. 21. l. 9. l. *aliorsum*. p. 23. l. 4. l. *Erronum*. p. 27. l. 28. l. *NON Æq*. p. 28. l. 20. pro *Helmoldum* l. *Helmboldum*. p. 31. l. 23. pro *Carvianellum* l. *Carolum Vianellum*. p. 32. l. 18. L. *frustra*. l. 21. pro *Sacram* l. *Sacramentarii* p. 33. l. 26. *dono*. p. 36. l. 5. l. γνησίοις. l. 20. pro דאשי L. ראשי. p. 37. l. 2. l. Judaica. Eadem p. 37. singulis Rabbinorum Nominibus Hebræis, per Scripturæ Compendium abbreviatis, duo superimponantur Apices ("), a Typotheta in *Punctum*, vel unicum, vel duplex, inepte mutati. P. 38. l. 23. L. *Secula*. p. 39. lin. 17. L. πολυγλώττων. p. 40. l. 4. l. *ipsis*. l. 25. & 28. l. *Gabrieles, Simeones*. p. 41. l. 7. l. *ablegem*. l. 12. l. *Johannis*. l. 24. l. *Erpenii*. p. 42. l. 6. l. ποιητῶν καὶ. p. 48. l. 18. l. *Jacobos*. p. 49. l. 4. l. *Nonnullos*. l. 18. pro 1585. l. 1485. p. 53. l. 15. l. *Autorem*. p. 55. l. 12. l. *Boetica*. p. 56. l. 2. pro *Delacensis* l. *Duacensis*. p. 57. l. 3. l. *Synathleta*. l. ult. pro *abiisse* l. *Obiisse*. p. 60. l. 6. l. *in Medicorum*. p. 61. l. 13. & 14. l. *alterum*. p. 63. l. 14. l. *Pauli*. p. 64. l. 1. pro *Augustinianus* l. *Augustinus*. p. 68. l. 13. l. *Ecclesiastes*. p. 69. l. 26. & p. 70. l. 2. l. *Cantabrigiensis*. p. 71. l. 18. l. *rarioris*. p. 72. l. 11. l. *Elogiis*. l. 12. pro *sunt* l. *sint*.

l. 15.

Digitized by Google

l. 15. l. *Libb. Sacrorum Exegeta.* p. 73. l. 6. pro *Anglia* l. *Angeli*. p. 74. l. 4. l. *ni fallor, Nepos.* l. 30. l. *Principiis*. p. 75. l. 23. l. *antiquiorem*. p. 76. l. 5. l. *Ciceronianarum*. l. 24. l. *Pharmacopoea*. l. 27. pro 1591. l. 1561. p. 79. l. 8. deleatur Vocula *de*. p. 82. l. ult. l. *Mublios*. p. 83. l. 24. l. ἐκ προαιρέσεως. p. 85. l. 5. l. *Abbatem*. p. 87. l. 12. pro *Exophanti* l. *Diophanti*. p. 88. l. 28. l. *Immanuelis*. p. 89. l. 27. pro *Factis* l. *Fastis*. lin. 29. l. *nemini*. p. 95. lin. 30. & 31. omissa hoc pacto restituantur: *gratulatur de Henrico Meibomio Patre, Historia, Joh. Henr. Meibomio Filio, Medicina, ac Henr. Meibomio Nepote,* &c. p. 98. l. 15. l. *Niddanus*. p. 101. l. 1. 2. & 3. deleantur, quæ, de duobus Ludovicis VVolzogeniis, per errorem sunt tradita. Unus enim idemque Ludov. Wolzogenius, Amersfortio Batavus, quatuor Ecclesiarum GalloBelgicarum Groningæ, Middelburgi, Ultrajecti & Amstelodami, ad A. usque Emortualem 1691., fuit Pastor, Professorque simul, in Scholis Urbium duarum Ultimarum Illustribus, Historicus. Vide de illius Vita, Scriptis, ac Certaminibus Sacris, Anonymi ipsius, contra Melch. Leydeckerum, Theol. Ultraject., Hyperaspistæ *Lettres sur la Vie, & sur la Mort de Mr. Louis de Wolzogue,* Amstelodami A. 1692. in 12o excusas, & quæ, ex hac Epistolarum Apologeticarum Triade, Henr. Basnagius (*en l'Histoire des Ouvrages des Sçavans, M. Oct. A.* 1692., *p.* 78-86.) Joh. Clericus (*en le Bibliotheque Universelle & Historique de l' An* 1692., *P. II., M. Dec., p.* 44?-456.) & *Pet.* Rabus (im Boekzaal van Europe, *M. Sept. & Octobr. A.* 1693., *p.* 365-369.) συνοπτικῶς retulerunt. p. 101. l. 19. pro *Steytii* l. *Skyttis*. l. 30. pro *hoc* l. *nec*. p. 103. l. 21. Vocula *tum* deleatur. p. 104. l. 6. l. *Tractusque*. l. 15. l. *Historiam*. p. 111. l. 21. l. ὁμώνυμοι. p. 112. l. 8. l. *risu*. l. 28. l. *persecuturos*. p. 113. l. 21. l. Ἡ δικώτερα. p. 116. l. 10. l. *sicca*. l. 18. l. *erant*. p. 119. l. 20. l. *damnata*. p. 122. l. 11. l. *Pari cum injusta*. p. 123. l. 12. pro *Culturus* l. *Cultris*. l. 24. pro *Pun* l. *l'un*. p. 124. l. 7. l. *Lanceaque*. l. 29. l. *Oeconomicis*. p. 125. l. 24. l. *Martyre*. p. 126. l. 3. l. *quibus*. p. 127. l. 14. & 15. pro Hauß l. Hans. p. 128. l. 7. pro *a* l. *ac*. p. 130. l. 4. l. *multa*. p. 131. l. 28. l. *frequentius*. p. 137. l. ult. l. *Antistiti*. p. 138. l. 16. l. *Thomana*. lin. 27. l. *Gentilitium*. p. 139. l. 10. l. *Poetices*. p. 140. l. ult. l. *Vertu*. p. 142. l. 21. L. *Clau-*

Digitized by Google

Claudius. p. 145. l. 30. l. *Gentis*. p. 146. l. 14. dele Lit. *a*. l. 17. l. Αὐτόχειρ. p. 156. l. 4. pro *nulla* l. *ulla*. p. 161. l. 13. l. *gavisa Regio* p. 163. l. 8. l. *e Captivitate Babylonica Hierosolymam redit*. p. 164. l. 23. l. *Parisienses*. p. 165. l. 19. pro *Hist. ad Gal.* l. *Hist. Crit.* p. 166. l. 19. l. *Minori Episcopatum istum*. p. 167. l. 8. l. ימח שמו וזכרו, quas Voces Typothetha Ordine propostero collocavit. p. 171. l. 15. l. annumeret. l. 22. l. *Defectu*. p. 174. l. 24. l. *Scriptis*. p. 176. l. 10. l. *quidam*. l. 24. l. *Canonicorum* p. 177. l. 7. pro *hoc* l. *hæ*. p. 184. l. 16. l. *Trajano*. p. 186. l. 5. l. *Gnosticis*. p. 188. l. 18. l. *præfixo*. p. 189. l. 12. l. εἰδωλοθύτων. l. 17. l. *c. 6. v. 5.* p. 192. l. 9. l. *deuret*. p. 195. l. 4. l. *monet fuisse etiam*. p. 196. l. 12. pro (91.) l. (92.) p. 199. l. 10. l. *Ben Sira*. p. 203. l. 16. l. veræ. p. 204. l. 18. pro *quam* l. *quem*. p. 205. l. 6. l. ψεῦδος. p. 206. l. 25. l. QUINQUENNALIS. p. 209. l. 7. l. *fædata*. l. 19. l. *Romam*. l. 22. l. *Selenen is*. l. 29. l. *colores*. p. 212. lin. 12. l. *Act. XVIII. 7.* lin. 16. pro *ulli* l. *ullibi*. p. 215. lin. 3. & 4. l. *Ascensionem*. l. 8. l. *Abia*. p. 217. l. 29. pro *ac* l. *ad*. p. 224. l. 17. pro 15. l. *is*. l. 22. l. Φιλονίζει. p. 226. l. 6. l. *recte*. p. 227. l. 3. l. *atque*. p. 228. l. 19 pro *Scriptores* l. *Scriptoribus*. p. 237. l. 6. l. *distinxerit*. l. 7. pro *&* l. *& ex* p. 238. l. 23. l. *vindicantis* p. 239. l. 4. l. *Recutitorum*. p. 243. l. 19. l. *Græcamque*. p. 244. l. 4. pro *eum* l. *cum*. p. 245. l. 9. l. *En ijim*. l. 28. l. *interpretatus*. p. 246. l. 25. l. *Animadversionibus*. p. 251. l. 2. l. *Paulo III. & Julio III.* l. 21. l. *plerisque*. p. 254. l. 7. l. *declinantis*. p. 257. l. 12. l. *Chanaanem*. p. 260. l. 3. & 4. l. ZOROASTRES. l. 14. l. *sto*. p. 261. l. 23. l. ἱστορικώτατος. p. 263. l. 18. l. *Anal.* sive *Analectis*. p. 267. l. 21. l. *Magorum* p. 268. l. 28. l. *Vaticana*. p. 271. l. 22. l. *Paganas*. p. 272. l. 26. pro *quia* l. *qui* p. 280. l. 24. l. APHRODISEUS p. 283. l. 4. l. *cum ALEXINO*, p. 285. l. 28. l. *admotum*. p. 287. l. 2. pro [*eo* l. *Ceo*. p. 288. l. 19. l. ἀνωνύμως. p. 289. l. 9. l. *Tzetza*. p. 291. l. 5. pro *a* l *e*. p. 295. l. 16. l. *Versu*. p. 296. l. 26. l. *putasse*. p. 297. l. 26. l. *detecta*. p. 301. l. 6. l. *Demetrium*. p. 302. l. 4. l. *demandatam*. l. 10. & 11. l. *dubitabundus*. l. 12. l. *Apologetico*. l. 15. l *probatur*. p. 303. l. 7. pro *Liber* l. *Librum*. l. 9. l. *assignant Demetrio*. p. 304. l. 5. pro *in* l. *& in* l. 5. & 6. l. *Glossema*. p. 306. l. 6. pro *ad* l. *ac*. p. 307. l. 21. l. ἀνεκδότους.

p. 308.

Digitized by Google

p. 308. l. 23. l. *fatum*. p 312. l. 5. l. *Gordiani*. p. 316. l. 24. pro *Archi* l. *Archilochi*. p. 317. l. 23. & 24. l. *adepto*. p. 318. l. 19. pro *cujus* l. *e cujus*. p. 324. l. 4. l. *Vita*. p. 327. l. 25. l. *coævos*. p. 328. l. 17. l. *Vossius* (*L*. 1. *de Hist*. *Gr*., *c*. 9., *p*. 49.) p. 329. l. 29. l. *Pyrrhi & Arati*. p. 334. l. 17. l. *Publilio*. p. 336. l. 12. l. *Phliasium*. p. 340. l. 5. pro *Plinuori* l. *Minori*. l. 17. l. *Physici*. p. 341. l. 22. l. *Philosopha*. p. 342. l. 12. l. *Præceptoris*. p. 345. l. 24. l. *Chymici*. l. 25. l. *in Lugduno-Batava*. p. 351. lin. 9. L. *Modo*. p. 357. l. 6. pro *S. D.* lege 5. *D*. p. 360. l. 5. l. *nimia*. p. 361. l. 8. l. *Scaligeri*. p. 362. l. 22. l. CAJI. p. 364. l. 13. l. *testatur*. p. 366. l. 18. lege *L*. 5 *Institt. Orat*. P. 375. l. 9. l. φύσις. p. 379. l. 4. l. *Chronica*. p. 387. l. 21. l. *Ornithogoniam*. p. 391. l. 14. l. *antiquior*. p. 394. l. 22. l. *ipse*. p. 396. l. 4. l. *Plautina*. p. 397. l. 1. l. *Comensis*. l. 15. l. *Historia*. p. 398. l. 25. pro AUTORINO lege ALBANO TORINO. p. 400. l. 9. l. *Legisperito*. p. 404. l. 13. l. *Papiniani*. p. 407. l. 27. l. *adjudicare*. p. 409. l. 4. l. *qui*, *Lib*. 7. *de Scriptt. Illustr*. p. 410. l. 29. & 30. pro *Lib*. 3. l. *Lib*. 1. p. 412. lin. 3. l. *accideret*. p. 420. lin. 20. l. *Athanasii ætate aliquot*. p. 421. l. 12. l. *dexterrime*. lin. penult. pro 1685. l. 1687. p. 423. l. 16. l. *supposuit*. p. 424. l. 5. l. *nostrum*. p. 426. l. 10. pro *qui* l. *quis*. p. 430. l. 13. l. *Exaltationem*. p. 431. lin. penult. pro 1064. l. 1046. p. 434. l. 6. pro 1042. l. 1024. p. 435. l. 11. l. *Isagoges*. p. 436. l. 26. l. *aucta*, *neutiquam*. p. 422. l. 7. l. *Imperatori*. p. 443. l. 21. l. Καληχήσεις. p. 444. l. 1. l. ὑποβολιμαίων. p. 445. l. 26. pro *Pansa Mutius* l. *Mutius Pansa*. p. 448. l. 26. pro *&* l. *ed*. p. 451. l. 17. l. *Hierarchia*. p. 454. l. 17. l. *Autoris*. l. 21. & 22. l. *compilati*. p. 455. l. 24. l. *& alii*. p. 463. l. 14. l. *Fausti*. p. 464. l. 11. lege EUSTACHIO. p. 469. l. 6. l. *Romana*. p. 475. l. 19. & 20. L. *Hypotheseos sua*. p. 477. l. 1. l. *allegent*. p. 483. l. 2. l. *Apostolis*. p. 499. l. 6. l. *Empactam*. p. 500. Linea prima, cum Voce initiali Secundæ, deleatur. p. 507. l. 26. l. αὐτός φησι. p. 511. l. 7. l. *Tyri*. p. 523. l. 1. pro *ac* l. *ad*. p. 526. l. 2. pro *sua Juviniano* l. *sub Joviniano*. l. 4. l. *sub Valente*. p. 533. l. 20. pro *&* l. *ex*. p. 535. l. 19. pro 1085. l. 1058. p. 543. l. 5. l. *Luca*. p. 544. l. 28. l. *Sec. XI. & XII*. p. 550. l. 20. l. *ad Reformatos*. p. 563. l. 17. l. *Sermones*. p. 565. l. 21. pro *T. IV*. lege *T. VI*. l. 27. l. *Librum*. p. 566. l. 30. pro *Joh*. l. *Josias*. p. 574. l. ult. l. *Historia*. p. 600. l. 5. pro *a* l. *ac*. p. 607. l. 3. pro 1677. l. 1667. p. 624. l. 13. l.

ca-

cæteri. p.627. l.12. l. *Romanarum*. p.629. l. 26. l. *Anon & Pseudon*. p.632. l.16. l. *Temi*. p.636. l.3. pro *Parisiensis* l. *Parisiis*. l.19. l. *Semiseculo*. p.639. l.27. pro *de* l. *&*. p. 640. l.13. l. *aliiq;*. p.651. l.26. l. *Sorano*. p.653. l.14. pro *alii* l. *alibi*. l.25. pro 1678 l. 1676. p.662. l. 13. & 14. l. *Hæresecomastigi*. l.20. l. *Saxonia*. l. 26. l. *Dissertationum*. p.668. l.8. pro 1640. l. 1650. p.671. l.15. l. *Sorana*. p. 672. l.25. l. *Gymnasiarcha*. p.676. l.2. l. FRANTZKIUM. p. 685. l. 27. l. *ad A. usque* 1636. p.688. l.6. pro 1240. l.124. p.701. l.23. l. *Prætorem*. p.702. l. 9. pro *a* l. *ac*. p. 704. §. 87. *hæc inserantur*. Memetipsum cum JAC MOLLERO, Francofurto Marchico, Civitatis Patriæ Advocato *Discursuumque de Cornutis* & Hermaphroditis Philologico-*Juridicorum*, Ibidem A. 1692. in 4to editorum, Autore, Cognomine utrique communi deceptus, confudit, ac eundem esse falso credidit, Vir quidam in Germania Doctus, cujus Literarum ad se Excerpta, de *Isagoge* mea *ad Hist. Cimbricam*, Celeb. Basnagius (*in Hist. Opp. Erudd. Gallica, M. Aug. A.* 1692., *p.* 544.) legenda exhibet. Qui tamen, in Epist. alia (*ibid. M. Nov. A.* 1694. *p.* 137.) Errorem hunc suum subobscure corrigit, certiora haud dubie, e Basnagiano Scripti mei Recensu (*ibid. M. Oct. A.* 1692. *p.* 20-26. obvio,) edoctus. P. 708. l. 23. l. *Noribergensi*. p. 710. l. 26. l. *Eruditarum*. p. 711. l. 6. l. *Literarum*. p. 718. l. 2. pro 548. l. 578. p. 720. l. 13. pro *facta* l. *fata*. p. 725. l. 16. l. *non solum ubi*. p. 727. l. 30. l. *lucem*. p.729. l. 21. pro *& &* l. *& a*. p. 730. l. 5. l. *Derschovio*. p. 733. l. 2. pro *Henr.* l. *Herm.* p. 734. l. 12. l. *Elogio*. p 735. l.6. l. *Chrestomathiam*. l. 24. & 25., *quæ Typotheta omisit, hoc pacto restituantur*: Mich. Piccartus (*in Periculo Critico c.* 17. *p.* 42.) ejusdem Editionem Petronii, Antwerpiensi vindicat, Joh. Christoph. Becmannus autem (*in Catal. Biblioth. Francof. p.* 483.) & Mart. Hankius, *&c.* p.739. l.20. l. *Errorum*. lin. 24. l. *uni*. p. 752. l. penult. l. *controversam*. p. 754. lin. 7. l. ὑπομνήματα. p. 756. l. penult. l. *MARCUM*. p. 762. l. penult. pro *Veste* l. *Teste*. p. 773. l.13. pro *vicium* l. *vicinum*. p. 775. l.6. l. *Narratur*. p. 777. l. 28. l. *Esquilinos*. p. 794. l. 4. l. *offeret*. l. 6. l. *Marium*. p. 797. l. 24. & 25. l. *verbis exprobrat*. p. 801. l. 11. L. 115. p. 805. l. 22. l. *Sylvanus*. p. 807. lin. 14. & 15. pro *Regnum* l. *Regum*. l. 19. pro *Anto* l. *Antro*. p. 808. l. 6. l. *alisque*. l. 18. & 19. pro *Boniensis* l. *Bononiensis*. p. 815. lin. 29. L. *Lipsienses*.

(o)

VITT... BIB... ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

13. A. 11.

Digitized by Google

Digitized by Go